BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
8
1 G
19

8-1-5. 14

Dit. p. bacc. [illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible] [illegible] mis e [illegible]

[illegible]

[illegible] [illegible]

1

D. IOANNIS EVSTACHII BONAVENTVRAE,

SERAPHICI DOCTORIS,
Epiſcopi Albanenſis,
S.R.E. Cardinalis Ampliſsimi.

Sermones per Annum.

PRAEDICATORIBVS PERVTILES,
Tabulis copioſiſsimis Illuſtrati.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA



Domus S. M. Magdalen. Urbis.

BRIXIAE, Superiorum auctoritate.

In Aedibus Polycreti Turlini. 1596.

TYPOGRAPHVS LECTORI.

CVM mea ſententia, inter præcipuos Sacros Doctores ponendum exiſtimem, Diuum Bonauenturam, ordinis Seraphici, olim Epiſcopi Albanenſis, & S. R. E. Cardinalis Ampliſſimi: maxima captus ſum admiratione, cur in eiuſdem plurimis uoluminibus, opuſculis, & ſcriptis, tum Venetijs, tum alibi, paucis ab hinc annis in vulgus reuocatis, omiſſi ac ſuppreſſi fuerint eiuſdem Sanctiſsimi viri, ſalubres, candidi, ac admodum frugiferi ſermones, tum de tempore, tum de Sanctis, ni forte impreſſorum negligentia, aut temporum improbitate conciderint. Ea propter cum multos eorum deſiderio incenſos, meque frequentibus calcaribus ſolicitantes perſpexiſsem, ſtudium omne meum ac mentē eò direxi, ut eos uarijs in Bibliothecis, alijsq; locis, ac perſonis, quibus coniectura conſequi poſsem, eos delitéſcere conquirerem. Eam in rem longo temporis interuallo inutiliter conſumpto, Et ſpe eos habendi, me ferè deſtituto, ecce fortuito & inopinato euentu accidit, ut cuiuſdam Religioſi & eruditi viri manu, ordinis capucinorum ſancti Franciſci, ad me ex lōginquis patibus fuerint deportati, eos ueluti theſau-

rum pretioſũ apud ſe detinentis, quandoquidem nulli bi eorũdem copiam reperiri,ſibi perſuaſum haberet.

Huius igitur tanti uiri doctrina in omni genere præſtanti pulſus, ut poſteris concionatoribus conſule rem,illos nouis caracteribus ornandos, & in lucem reuocandos curaui. Hic nẽpè,piè, breuiter & dilucidè proponit,narrat,& docet,neceſſaria colligit, omnia ad animæ utilitatem & ſalutem trahit,ante oculos legentium quæ præcipua ſunt apponens capita digreſsionum faciendarum,& uias quibus aptè ſit incedendum ſummatim referans, copioſos conceptus ſubminiſtrans,cuiuſque arbitrio relinquens ſententiarum ſacræ ſcripturæ complementum.Nec modo cura fuit illi docere,ſed à uitiis deterrere. & quod fœdum eſt deuitare,& ad ea quæ a doctis & pijs probantur, animos uehementius accendere. Eos maximè profecturos cenſendo,quibus ſermones huiuſmodi placuerint. Non erant itaq; hi theſauri humi defodiendi, aut terra obruendi,nec æquum erat,tãti uiri gloriam & laudem extinguere, ſublatis his concionum normis,tectisque tanti doctoris monumẽtis,quibus prædicatores multi profſcere queant. Gemmoſis monilibus,lapillis ꝑtioſis,margaritis, & carbunculis onuſtos,& pellucidos, eos aſpicies, ignitas flammas ad oculos,& ad corda magis uibrantes. Cæteras eius ſplendidas dotes libenter enumeraſſem, ſi uel illæ obſcuræ forent,uel Ioannes Tritthemius fideliſsimus, ac ueridicus ſcriptor,eas ad uiuum ſequenti digreſſu, non pinxiſset. Frui ac uti non deſinas, benigniſsime Lector,tam nobili ac pretioſo Theſauro. Valeas.

INDEX THEMATVM IN SERMONIBVS

De tempore hyemali.

B. BONAVENTVRAE

A

AB initio mecum eſtis. 240
Abſciſſ' eſt lapis de mõte ſine ma 48
Accipite ſpiritum ſanctum. 274
Affer manum tuam. 277
Ago pœnitentiam in fau. 155
Alias oues habeo. 283
Aliud cecidit inter.b. 144
Angelus domini ap.in ſom. 45
Aĩam meam pono pro. 281
Apertis theſauris ſuis obtulerunt ei mu. 90
Apertis theſauris ſuis. 98
Apparuit gratiam Dei ſal. 75
Aſcendente Ieſu in na. 79
Aſcendit Deus in iub. 337
Aſcendit ignis de pe, 349
A ſummo cœlo egreſ. 76
A ſum.cœloegreſ. 51

B

BEatus uenter qui te. 188
Benedictus qui ue.in no. 12
Benedicat nos de.d. 293

C

CAtelli edunt de micis. 132
Cæcus quidam ſedebat. 97
Collìgite quæ ſuperauerunt fragmenta 234
Colli quæ ſupera.frag. 237
Confeſtim uidit. 151
Confiremini alterutrum. 282

Confitemini alt:ru. 316
Confitemini alte. 315
Conſpergere cinere. 156
Conuertimini ad me. 159
Conuertimini ad me. 162
Cras egrediemini. 329
Cras erit uobis ſalus. 42
Cras egrediemini. 39
Cnm natus eſſet Ieſus. 83
Cum ieiunatis. 175
Cum ieiunaſset 40.diebus. 171
Cum appropinquaſset Dominus Hier. 250
Cum dilexiſſet ſuos. 215
Cum uideris nudum o. 225
Cum autem uenerit il. 293

D

Deus ab auſtro ue. 23
Dimitte eam quia clamat poſt nos. 178
Deficiente uino. 118
Dimitte eam &c. 158
Dirigite uiam domini. 35
Domine ſi uis po.m.m. 113
Domine nonne bo.ſe. 131
Ductus eſt Ieſum in deſ. 189

E

Ecce rex tuus ve.t.m. 9
Ecce euangelizo uobis gaudium magnum. 55
Ecce poſitus eſt hic in r. 67
Ecce motus factus eſt magnus. &c. 123
Ecce mo.fa.eſt mag. 124
Ecce nunc tem.ac. 167
Ecce rex tuus uenit tibi manſuetus. 207
Ego ſum reſ.& uit. 251
Ego ſum paſtor bo. 279
Emitte manum tu.d.a.fo. 1
Erat Ieſus eijciens dæ. 185
Erant ſimul Simon Petrus, & Thomas. 168
Erant filius Simon.Pe. 268
Eſt puer unus hic. 195
Euang.uo.gau. 53
Excita poten.tu.& ue. 18
Exijt qui ſeminat. 140
Exijt qui ſeminat 142
Exurge gloria mea. 244

F

Fac mecum ſig.in bo. 246
Fac mecum ſig.in bo. 245
Factus eſt repente de cælo ſonus. 351
Fact.eſt rep.de c.ſ. 353
Filij autem reg.e,e.in t. 117
Fur non uenit niſi ut. 375

H

Hæc eſt uoluntas Dei. 156
Hic eſt uere proph. 195
Hic Ieſus qui aſſ.eſt. 238
Hier.Hieruſ.quæ oc. 60
Hoc facite in meam commemorationem. 218
Homo quidam nob.abijt. 330
Hora eſt iam nos d.ſom.ſ. 3

I

Ieſum quæritis Nazza. 250
Inuenietis infantem. 57
Inuenietis in antem pannis inuolutum. 61
Ioannes cum audiſſ.in. 25
Ipſe eſt qui poſt me.ve. 33
Ipſe.n.pater amat u. 302
Iterum modi.& uid. 286
Ite um autem uid.me. 293
Ite & uos in ui.me. 333

M

Mane nobiſcũ domine. 214

N

Nemo poteſt ueni. 380.382
Nolite contriſtare ſpiritũ ſanctum. 345
Nolite contriſtare ſp.ſ. 345.247
Nonne cor noſtrum ard. 256
Nunc ſci.quia ſcis omnia. 304
Nunquid ad præceptum t. 326
Nuptiæ factæ ſunt. 117

O quam

O

O Quàm bonus & quam ſua uis ſt. 559
O quã bo.& quã ſua eſt. 363
O quã bo.& quã ſua ſt do. 232
Ou ſillum ſequuntur. 573

P

PAracl.aut ſpuſſ. 554.555
Paratum panem de cœ. 220
Para.pa.de cælo præſt. 223
Pater tuus,& ego dolentes quæ rebamus te. 101. 103
Pax uobis. 263.165.272
Petite & accipi. 300
Petite & dabitur uo. 308.311
Poſtquam cõſummati ſunt dies octo. 77 79
Poſt triduum inuenerunt eum. &c. 93.9 7.99
Pulſate & ape.uo. 322.325

Q

QVartum animal ſimile a-quilę. 40.41
Quæcunque ſcripta ſunt. 16
Quærite & inueni. 315.317
Qui lotus eſt,non indige. 216
Quis pote.cog .d.a.e. 2
Quis append t tri.di. 387

R

REplet ſũt omnes. 371.377
Requieuit Deus die ſe.239

S

SPiritus ſan.dominus. 233
Scitote quia prope eſt r.d,27
S pt mus dies erit uſq. 141
Si ſanguis hirc rum. 189
Si ueritatem di.no. 200
Si non lauero te.n.h. 114
S c erunt nouiſsim primi,& p i mi nouiſſ. 137
Sic Deus dilex.mun. 366.368
Simile fact. ſt reg e. 126
Sin mac.ſunt a.t.d- 44
Stephanus autem ple.g. 66
Stetit Ieſus in med. 261
Surge & accipe pue. 46
Surrexit dominus uere. 259

T

TAntum dic uerbo & ſa.110
Traderur Gẽtib. & il. 144
T es ſunt qui teſti.dant. 389
Triſtitia ueſtra uert.in gau. 291
Triticum autem congre. 129
Tuam ipſius animã tranſi. 69
Tu es qu uenturus es. 29
Tul unt la.Iudæi. 202
Tunc ui.fi.ho.ue.in nu 19
Tunc aſſum.eum dia. 173
Tunc uadit & aſſu. 186
Turba multa quæ com. 209

V

VAde ad p p.& 37
Vbi eſt qu nat.eſt r. Iu. 85
Veniens ueniet & n.t. 31
Verbum caro factum eſt,& habitauit in nobis. 63.65
Vere languores noſtros ipſe tu lit. 228.230
Vocatum eſt no.e.Ieſus. 81
Voca operarios, & redde eis &c. 135
Vos teſtim.perhib. 335.338
Vt autem guſtauit architriclinus uin. 110

FINIS.

INDEX ADNOTANDORVM IN SERMONIBVS

De tempore hyemali.

SERAPHICI DOCTORIS B. Bonauenturę.

ABitio & reuerſio Chriſti. 380. I. Abſentia Chriſti ſi nobis doleret, Chriſtum diligẽter quæreremus. 103. F

Abſentiæ Chriſti incommoda, & pericula nobis venientia. 249. k

Accipienda nobis iniunxit Chriſtus quatuor. 274. F

Accidia imbecilles efficit. 230. M

Acus eſt porta arcta, Hieruſalem. 208. H

Admiranda in natiuitate domini multa. 89. O

Aduentus domini dies quadruplex, in carne, in corde, in morte, in aere. 24. M. & ſeq.

Aduentus domini quatuor cauſæ. 12. G. H.

Aduentus domini ad hominem quadruplex, exterior, interior, inferior, ſuperior, in mundum, in animam, ad infernum ad iudicium. 28. & ſeq.

Aduentus domini in mundum eſt duplex, in ventrem virginalem, & in manum ſacerdotalem. 30. G. In cor humanum eſt etiam duplex. Similiter ad iudicium duplex eſt. 93. K. Nec non & in regnum ſuum. 18. M.

Agere pœnitentiam eſt fructuoſum reſpectu quatuor. debemuſque eam agere, non pati tantum. 204. A

Ah, ah, ah, diei, quia prope eſt dies. 21. F

Angeli, cuſtodiæ hominum deputati. 195. O

Angeli adſunt in conſecratione eucharistiæ. 221. B

Angelorum in nos ob peccata inimicitiæ. 264. H

Anima noſtra Trinitati aſſimilatur. 264. F

Anima qualiter ſit Chriſto præparanda. 79. K

Anima

Animæ potentiæ proſequi debent Chriſtum honore. 86. F
Animam noſtram quantum Chriſtus dilexerit. 113. A
Animarum creatio. L. *Flagellantur, illuduntur &c. a diabolo, vt Chriſtus a Iudæis.* 147. A
Animæ purgatio ſeu mundatio. 176. B
Animam ſuam poſuit Chriſtus multipliciter. 281. E
Anima Chriſti quàm ſit ſancta. 385. C
Aperitur pulſanti multis modis. 324. V. *per to.*
Apparitio quadruplex ſaluatoris. 74. A. & *ſeq.*
Aqua, & ſuper aquas, & inter aquas venire, quid ſint. 381. C
Aquilæ volanti ſimilis eſt. B. Ioannes Euangeliſta. 40. A. *per to.* & 41. F. & *ſeq. per to.*
Aquilæ comparatur Chriſtus in quatuor. 226. A. *per to.*
Arguitur peccatum quadrupliciter. 297. C.
Aſinus domini moraliter qui ſit. 207. F
Aſina Balaam & eius locutio. *ibidem.*
Aſſumptio Chriſti quadruplex. 274. Q
Aurum purum moraliter eſt aurum dilectionis. 92. A. *Aurum laudationis.* 94. F
Auri cupiditas quæ mala pariat. 122. G
Auſter, ſpiritum ſanctum ſignificat. 24. G

B

BAl diabolum ſignat. 228. A
Beati qui audiunt & cuſt. verbum dei. 37. B
Benedictus qui venit in nomine domini. 6. G
Benedictionem duplicem petimus a deo. 395. T
Benedictio quadruplex, adulationis, fortunæ, gratiæ, & gloriæ ibidem conſeq.
Benedictio datur diuerſis hominibus. 394. X
Beſtiæ multiplices, ſunt dæmones. 151. I
Botri eccleſiæ, ſunt duo teſtamenta. 134. D
Butiro lauari pedes. 369. M

C

CAecitas culpæ accidit animæ ex quatuor. 149. G
Figuratur per quatuor excæcatos. *ibi.* M
Cæcitas iudicium colantium culicem. *ibi.* K
Cæleſtium gaudiorum menſa. 186. C

Camelum glutire, & colare culicem. 150. K
Capiuntur homines multipliciter. 332. Q
Quidam vijs, & hoc vel pro diuitijs, vel inimicitijs, vel maleficijs. ibidem conſequenter.
Caput reprobandum diabolus. 48. E
Carbonibus ſimiles homines accenſi candent, extincto calore nigricant. 214. G
Caro carni eſt amicabilis, eſt paſsibilis, eſt viſibilis, eſt ſenſibilis. 62. ante. V. & ſ r ſeq.
Caſsij Epiſcopi Varienſis eleemoſynæ. 217. N
Charitas Chriſti oſtenditur in quatuor. 42. N
Charitatis Chriſti effectus. 254. A. ante. B
Chriſti humilitas & dignitas in veniendo. 32. N
Chriſtus eſt nobiſcum in quatuor. 44. S,
Chriſtus inuenitur quatuor modis. 57. H
Chriſtus poſitus in ruinam, & in reſurrectionem multorum, & in ſignum cui cōtradictum eſt. 48. A
Chriſti appellationes variæ: dicitur enim puer. dux, rex, & quare. 84. A. & ſeq.
Chriſti de nobis gaudium perfectum. 101. X
Chriſtus quantum animam dilexerit. 113. A
Chriſtus ſum me egenus, eſuriens, ſitiens. 116. H
Chriſti abſentia periculoſa eſt. 124. K
Chriſtus tentatus eſt a diabolo propter nos, & gerit typum cuiuslibet fidelis. 169. B
Chriſtus naturā humanā aſſumpſit quadrupliciter. 139. Q
Chriſtus tradidit ſeipſum multipliciter. 214. B. Lauatne quadrupliciter. 314. F. Sed huiuſmodi videnda ſunt in vocabulis: trado, lauo, dilectio, panis Charitas & ſimilibus: quia Chriſtus fere omnia geſsit.
Chriſtus: medicus, per Raphaelem angelum ſignificatur. 217. O
Chriſtus nudatus in cruce, vt quatuor genera hominum. 226. A. B. C. D. E. per to.
Cineris conſperſio, & pœnitentia facta in cinere in die cinerum. 205. G. & ſeq per to.
Cinerum vſus ibidem. H

Circuncisio quadruplex spiritualis. 77. E. Pœnitentiæ ibidem. F. Præputij in omni ætate ibidem. G. in signum amicitiæ & fœderis. 78 H
Circoncidi debemus quatuor de causis. 78. I
Ciuitas Domini eſt ciuitas cœleſtis: & quæ ſunt eius bona. 121. D
Clamor orationis noſtræ, eſt optimus nuncius ad deum. 138. G. Clamare nos faciunt quatuor ibidem.
Clamandum eſt ob multa. 180. L. & O
Colare culicem & camelum glutire. 100. K
Commemoratio quadruplex habenda in oratione de Chriſto. 218. K
Communicandum ideſt corpus Domini ſumendum, non eſt ſtatim poſt conuerſionem. 80. L
Concordia ſeruanda eſt Chriſtianis. 88. L
Confeſsionis virtus per Iudith ſignificatur. 93. D
Confeſsionis forma. 94. K
Confeſsionis bona ſeu vtilitates. 96. K. 308. & 313. F per to.
Confeſsio & eius conditiones. 306. Q
Confitendum: cui, quid, quomodo. 319. O
Confitendum laico in neceſsitatis caſu. 320. P
Congregatio credentium, gementium, fruentium & reſurgentium. 129. B
Contemplatio verſatur circa tria. 92. Z
Conſcientia ſignificatur per tabulas lapideas. 17. T
Continentia mentalis, corporalis, ſenſualis. 98. P
Contritionis uirtus & dies tres. 96. I
Conuerſiones ſeu tranſmutationes quatuor mirabiles, hominis in lapidem, lapidis in aquam, aqua in uinum, uini in ſanguinem. 111. X.Y.Z
Conuerſionem peccatoris. 4. impediunt. 159. M.
Cordis noſtri quatuor apparatus. 258. B
Corona in menſa propoſitionis. 181. Q
Corpus Chriſti, uideatur in Euchariſtia. 334. S
Credere ſolent homines boni quatuor. 200. E
Crucem accipere cogunt quatuor. 174. G

Crucem ſequentes & tollentes. 374. E
Cum domino qui ſint. 140. L.& ſeq.
Currere quid ſit myſtice. 382. F

D

Damnati ſunt ſimul multipliciter. 234. Q
Danielis in lacum immiſſio. 24. H
Dat Deus certiſsime, copioſiſs.&c. 311. A
Data Dei quinque. 312. C
Dauid uicit, quia uenit in nomine Domini. 182. O
Dedit pater filium ſuum quadrupliciter. 368. I
Denarius, uideatur merces. ibidem.
Deſertum cælum eſt deſertum a dæmonibus. 179. F
Deſcendit dominus in fumo, igne, nube. 39. G
Deſiderium patrum de aduentu Chriſti. 14. M, per to.
Deſperandum non eſt, licet peccata multa. 81. N
Deſperationis remedia. 164. B
Deſponſatio animæ in quo conſiſtat. 101. A
Deum chaldæi quare ignem aſſerant. 197. Q
Dei ſunt omnes boni. ibidem.
Diabolorum perſequentium nos multitudo. 180. M
Diaboli eiectio quadruplex, de cæco, de impio, de obſeſſo, & de mūdo 184. A. Non inhabitat ſubſtātialiter animam hominis. 187. C
Diaboli filiæ & generi. 187. E. & ſer. ſeq.
Diabolus in cruce Domini aſtitit. 296. H.
Dies tres, ſignificant tres bonorum ſtatus, incipientium, proficientium, & perfectorum. 37. A. & ſeq.
Dilectionis qua Chriſtus Ioannem Euan. & alios charos ſuos dilexit, quatuor gradus. 43. M.
Dilectio Chriſti in ſuos quadruplex. 212. Eius ſigna. ibi. E
Dilectionis Dei patris in nos Apologia. 188. H
Dilectionis Dei in nos immēſitas, ſtabilitas, & generalitas. 303. A
Dilectio Dei in quatuor. 368. I. 370. N.
Dimittere debemus exemplo Chriſti. 302. F
Docet iſſ. quos, quid & quomodo. 297. I. per to.
Dux eſt Chriſtus 84. B. Duces ſunt ſacerdotes. ibid. C

Ebrius

E

EBrius Chriſtus vino charitatis. Et conditiones ebrij Chriſto conuenientes. 226. B
Ebrij ſimiles ſunt lunaticis. 231 O
Eccleſia nauicula quaſſatur ob ſeptem. 122 E
Effuſiones ſeptem ſanguinis Chriſti. 198. A
Egrediūtur homines ad quatuor in quadruplici ſtatu. 40. per h.
Egreſſus eſt Chriſtus e cœlo ad quatuor. 46. A
Egreſſus eſt Chriſtus quadrupliciter. 51. N
Eiectiones hominum e regno Dei ſeptem, propter ſeptem peccata mortalia ab eis commiſſa. 117. L
Electio diaboli quadruplex. 180. A
Eleemoſyna facienda. 191. A
Emittendi filij Dei cauſæ quatuor. 13. C.D.H.L.
Equitat Dominus libenter ſuper aſinum, camelum, & equum & quare moraliter. 207. F
Euchariſtie ſumptio. 158. L. & 185. R
Euchariſtie ſeu corporis dominici potentie & mirabilia. 220. A
Euchariſtie oblatio prodeſt defunctis. 224. K. An quotidie ſumenda ſit, ibidem in fine ſermonis.
Euchariſtia quomodo ſit ſumenda. 275. H
Euchariſtie figura, fuit manna. 373. K
Exurge dictum eſt ad quatuor Chriſto. 261. A
Ezechias obuolutus in eo, triplici de cauſa. 21. P.

F

FAma non eſt maculanda. 60. E
Fama bona odor & bonæ opi. myrrha. 63. V
Faran ferus, iudicis feritatem ſignat. 75. C
Febris iram repræſentat. 229. K
Fidei excellentia excedens granum ſinapis. 74. B
Fideiuſſor noſter Chriſtus. 282. G
Filius incarnatus propter quatuor. 62. ante V. & toto fere ſermone ſequenti.
Filium dedit pater, quadrupliciter. 368. F.
Flagellis cæditur Chriſtus & anima noſtra. 148. D

Flagello diaboli inducunt pronitatem, multiplicitatem & diuturnitatem in peccatis. ibid. E
Flos campi eſt Chriſtus Dominus. 285. F
Flumina quatuor paradiſi moraliter. 51. F
Federis feriendi conſuetudo. 272. G
Fragilitas humana. 195. N.
Fragmenta quinque panum. 191. A per to.
Fragmenta quæ ſuperauerunt, & cophini 12. ad duodecim circumſtantias aggrauantes paſsionẽ Domini applicantur. 234. S. T
Franciſcus extremam paupertatem induxit. 346. ante. D
Fugere debet homo propter duo. 356. poſt I
Funiculi Adam protoplaſti. 382. ante. F
Funiculus triplex difficile ſoluitur. 387. G
Funiculus fides de trinitate. ibi. H

G

Gaudium cæleſte deſiderabile. 76. D
Gaudium magnum in natiuitate Domini. 88. N
Gladius quadruplex pertranſit animam. 50. G. per to.
Gladio tribulationis eſt ſcutum duplex opponendum. 91. K
Glutire camelum & colare culicem. 199. K

H

Hydropiſis auaritiam notat. 236. N
Homines & iumẽta ſunt cõtemplatiui & actiui. 87. O
Honoratus eſt dominus quadrupliciter. 205. A

I

Iacientes lapides in Chriſtum: & ſagittas & ſemina & onera. 202. H. ſer. 3. per to.
Iacturam temporalium, faciat qui ſubmergi non vult 203. L
Ieiunandi cauſæ bonæ & non bonæ. 165. E
Ieiunij continui bona. 166. H
Ieiunium perficitur plena conuerſione, pura intentione, deuota confirma-

confirmatione, vera humiliatione. 165. B
Ignis habitus eſt a Chaldæis deus potentiſsimus, eo quod idola conſumerit. 197. Q
Illudit nobis diabolus in tribus, in cognoſcendis, agendis, & appetendis. 147. C.
Imago dei in anima noſtra. 253. poſt. F
Impœnitentia finalis eſt ſuper quam peccator non conuertitur. 160. O
Incipientium preparatio. 38. D. Readificatio. 95. H
Inferni locus in medio terræ. 247.
Inobedientiæ mala quæ intulit dominus. 123. H
Inuentus Chriſtus quadrupliciter. 57. Et quater in pueritia. ibidem. per to.
Inuolutus eſt Chriſtus quadrupliciter, vt quadrupliciter inuentus. 60. O per to.
Iordanis ſignificat baptiſma. 115. G
Irrigari de cælo quid ſit moraliter. 203. K
Iudicij terribilis, & iudicis ferocitas. 75. C
Iudicij vniuerſalis: locus inde x, cauſa. 130. I.
Iudicium & iuſtitia preparatio ſedis dei, quæ non eſt illis ſub racenda. 154. B
Iudicij extremi horribilitas. 267. ant. N
Iuſtitia dei in filio reuelata eſt. 16. R

L

Lachrymarum mirabiles potentiæ declarantur. 26?. O
Lætitiæ tranſitoriæ mala. 69. poſt. F
Languores noſtros Chriſtus tulit. 313. G
Languores quos Chriſtus tulit, ſunt ſeptem, obſeni peccata mortalia. ibi. & ſeq.
Lapis abſciſſus ſine manibus Chriſtus. 10. per to.
Lapides. 12. fidei articulos ſignificantes. 3... A
Latus Chriſti, quæ bona nobis aperuit. 277. L
Lauacra. 4. e corpore Chriſti manantia. 215 k
Lectus in quo dominus quieſcit, ſt conſcientia. 104. I
Leuius more egreſſus Chriſtus de vtero. 52. S

Leonis natura in Chriſto. 251. O
Lepra quadruplex & eius mundatio. 113. A
Lerra ſuperbiam connotat. 178. H
Lignum vitæ & fructus eius in cælo. 369. M
Lingua plus quam cæteris membris peccamus. 114. I
Litera ſignata ſigillo ſpiritusſancti, & ſigillo ſpiritus maligni. 358. N
Lotionis pedum figurata vtilitas. 218. Q
Lumen, lux, ſplendor, dies perfectus. 90. T
Lunatici, ebrios notant. 231. O
Lupus mundum ſignificat. 194. *poſt.* C
Luxuria per ſanguinis fluxum notatur. 231. P
Lux antequam fieret naſcendo in mundum. 73. H

M

Macula quadruplex, ſine qua eſſe debet in mundo, qui cum innocentibus vult eſse, ante Thronum dei in cælo. 44. A
Macula cordis, oris, operis & nominis ſeu famæ. 44. A. & *ſequēt.*
Magnitudinem regis Chriſti declarant. 4. 91. Q
Maieſtas domini, venientis ad iudicium. 20. D
Malos propter. 4. tolerat hic dominus. 12. A
Manet cum illis dominus, cum quibus amici libenter manere ſolent. 254. A *per to.*
Manna fuit eucharistiæ figura. 369. K
Manna dei eſt filius dei & quamobrem. 2. B
Manum quæ creauit mundum, mundus non nouit. 1. B
Manus triplex, quæ lapis non eſt abſciſſus. 50. L
Maria virgo eſt mons vnde lapis abſciſsus. 50. K
Mecum iſtis ab initio, vbi vide qui ſit cum domino. 340. L
Medium quadruplex in quo dominus. 261. *ante.* A
Medium fere occupauit Chriſtus. 263. E
Mendacium eſt multum periculoſum homini. 43. G
Menſa quadruplex. 182. *ante.* P. *In quarum prima vitandā quatuor ibi.* P. *Menſam ſcripturæ abominantes & menſam propoſitionis.* ibi. Q
Merces qua remunerabimur in cælo. 11. F
Merces æternæ retributionis, recipitur celerit. 13. F. *Soluitur liberaliter*

raliter. 136. G. Acquiritur faciliter. ibi. H. Poſſidetur perenniter. ibid. I
Michel uxor Dauid, Synagogam ſignat. 230. L
Mirabilia in pane facta. 210. A
Myrrhatum uinum lachrymæ ſunt. 93. B
Myrrham diſtillare & effundere. 94. G
Mirificentia Domini in ſtellis & in elementis. 90. R
Miſericordiæ Dei magnitudo. 161. P
Miſericordiæ Domini locus & copia. 198. B
Miſericordiæ Domini plena eſt terra. 300. A
Miſsionis. ſſ. excellentia & cauſa. 373. P
Montes in quibus uenit ſaliens Chriſtus, ſunt nouem ordines angelorum. 9. A.B.
Mons cui dicatur, tranſi, & tranſibit. 74. B
Multitudo triplex mergit homines. 125. E
Mundatio a lepra quadruplici. 113. A.

N

Nazareth eſt flos. & quælibet uirtus dici poteſt flos. 72. Q
Natiuitatis Chriſti utilitas. 50. M. Eius multiplex gaudium. 88. N. Eſt duplex, una inenarrabilis, altera prædicabilis. 89. P
Nauibus utuntur quadruplices. 119. A.
Naues & nauicula eccleſiæ periclitantur. 122. E
Nebulam ſicut cinerem ſpargi. 207. H
Neceſsitas triplex. 308. T
Negligentia prælatorum mala. 124. I.
Nobilitas & liberalitas Chriſti. 90. circa. S
Nobiſcum eſt Chriſtus in natura, in euchariſtia, in gratia, & in gloria. 44. S. & ſeq.
Nominis Ieſu utilitas & auctoritas. 81. N. Nominatum eſt ab angelis quatuor ſecundum quadruplicem gratiam. 482. Q
Nomen Ieſu portandum nobis in ore. 189. K
Nouiſsimi primi & primo. 138. per to.
Nuda ſolent eſſe quatuor hominum genera. cuiuſmodi ſunt Ebrij, ſpoliati, mendici, ſcurræ ſiue hiſtriones. 142. A.B.C.D. E.

Nudorum & diſcalceatorum rationes & differentiæ. 343. C
Nuptiæ quadruplices. 106. M
Nuptias uiri & mulieris uxoris eius, honorauit Chriſtus quadrupliciter. ibid.
Nuptiæ diaboli & animæ peccatricis 72. N. Chriſti & eccleſiæ ac animæ in cælo. ibid. O.P.

O

Obedientiæ forma. 91. pag. 1. poſt medium. Eius conditiones. 98. Q
Oculos dextros eruit dæmon. 150. h
Oculi ſeptem ipſius agni, ſunt dona ſpiritusſancti. 356. in princ. oculi diaboli. ibi ante. I.
Odit Dominus ſex, quæ non fecit. 368. H. infi.
Odor bonus eſt fama bona. 352. R
Opera bona quæ reſtituuntur per pænitentiam. 253. S.
Opportunitas quærendi Dominum. 316. I
Oppreſſio innocentum, & eius mala. 186. M
Oratio eſt incenſum gratum Domino, & quare. 94. D
Oratio eſt nuncius optimus ad Deum. 143. G
Orationis uirtus. 144. H. & 255. in princ. ante C
Orare docet nos mare. 178. G
Orauit aliter pro ſe, aliter pro nobis Dominus. 188. M
Ordeacei panes quinque, 140. A. & 193 G
Oſſa regia incendi moraliter. 160. Q
Oſtendere ſe ſacerdoti. 338. G
Oues ſuas Chriſtus adducit, deducit, perducit, educit & inducit. 283. I
Oues Chriſti ſunt eius fideles. 373. A

P

Palma qua honorandus eſt dominus, eſt perſeuerantia. 209. K
Panis quem omnes quærunt, eſt Chriſtus. 104. H
Panes quinque, & eorum fragmenta. 191. A
Panis coctio, in Chriſto & eius corpore completur. 219. S
Eius mirabilia. 220. A
Paralypſis inuidiam notat. 128. I
Paruuli ſunt humiles. 383. B
Paſſionis dominicæ aggrauationes. 234. S

Paſtor habens centum oues eſt Chriſtus, 52. R
Paſcit oues ſuas per doctrinam, gratiam Euchariſtiam, & eſt bonus quadrupliciter. 279. A. & ſeq.
Pater cœleſtis amat nos, propiciator in mundo, ſuſceptor in uitæ extremo &c. 302. E. per to.
Paupertatis conditiones iu religioſis. 266. L
Pax oblata per Chriſtum. 263. F. *Pax bonorum cum omnibus.* 263. k. & ſeq.
Pax domini propter quatuor ſeruanda, 272. A
Pax trinitatis & eam uiolantes. ibidem. B. *Eius bona & fructus optimi;* 273. E
Pax egredientium e corporibus. 365. Z
Peccata ſeptem eÿciunt e regno Dei. 117. E
Peccatoris conuerſionem impediunt quatuor. 159. M
Peccatum arguitur in corde quadrupliciter. 297. A
Peccatorum perditio multiplex. 375. E
Pedes quid ſint & unde lauandi, & quæ ex eorum lotione utilitas. 267. L per to.
Perfectus eſt homo tripliciter, profeſsione, conuerſatione; & contemplatione. 90. T. & ſeq.
Perfectorum triduum in quieta contemplatione. 99. R
Perſeuerantiæ bona ſingularia. 177. D
Petitionis congruitas in tribus. 309. V
Petra miniſtrauit aquam, oleum, ignem & mel. fo. 349. H
Piſces duo, & quinque panes: 193. P
Piſces Dei ſani &c. 278. poſt N
Pixis non euacuabilis eſt Chriſtus. 136. I
Plagæ quatuor ſunt totidem ætates. 129. F
Plenitudo quadruplex. 300. A
Poculum aureum inſequentis caſus. 109. R
Pœnitentiam agere, prodeſt in quatuor. 154. A
Pœnitentiæ in cinere utilitates. 155. E
Pœnitendum eſt cito propter pericula. 163. V
Pœnitentiæ partes quinque. 196. P
Portæ ciuitatis cæleſtis. 218. Q
Portare debemus quatuor. Chriſtum in corde & corpo-

re nomen eius in ore ; & coronam in capite. 188. H
Precum efficacia. 179.poſt.K & ſo.ſeq.
Primus nouiſsimus, & no.pri. 137. per to.
Principis mundi huius malitia. 295. D
Princeps optimus Chriſtus: ibidem. E
Proficieutium triduum. 97. N.per to.
Prope ſunt nobis ſeu propinqua quatuor. 21. E
Proſtitutio animæ pecatricis. 347. E
Pudor cōfeſsionis eſt vtilis, & tolerabilis. &c. 161. Q
Dicitur puer multis de cauſis. 71. M
Pueri ſunt puri a peccatis varijs. 72. P
Puer quem petimus ſanari, eſt anima. 115. F
Pulchritudo eccleſiæ per gradus. 316. k
Pulſat Deus, homo, & diabolus. 321. T.per to.

Q

Quadrageſimæ præſtantia, ſanctitas, & vtilitas. 171. K
Quadragenarii celebritas in ſcripturis. 173. P
Quærere cogitur homo Deum. 86. G
Quærendus eſt Chriſtus multipliciter, per fidem, per amorem, per iuſtitiam, per bonam operationem &c. 101. A.per to.
Quærite & inuenietis, & quid quærendum, & quæ nos inuitent ad quærendum. 315. I.per to.
Quinque verba de quibus Apoſtolus. 194 H. & I
Quinque panes ordeacei. 193. G. & H
Quinque panes multiplicatos mirantur homines, & non mirantur multiplicationem panis cotidiani. Sunt autem partes pœnitentiæ. 196. P
Quies conſcientiæ. 100. R, eius conditiones. 101. S

R

Raphael Angelus. Chriſtum ſignificat medicum. 218. O
Redemptori noſtro quantum debeamus. 386. E

Reges

Reges Chriſtum adorantes, quod demonſtrent. 86. G
Rex eſt Chriſtus in gloria coronatus. 85. E
Reges tres perfecti, & eorum oblationes. 89.V.P.Z
Religioſorum ſtatus & paupertas debita. 97. O
Remedia contra impedientia conuerſionem. 162. Q
Replet ſpiritus ſanctus quadrupliciter. 373. O
Repletio ſpiritus ſancti quatuor facit. 377. k
Requies quadruplex. 239. A & ſer.ſeq.per to.
Reſurrexit Dominus ad quatuor. 243. A
Eius reſurrectio eſt quadruplex ſignum. 245. E
Reſurrexit Dominus glorioſiſſime, veriſſime, potẽtiſſime, & vtiliſſime. 250.L.per to.
Reſurrectio triplex. 252. Q. Quarum primam quæ eſt Chriſti indicant angeli quadrupliciter. ibidẽ. Secunda autẽ eſt fideliũ culpa Chriſti autem eſt quadruplex. 253. R
Reſurgentium diſſimilitudo. ibidem. T
Rugæ animæ ſunt duplices. 338. F

S

SAgittæ Dei sũt tres: videlicet timoris, doloris, amoris. 357. k
Sanctus Deus in operibus ſuis. 366. D
Sanctus pater, ſanctus filius, ſanctus ſp. 385. A
Sanguinis Chriſti in altari virtus, 112. Z
Efficacia, & ſeptem effuſiones. 198. A
Sanat Deus totaliter, velociter, faciliter, & multipliciter. 116.F.per to.
Satisfactionis bona, forma. 96.L.& M
Scelera Moab quatuor. 160.poſt.O
Scientiam vocis habentes. 378. ante M
Scit homo quinque de Deo, & Deus de eo. 304. I
Scripturæ ſunt multum amandæ, & ſunt quadruplices. 16.S.per to,
Scurrarum & hiſtrionum tria genera. 227. F
Sedet & equitat Deus libenter ſuper. 4. 207. F
Semen ſcientiæ requirit doctos ſeminatores. 142. E
Semen vt terra quadruplex. 145. O

Seminat Dominus quadrupliciter, in natura, in gratia, in gloria, & in miſeria. 215. K
Seminatur quid, quantum, vbi, & quando. Item ſeminis bonitas, ſeminantis liberalitas, terræ fœcunditas, temporis congruitas. 180. A. per to.
Semita per quam deducuntur animæ. 364. V
Septimana omne tempus & peccatum notat. 115. G
Sermones religioſis prædicandi. 225
Sermo non vnus ad omnes habendus. 353. S
Serpentis dum incantari timet aſtutia. 10. C
Signaculum eſt Chriſtus & quare. 73. R
Signum cui contradictum eſt, eſt Chriſtus multiplex. B. & ſeq.
Signum quadruplex eſt reſurrectio Domini. 245. E
Signati ſumus in ſpiritu ſancto. 343. A. & ſeq.
Signum honeſtatis & religioſitatis. 344. B
Signa paupertatis extremæ. 345. C
Signa ſpiritus magni quatuor. 347. E. per to.
Signum magnum quod apparuit in cælo, ibi. ibid.
Simile & euchariſtiæ conditio. 219. T. V.
Simul ſunt homines differenter. 268. A
Synagoga eſt meretrix volens puerum ſcindi. 72. O
Sitire eſt vehementer deſiderare. 382. poſt. A.
Societatis malorum pericula. 123. G
Sol eſt Chriſtus, de cuius calore vide. 42. N
Sole clariores erunt iuſti. 156. L. Eius virtutes ſignant dotes corporales. 250. M.
Soluite templum hoc. &c. 585. C
Somno ſurgendum propter quatuor. 73. S. per to.
Spei van æ apponenda remedia. 163. ante. X
Spiritus ſeptem nequam, & eorum eiectio. 120. F. G
Spiritus ſanctus vos docebit omnia. 296. I. per to.
Spiritus ſancti operationes, proprietates, attributa, quid ſit repenti, ſonitus, validus. 352. O & ſeq.
Spiritu ſancto leguntur ſeptem repleti. 253. A
Spiritus ſancti miſsionis excellentia & bona. 355. H
Eius ſuauitas & bonitas. 360. O. per to.
Spiritus ſanctus deducit animas euolantes in cælum. 369. V

Replet quadrupliciter. 373. O
Spuitur in faciem Chriſti & animæ. 148. F
Statuæ Danielis expoſitio. 359. L
Status ſeptem in eccleſia. 362. B
Stephanus multiplici gratia plenus. 87. F
Struthio ſanguine vermiculi vitrum in quo pulli clauſi diſrumpit. 198. B
Suauitas Dei triplex. 361. S
Superbia excæcat hominem. 159. H
Surgendum de ſomno propter quatuor. 6. per to.

T

TAbernacula nouem ſecundũ, nouem ordines angelorũ. 3. I
Templum eſt corpus Chriſti. 249. K
Eius ſolutio. 385. C
Templum miſticum incipientium. 95. H
Tempora quatuor habẽda homini frequenter in memoria. 67. A
Tempus, dies, & hora paſsionis Chriſti, congruunt cum ſtruthione & peccato Adæ. 238. D
Tentationes de tribus, quibus olim Chriſtum, & nos adhuc tentat diabolus: ſignificantur per animalia quæ Dauid occidit. 170. F
Terra bona quadruplex. 144. K. L. M. N
Terræ ſtabilitas & diuiſio. 388. I
Terræ fructificatio. ibidem.
Teſtimonium perhibet homo de quatuor. 585. A. per totum. & ſer. ſequenti.
Teſtimonium triplex perhibet homo proximo. 339. I
Teſaurus cordis, oris, operis. 93. A
Timoris mali remedium. 163. T
Traditur Chriſtus a Iuda, a ſacerdotibus, a Pilato, varia ratione. 148. B
Tradidit ſeipſum pro nobis Chriſtus, idque multipliciter. 212
Trahit diabolus hominem. 383. G
Trahit homo hominem. eodem. k

Triduum incipientium. 95. H
Triduum proficientium. 66. N. per to. Perfectorum. 99. R
Triduum perfectorum, eſt in quiete: cuius ſunt tres conditiones, 66. S
Trinitatis miſteria, per quatuor. ſer. 384. A
Trinitatis veſtigium, eſt in omnibus creaturis. 389. M. Eius potentia ſapiētia iuſtitia, ibi. N. Eſt amāda propter quatuor. 390. O
Trinitatis diuinæ an ſit dabile exemplum. 392. S
Triſtitia veſtra vertetur in gaudium: vbi notanda eſt mutatio quadruplex. 464. K

V

Vbera ſeu boni eccleſiæ, ſunt duo teſtamenta. 134. D
Vbi multiplex in quo dominus quæri & inueniri poteſt, ſecundum diuerſos ſtatus. vbi natus eſt, vbi paſſus eſt, vbi reſurgens, & vbi aſcendens. 87. I
Veniente Domino ad iudicium, quatuor facienda. 19. A
Veniet Dominus quemadmodum aſſumptus eſt. 327. E
Venire cur debeat homo ad Dominum. 380. A
Venit Chriſtus ſaliens in montibus. A. per to.
Venit Chriſtus, in cuius aduentu attendamus patris auctoritatem, filij humilitatem. ſ. charitatem, & hominum vtilitatem. 12. G & ſeque. Venit cum potentia &c. 24. N
Quando, vnde, quo, & quare. 23. G
Vera quatuor de Deo atteſtata. 276. I
Veritatem triplicem docet ſpiritusſanctus. 299. N
Verba Chriſti in cruce dulciſona. 243. A
Verſio rerum quadruplex. 377. K
Veſtem Chriſti ſcindere, eſt ſchiſma ſuſcitare. 84. D
Veſtium diſcrimen faciendum oſtenditur. 172. E
Via Domini eſt quadruplex. 35. & per to.
Via lata, & ſemita quæ eſt arcta. 364. poſt. A
Videre faciunt quatuor animam excæcatam. 151. N. per to.
Videtur Chriſtus a quatuor. 286. A
Videt Dominus quadruplices, ſua quoſque differentia; videt omnia ſapientiſſimus & patientiſſimus. 293. E. F.
Vinculis charitatis. 382. ante E

Vinea quadruplex in qua laborandum, 133. A. Illi quadruplicia timenda animalia. 135. E
Vinum quadruplex bibitur, in quadruplicibus nuptijs. 108. Q
Vni immodice ſumpti mala, ibidem.
Virga quæ dominatur in medio inimicorum. 3. L
Virga Aaron eſt caro Chriſti. 246. E. F
Vitia animorum notantur per vitia corporum, ſuperbia per leprã. 228. H. Inuidia per paralyſim. 228. I. Ira per febrim. 229. K Item accidia imbeciles notat. Hidropiſis auaros, 229. M. M. Lunatici ebrios Sanguinis fluxus luxurioſos. 231. O. P
Vitrum ſignificat baptiſma. 340. L
Vnio Chriſti, & animæ noſtræ. 220. Y
Voluntas ſine gratia nil boni operatur. 145. M
Voluntatem Dei docuerunt nos Apoſtoli. 176. A per to.
Xp̄s ponitur ſuo loco Chriſtus.
Yſaac cæcutiens Iudæos ſignificat.

INDEX THEMATVM IN SERMONIBVS B. BONAVENTVRAE

De tempore æſtiuali.

A

Miſce aſcēde, ſuperiur. 509
Amice quō huc intraſti nō habens ueſtē nuptialem. 522
Appropinquans alligauit uulnera eius. 488
Aſcendens autem in vnam na. 426
Aſcendit Simon Petrus,& traxit rete. 557
Beati oculi qui vident,quę uos uidetis. 484
Bene omnia fecit. 477
Circundabunt & coanguſtabant vndique. 464
Compelle intrare vt impleatur domus mea. 408
Concluſerunt multitudinem piſcium copioſum. 428
Cuius eſt imago & ſuperſcriptio. 547
Cū appropinquaret Ieſus Hier. videns ciuitatem fleuit ſuper illam. 450
Cum intraſſet in domū cuiuſdam principis. 507
Cū ingrederetur Ieſus in quoddam caſtellum occurrerunt ei decem uiri leproſi. 486
Cum ei ſta eſſet turba, intrauit Ieſus. 550
Deſcendit iuſtificatus ī domū ſuam ab illo. 471
Deus propitius eſto mihi peccatori. 468
Diliges Dominum Deum tuū. 482
Diliges Dominum deum tuū. 514
Diliges Dominum Deum tuū. 516
Diliges Dominium Deum tuū. 518
Domine filia mea modo defuncta eſt. 548
Eadem menſura qua menſi f. r. vobis. 419
Ecce defunctus efferebatur. 500
Ecce offerebant ei paralyticū iac. in lecto. 520
Erat quidam regulus cuius fi. infir. ca. 533
Eſtote miſericordes ſi. p. v. m. eſt. 427
Ex hoc iam eris homines capiens. 410
Facite vobis amicos. 456
Facite,uobis amicos &c. vſque vt recipiant uos in æterna tabernacula. 457
Gaudium eſt angelis Dei ſuper vno

uno peccatore. 414
Homo quidam fecit cænam magnam. 403
Homo quidam diues, & epulabatur quotidie ſplend. 366
Hora ſeptima reliquit eum febris. 538
Iam parata ſunt omnia. 246
Inueni ouem quam perdiderã. 410
Inueni drachmam quam perdideram. 412
Leuauerunt uocem.ſ. dicentes. 489
Manducauerunt & ſaturati sũt. 244
Miſereor ſuper turbam. 442
Mitte lazarum ut intingat extremum digit. in aquam &c. 201
Mortuus eſt diues & ſepultus eſt in inferno, 398
Multi ſunt uocati, pauci uero electi. 531
Nemo poteſt duobus Dominis ſeruire. 493
Nonne decem mundati ſunt? 491
Nunquid poteſt cæcus cęcum ducere. 421
Nunquid poteſt cæcus cæcum du.&c. 423
Omne debitum dimiſi t bi. 541
Omnis arbor quæ non facit fructus bonos,ex. 446
Omnis arbor bona fruct. bo.fa. 449
Oſtende mihi numiſma cenſus. 543
Publicanus a lõge ſtans &c. 466
Quærite ergo primum regnum Dei. 438
Qui facit uoluntatem patris mei. 453
Qui ſe humiliat, exaltabitur 501
Redde rationem uillicationis tuæ. 451
Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari. 545
Reſedit qui erat mortuus. 502
Reſedit qui erat mortuus & cœpit loqui. 504
Scit enim pater ueſter quia his omnibus indigetis. 497
Serue nequam omne debitum dimiſi tibi. 337. 539
Si offers munus tuum ante altare. 432. 435
Si cognouiſſes,& tu. 462
Simile factum eſt regnum cœlorum homini regi. 529
Solutum eſt uinculum linguæ eius. 475
Statim apertæ ſunt aures eius, 475
Tolle lectum tuum. 534
Tunc uadit & aſſumit ſep.al.ſp n.ſ. 119
Tunc apparebit ſignum filij hominis in cœlo. 535
Vade prius reconciliari fratri tuo. 437
Vęh autem prægnantibus & enutrientibus. 532
Vbi fuerit corpus ibi congregabuntur & aquilæ.
Vnde illos poterit quis ſaturare pa. 440
Vt autem ſciatis, quia filius hominis habet poteſtatem in terra dimittendi peccata. 523

FINIS.

INDEX ADNOTANDORVM IN SERMONIBVS

De Tempore.

PRO PARTE HIEMALI.

A

Accidia quinta eſt infirmitas animæ. 534. E

Actiui miniſtrare debent per bona opera, & hoc ſolicite & frequenter. 403. B

Aliena detinentium pericula. 501. C

Aman diabolum ſignificat. 451. A

Amicum quadruplicem habet homo, Deum, angelum, hominem diabolum. 455. I

Amicus fraudulentus diabolus. 456. O

Amici fides, qui pro furto amici ſuſpenſus eſt. 483. F

Angelorum de pœnitente gaudium. 416. O

Angeli ſunt fratres noſtri. 438. P

Angelorum in preſentia quia ſtamus, merito peccare erubeſcamus, 467. B

Anima moritur, effertur, ſepelitur. 398. C

Anima leproſa ſanatur per baptiſmum, per contritionem confeſſionem, & ſatisfactionem. 488. E. *Eius ſanandæ modus tractatur.* 522. H. *per to.*

Animam ſuam in paratus ſit ponere pro amico ſuo Chriſto, uiderit homo. 312. A

Antichriſtus eſt cornu loquens blaſphemias, de quo multa. 523 524. M. & N

Aperire debemus oculos, aures, os, manus, ad diuerſa. 474. A *p to.*

Aquæ ſub firmamento & ſupra firma. 390. I

Aquila eſt Chriſtus, angelus, homo, diabolus, propter diuerſas rationes. 554. H. *per to.*

Aquilæ natura. 555. k

Aquilonis principes. 430. *poſt.* O

Arbor

INDEX

Arbor bona, bonus homo: fructus bonus, bona uita. 449. E. per to.
Argentum ſpirituale & materiale. 441. E
Aſcendendum eſt ad ueritatem, ad uirtutem, ad dignitatem & ad immortalitatem. 509. E per to.
Aſſur interpretatur nemus. 430. L
Auaritia quarta infirmitas animæ. 534. D
Aures aperire debemus ad obediendum. 473. B
Auſter eſt .ſſ. eius terra eccleſia. 474. ante C

B

Beati qui uident &c. 480. A
Bene omnia fecit Dominus. 477. per to.
Benedicto quærenti a diabolo quando ceciderat Reſpondit heri, & cauſam addidit. 443. H
Benedicendi cauſa, extendit manus Chriſtus. 521. E
Benignitas Dei in remittendis peccatis. 415. N
Byſſus bona eſt conuerſatio. 530. F
Bonorum omnium nobis commiſſorum, reddenda eſt ratio. 544. B
Bona uita neceſſaria eſt ad quatuor. 527. A per to.
Boni hic ſunt cum malis: in cælo ſoli. 531. I. diſcernuntur autem a malis per humilitatem, per charitatem, & per uitæ ſanctitatem. 531. k

C

Cadere fuit angelo præſumptuoſo inutile: eſt tamen homini præſumptuoſo quandoque utile. 422. E
Cadere faciunt domum quatuor. 425. k
Cadunt homines, per mentis infidelitatem, per rerum cupiditatẽ, per carnis uoluptatem, & per ſuperbiæ uanitatẽ. 421. poſt A
Cadunt corporaliter, cæci, illaqueati, ebrij & impulſi, & ſic peccatores ſpiritualiter. 423. F
Cæcus cæcum ducens, & fouea in quam cadunt. 421. A
Cæci & claudi quomodo poterunt introduci. 405. H
Canes impudentiſſimi, auari. 445. ante L
Canes malignantes, dæmones. 464. poſt k
Capiuntur homines a proximo, diabolo, & Deo. Capturæ autem fiunt retibus, dentibus, manibus. 430. Q
Charitatis currus rotæ. 459. T
Chriſtus frater eſt noſter. 437. O

Chriſti

Chriſti poteſtas quadruplex. 522. H.per to.
Chriſtus corpus: aquilę iuſti. 333. H
Cibos delicioſos triplices parauit nobis Dominus, in menſa cordis corporis & ſacramenti euchariſtiæ. 407 N
Ciuitas eſt eccleſia militans. 406. L
Coangyſtatur homo in morte. 465. P
Cœlo inerũt certo numero ſaluandi & omnes illi erunt magni. 153. fuerunt vltimo. f. 336.
Cœna eſt duplex, gratiæ. ſ. & gloriæ. 403. A
Cognitio quadruplex prouocat fletum. 462. F
Colli hominis vincula. 476. G
Confeſſionis vtilitates. 468. E.F
Confitens oſtendat peccata ſua. 544. B
Conuiuæ, ad cœnam ſunt vocandi, compellendi, introducendi, implendi, 404. F
Cor totum exigit a nobis Deus. 516. E. Credere ex toto corde ibidem. Exigit aũt ad credendum, ad vere viuendum & ad obediendum, ibi F.G.H. Ad orãdum, ad diligendũ, ad reminiſcendum, ad gratias agendum: ibidem conſequenter, I. K. L: M
Cornu ſignificat antichriſtum. 405. M
Corona gloriæ maxime æſtimanda. 418. D
Crux Criſti eſt nauicula. 426 A
Cupiditas rerum precipitat hominem. 22. B
Currus ignei. i. charitatis rotæ. 459. T
Currus ſunt varij ſtatus hominum. 511.

D

DAmnatorum quatuor mala, nam culpa eſt in excuſabilis. ſententia ineuitabilis, pena in terminabilis, & gratia irrecuperabilis 146. A. per to.
Debitum culpæ, & gehennæ dimittitur condonanti clementer, amanti feruenter, roganti diligenter, & toleranti patienter. 541. I
Decem mandatorum obſeruatores mundantur a lepra culpæ, & liberantur a pœna &c. 491. N
Decem viri. 492 O.P.Q.
Decem viri & decem virgines. 502. D
Deducit Dominus facientes voluntatem ſuam. 464. G

Deſcen-

Deſcenſus quadruplex per tranſitionem mortalem, per humiliatio nem pœnitentialem, per reſolutionem corporalem, & per demer ſionem infernalem. 471. K
Deſcendunt fortes per potentiam &c. 472. O.
Deſertum eſt mundus. 510 F
Deus capit homines tripliciter. 432. S
Diabolus eſt frater Abimelech. 439. Q
Diabolus qualis ſit amicus hominis. 456 O
Diabolo reſiſtere debemus. 467 D
Diabolus ad quid amat & eligat ſuos. 333. P
Diabolus aquila celerrime volat. 333. L. comparatur etiam leænæ. 334. in prin.
Dilectio Dei ſine qua ſalui eſſe nequimus, & cuius certitudinem non habemus, probatur quatuor ſignis & effectibus ſuis. 514. A. per to.
Dilectionis bona. 552. K
Dilectio Dei probatur ex ſex ſignis. 519. N
Diligendus qualiter ſit Dominus. 462 E
Diligendus charitate non timore. 515. C
Diuites huius ſeculi, reprehenſibiles ſunt de tribus: de vanitate in veſtiendo, de guloſitate in edendo, & de impietate in non miſe rendo. 396. A
Diuitis epulonis auari pœnæ quadruplices, ab inferiori, ſuperiori, interiori, & exteriori. 399. F
Domini duo, quibus nemo ſeruire poteſt. 494. D
Domus Domini quando implebitur. 405. I
Domus impletur hominibus, ſonis ſeu clamoribus, poſſeſſionibus & odoribus. 308. O
Domum cadere faciunt quatuor. 25. K
Drachmæ nomine, ſunt angelorum chori. Decima que perdita ho mo poſt lapſum. 412. E

E

EBrii ſæpe cadunt. 424. H
Efferuntur homnes quadrupliciter. 500. A. per to.
a culpa ad gratiam per quatuor. 501. B
Elam interpretatur ſuperliminare. 430. M
Electio eſt quadruplex, diuina, humana, angelica, diabo-

diabolica. 531.L.& ſeq.
Eligendorum conditiones. 532.poſt.N
Eleemoſinā dando, peccare poſſunt diuites, quinque modis. 397.E
Eleemoſynarum vtilitates. 470. I
Exaudit deus facientes voluntatem ſuam. 453. E

F

Facientium voluntatem patris cæleſtis, pmia 453. E. *Non facientium ſtultitia folio.* 464. H
Ficus cui maledixit Dominus. 448. D
Filiæ Hieruſalem. 483. G
Filia noſtra eſt anima. 548. A. *Eius ſuſcitatio.* 484. H
Flagellandi nos, quæ ſit Deo cauſa. 435. k
Fletu ſuo nos Dominus ad flendum prouocat.
Fletum prouocat quadruplex cognitio. 462 F
Flendum autem pro quatuor. 459. A. per to.
Flumina Babilonis. 437. in priu. 461. E
Fratrem cui recōciliari debemus, triplicem habemus, Chriſtum, angelum, hominem, & cui nunquam reconciliandum eſt, vnum, videlicet diabolum. 437. O per totum.
Fraudes quæ fiunt in menſuris. 404. E
Fructuum bonitas probatur vtilitate, multiplicitate, delectabilitate, durabilitate. 448. E
Fructus boni quomodo multiplicentur. 449. F
Fructus bonæ vitæ, ſunt dulces. 450. G
Gula & guloſorum exceſsus, in quinque notantur. 397. D
Gula ſexta infirmitas animæ. 535. F

H

Heri cecidiſſe ſe dixit diabolus. 443. H
Homo hominem capit tripliciter. 430. K
Hora quadruplex. ſ. cōuerſionis pctōrum, operationis mandatorum, paſsionis aduerſorum, & deuotionis deſideriorum. 535. H. per to.
Humiles eſſe debemus propter tria. 536. I
Humiliationis modus. 537. M
Humiliatio liberat hominem a malo: adiuuat in bono: exaltat in cælo. 513. P.

Humi-

Humiliationis attendenda eſt neceſsitas, qualitas & vtilitas, 511. I. per to.

I

Igne maxime cōburentur omnes arbores malæ in inferno. 447. C
Imaginem ſuam exigit deus. 549. F
Imago dei triplex eſt. 547. I. per to.
Impulſores tres hominis, in ruinam. 425. I
Infidelitas mentis conterit hominem. 422. poſt. A.
Infirmitates ſeptem animarum per peccata mortalia. 3030. A per to. & 3032. A. per to.
Inimici hominis ſunt dæmones qui circundant eum in tentatione, coanguſtant in expiratione, & proſternunt in damnatione. 464. K per totum.
Inuentor bonus eſt dominus, qui inuenire ſcit electos ad iuſtificandum, ſeruientes ad remunerandum, odientes ad perdēdum, & mortuos ad reſuſcitandum. 410. A
Inuenit diabolusq, nos dominus perdit. 410. A
Inuidia ſecunda infirmitas animæ. 534. C
Ira, tertia infirmitas animæ. 534. G
Iudas proditor malitioſos ſignat 40. E
Iudicij extremi thronus & forma. 407. M
Iudicij extremi terribilis ſonus. 506. O
Seueritas & maieſtas. 523. k. & ſeq. L
Iuſti ſunt reges & nobiles. 485. M

L

Lachrimis nauigatur ad cælum. 46. C
Languere debet anima amore dei. H
Laqueus, quo cadunt peccatores. 424. G
Lazarus vlceroſus ad nos mittitur. 466. K
Lazarus vnus diſcumbentium, ocioſos notat. 404.
Lazarus quatriduanus, eſt genus humanum. 472. D
Lectus quadruplex, concupiſcentiæ, conſcientiæ, pœnitentiæ, & ſapientiæ. 524. O. & ſeq.
Lectus item ferreus, eburnus, floridus, aureus. ibi. S
Leone comparatur diabolus. 334. in prin.

Lepra animæ contrahitur, corde, ore, opere, & conſuetudine. 486. A per to. vide. E
Leuare debemus vocem in oratione. 489. k
Leuare debemus capita. 491. M
Liberalitas diuina in nos. 542. B. & L
Libra vnguenti moraliter. 409. T
Ligatura. 10. præceptorum ligat nos Dominus. 489. E
Lingua inflammatur quadrupliciter, per malitiam, per gratiam, per iram, per gehennam. 401. L
Linguas ſuas manducabunt impij. 402. O
Linguam hominis ligat dæmon. 477. H
Loqui inueniuntur in ſcriptura: brutum, mortuus, cornu & tonitruum. 504. I. per to.
Luxuria, ſeptima infirmitas animæ. 535. G

M

MAmmona iniquitatis diuitiæ. 459. R
Mandatorum dei obſeruatio, mundat a culpa, liberat a pœna, ditat gratia, beat obſeruatores gloria cæleſti. 491. N
Manere, & quomodo fructus maneat. 450. H
Manus aperire debemus ad dandum. 475. D
Eas ligat diabolus. 476. F
Manus Chriſti id eſt eius operatio facit in nobis quatuor, purgat culpam, reparat naturam, confert gratiam, & præparat gloriam. 549. A
Mediatores boni habendi roganti. 539. D
Membra ſponſæ. i. eccleſiæ. 530. G
Menſura qua menſi fueritis, remetietur vobis. Eſt autem menſura naturalis, vſualis, criminalis, doctrinalis, æternalis. 419. E
Menſura bona, cõferta, coagitata, & ſupereffluens, quæ & in quibus ſit. 421. k
Miſeretur Deus ſuper quadruplicem turbam, ſuper turbam viuentium in terris, ſuper turbam quieſcentium in ſepulchris, ſuper turbam gementium in pœnis, & ſuper turbam fruentium in cælis. 442. F

Miſericordia eſt homini vtiliſsima, quia per eam in mundo gratiam, in extremo fiduciam, in iudicio miſericordiam, in cælo gloriam conſequitur. 451. A
Miſeria triplex deflenda. 461. D
Morientis anguſtiæ. 463. I.N
Mors quadruplex, & mortui quadruplices, morte naturæ, culpæ, gratiæ, gehennæ. 502. E
Morte naturæ moriendum omnibus. ibidem.
Mortui tres in euangelio reſuſcitati. 503. F
Mortui in exteriori non interiori homine. 504. G
Mortuorum æterna morte, luctum non facies. ibidem. H
Mortui culpa, incipiant loqui confitendo. ibidem.
Moſsor interpretatur capiens. 430. N
Multi vocati, & multi per quos vocantur. 405. G
Muſcæ morientes perdunt ſuauitatem vnguenti. 403. C

N

NAuis quadruplex: ſcilicet, crux triumphalis, mens rationalis, pœnitentia ſalutaris, & eccleſia vniuerſalis. 426. A
Nauis mentis exoneranda eſt. 426. C
Nauis eccleſiæ gubernacula &c. 427. F.
Nemo poteſt duobus dominis ſeruire &c. & nemo poteſt ſaluti neceſſaria obtinere, niſi per quatuor a deo danda. 494. C
Nemo poteſt venire ad me, niſi pater meus, traxerit illum. 494. C
Nemo aſcendit in cælum, niſi qui deſcendit de cælo ſubaudi & membra eius. 495. B
Nequitiam triplicem reprehendit Dominus. 533. A
Noua facit deus omnia. 464. K
Nummus eſt anima. 543. A
Nuptiæ commendabiles ſunt propter ſponſi magnitudinem, ſponſæ pulchritudinem, filiorum multitudinem, & conuiuarum plenitudinem. 529. E.

O

Oblationes nihil proſunt, niſi vitentur peccata, & emendetur vita. 434. I
Oculus dexter & ſiniſter. 423. *poſt.* F
Oculos noſtros aperire debemus ad credendum fideliter. 473. *poſt.* A. Eos ligat *diabolus.* 474. E
Odientes perdit dominus. 411. C
Odor vnguenti ſpiritus ſancti. 410. S
Offerre, quid, cui, quantũ, quomodo, vel quãdo debeamus. 433. A
Offerenda ſunt quatuor vtiliter in recordatione ſcilicet multiplicitas peccatorum, largitas dei beneficiorum, neceſsitas proximorum, & diuerſitas æternorum ſtipendiorum. 435. k
Offeruntur domino vt ægri medico, vt paruuli Epiſcopo, & vt rei iudici, & vt ſponſa ſponſo. 520. A
Oleum miſericordiæ & pietatis. 485. O
Omnia facit deus per potentiam, omnia trahit per gratiam, omnia proſpicit per notitiam, omnia innouat per gloriam. 477. I. & *ſeq. per to.*
Orandum cum deuotione. 536. k
Orationis vtilitas. 549. C. 542. L
Orantis mediatores. 539. D
Os aperire debemus ad bene loquendum. 473. C
Oſtendere debet homo veritatem in prædicatione, iniquitatem in confeſsione, bonitatem in operatione, & dei imaginem in expiratione. 543. A

P

Panes ſeptem ſunt dona ſpiritus ſancti. 445. M
Parauit deus quatuor: tormentum pœnæ in inferno, oppidum eccleſiæ in mundo, thronum iuſtitiæ in iudicio, & conuiuiuium gloriæ in cœlo. 406. K
Paſsionis dominicæ charitas. 463. H
Patres in malis imitantes. 460. G
Pater, noſter & deus propter paternam creationem, paternam dilectionem

lectionem, paternam procurationem, & hæreditatis collationem. 496. A. per to.
Pauperibus ſubuenire debemus. 45. C. & iterum 470. I & 475. D
Peccatum dimittitur in hoc tantum ſeculo. 522. H
Peccatorum reatus remittuntur per tria. 543. M
Peccatis ſeptem dicitur væ. 332. per to.
Perditio hominis quadruplex: per corruptionem originalem, per tranſgreſsionem actualem, per extinctionem corporalem, & dannationem gehennalem. 412. E
Piſcium multitudo, eſt hominum multitudo 428. G
Eſt autem hominum multitudo quadruplex: in culpa, in gratia, in gloria, in gehenna. ibidem.
Piſces inuenti in mari, in rete, ſuper prunas, in terra. 335. A per to.
Pœnitentia gaudium generat angelis dei, ad eam autem mouent periculi immenſitas, loci opportunitas, dei benignitas, pœnitendi vtilitas. 414. K
Pœnitentiæ locus vbi ſit. 415. M
Pœnitentiam derelinquens ſubmergitur, vt qui in mari nauem deſerit. 427. poſt. D
Pœnitentia bona. 471. E
Porticus quinque, ſunt ſenſus quinque. 395. poſt. G
Poteſtatem habet Chriſtus iuſtificandi, iudicandi, regnandi, cruciandi. 522. H. per to.
Prægnantes & nutrientes. 507. A
Præſumptuoſo homini expedit quandoque cadere. 422. E
Princeps Chriſtus, angelus, homo, dæmon. 304. A
Propitiationem dei meretur homo per quatuor: per confeſsionem, condonationem, orationem & erogationem. 468. E. & ſequenti.
Propitiatio dei eſt magna tripliciter. 459. F
Proprietarij religioſi periculum. 501. C
Proſternitur homo ad terram. 456. Q. per to.
Proximo ignoſcendum eſt. 540. F
Puſillorum eſt hæreditas regni cœleſtis. 497. D

Q

QVadrans nouiſsimus. 546. poſt. H
Quarite primum regnum dei. 498. E. per to.
Quaerere debemus medicinam pœnitentiæ, theſaurum gratiæ, ſponſum eccleſiæ, regnum gloriæ. ibidem.

R

RAtionem omnium exiget deus in iudicio. 546. G
Recordari debemus beneficiorum dei. 436. M
Reddenda eſt ratio de tribus. 431. A. per to.
Redditionem quadruplicem exigit deus a peccatoribus. Primam in mundo, ſecundam in extremo, tertiam in iudicio, & quartam in inferno. 545. E
Regnum dei diligenter quærendum. 500. I
Reprobis triplex eſt pœna videre bonos. ſ. in mundo, in iudicio, in inferno. 399. H
Reſuſcitatio mortuorum, tam corporaliter quam ſpiritualiter, eſt magnæ miſericordiæ. 443. G
Rota charitatis quatuor. 459. T

S

SAluti neceſsaria non obtinemus niſi per. 4. 493. A
Saluti quatuor ſunt neceſſaria. ſ. vt impedimentum amoueatur, vt de ea efficaciter cogitetur, vt uoluntas per gratiam adiuuetur, & vt anima iuſtificetur. 550. E. & ſeq. per to.
Samaritanus ſanans vulnera noſtra. 485. K
Satisfactionem exigit deus a nobis. 545. E
Saturitas quadruplex, rerum temporalium, donorum ſpiritualium, præmiorum æternalium, & tormentorum infernalium. 444. k. O
Securis ad radicem poſita moraliter. 514. B.
Semitæ maris tres. 335. B.
Seruos quatuor malos damnat Dominus. 539. B

Signa

Sgna amoris. 514. B
Signa quadruplicia apparebunt in nouiſsimo, erroris, terroris, amoris, decoris. 334. I
Signa. 15. ante iudicium. 334. N
Solitudo quadruplex eſt, infra nos, extra nos, intra nos, & ſupra nos. 440. A
Sonus prædicationis figuratus. 409. P
Sonus tubæ, ſonos oris. &c. ibidem conſeq.
Sponſi Chriſti pulchritudo. 489. H
Stare debet homo ad quatuor. 466. A
Stercus luxuriam ſignificat. 422. C
Subditorum ratio reddenda. 452. D
Superbia prima infirmitas animæ. 533. A
Surgere debet homo a quatuor. 331. k

T

Tabernacula. i. manſiones regni cæleſtis aſsequitur homo per quatuor. 458. P
Talenta quinque nobis ad lucrandum data, ſcilicet, naturæ, fortunæ, potentiæ, ſcientiæ, & gratiæ. 452. C
Tempeſtate ſæuiente, ſolent homines, in naui ignoſcere, nauem exonerare &c. 426. B
Terra viuentium eſt in quam tractum eſt rete plenum magnis piſcibus.
Tonitrua locuta ſunt &c. 506. O
Trahit dominus omnia ad ſe. 478. K
Tubal interpretatur deferens. 430. O.
Turris Chriſtum ſignificat. 415. L.

V

Vanitas mundi. 481. C
Vah ſeptem peccatis. 332. A
Veſtium exceſsus in quinque. 396. B
Veſtis nuptialis quæ ſit. 527. A.B
Veſtis bonæ vitæ neceſſaria eſt ad quatuor. ibidem.

Veſtimentorum fragrantia, eſt bonæ famæ odor. ibid. C
Veſtes diſcolores, ſunt uirtutum uarietates. 529. D
Videt Deus omnia. 478. L
Vigilantes quos inuenit Dominus. 410. B
Villicus eſt omnis homo. 457. A. Villicationis ratio reddenda eſt de tribus. ibid. per to.
Videnda ſunt nobis quatuor. 480. A
Vinculum eſt peccatum, quo ligat diabolus hominis pedes, manus, collum, linguam. 478. G
Vinculi Domini, ſunt alligatura ſalutis. 485. N
Vinum pænitentiæ & compunctionis ſanat, lauat, inebriat. 486. R.S.T
Vita noſtra Deus, & ita diligendus. 489. I
Vocati multi, & multi per quos uocantur. 424. G
Voluntatem patris cæleſtis facientes, exaudiuntur a patre in neceſsitate, coniunguntur filio in familiaritate, deducuntur a ſpiritu ſancto in bonitate, admittuntur a trinitate in immortalitate. 453. E
Voluntatem Dei facientium præmia. 453. E
Voluntas Dei quæ ſit. 453. F
Vtilitas bonæ uitæ eſt in retributione. 449. ante E
Vulnera noſtra Samaritanus ſanans. 484. k

FINIS.

IOANNES TRITTHEMIVS
ABBAS SPANHEIMENSIS

In libro de ſcriptoribus eccleſiaſticis, de B. Bonauentura, & eius doctrina.

EVſtachius, qui & Bonauentura, de Balneo regio: ordinis Fratrum Minorum miniſter generalis, ac deinde Epiſcopus Albanenſis: & ſacroſanctæ Romanę eccleſiæ Cardinalis, Alexandri de Hales quōdam auditor & diſcipulus: uir in diuinis ſcripturis eruditiſsimus, & in ſeculari philoſophia nobiliter doctus: ingenio ſubtilis, & clarus eloquio: uita & cōuerſatione deuotus, atque ſanctiſsimus. Cuius ingeniū, dotem naturæ, & uitæ puritatem præceptor eius Alexander contemplans, dicere ſolebat: In fratre Bonauētura Adam peccaſſe non uidetur. Scripſit multa & profunda, & deuotiſsima opuſcula: quibus ardentia uerba proferens, non minus affectum legētis, Chriſti amore accendit, quàm intellectum doctrinis ſanctis illuminat. Omnes enim ſui temporis doctores utilitate operum facile præcellit: ſi ſpiritum diuini amoris & Chriſtianæ deuotionis in eo loquentem attendas. Profundus eſt, non uerboſus: ſubtilis, non curioſus: diſertus, non uanus: flammantia non inflantia uerba proferens. Vnde & ſecurius legitur, facilius ab amante intelligitur, utilius frequentatur, dulcius & fructuoſius retinetur. Multi doctrinam proferunt, deuotionemque prædicant, pauci ſcribendo libros docuerunt utrumque. Bonauentura autem, & multos ſuperauit & paucos, dum eius doctrina deuotionem, deuotio inſtruit doctrinam. Si ergo & doctus uis eſſe & deuotus, illius opuſculis eſto intentus. Hactenus ille: qui eiuſdem opera & opuſcula iam pluribus nota ibidem proſequitur: de eiuſdem autem ſepultura, quia non recte illi relatum eſt, quæ ſequuntur lege.

De obitu & aſcriptione ad Catalogum ſanctorum Eiuſdem B. Bonauenturæ.

OBit imperio uacante ſub Gregorio Papa decimo in Concilio Lugdunenſi Anno Domini M. CC. LXXXIII. in dictione prima: Sepultuſque eſt in æde fratrum Minorum in latere chori, ubi nunc Catalogo ſanctorum per Sixtum quartum ob miracula & uitæ ſanctitatem, ac doctrinæ integritatem adſcripto ſub Carolo Francorum Rege octauo præclarum illi erectum eſt ſacellum & mauſoleum magnificum ſuper altare ſitum Anno. M. CCCC. LXXXI. indictione XV.

SERMONES DE DIEBVS ET FESTIS DOMINICIS

SERAPHICI DOCTORIS S. IOANNIS BONAVENTVRAE *Epiſcopi, Cardinalis, Ordinis Fratrum Minorum Beati Franciſci.*

DOMINICA PRIMA De Aduentu Domini.

Sermo Primus.

EMitte manum tuam de alto &c. Pſalm. 143. Ecce chariſsimi ſicut naufragi in medio fluctuum periculoſiſsimorum: & ſicut captiui in manu hoſtium ſæuiſsimorum deſiderant liberationem: ſic patres antiqui feruentiſsime deſiderarunt aduenire Saluatorem ſui. Vnde Dauid exclamans ad Dominũ, dicit. Emitte manum tuam &c. Manum Dei dicit filium Dei. Homo enim per manus operatur, & Deus A B

per

creauit? & quare Iudaicus populus, manum non cognouit, quæ ſibi tanta bona fecit? Forte ideo non cognouit, quia chirotheca carnis tecta fuit. ſicut ſignificatum eſt Geneſ. 27. in Iſaac ſene & cæco, qui manum Iacob ſibi miniſtrantem non nouit, quia pellicula circundata fuit. Iſaac enim mundum uel Iſraeliticum populum ſenem tempore, & cæcum mente ſignificare poteſt: Cæcitas enim ex parte contigit in Iſrael. Pellicula autem noſtra caro eſt. Cum ergo hæc manus cœlum & terram concludat, mundus uix credere potuit quòd tam magna manus eſset in tam parua chirotheca. Tamen hæc manus non eſt minorata. Vnde Eſa. 50. Nunquid abbreuiata & paruula eſt facta manus mea, ut non poſsim redimere? Certe Domine non eſt abbreuiata manus tua, quam de ſummo throno in infernum porrexiſti: non eſt paruula facta quæ uno raptu tot animarum millia ſecum traxit. Vtinam uno digito huius manus, nos Deus tangeret qui ut quinque digitos nobis exponeret, quinque foramina in chirotheca carnis habuit, De his foraminibus ait Bernard. Ego fidenter quod ex me mihi deeſt uſurpo de uiſceribus Domini: miſericordia affluit, neque deſunt foramina per quæ effluat gratia. De tertio Pſalm. 42, Emitte lucem tuam & ueritatem tuam &c. Lux & ueritas Chriſtus eſt. Hæc enim lux antequàm fieret naſcendo in mundum, tenebræ infidelitatis & ignorantiæ culpæ erant ſuper faciem abyſſi. Sed hæ tenebræ per hanc lucem declinantur. Ioan. 8. Ego ſum lux mundi: qui ſequitur me, non ambulat in tenebris &c. Bene autem dicit Dauid, quòd lux adducit in montem Dei, & in tabernacula eius. Mons eſt regnum cœlorum. &cætera. Pſalmi. Quis aſcendet in montem Domini &cætera. Tabernacula ſunt ordines angelorum. Nouem ſunt ordines angelorum: nouem ſunt tabernacula. Luc 16. Facite uobis amicos de mammona iniquitatis &cæt. uſque in æterna tabernacula. O quàm beatus eſt qui in præmio ſeu in primo tabernaculo habitabit

F G H I

bit: ſed certe beatior qui in ſecundo. Sic dic uſque ad nonum. Diſcumbent enim in his tabernaculis animæ iuſtorum, ſecundum excellentias meritornm. Fient e-
K nim æquales angelis, & ſocij angelorum. Greg. Qui propter nos minor angelis extitit, æquales nos angelis
L ſuæ minorationis uirtute fecit. De 4. Pſalm. 109. Virgam uirtutis tuæ emittet Dominus &c. Quomodo hęc uirga dominetur in medio inimicorum ideſt dæmonum, ſignificatum eſt Exod. 7. ubi dicitur, quòd deuorauit virga Aaron, qnæ ſignificat filium Dei, uirgas Magorum uerſas in dracones. Virga Aaron, ſignificat filium Dei. Virgæ Magorum ſunt angeli apoſtatici, quæ proiectæ, in dracones efficiuntur. Sed per uirgam Aaron deuorātur, quando per Chriſtum dæmonum malitia ſuppeditatur.

Dom. I. Aduen. Domini. ſer. II.

M QVis poterit cogitare diem aduentus eius. Matt. 3. Cogitāte chariſſimi aduentus Domini diem; quæ quadruplex eſt.

	carne	Primus		incarnationis.
	corde	Secundus		iuſtificationis.
videlicet in	morte	Tertius	in die	reſolutionis.
	aere	Quartus		Reſurrectionis.

Quis autem poterit cogitare Primi audentus plenitudinem. Secundi promptitudinem. Tertij incertitudinem. Quarti magnitudinem uel fortitudinem? De primo Actu 13. Deus ex ſemine Dauid ſecundum promiſsionem, eduxit Iſrael ſaluatorem Ieſum, prædicante Ioanne ante faciem aduentus eius. Ecce ad commendationem Dominici aduentus introducit hic Paulus tres ſanctiſsimas perſonas. Dauid Chriſti progenitorem,
N Ioannem præcurſorem, & Ieſum ſaluatorem. In quo oſtenditur aduentus iſte conuenientiſsimus ad ueniam. Vnde ex ſemine Dauid naſci dignatur: qui de enormibus

bus criminibus adulterij & homicidij ueniam conſecutus eſt. Item communiſsimus adamicitiam. hoc & in Dauid ſignificatur: qui & paſtor & rex fuit: quia de ipſo natus, pauperibus & diuitibus communis fuit. Vnde in natiuitate ſua Paſtores & Reges ad ſe traxit. Item pleniſsimus ad gratiam. hoc in Ioanne ſignificatur. In tempore enim aduentus Domini, gratia pleniſsime fluxit. Ioan. 1. Plenum gratiæ & ueritatis &c. Item ſaluberrimus ad gloriam. hoc in Ieſu ſignificatur: qui interpretatur ſalus. Hebr. 5. Conſummatus factus eſt omnibus obtemperantibus ſibi cauſa ſalutis æternæ. Anſelm. Quid eſt Ieſus niſi Saluator? Ergo propter temetipſum eſto mihi Ieſus. Geneſ. 49. Salutare tuum expectabo Domine. O quàm pleniſsimus fuit aduentus. Ioan: 1. Qui poſt me uenturus eſt: ante me factus eſt: quia prior me erat: & de plenitudine eius omnes accepimus. De ſecundo: Sapie. 16. Filios tuos neque draconum, neque uenenatorum uicerunt dentes: miſericordia enim tua adueniens ſanabat illos. Draco O
eſt diabolus. Venenati ſunt caro & mundus: quorum fel & uenenum in uino temporalis delectationis nobis propinatur. Deuteron. 32, Fel draconum uenenum eorum &c. Eorum dentes ſunt eorum tentationes. Pſalm. Benedictus Dominus qui non dedit nos In cap. &cætera. Miſericordia Chriſtus eſt. Pſalm. Oſtende nobis Domine miſericordiam tuam &c. Qui adueniens eos iuſtificatione ſanabat, id eſt ægras animas. Pſalm. Miſerere mei Deus q. in ſum &c. Aduentus autem iſte P
non ſolius eſt filij, ſed patris. Ioan. 14. Pater meus diliget eum: & ad eum ueniet. Item ſpiritus ſanctus. Act. 2. Factus eſt repente de cælo &c. O quàm promptiſsimus eſt aduentus iſte? Dominus enim ultro offert ſe ad ueniendum. Vnde de puero paralytico dicit Ieſus. Matt. 8. Ego ueniam & curabo eum. Augu. Præſto ſemper eſt gratia quæ nunquam deficit: niſi prius expulſa: continue quod ſuum eſt, inſpirat: ſi ſit qui recipiat. De tertio: 1. Corinth. 1. Confirmabit nos vſque in finem Q

ſine crimine in die aduentus Domini. In Chriſto. Gloſſa. Cuius aduentus intelligitur dum cuique in morte manifeſtatur. Felix qui ſemper ad iſtum aduentum paratus eſt. Luc. 12. Si uenerit in ſecunda uigilia: & ſi in tertia uigilia &c. Prima uigilia eſt pueritia. Secunda iuuentus. Tertia ſenectus. Multi in tertia uigilia credunt Dominum uenturum: quibus in prima uel ſecunda non uenit. O quàm incertiſsimus eſt iſte aduentus. Matt. 24. Eſtote parati: quia qua hora non putatis, filius hominis ueniet. Gregor. Tanto quiſque feruentior ſit in operatione, quanto intentior eſt deuotione. De quarto. Matt. 24. Sicut fulgur exit ab oriente &c. uſque, Ita erit aduentus filij hominis. Aduentus Domini fulguri comparatur, propter ſubitationem & celeritatem. Eſa. 5. Ecce feſtinus uelociter ueniet. Propter manifeſtationem & claritatem. Pſalm. Ex Sion ſpecies decoris eius: Dominus enim manifeſte ueniet: Primo quidem uenit, non habens ſpeciem neque decorem claritatis glorioſæ. Item propter terrorem & ſeueritatem. Eſa. 33. Ecce nomen domini uenit de longinquo ardens furor eius &c. O quantæ magnitudinis erit iſte aduentus. Matt. 25. Cum uenerit filius hominis in maieſtate ſua: & omnes angeli eius cum eo &cæt. Propter hoc bene ait Gregor. Terribilem iudicem uenientem conſidera: & de aduentu illius tūc tua conſcientia contremiſcet nō ſine cauſa, cum iam coram illo poſita cælū & terra tremebūt.

Dom.

Dominica prima Aduentus. Sermo. III.

HOra eſt iam nos de ſomno ſurgere.Roman.13. Sur- S
gite ergo peccatores de ſomno peccati . Surgite
inquam propter vigilem excitantem : propter diē
appropinquantem : propter laborem inſtantem : propter
terrorem ſolicitantem . De primo Act.12.Ecce Ange-
lus Domini aſtitit : & lu. &c. vſq; ſurge velociter. Ad ſur
gendum autem hortamur , per gratiam : per doctrinam :
per pœnā. Excitat dn̄s per gratiā. Canti. 2. Dilectus meus T
loquitur mihi.Surge propera amica mea. Dilectus .ſ. Chri-
ſtus,loquitur nobis per inſpirationem. Pſal. Audiam quid
loquatur,&c. Item Prælatus vel Doctor excitat per doctri
nam. Hiere.31 Clamabunt cuſtodes, ſurgite & aſcendamꝰ
in Sion, ad Dn̄m Deum noſtrum. Cuſtodes ſunt Prælati,&
Doctores,nos tanquàm galli excitantes : vt ſurgamus.Ec-
cle.12.Conſurgent ad vocem volucris .i. galli. Gallus Pe-
trum ad lachrymas excitauit.Luc.22.Item per pœnam ex-
citat Angelus; percutiendo latus.Vnde Act.12.Percuſſoq;
latere Petri excit.eū.Lateris percuſſio;eſt tēporalis corre-
ctio. Aeterna .n. percuſſio,non in latere tantū,ſed in omni-
bus membris fit. Prouer.19. Parata ſunt deriſoribus iudi-
cia,& mallei percutientes,ſtultorum corporibus.&c. Bene
dicit: percuſſoq; latere. Lateris autem percuſſiones,liben-
ter pro ipſo ſuſtinere debemus : qui pro nobis in latere
vulneratus eſt. Ioan. 19. Lancea latus eius aper. Bernard.
Vult benignus dux,deuoti militis vultum,& oculos in ſua
ſuſtolli vulnera: vt illius ex hoc animum erigat & reddat
ad tolerandum fortiorem. De ſecundo dicitur hic.Hora V
eſt iam .n. d ſ.ſ. Cauſam autem ſubdens ſurgendi ait. Nox
ideſt tempus culpæ , præceſſit: dies ideſt tempus gratiæ,
appropinquauit . Eſt autem triplex dies , propter quem
ſurgere debemus,ſcilicet gratiæ , iræ , & gloriæ . De die
gratiæ , dicitur hic & 2. Corinth. 6. Ecce nunc dies ſalu-
tis. Hic dies incipit ab ortu veri ſolis. Ait enim Philo-

ſophus. Dies eſt latio ſolis ſuper terram. Sol autem æter-
nus ſuper terram latus eſt, quando Chriſtus in mundum na-
tus eſt. Gen. 19. Sol egreſſus eſt ſuper terram: & Loth in-
greſſus eſt Segor. Segor interpretatur paruula ſeu meri-
diana. Per Loth electi deſignantur: qui de æterna damna-
tione ignis & ſulphuris, ſicut Loth de Sodoma, liberati
ſunt, ſole ſuper terram egreſſo .i. Chriſto in mundo nato.
Item de die iræ ſiue iudicij, dicitur Sopho. 1. Vox diei do-
mini amara: tribulabitur ibi fortis. Dies illa dies iræ &c.
Item de die gloriæ. Pſal. Melior eſt dies vna &c. Vt ergo
ſecurius ſimus in die iræ: & perueniamus ad diem gloriæ:
cito ſurgamus in die gratiæ. Augu. Surgamus: & ad illum
redeamus: a quo peccando receſſeramus. ibi eſſe noſtrum
non habebit mortem: ibi velle noſtrum, non habebit erro-
rem: ibi amare noſtrum, non habebit offenſionem. Surga-
mus inquam in die: ne ſero dominus conqueratur illud
Hiere. 6. Væh vobis quia declinauit dies &c. vſq; ſurgite
& aſcendamus in nocte .i. pœniteamus in morte. Auguſti-
X nus. Multos ſolet pœnitentia ſerotina decipere. De ter-
tio. 3. Reg. 19. Surge & comede, grandis enim via tibi re-
ſtat. Hæc via eſt pœnitentia. Quicunque per triginta vel
quadraginta annos, ad infernum ambulauerit, grandem
Y vtiq; viam habet ad eundum ad cœlum. Quæ licet gran
dis ſit, libenter tamen ad ipſam perficiendam ſurgere de-
bemus: Primo propter bonam ſocietatem. Matth. 2. Surge
& accipe puerum & matrem eius, & vade in terram illam.
Puer iſte eſt bonus ſocius ad eundum cum Ioſeph, de Ae-
gypto .i. cum pœnitente de mundo. Item ſecundo, propter
conductus ſecuritatem. ſic ſurgere debemus cum Iacob.
Gene. 28. Surgens ergo mane &c. Qui ſecurum habuit
conductum, dicente ſibi domino in eodem ſomno, a quo
ſurrexit. Ero cuſtos tuus, quocunque perrexeris. Item ter
tio, propter victus durabilitatem. Sic ſurrexit Helias ad
viam, confortatus efficaci cibo: pane .ſ. gratiæ confortan-
tis, vel iuſtitiæ, in cuius fortitudine ambulauit quadragin-
ta diebus, & quadraginta noctibus. Bernard. Panis animæ
iuſtitia eſt: & ſoli beati qui eſuriunt illum, quoniam illi
ſatu-

ſaturabuntur. Nimirum ad imaginem Dei facta eſt anima rationalis, & cæteris omnibus occupari poteſt, repleri omnino non poteſt. Hæc tria petebat Iacob ſurgens ad viam, dicens. Si fuerit dominus mecum. Hic petit ſocium. Et cuſtodierit me in via hac. Hic petit conductum. Et dederit panem. Hic petit victum. In pane autem gratiæ refectio. In veſte, bona conuerſatio ſignificatur. De quarto. Z
Ionæ primo. Quid tu ſopore deprimeris? ſurge & inuoca Deum tuum &c. Quicunque enim cum timore in periculoſo dormit loco, cito ſurgit. O quàm magna in ſomno peccati pericula ſunt: ſicut ſignificatum eſt in ſcripturis. propter quæ ſurgere debemus. Inuenimus enim Ionam dormientem, in mari periclitatum: dicto loco. Ionæ 1. Tobiam excecatum. Tobiæ. 2. Siſaram Iud. 4. & Hiſboſeth. 2. Reg. 4. iugulatos. In quibus ſignificatur quòd dormientes in peccatis tempeſtate tribulationis: periclitantur temporaliter, excæcantur ſpiritualiter: iugulantur æternaliter. Surge ergo peccator, ne incidias in hæc pericula. Surge inquam, & inuoca Deum tuum. Luc. 22. Surgite & orate, ne intretis in tentationem.

Dominica I. Aduentus. Sermo IIII.

Ecce rex tuus venit tibi &c. Matth. 2. Hodie legitur A
hoc verbum in Euangelio. Ecce dicit propheta demonſtratiue. Ecce dicit admirabile. Ecce venit. Sed ad quid venit? Ecce venit propinquare per naturam: ſanare per gratiam: reconciliare per pœnitentiam: remunerare per gloriam. De primo Cantic. 2. Ecce, iſte venit ſaliens in montibus &c. Montes ſunt Angelorum ordines. Ezec. 34. In montibus excelſis Iſrael, erũt paſcua eius. Nouem ordines, nouem ſunt montes. O quàm felix erit qui in infimo monte paſcetur. Ibi enim eſt amœnitas inæſtimabilis. Quid ergo ſi ad ſecundum montem veneris? O quanto beatior tunc eris? Quòd ſi tertium montem bene viuendo promerueris, adhuc beatior eris. Sic procede de ſingu-

lis montibus vſque ad nonum. In his montibus:fundata eſt ciuitas cęleſtis. Pſal. Fundamenta eius, in montibus ſan-
B ctis. In his filius Dei ſalit iucundando : quia tranſijt per incarnationem, angelicam naturam poſt ponens, & humanam aſſumens, ad Hebræ. ſecundo. Nuſquàm Angelos apprehendit. De ſecundo. Eſa. 35. Ecce Deus noſter, vltionem adducet retributionis : Deus ipſe veniet, & ſaluabit nos. Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures ſurdorum patebunt : tunc ſaliet ſicut ceruus claudus: & aperta erit lingua mutorum. Nonne cæci ſunt, qui in clara luce fidei, in foueam inferni cadunt ? Matth. 15. Si cæcus, cæcum ducat, ambo in foueam cadunt. Item nonne ſurdi ſunt, quibus toties in prędicatione clamatur: & ad oſtium a Chriſto pulſatur, & auribus cordis non audiunt ? Pſal. Furor illis, ſecundum ſimilitudinem ſerpentis: ſicut aſpidis ſurdæ : &
C obturantis aures ſuas. &c. Serpens, ne incantatorem audiat, vnam aurem terra, aliam cauda obturat. Sic peccator venenoſus, terra, ideſt terrenorum amore : & cauda, ideſt ſpe longioris vitæ, aures cordis obturat. Item nonne muti ſunt, qui a peccatorum confeſſione, & a Dei laude per multos annos tacuerunt ? Pſal. Obmutui & humiliat⁹ ſum, & ſilui a bonis. Item nonne claudi ſunt, qui greſſus operum rectos non habent? Vtroque autem pede claudi ſunt, qui ſoli diabolo ſeruiũt. In altero autem claudi ſunt, qui partim Deo, partim diabolo ſeruiunt. Sanati autem per gratiam, ſaliunt ſicut ceruus. Pulcher ſaltus eſt, de vitijs ad virtutes : de mundo ad cœlum. Ecce a talibus malis, curat Deus animas, quæ volunt ſuſtinere medicinas. Auguſtinus. Quantum in medico eſt, ſanare venit ægrotum: ſed ipſe ſe perimit, qui pręcepta medici, ſeruare non vult.
D De tertio, ad Hæbr. 10. Holocauſtomata & pro peccato, nõ tibi placuerunt : tunc dixi : ecce venio. Deus pater ſic offenſus fuit homini : vt nullum vnquàm quantuncunq; ſanctum, admitteret ad regnum cœlorum. Vnde Patres antiqui offerebant boues & oues, & ſacrificia multa: vt Deum placarent : ſed parum eis profuit. Vnde filius Dei, compatiens miſero homini, ait patri. Ex quo holocauſta Iudæo-

rum

rum tibi o pater non placent, Ecce venio. Gloſſa. Ad me offerendum. Se enim obtulit Agnus innocens,pro peccatis noſtris. Ioan. 1. Ecce agnus Dei. Agnus deteſtatur lupum. Sic Chriſtus perverſos. Eccleſiaſt. 13. Si communicabit lupus agno aliquando : ſic peccator iuſto. Dicit ergo. Et ecce venio. quaſi dicat. Verbo vel iuſſu, hominem non redimo : ſed in carne venio. Quare hoc? Ne violentiā facere videretur,& non iuſtitiam. Angelum quoque redēptorem non mitto : ſed ecce venio. Quare hoc ? quia nullus Angelus ſufficeret ad pretium redemptionis. Precium E
enim redemptionis debuit eſſe æquiualens,vel pretioſius omnibus redimendis. Nulla autem creatura tam pretioſa fuit. Solus enim Deus redimere debuit : quia ſolus omnibus pretioſior fuit. primę Corinth.6. Empti enim eſtis pretio magno. Vere magno. Bernar. Sufficiſſet ad redeptionē humani generis minima gutta ſanguinis Ieſu Chriſti : ſed data eſt copia, vt ex inūdatione beneficij, virtus innoteſceret diligentis. De quarto. Eſaiæ 62. Ecce Saluator tuus F
venit:ecce merces eius cum ipſo. Merces qua remunerabuntur , diuina eſt natura. Gene. 15. Ego protector tuus ſum : & merces tua magna nimis. Hæc merces,cum Chriſto erat. Non ergo neceſſe erat,eam a Iudæis mutuare: ſed ſacculum tantum,in quo mercedem abſcondit. Humanam ergo tantum naturam,in qua diuina latuit, a Iudæis accepit : ſed hunc ſacculum ruperunt,dum corpus eius perforauerunt. Aggæi primo.Qui mercedes congregauit,miſit eas in ſaccum pertuſum. Sic ergo venit Chriſtus : vt per naturam quam aſſumpſit : per gratiam quam exhibuit:per pœnam quam ſuſtinuit : per gloriam quam promiſit , nos beatificaret. Hæc quatuor ſignificata ſunt Zacha 9. Ecce rex tuus veniet tibi iuſtus:& ſaluator: ipſe pauper. Pauper in aſſumpta natura. Saluator in gratia. Iuſtus in pęna. Rex in gloria.

Dominica I. Aduentus. Sermo V.

BEnedictus qui venit in nomine domini.Matt.21.Hoc
G verbum legitur hodie in Euangelio. Si quæris qua
auctoritate, quo nomine venit Ieſus ad ſaluandum,
audi quod dicitur. Benedictus qui venit in nomine domi-
ni. Vere benedictus. Luc.j. Benedictus fructus ventris tui.
Vere benedictus: & ab omnibus nobis merito benedicen-
dus, ſi attendamus quomodo & quare venit. Attendite er-
go inueniendo Patris auctoritatem, Filij humilitatem, Spi
ritus Sancti charitatem, generis humani vtilitatem. De
primo dicitur hic. Benedictus qui venit. Magna auctori-
tate venit: qui in nomine Dei Patris venit. Sed heu Do-
minus adhuc conqueri poteſt de auaris: de inuidis: de lu-
xurioſis: de alijs peruerſis Chriſtianis: quod olim dixit Iu-
dæis. Ioann.5. Ego veni in nomine Patris mei: & non acce-
piſtis me. Peruerſi enim Filium Dei non accipiunt: quia ip
ſi filij diaboli ſunt. Si enim Filij Dei eſſent, Filium Dei di-
ligerent. Ioan.8. Si Deus Pater veſter eſſet: diligeretis vti-
que me. Ego enim ex Deo proceſſi & veni. Neque enim a
memetipſo veni. Non ſolum autem verbis: ſed & ſignis oſtē
dit ſe Chriſtus auctoritate Patris veniſſe. Ioan. 3. Scimus
quia a Deo veniſti magiſter. Nemo enim poteſt hæc ſigna
facere &c. Sicut autem temporalia ſigna ipſum veniſſe in
mundum: ita ſpiritalia ſigna in animas noſtras veniſſe oſtē
dunt Dei Filium. Videlicet quando leproſas animas mun-
datq; mortuas ſuſcitat: famelicas ſatiat, ſeptem panibus,
id eſt ſeptem donis Spiritus Sancti. De ſecundo. Matth. 20.
H Filius hominis non venit miniſtrari ſed miniſtrare. Venit
ergo humiliter non ſicut Dominus noſter: ſed ſicut ſeruus
noſter. Ber. Exinaniuit ſemetipſum for. ſ. a. filius erat & fa-
ctus tanquam ſeruus. Non ſolum formam ſerui accepit vt
ſubeſſet: ſed etiam mali ſerui vt vapularet: vt pœnam ſol
ueret, cum culpam non haberet. Et certe non ſeruus ſeruo-
rum Dei, ſicut Papa: ſed ſeruus ſeruorum diaboli factus
eſt

eſt ſeruiens infimo peccatorum expurgando. Eſa 43. Seruiſti me feciſti in peccatis tuis. Seruiuit autem nobis non vno anno ſed vſque ad mortem. Vnde nefas eſt fraudare eum mercede ſua i. anima tua: pro qua ſeruiuit. Eccl. 34. Qui effundit ſanguinem, & facit fraudem mercenario, fratres ſunt. Ecce tu miſer auare: quia mercenario tuo Chriſto propter iniuſta, bona animam tuam, aufers: frater es crucifigentis & fundentis ſanguinem Chriſti: & tu luxurioſe: & tu inuide: & ſic de alijs. De tertio Eſa. 59. Timebunt qui ab occidente, nomen Domini, & qui ab ortu ſolis, gloriam eius, cum venerit quaſi fluuius violétus, quem Spiritus domini cogit. In occidente ſunt, qui in timore ſeruili ſunt. In oriente, qui in timore filiali ſunt. Venit Chriſtus quaſi fluuius, doctrina, & gratia, & ſanguine lauans reficiens & irrigans mundum. Eccle. 24. Ego quaſi fluuius dorix: & ſicut aquæductus exiui de Paradiſo. ſ. virginali vtero. dixi. Rigabo hortum plantationum mearum. i. Eccleſiam. O quàm medicinalis eſt, iſte fluuius generationi humanæ, generationi inſanę. Vnde bene vocatur Dorix, quod interpretatur medicamentum generationis. Augu. Fuſus eſt ſanguis medici: & factus eſt medicamentum Phrenetici. Quid mirum ſi violentus eſt iſte fluuius? Fluuius enim quanto magis coarctatur, tanto violentior & impetuoſior efficitur: ita Dei Filius in arcto corpore paruuli Ieſu. Iſa. 9. Paruulus natus eſt nobis. Bene autem dicit. Quem Spiritus Domini cogit. Interlinearis. Amor, bonitas, charitas, Spiritus. Sicut enim auſter nubem pluuiarum dulcium, ita charitas Spiritus Sancti Chriſtum cum pluuia gratiarum venire cogit. Abacuch 3. Deus ab auſtro veniet. De quarto. Luc. 19. Venit Filius hominis quærere &c. Non ſolum autem venit ſaluare hominem per ſanctam Paſſionem, ſed etiam illuminare per veram cognitionem. Ioan. 12 Ego lux in mundum veni, vt omnis qui credit in me, in tenebris non maneat. Item inflammare per puram dilectionem. Luc. 27. Ignem veni mittere &c. Item venit viuificare abundanter per beatificationem. Vnde de ouibus ſuis ait Ioan. 10. Ego veni vt vitam habeant per gratiam, & abundantius ha-

I K L

bent per gloriam. Sed ecce qui venit in mundum, oues ſuas viuificare, ipſe venit ad iudicium, porcos diaboli mactare. Mactabit autem illa ſecuri, quæ ad radicem arboris poſita eſt. De qua ſecuri ait Ambroſius. Væh mihi, ſi non peccata mea defleuero. Væh mihi ſi non in media nocte ſurrexero, ad confitendum nomini tuo. Væh mihi, ſi dolum proximo fecero. Væh mihi, ſi non locutus fuero veritatem. Securis ad radicem poſita eſt: faciat fructum qui non vult æterno igne perire.

DOMINICA SECVNDA de Aduentu.

SERMO PRIMVS.

M EXCITA potentiã tuã & veni. Pſal. 77. Deſiderium antiquorum de aduentu Chriſti hic exprimitur. Quaſi enim obdormiſſet diuina potentia, diſſimulando tamdiu diabolicam violentiam, & humanam miſeriam, exclamans Dauid ait. Excita potentiam tuam & veni. Quaſi dicat. Diabolica potentia magna eſt contra hominem: & humana potentia contra diabolum, minima eſt. Excita ergo potentiam tuam, &c. Non dicit, Excita ſapientiam tuam, vel miſericordiam, vel iuſtitiam tuam. ſed tamen liberaliſſimus Deus, plus dare ſolitus, quàm petatur: venit cum omnibus iſtis. Venit enim cum potentia, & ſapientia, & miſericordia, & iuſtitia. Venit cum potentia vincendi: cum ſapientia docendi: cum miſericordia ignoſcendi: cum iuſtitia ſatisfaciendi. De primo dicitur hic: Excita potentiam tuam. Potentiam vtique vincendi dæmones: quam & ipſi timebant. Matth. 8. Quid nobis & tibi Ieſu fili Dei? veniſti huc ante tempus torquere nos. Legio enim fuit (ſicut alij Euangeliſtæ dicunt) quæ iſtud conquerendo dicit. Be-

ne autem dicit. Veniſti huc. Venit enim torquere eos in mundo corporaliter, & eijciendo ſpiritualiter: in inferno captiuos auferendo: in iudicio plenius damnando. Si O
tot milia conuenerant ad vexationem corporis, quot milia credis venire, ad vexationem animę vſurarij, luxurioſi, & inuidi in morte? Item ſi tot milia canum infernalium .i. dæmonum, Chriſtus fugauit verbo: quid faciet baculo ac ſaxo? 1. Reg. 17. Numquid canis ego ſum, quia tu venis ad me cum baculo? Goliam enim .i. diabolum baculo crucis, & quinque lapidibus .i. quinq; plagis ſtrauit. Victus es ergo o Sathan, baculo crucis. Vnde Caſsiodor. Crux humilium, inuicta tuitio, ſuperborum abiectio, victoria Chriſti, perditio diaboli. De ſecundo Ioann. 4. Scio quòd Meſſias P
venit, qui dicitur Chriſtus. Cum ergo venerit ille, annunciabit vobis omnia. Quid autem annunciauit pauperibus? quid mitibus, quid lugentibus, quid iuſtitiam eſurientibus, quid miſericordibus, quid mundis corde, quid pacificis, quid perſecutionem patientibus? require Matth. 5. Quid annunciauit diuitibus? Luc. 18. Mortuus eſt diues, & ſepultus eſt in inferno. Quid imitibus? Matth. 5. Omnis qui iraſcitur &c. Item quid ridentibus & laſciuientibus? Luc. 6. Væh vobis qui nunc ridetis. & ſic de alijs Chriſtus ergo annunciauit oĩa, quæ ad diuinam reconciliationem, noſtri meliorationem, & æternam ſaluationem pertinent. Eſa. 52. Quàm pulchri ſuper montes, pedes annunciantis, & prædicantis pacem: annunciantis bonum, prædicantis ſalutem. Pacem contra Dei offenſam. Bonum contra, animæ maculam. Salutem contra æternam pœnam. De ter- Q
tio, Eſa. 14. Prope eſt vt veniat tempus eius. incarnationis, vt dicit Gloſ. Miſerebitur enim Dominus Iacob. 1. Cordis quod ſupplantat vitia per pœnitentiam. Matth. 9. Miſericordiã volo, & non ſacrificium. Non enim veni vocare &c. Gloſſa. Miſericordiæ exemplum dat dicens: Non enim veni &c. Ecce peccatores, filium Dei venire in mundum coegerunt. Vnde & propter peccatores venit. Hieron. Notandum in genealogia Saluatoris nullam ſanctarum aſſumi mulierum: ſed eas quas ſcriptura reprehendit, vt qui

 pro-

pp peccatores venerat,de peccatoribus naſcens, oĩum peccata deleret. Ibi .n. per Raab,& Ruth , & Berſabee, generatus oſtenditur Dñs. In his tribus quælibet anima quæ per mundum vel diabolũ,vel carnem peccatis conſtringitur,figuratur. Prima,per Raab meritricem,Hierico quod interpretatur luna: & ſignificat mundum. Secunda per Ruth Moabitidem , quæ interpretatur de patre genita. Ioann. 8. Vos ex parte diabolo eſtis. Tertia , per Berſa-
R bee adulteram. De quarto. Eſa.56. Iuxta eſt ſalus mea vt veniat, iuſtitia mea, vt reueletur. Iuſtitia Dei in filio reuelata eſt : quia per ipſum pro homine iuſtiſſime ſatiſfactum eſt : & homo iuſtiſſime redemptus. Cum enim redemptio, ſit condigno precio rei recuperatio : ecce nihil fuit in cœlo,vel in terra,quod ita precioſum eſſet,ſicut totum genus humanum: quod perditum fuit, niſi ſolus Deus recuperaſſet. Oportet ergo deum eſſe eum, quo redimi debuimus. Item qui peccauit, ſatisfacere debuit. Homo autem peccauit : ergo Deus & homo debet eſſe redemptor. Ber. Homo qui debuit: Deus qui ſoluit,potuit. Pater meus amiſit me: Frater meus redemit me. Item homo mortis debitor fuit. Mori ergo debuit, qui pro homine ſatisfacere voluit. Hebr. 2. Vt per mortem deſtrueret &c. Item mors per lignum venit:ergo per lignum mors deſtrui debuit. Sapient. 14. Benedictum eſt lignum, per quod fit iuſtitia. Sapient. 11. Per quæ quis peccat. &c.

Dominica II. Aduentus. Sermo. II.

QVæcunq; ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt. Ro.15. Multum chariſſimi,amandæ ſunt ſcripturæ,tamquàm lucernæ in tenebris huius vi-
S tæ. Sed attende quòd quadruplex eſt ſcriptura, videlicet præſcientiæ increatæ, conſcientiæ innatæ, ſcientiæ inſpiratæ, ſapientiæ incarnatæ. De prima. Luc.10.Gaudete,quia nomina veſtra ſcripta ſunt in cœlis. Felices qui ſic viuunt, quòd nomina ſua in libro vitæ ſcripta eſſe ſpe-

rare poſsunt]. Non enim ibi viles, ſed reges ſcripti ſunt. Auguſt. Omnes regnaturos cum filio ſuo, ſic hos ſcripſit Deus, hos continet liber vitæ. Væh autem luxurioſis, inuidis, vſurarijs, & alijs peruerſis: quorum nomina non ſunt ibi ſcripta. Apocal. 20. Qui non eſt inuentus in libro vitæ ſcriptus, miſſus eſt in ſtagnum ignis. Licet autem tales, non ſint in ſcriptura prædeſtinationis: ſunt tamen in ſcripturā reprobationis. Eſa. 65. Ecce ſcriptum eſt corā me, non tacebo, ſed reddam & retribuam in ſinu eorum iniquitates veſtras. De ſecundo. Rom. 2. Cum gentes quę legem non habent, naturaliter, [quæ legis ſunt faciunt: eiuſmodi legem non habentes, ipſi ſibi ſunt lex: qui oſtendunt opus legis ſcriptum in cordibus ſuis, teſtimonium illis reddente conſcientia ipſorum. Vnde conſcientia ſignificatur per tabulas lapi. Tabulæ enim durabiles, in ſe continent ſcripturam. Nullus ergo excuſari poteſt, quòd ſcripturas neſciat, cum ſcripturam in corde habeat, ſecundum quam viuat. Sicut enim decem mandata in tabulis: tabulæ in arca: arca in tabernaculo: ſic lex naturalis in conſcientia: conſcientia in anima: anima autem in corpore eſt. Sed heu per peccatum obſcurara eſt ſcriptura conſcientiæ: ſed illuminatur per ſuſceptionem gratiæ. Hebræ. 8. Dabo leges meas, in cordibus eorum, & in viſceribus eorum ſuperſcribam eas. In libro autem conſcientiæ, non ſolum lex naturalis, ſed etiam quicquid contra hanc legem homo fecerit, ſcriptum eſt. Vnde ſi librum conſcientiæ non habes inſcriptum bonis meritis, tanquā calamo aureo, habes tamen ſcriptum malis meritis, tanquàm ſtylo ferreo. Hierem. 17. Peccatum Iuda, ſcriptum eſt ſtyl. fer. &c. In vngue adamantino, ideſt in corde obſtinato. Sed heu iſta ſcriptura ab omnibus legetur in nouiſſimo die. Vnde Origen. ait. Nudabitur cordis conſcientia, & aperto corde videbuntur literæ peccatorum: quæ ſtylo ferreo, & in vngue adamantino ſcripta ſunt, atque vniuerſa ſpectantium multitudo, leget in pectore noſtro ſignatas ſingulas imagines peccatorum. De tertio. 2. Timot. tertio. Omnis ſcriptura, diuinitus inſpirata eſt.

(Margin letters: T, V, X)

Has

Has ſcripturas ſerua,bene viuendo in hac vita, ſi vis bene
viuere in æterna. Luc. x. Quid faciendo, vitam æternam
poſsidebo ? At Ieſus dicit ad eum. In lege quid ſcriptum
eſt ? &c. vſque , Et proximum tuum ſicut teipſum.Væh au
tem miſeris ſcripturæ tranſgreſſoribus. Gala. 3. Maledi-
ctus homo,qui non permanſerit in omnibus, quæ ſcripta
ſunt in libro legis, vt faciat ea. Nota quòd ait diuinitus in-
ſpirata. Ex hoc patet, ꝙ ſcriptura ſacra,cœlitus nobis eſt
emiſſa.Propter hæc,ſicut exules & peregrini, de literis cha
rorum ſuorum,de patria ſua miſſis ; ita conſolantur amici
Dei,de ſcripturis diuinis. Vnde hic bene dicitur.Quæcun
que ſcripta ſunt. vſq; , Spem habeamus . Igitur de patria
recitantur litteræ,dum ſcripturæ nobis prædicantur. Aug.
Peregrinamur,ſuſpiramus,gemimus. Veniunt ad nos lite-
ræ,de patria noſtra : ipſas recitamus nobis. Signum ergo,
eſt, ꝙ ad cœleſtem patriam non pertinent,qui has literas
Y ſeruare vel audire nolunt . De quarto, Pſal. Lingua mea
calamus ſcribæ velociter ſcribentis &c. Spiritus ſanctus in
linguis igneis apparuit ſuper Apoſtolos . Linguam ergo &
calamum, intellige Spiritũ ſanctum. Hac enim lingua, ver
bum patris, per incarnationem in mundum prolatum eſt.
Hoc calamo, verbum patris, pelli humanitatis vnitum eſt.
Hæc pellis,in ligno crucis eſt extenſa. Pſal. Extendens cœ-
lum ſicut pellem. Velociter, iſte calamus ſcripſit, quia in
inſtanti conceptionis,liber iſte conſummatus fuit.Gregor.
Nunciante Angelo,& adueniente Spiritu ſancto, mox ver-
Z bum in vtero : mox intra vterum,verbum caro. Hic eſt li-
ber quem vidit Ezec. 2. ſcriptum intus & foris. Quanta in
hoc libro intus ſapientia, & quanta foris exempla ſcripta
ſint, quis poſſet ſcire? Legere tamen ſemper debemus in
hoc libro . Et quid ibi legitur ? Lamenta in mundo : car-
men in cœlo ; væh in iudicio . Ecce qualia ſcripta , qua-
lia priuilegia , poſſidendæ hæreditatis, nobis danda ſunt :
quibus rubrica & bulla appoſita eſt. Ioan. Chryſoſto. Ne
aliquid doctrinæ Chriſti deeſſet , ſecuta eſt forma : quæ
ideo ad vltima dilata eſt. ; vt quaſi piæ hæreditatis te-
ſtamentum, filij ſuperſtites eo deuotius amplecterentur,

quò Chriſti ſanguine, ſcripta priuilegia, manifeſtius viderunt: & impoſita bulla impreſſam obedientiæ eius imaginem.

Dominica II. de Aduentu. Sermo III.

TVnc videbunt filium hominis, venientem in nube, cũ poteſtate magna & maieſtate. Luc. 21. Venientis ad iudicium tempus præueniendum: perſonæ intendendum: loco occurrendum: auctoritate tremendum eſt. De primo, Matth. 25 Media nocte clamor factus eſt, exite obuiam ſponſo &c. Ecce ſponſus venit. Hebræi tradunt Chriſtum nocte media venturum, ſicut venit omnipotens ſermo tuus domine percutiens Aegyptum. Sap. 28. Quidã etiam ſanctorum hic opinantur: ꝙ ſicut nocte Chriſtus natus eſt: & nocte venit ab inferis: ita nocte veniet ad iudicium. Alij exponunt. Media nocte .i. nullo ſciente. Illa autem hora per tunc exprimitur, cum dicitur. Tunc videbunt. O iſtud tunc quàm timendum malis: quàm deſiderandum bonis. Tunc enim erit reſurrectio mortuorum. Matth. 35. Tunc ſurrexerunt o.v. illæ. Tunc iudicis manifeſtatio erit. vnde hic. Tunc videbunt fil. ho. Tunc ſententiæ prolatio. Matth. 22. Tunc dicet rex &c. Præuenire ergo debemus hoc tempus, cum prudentibus virginibus, accipiendo oleum, in cordium noſtrorum vaſis. De ſecundo. Actu. 1. Hic Ieſus qui aſſumptus eſt a vobis in cœlum, ſic veniet. Interlin. In eadem forma .i. carnis ſubſtantia. Beda. In eadem natura veniet iudicaturus, in qua venit iudicandus. Vnde bene dicitur hic. Videbunt filium hominis. Diuinitas enim Chriſti, a malis non videbitur (ſicut dicit Auguſtinus) ſub illa forma qua Deus eſt: ſed qua filius hominis omnibus apparebit. Apocal. 1. Ecce venit cum nubibus & vid.e.o.o. & qui.e.p. & plangent ſe ſuper.e.o.t.t. Videbitur n. vniuerſaliter. Vnde dicit. Videbit eũ omnis oculus. Interlinearis. tam bonus quàm malus. Non enim tantum humiles & continentes, & miſericordes, & alij mundi oculi: immo etiam ſuperbi, auari, luxurioſi, & alij immundi ocu-

li &

li,& impij videbunt. Auguſt. Formam ſerui, quam hic habuiſſe eum viderunt: & ipſam videbunt inuidi, pij, & impij. Sed vęh talibus oculis. Zach. 14. Oculi tabeſcent in foraminibus ſuis. Item corporaliter. Vnde addit. Et qui eũ pupugerũt. Ioan. Chryſo. Oſtendens in iudicio non ſolum vulnera & cicatrices, ſed ipſam mortem exprobratiſſimã oſtendens. Pungitur autem Chriſtus, non ſolum a crucifixoribus: ſed quotidie a tortoribus fidelium. Malach. 3. Si affliget homo Deum: quia vos crucifigitis me. Item terribiliter. Vnde plangent ſe &c. Si non vis tunc plangere propter ſententiam, nunc plange per pœnitentiam. Iob 10. Plãgam paululum dolorem meum. Plange paululum in mun-

C do, ne plangas plurimum in inferno. De tertio, Daniel. 7. Ecce cum nubibus cœli, filius hominis veniebat. Nubes in aere eſt, & Chriſtus in aere ſedebit ad iudicium: vbi boni ipſi occurrent. j. Theſſ. 4. Simul rapiemur &c. Vnde bene dicitur hic, Venientem in nubibus. Chriſtus ergo & boni, erunt in aere, ſuper vallem Ioſaphat, quæ eſt in latere mõtis Oliueti: ſed mali in valle & in terra manebunt, qui in imo fuerunt vitiorum, quia adhęſit in terra venter eorum. Iohel. 3. Congregabo omnes gentes, & deducam eas in vallem Ioſaphat. Sicut ergo mali in terra, boni in aere erunt, ita credi rationabiliter poteſt, quòd ſuper bonos erit Chriſtus, cum eis qui ſedebunt ſuper ſedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Iſrael. Aſcendamus ergo de valle vitiorum, ne ibi remaneamus in valle, cum damnandis. Nunc in terra Chriſtum ſequamur corde, vt tunc in anima, Chriſtum ſequamur, & corpore. Grego. Etſi adhuc tenemur infirmitate corporis, ſequamur tamen

D paſſibus amoris. De quarto. Matth. 25. Cum venerit filius hominis in m.ſ.& o.a.e.cum eo. Maieſtas autem venientis apparebit, quia veniet cum turba copioſa. Et ecce veniet dominus cum omnibus ſanctis ſuis, faciens iudicium &c. Iudas in ca. & Zacha. 14. Et hic dicitur omnes Angeli eius cum eo. Item veniet in forma glorioſa Luc. decimoſeptimo. Sicut fulgur coruſcans &c. Gloſſ. Subitus & coruſcans, ſic vt nullus in ſua mente manere permittatur,

tuſ,quin iudicis fulgure penetretur. Auguſ.Licet in forma ſerui glorificata, iudicantem videbunt boni, & mali, tolletur tamen impius, vt non videat claritatem Dei, quæ Deus eſt: quam ſoli mundo corde, videbunt: quod erit eis vita æterna. Item veniet in poteſtate virtuoſa. Vnde ſequitur, Venientem cum magna poteſtate. Tunc apparebit virtus diuinæ poteſtatis, qua mortuos ſuſcitabit: & totum mundum pro meritis iudicabit.

Dominica II. in Aduentu. Ser. IIII.

SCitote quia prope eſt regnum dei. Lucæ.21.Quatuor ſunt valde prope. Gratiæ largitas in mundo: iræ ſeueritas in iudicio: pœnæ acerbitas in inferno:& gloriæ ſerenitas in cœlo. De primo Eſa. 40. Prope feci iuſti- E tiam meam: & non elongabitur :& ſalus mea non morabitur. Iuſtitiam dicit gratiam iuſtificantem. Pſal. Iuſtitiam & iudicium, correctio ſedis eius. Iuſtitia gratiæ iuſtificantis, & iudicium pœnitentiæ ſatisfacientis, corrigens animam, quæ eſt ſedes Dei. In hac iuſtitia, eſt ſalus animæ. Vnde addit. Salus mea non morabitur. Ex quo ergo prope eſt ſalus gratiæ hominibus, quare miſer peccator gratiam non ſentis, & non accipis? audi quare. vnde eſt, quòd clara luce dormiens, non ſentit diem? quia ſenſus, ſomno ligatus ſit. ſic vtiq; prope eſt nobis dies gratiæ, ſed ſomnus voluptatis carnalis, ſenſus animæ ligat, vt huic propinquantem lucis diem non ſentiat. O ſumma & inacceſſibilis lux, quàm longe es a me, qui tibi ſum prope. Adhuc lates domine animam meam in luce tua, & ideo verſatur in tenebris & in miſeria. Ideo monet Apoſtolus, dicens. Roman. decimotertio. Hora eſt iam nos de ſomno ſurgere. &c. vſque Dies autem appropinquauit. De ſecundo, Iohel primo. Ah. Ah. Ah. diei, quia pro- F pe eſt dies Domini. Ter gemendo ah. oſtendit gemendum eſse timore iudicij, eis qui offendunt Trinitatem, Patrem, & Filium, & Spiritũ ſanctũ. Vel tripliciter offendunt corde,

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

de, & ore, & opere. Hoc triplici gemitu pro peccatoribus lamentantur Hieremias, Ezechiel, & Iohel. Lamentatur Hiere. peccantium damnabilem ſecuritatem. Hiere. 14. Ah.ah.ah. domine deus, prophetæ dicunt eis, non videbitis gladium. Prophetæ iſti, mali conſiliarij, & animarum deceptores. Gladius eſt ſententia iræ Dei. Apocalyp. 1. De ore eius gladius exibat, ex vtraque parte acutus. Item gemit Ezechiel cap. 4. peccatorum abominabilem voracitatē. Nunquid ſtercus humanum comedet quis? Propheta dicit. Ah, ah, ah domine Deus. Ecce anima mea non eſt polluta &c. Abominale ſtercus eſt peccatum: quod comedunt qui de vſura, furto, rapina, paſcuntur. Item Iohel gemit iudicij terribilis propinquitatem, dicens. Ah, ah, ah, diei: quia prope eſt dies Dñi &c. qui terribilis eſt peccantibus corde & ore & opere ſimul. De tertio Hiere. 48. Prope eſt interitus Moab vt veniat: & malum eius accur. velociter nimis. Moab peccatorem ſignificat; Interpretatur enim ex patre. Ioan. 8. Vos ex patre diabolo eſtis. Interitus; ęternam damnationem ſignificat Prouerb. 1. Ego in interitu veſtro ridebo. Grauiter enim inerit damnandis iſte riſus: ſed tamen iuſte. Nam in hoc ſeculo vbi dominus fleuiſſe legit, peccator ridet vana gaudia &c. Luc. 6 Væh vobis qui nunc ridetis: quia lugebitis & flebitis vos. Prouer. 10. Quaſi per riſum ſtultus operatur ſcelus. Et ideo in futuro ſeculo peccator flebit. Matth. 13. Erit fletus & ſtridor dentium. Itē dominus eum irridebit: immo etiam dæmonum ridiculum erit peccator. Abachuc. 1. Tyranni ridiculi eius erūt. Greg. Niſi contra malignos ſpiritus vigilemus ſolicite, ipſos irriſores patiemur, quos ad malum perſuaſores habemus. Timendum valde eſt: quia interitus iſte non ſolum dicitur eſſe prope, immo accurrit velociter nimis. Peccator enim currit, in interitū: & interitus currit ad eum in morte: & multo propior eſt quàm credant. Nam qui inter nos hic nunc ſedet, forte infra menſem, forte infra octo dies, forte adhuc hodie erit in inferno. Eius vtique interitus ſatis eſt prope. primæ ad Theſſalonicen. 5. Cum enim dixerint pax & ſecuritas, tunc repentinus eis ſuperueniet interitus &c.

De quarto dicitur hic, Prope eſt regnum Dei. Notandum autem quòd Dominus hic regnum Dei, æſtati comparat: dicens; Videte ficulneam &c, vſque, Scitis quia prope eſt æſtas. Sicut enim inchoante æſtate, flores & vermes egrẽdiuntur de terra; Sic in reſurrectione, boni egredientur ſicut flores. Pſal. Refloruit caro mea. Mali autem, ſicut vermes de ſepulcris. Sed quid mirum, ſi tunc quaſi vermes appareant abominabiles, qui nunc ſerpentes dicuntur? Matt. 3. & 23. Genimina viperarum &c. Item ſicut æſtas delectabilis eſt de cantibus auium, ita regnum Dei, de laudibus iubilantium Angelorum & hominum. Apocal. 14. Vocem quam audiui, ſicut citharœdorum &c Aug. Quanta erit illa ſerenitas, vbi nullum erit malum, nullum latebit bonũ; vacabitur Dei laudibus, qui erit omnia in omnibus?

DOMINICA TERTIA de Aduentu.

SERMO PRIMVS.

DEVS ab auſtro veniet. Abachuc 3. Auſter eſt Spiritus Sanctus. Cant. 4. Veni auſter, G
perfla hortũ meum. Ab auſtro ergo Chriſtus venit: quia per Spiritum Sanctum conceptus fuit: qui hortum virginis perflauit. Conſideremus ergo quando, & vnde, & quo, & quare venit. De primo, Sapien. 18. Cum quietum ſilentium &c. Alia litera. Cum medium ſilentium cõtinerent omnia, & nox in ſuo curſu medium iter haberet, omnipotens ſermo tuus Domine, exiliens de cęlo, à regalibus ſedibus, durus debellator, in mediam exterminij terram proſiliuit. Primum quietum ſilentium factum eſt Noè poſt diluuium, à tumultu peccatorum, peccatoribus ſubmerſis. Secundum ab Auguſto Cęſare, à tumultu bellorum nationibus ſubactis. Tertium erit, interfecto Antichriſto, à tumul-

à tumultu perſecutionum, conuerſis Iudæis. Quando ergo medium ſilentium i. pacem tenerent omnia ſub Auguſto (ſiluit enim totus mundus, conſpectu eius) tunc venit
H princeps pacis,& pax ab Angelis nunciatur. Sequitur. Et nox in ſuo curſu &c. Ad literam nocte diei dominicæ, Anno regni Auguſti Cæſaris 42.Herodis vero tertio: ab Adã autem 5190.fluxere anni,ea die qua dixit Deus: Fiat lux: lux orta eſt nobis. Quis vnquam vidit ſolem media nocte oriri? Et ecce medio noctis curſu, ideſt in profundo ignorantiæ & peccatorũ mundo obtenebrato,lux venit in mũdum: & dilexerunt homines magis tenebras quàm lucem. Ideo etiam media nocte ad iudicium veniet. Matthæi 25. Media nocte clamor factus eſt.&c. De ſecundo, Ioann. 8. Scio vnde veni,& quo vado,&c.O Domine Deus,mirabile eſt cogitare vnde caro verbi venit.Sapient.18.A regalibus ſedibus venit,ideſt per virginem de regali ſtirpe deſcendẽ
I tem, vt patet in libro generationis, Matthęi j. Item mirabilius, vnde Chriſti anima venerit: quia non ſolum de nihilo creata,ſicut aliæ animę, ſed ab ipſa creatione,repleta Spiritu Sancto,ſine menſura. Abachuc 3.Deus ab auſtro veniet.ideſt Spiritus,qua conceptus replebitur. Quis vero miretur de anima Chriſti: cũ mirabilior ſit quàm creatio cuiuſlibet alterius animæ? Vnde Richardus.Nunquàm tantum in omni opere Dei, quàm in animę Chriſti creatione,apparet Dei potentia ſublimior,aut ſapientia mirabilior,aut miſericordia iucundior. Item mirabiliſſimũ vnde veniat ipſum verbum.Ioann.3.Qui de cœlo venit,ſuper omnes eſt &c.De cęlo trinitatis: de cęlo æternæ altitudinis.de quo Eſa.14.In cœlum aſcendam &c. De primo ergo cœlo contra Luciferum deſcendit, ad quod Lucifer aſcendere voluit. Quia ſupereſt omnes Angelos & homines & Dæmones merito ipſi omne genu curuatur Philip.2.In no
K mine Ieſu &c.De tertio Ioann.16.Exiui à Patre & veni in mundum.Benignus in malignum veni.j.Ioan.5.In maligno poſitus eſt totus mundus j.Ioann j. Omne quod in mundo eſt: concupiſcentia carnis eſt: & concupiſcentia oculorũ: & concupiſcentia vitæ.propter hæc, vere abominabilis eſt mundus.

mundus. Ambro. Mundum quaſi fœtidum vito: & quaſi iniquum caueo : & nociuum relinquo. Venit ergo ſaluator propter nos, quaſi in clibanum ignitum, ſcilicet in mundũ: non tamen ipſe igne vritur : ſed per eum extinguitur. Ipſe eſt Angelus, qui venit in igne. Dan. 3. tres pueros liberare. Primus ergo ille qui per ventum roris ſtantem. i. per Spiritum Sanctum, de igne concupiſcentiæ. Et ſecundus ille, qui de igne auaritiæ. Et tertius ille, qui de igne ſuperbę vitæ liberatur. De quarto Luc. 11. Si autem fortior illo ſuperueniens, vicerit eum &c. Et bene dicit, ſuperueniens. Super omnes enim eſt: & ſuper diabolũ venit: & ipſum morte vicit: & in mundi conuerſione, arma eius. i. peccata quibus nos impugnat, agnus qui tollit peccata mundi abſtulit: & ſpolia, ideſt animas in limbo detentas, per multas in domo cęleſti manſiones diſtribuit. Vnde & merito dæmones, aduentum Chriſti timuerunt. ſicut ſignificatum eſt j. Regum 4. Vbi cum arca veniſſet in caſtra Iſrael, dixerunt Philiſtijm. Venit Deus in caſtra. & ingemuerunt dicentes. Vęh nobis. In caſtra militiæ vitę præſentis, venit Deus naſcendo. Arca eſt corpus Chriſti: vrna aurea in arca, eſt anima Chriſti: Manna diuinitas: Phyliſtijm dœmones. interpretãtur enim potione cadentes. Et ipſi ceciderunt potione, qua Chriſtus bibit in cruce. Vide ergo cum quanta gratia Deus venit & ſubuenit. Bernar. Quis cogitare ſufficiat, qualiter Dominus præuenit nos: venerit ad nos: ſubuenerit nobis. De his quãtuor prædictis, ſcilicet quando, vnde, & quo, & quare venit Chriſtus. Sapient. 18 Cum quietum ſilentium tenerent omnia, & nox &c. Ecce quando venit. Omnipotens ſermo tuus, de cœlo a regal. ſed. Ecce quare venit.

L

M

Dominica III. in Aduentu. Sermo II.

IOannes cũ audiſſet in vinculis opera Chriſti &c. Matt. 11. Exponamus hoc verbum de bonis vinculis, quia de malis ſæpe expoſitum eſt. Ioannes interpretatur in quo N

eſt gratia:& ſignificat quemlibet iuſtum:qui ad conſeruationem gratiæ,quadruplici vinculo debet eſſe ligatus: videlicet pœnitentiæ,amicitiæ, obedientiæ, ſapientiæ. Primum eſt ſatisfactionis. Secundum eſt dilectionis.Tertium
O ſubiectionis. Quartum,eruditionis. De primo. Ezech. 4. Ecce circundedi te vinculis:& non te conuertes à laterę in latus aliud, antequam compleantur dies obſidionis. Latus dextrum in quo eſt quieſcendum, eſt affectus ſpiritualis. A dextris eſt mihi,ne commouear.Latus ſiniſtrum eſt affectus carnalis.ſuper quod non debemus conuerti: quia ibi diaboli ſedes eſt.Eſa.14. Sedebo in monte teſtaméti,in lateribus aquilonis. His vinculis ligari debemus, antequàm compleantur dies obſidionis: quia quandiu exercitibus, ſcilicet mundi,diaboli,carnis,obſeſſi ſumus,vinculum pęnitentiæ deſerere non debemus:hoc eſt vſque ad mortem. Aug.Pœnitens enim, fructus ſuæ pœnitentiæ paratos habeat:nunquam ſufficiat:ſemper doleat:ſemper coram Domino,ante quem peccauit,erubeſcat:& dolorem cum vita
P finiat. De ſecundo vinculo,quod eſt amoris. Coloſſ.3.Induite vos ſicut electi Dei, viſcera miſericordiæ, benignitatem,humilitatem, modeſtiam,patientiam. Et ſequitur. Super omnia hæc, charitatem habentes, quod eſt vinculũ perfectionis. Nota quòd Apoſtolus hic enumerat multas virtutes,ſub aſſimilatione veſtium, cum dicit. Induite vos armaturam Dei.Poſtea dicit de charitate,quaſi addens cingulum nobile,quo veſtes colliguntur & continentur: cum ſubiungit. Super omnia hęc,charitatem habete, quod eſt vinculum perfectionis.&c.Sed iſtud cingulum,nullus pauper ſoluere poteſt. Aug. Fratres ſectamini charitatem,dulce & ſalubre vinculum mentium:ſine qua diues pauper eſt: & cum qua,pauper diues eſt. Hoc enim vinculo, homines
Q quo ad pacem vinciuntur.De tertio Gen.42 Simeon tenetur in vinculis.Simeon auditio interpretatur, ſiue audiens mœrorem.Infirmi enim,præcepta obedientiæ in aduerſis: Perfecti autem quandoque in proſperis,audiunt cum mœrore:ſed attendant quod ait beatus Greg.Si obedientię culmen apprehendere nitimur,proſperis huius ſeculi ex ſola
iuſſione,

iuſſione,aduerſis autem ex ſola deuotione dominemur. Au
ditio quoque obedientiæ, mœrorem ſenſui: ſed gaudium
ſpiritui adducit. Pſal. Auditui meo dabis gaudiũ & læ.&c.
De quarto. Eccl.6. Decor vitæ eſt in illa:& vincula illius
alligatura ſalutaris. Et ibidem præmittitur. Mitte pedem
tuum in compedes illius. Vincula hominem impediunt: &
maxime pedé,ne homo eat quo vult, vel faciat quod vult.
Ita vincula doctrinę,quæ ſunt vincula ſapientiæ, prohibẽ-
do & comminando,& alijs modis,ligant ſpiritum,ne libe-
re ſecundũ deſideria carnis,vel mundi moueatur. Ne enim R
eat ad luxuriam vel auaritiam,conſtrictus eſt quaſi quodã
vinculo,ex ſententia illa Apoſtoli,ad Ephe.5. Omnis for-
nicator,aut immundus,aut auarus,quod eſt idolorum ſer-
uitus &c. Similiter introduc aliàs ſentẽtias ſcripturæ: qui-
bus conſtringitur homo, ne inuidiam, vel gulam,vel alia
vitia incurrat. Ferrea & dura ſunt iſta vincula,potentibus
& nobilibus. Pſal. Ad alligandos reges eorum &c. vſque fer
reis. Auguſti. Ferrea ſunt vincula,quandiu timentur: amẽ-
tur: & aurea erunt. Sed heu peruerſi totiens rumpunt iſta
vincula. Hier.5. Confregerunt iugum,ruperunt vincula: id-
circo percuſſit eos leo de ſylua.i.diabolus. Secundum hoc S
quadruplex vinculum, quatuor in nouo teſtamento,in vin
culis inuenimus: Ioannem,Chriſtum,Petrum,& Paulum.
Vincula ergo pœnitentię,ſignificantur per vincula Ioan-
nis: de quo legitur quòd pęnitentiam & verbo prędicabat:
& exemplis vitæ oſtendebat: facite ait fructus pęnitentiæ.
Matth.3. In vinculis decollatus fuit. per quod datur intel-
ligi: quòd vſque ad mortem, pœnitentiam deſerere nõ de-
bemus. Vincula charitatis ſunt vincula Chriſti: de quibus T
Matthæi 27.& Mar. 5. Vincientes Ieſum, adduxerunt &
tradiderunt Pilato. Hoc fuit vinculum maximę charitatis.
His vinculis per amorem trahit Dominus electos ſuos.
Oſee 11. In funiculis Adam traham eos,in vinculis chari-
tatis. Vincula obedientiæ,per vincula Simonis Petri ſignã V
tur. de quibus Actuum 12. Vinctus catenis duabus. Simon
obediens interpretatur. Et etiã dicitur Ioan. vltimo. Alius
te cinget & ducet quo tu non vis. voluntate ſenſuali. Vin- X

culum ſapientiæ, per vinculum Pauli ſignificatur. de quo 2.Timot.2. In quo laboro vſque ad vinculum, quaſi male operans: ſed verbum Dei non eſt alligatum. Iſtis vinculis ruptis, diabolus agitat hominem, per deuia peccatorum. Luc.8.Ruptis vinculis, agebatur à dæmonibus in deſerta.

Dominica III. Aduentus. Sermo III.

A TV es qui venturus es &c. Ioann.11. Aduentus Chriſti ad hominem quadruplex eſt: Exterior, interior, inferior, ſuperior. Primus in mundum. Secundus in animam. Tertius ad infernum Quartus ad judicium. Venit in mundum, ſicut miniſter humilis. In animam, ſicut dilectus amabilis. In infernum, ſicut bellator inuincibilis. Ad
B iudicium veniet, ſicut iudex inflexibilis. De primo Matthæi 20. Quia filius hominis, non venit miniſtrari, ſed miniſtrare &c. O quàm fideliter & laborioſe nobis ſeruiuit; qui etiam in miniſterio noſtro, animam ſuam dedit. Tamen ſeruitij ſui immemores, paruipendimus precium, pro quo ſeruiuit trigintatribus annis: immo denarium animæ noſtræ, ipſi negamus. Vnde conqueritur in Pſalm. Precium meum cogitauerunt repellere, cucurri in ſiti. O quàm iuſte conqueritur. O quàm iniuſte ipſi iſte denarius denegatur. quem non ſolum tanquam precium ſeruitij, ſoluere tenemur redemptori: ſed etiam tanquam cenſum, Domino creatori, ſicut in imaginis impreſſione, probatur Matth. 22. Cuius eſt imago hæc? & cętera vſque, Reddite igitur quæ ſunt Cæſaris, Cæſari. Vnde bene ait Auguſtinus. O vere plus tibi debeo, quàm meipſum totum: ſed nec plus habeo, nec hoc ipſum, pro me, totum poſſum reddere, trahe domine in amorē tuum, vel hoc ipſum quod ipſe ſum.
C De ſecundo, Canticorum quinto. Veniat dilectus meus, in hortum ſuum. Hortus dilecti, id eſt Ieſu Chriſti, eſt cor fidele, cor deuotum, in quo herbæ, flores, & fructus diuerſarum virtutum & meritorum. Venit ergo ſponſus in hortū cordis deuoti: non in ſentinam cordis ſordidi. Iohel is pri-

mo. Computruerunt iumenta, in ſtercore ſuo. De hac ſentina, eripi cupiebat, qui dixit. Eripe me de luto, vt non infigar. Sed multi de hoc ſtercore extrahi differunt: quibus continget ſicut Iudęo, de quo dicitur, quòd in cloacam cadens die ſabbati, extrahi noluit, die autem ſequēti, hoc eſt die dominico, rex ipſum extrahi non permiſit, ſic dicens. Heri ſeruauit ſuum ſabbatum, hodie ſeruet meum. Ita faciet peccatori rex cęleſtis, ſi in die vitæ præſentis, ſentinam vitiorum exire peccator noluerit, in die futuræ vitæ, de lacu miſerię exire non poterit. Extrahatur ergo peccator, in die prǽſentis vitæ, vt non cogatur ſubijci ęternę miſeriæ. Vnde Luc. 13 Cuius veſtrum bos aut aſinus in puteum cadet, & nō continuo extrahet illum, etiam in die ſabbati? De tertio, ſicut exponit Gregorius in Homilia dicitur hic. Tu es qui venturus es, an alium expect. &c. Ad infernum ergo venit & ſuperuenit. Venit iuſtis liberator, ſuperuenit dæmonibus triumphator. Luc. 11. Si autē fortior illo ſuperueniens vicerit illum, vniuerſa arma eius auferet & ſpolia eius diſ. &c. Arma diaboli, ſunt vires impugnādi, quibus armatus eſt contra hominem. Vnde de peccatore, ad gehennam in morte rapiendo, dicitur Iob 5. Ipſum rapiet armatus. ideſt diabolus. Gregorius Quos viuentes, blanditijs decipit, hos morientes, ſæuiens rapit. Spolia autem ſunt animæ, non ſolum in mundo, ſed etiam in limbo, in eius captiuitate detentæ, quæ diſtribuuntur per choros Angelorum ſecundum differentias meritorum. Chriſtus ergo diabolo fortior, ſuperuenit, quando potenter ad infernum deſcendit. Fortem vicit, quando diabolus poteſtati eius tremebundus ſuccubuit. Dominus arma abſtulit, quando vires tentandi minuit, ſpolia diſtribuit, quādo animas per Angelorum ordines diuiſit. De quarto Eſa. 30 Ecce nomen Domini venit de longinquo, ardens furor eius, & grauis ad portandum, labia eius repleta ſunt indignatione, & lingua eius ignis deuorans. Vere deuorans per igneam ſententiam. De qua Matth. 25. Diſcedite a me maledicti &c. Horribile eſt quod dicitur. Furor eius ardens. Furens enim Chriſtus dicitur in iudicio, per ſimilitudinem, quia ſicut

homo furens,magnos & paruos indifferenter percutit,neque perſonas,neque preces,neque munera accipit ad parcendum: Ita Chriſtus in iudicio, neque Papæ, neque Imperatoris,neque cuiuſcunque alterius perſonam accipiet. Item preces non admittet, quia nullis precibus poterit tunc peccator, a mortis ſententia liberari. Item munera non ſuſcipiet,quia nulla tunc poterit fieri oblatio pro peccato. Vnde de his tribus conditionibus furoris, ſeueri iudicis Chriſti,dicitur Prouer.6. Zelus & furor viri,non parcet in die vindictæ. Ecce primum. Nec acquieſcet cuiuſquam precibus. Ecce ſecundum. Non accipiet pro redemptione,dona plurima.ecce tertium. Propter hoc ait Bern. Veniet dies iudicij, vbi plus valebunt pura corda, quàm aſtuta verba:conſcientia bona,quàm marſupia plena,quãdo iudex non fallet,neque falletur verbis, neque flectetur donis.

DOMINICA QVARTA in Aduentu.

SERMO PRIMVS.

VEniens veniet,& non tardabit. Abachuc 2. Quia antiqui vehementer deſiderabant Saluatoris aduentum, vt per ipſum a culpa & miſeria ſoluerentur, ideo Propheta conſolatur deſiderantes, dicens. Veniens veniet.&c.Geminat verbum veniendi.

G Quadruplex enim aduentus Chriſti geminatur.Primus eſt in mundo: & hic eſt geminus. Vnde dicitur. Veniens veniet. In mundo venit viſibiliter,per incarnationem. Sacramentaliter,per tranſſubſtantiationem. Primus in vẽtre virginali.Secundus in manu Sacerdotali. De primo Ioan.16. Exiui a patre & veni in mundum.quare & tu exeas de mũdo,& venias ad Patrem per Chriſtum,credendo & bene viuendo.

bendo. Ioan. 14. Ego ſum via, veritas, & vita. Nemo v. ad p. niſi per me. Exi ergo de mundo, mundi vitia, rapinas, luxurias, vſuras, inuidias &c. relinquendo. Eſa. 52. Recedite, recedite: exite exite inde: pollutum nolite tangere. Item de H
ſecundo accipi poteſt, quod de arca Dei, veniente in exercitum, dixerunt Phyliſtijm. 1. Regum 4. Venit Deus in caſtra &c. Arca Dei, velo inuolui iubetur. Numeri 4. In velo ergo arca: in arca vrna: in vrna manna fuit. Per velum, ſpecies Sacramentalis: per arcam, Corpus Chriſti: per vrnã, anima: per manna, deitas ſignificatur. Hanc arcam timẽt Phyliſtijm. i. dęmones, immo etiam guttam ſanguinis Chriſti timent. Ioan. Chryſoſtom. Vbicunque viderint Sanguinem, fugiunt quidem dæmones, occurrunt autem Angeli.

Secundus eſt in cor humanum, & hic eſt geminus. Vnde I
dicitur. Veniens veniet. Dupliciter venit Chriſtus ad cor, ſcilicet per regenerationem baptiſmalem, & per conuerſionem pœnitentialem. De primo. j. Ioan. 5. Hic eſt qui venit per agnum & Sanguinem, Ieſus Chriſtus. Vnde bene dicit. In mari viæ tuæ. De ſecundo, Matthæi 8. Ego veniam & curabo eum. Sed quia ad cor pœnitentis non venit, niſi per ardorem amoris: ideo dicit Ioan. 14. Si quis diligit me &c. vſque, Ad eum veniemus &c. Vnde bene Helias per duas mirabiles vias, venit in Paradiſum: per aquam & ignem: per Iordanem. ſ. & currum igneum. Paradiſus eſt cor bonũ, conſcientia bona: alicuius etiam in ipſo homine lætitia quidem bonæ conſciẽtię Paradiſus eſt. Helias autem Chriſtus. Iordanis Baptiſmum: Currus igneus pœnitentiam ſignificat: quæ debet eſſe ignea per amorem: cuius ſunt quatuor rotæ: contritio, confeſſio, ſatisfactio reſtitutio. Auguſ. Non remittitur peccatum, niſi reſtituatur ablatum. ſ. cum reſtitui poteſt. Tertius eſt ad iudicium. Vnde hic, Veniens veniet. & hic geminus eſt. Venit enim ad iudiciũ particulare, in morte: & vniuerſale in fine. De primo, Matth. K
24. Vigilate, quia neſcitis qua hora Dominus veſter venturus ſit. Vere vigilandum, & vigilanter agendum, vſquequo veniet Dominus. ſ. in morte, repetens animas noſtras. Vigilandum vtique, propter incertitudinem horæ & formidinem.

midinem. De vtraque dicitur Matth.24. Veniet Dominus ſerui illius, in die qua non ſperat, & hora qua ignorat. Ecce horæ incertitudo. Auguſt. Nihil enim morte certius, nihil hora mortis incertius. Et ſequitur. Diuidet eum, partẽque eius ponet cum hypocritis. Ecce pœnæ magnitudo. diuiditur enim in morte anima, a corpore. Oſee 13. Ipſe inter fratres diuidet. Vnde gemelli ſunt, corpus & ſpiritus. Simul enim in vtero matris fuerunt. Iſtorum ergo fratrum
L diuiſio amariſſima eſt. Hypocritę autem ſunt dæmones, ſe in Angelos lucis transfigurantes. Vel hypocritæ ſunt falſi, vel deceptores homines. Diuiſione ergo facta, inter animam & corpus, pars vna. ſ. anima, cum peruerſis & damnatis, ponetur in inferno: pars altera, cum vermibus in ſepulcro. De ſecundo. Pſal. Deus noſter manifeſte veniet. Vere manifeſte: quia ab omnibus audietur. Ioan.5. Omnes qui in monumentis ſunt &c. Item ab omnibus videbitur. Apoc. 1. Videbit eum omnis oculus &c. Certe oculus luxurioſus, inuidus, ſuperbus, & omnis alius. Auguſ. Forma ſententiæ in iudicio, conſpicua erit & iuſtis & iniuſtis, & pijs & impijs, & fidelibus & infidelibus. Tunc omnibus manifeſtabit ſe. Tunc omnibus manifeſtabit te. 1. Corint. 4. Manifeſtabit
M conſilia cordium. Quartus aduentus eſt in regnum. Et de hoc dicitur. Veniens veniet. In duobus enim eſt regnum Chriſti, ſcilicet in animabus, & in Angelis. Venit autem regnare in animabus, quando eas de inferno liberauit. Venit ergo ad infernum: & de hoc interrogauit eum Ioannes, ſicut exponit Gregorius illud Matth. 11. Tu es qui venturus es &c. Item venit in cœlum in aſcenſione, tanquam regnaturus ſuper Angelos. Iſ. 63 Quis eſt iſte qui venit de Edom &c. Sic ergo octo modis venit Dominus.

Dominica IIII. Aduentus. Ser. II.

N Ipſe eſt qui poſt me venturus eſt, qui ante me factus eſt, &c. Ioan. 1. Oſtenditur Chriſti venientis humilitas, cum dicitur, Qui poſt me venturus eſt. intellige

naſcendo, prædicando. Oſtenditur dignitas cum additur. Qui ante me factus eſt, intellige .i. mihi præpoſitus dignitate. Magna humilitas,quia veniẽdo per carnem, prior, poſterior: diues, egenus: dominus, ſeruus: hæres, alienus factus eſt. De primo dicitur hic. Ipſe eſt qui poſt me venturus eſt. Vere etenim Chriſtus, non ſolum ante Ioannem,immo ante Abraham fuit. Ioann. 8. Antequàm Abraham fieret,ego ſum &c. Immo ante Luciferum genitus eſt: & tamen Ioannem, immo omnes ab initio mundi, ante natos, ſe præcedere voluit in mundum, & multos in proceſſione palmarum. Matth.21 Turbæ autem quæ præcede. &c. Hoc eſt contra ſuperbiam multorum: qui alios ſe preuenire nolunt: nec in eundo, nec in ſedendo Contra quos dicitur Luc.14. Recumbe in nouiſſimo loco. Item neq; in dignitatibus vel beneficijs. contra quos Prouer.20. Hæreditas ad quam feſtinatur in principio .i. ante annos, in nouiſſimo .i. in die iudicij,benedictione carebit. De qua Matth.25. Venite benedicti patris mei.&c. Item neque in meritis, neque in virtutibus, ſibi aliquem præferri volunt. Contra quos dicitur Matth.21. Publicani & meretrices, præcedent vos &c. Matth.20. Erunt primi nouiſſimi. Et quia ante alios venire contendunt ambitione, ideo ante alios venient in perditione, ſicut lucifer ante alios cadentes. De ſecundo Zacha.9. Ecce rex tuus venit tibi iuſtus,& ſal.ipſe pauper.De cuius paupertate,dicitur Matt.8. Vulpes foueas habent &c Vulpes autem, diuites ſunt: qui foueas .i. repoſitoria ſua habent, volucres ſunt elati, qui nidos dignitatis & honorum habent. Chriſtus autem non habuit vbi caput ſuum reclinaret, in mundi ingreſſu, niſi in præſepio. Luc.2. Reclinauit eum in præſepio. Item in progreſſu ſicut hic. Filius autem hominis &c. Item in egreſſu. Ioann.19. Inclinato capite, tradidit ſpiritum. Attendant mali diuites, Chriſti paupertatem. Quare domine ita pauper eſſe voluiſti? Reſpondetur. 2.Corinth. 8. Propter nos egenus factus eſt, cum eſſet diues: vt illius inopia, diuites eſſemus. diuites in gratia & in gloria. Nam antequàm Chriſtus per carnem veniret, nimia fuit gene-

ris humani paupertas. Vnde bene per Labam ſignificatur, cui Iacob qui Chriſtum ſignificat, dixit Gene. 30. Modicū habuiſti, antequam venirem ad te, & nunc diues effectus es. Benedixit tibi Deus, ad introitum meum. Bene ergo potes dicere. Venerunt mihi omnia bona, pariter cum illo. Propter iſta bona, ait Bernar Quàm dulciter bone Ieſu, cum hominibus conuerſatus es? quàm abundanter & multa magna largiri bona dignatus es? quàm fortiter enim
Q quàm aſpera pro hominibus paſſus es? De tertio Mat. 20. Filius hominis non venit miniſtrari, ſed miniſtrare. Ergo ſeruus noſter, factus eſt Dei filius Quot ergo Dominos habuit, ſi dici liceat, eſt ſtupor, certe vt dicitur Matth. 6. Nemo poteſt duobus Dominis ſeruire &c. vſq; Alterum contemnet. & ecce Chriſtus innumerabilibus ſeruiuit, & nullum contempſit, ſed heu nunc ipſe cōtemptus eſt. Contemptibilia ſeruitia facies nobis. Iſa. 49. Dicit Dominus ad contemptibilem animam, ad ſeruum dominorum .i. ad Chriſtum ſeruum hominum. Contemptibilia ſunt miniſteria paſtorum, portitorum, cloacariorum. Chriſtus autem fuit paſtor noſter &c. Item Chriſtus fuit portitor noſter. Iſa. 53. Dolores noſtros ipſe portauit. Item Chriſtus fuit purgator ſtabulorum & cloacarum diaboli .i. cordium iniquorum. Heb. 1. Purgationem iniquorū faciēs &c. Gloſſa. Crucem ſuſtinuit, vt nos a peccatis purgaret. Propter ſeruitia Chriſti, bene ait Bernar Singularis illa maieſtas, voluit mori, vt viueremus, ſeruire, vt regnaremus, exulare, vt repatriaremus, & vſque ad ſeruiliſſima opera inclinata eſt, vt nos conſtitueret ſuper omnia opera ſua.

R De quarto. Ioann. 1. In propria venit, & ſui eum non receperunt. Sicut autem mundus eum non recepit, ita tu auare, tu luxurioſe, tu inuide, eum non recepiſti in propriam domum ſuam .i. cor tuum. ad quod iam pulſat. Apocal. 3. Ego ſto ad oſtium, & pulſo &c Sed ecce qui nō recipiunt credendo, vel pœnitendo, Chriſtum, recipient peccando, diabolum, & in fine, Antichriſtum. Ioann. 5. Ego veni in nomine patris mei, alius veniet in nomine ſuo, & illum recipietis.

Domi-

Dominica IIII. Aduentus Domini. Sermo III.

DIrigite viam Domini &c Ioan. 1. Via Domini qua- S
druplex eſt, videlicet veræ conuerſationis, bonæ
actionis, meritoriæ paſſionis, deuotę contempla-
tionis. Prima eſt via Domini, illuminantis in iuſtificatio-
ne. Secunda, Domini confortantis in opere. Tertia, Do-
mini conſolantis in tribulatione. Quarta, Domini inflam-
mantis in dilectione. De prima Exod. 3. Ibimus viam triũ
dierum, in ſolitudine. Via enim pœnitentiæ, habet tres die
tas. Ecce enim tres ſunt dietæ ad regnum. Prima, amaræ
contritionis. Secunda, integræ offenſionis. Tertia, dignæ
ſatisfactionis. Per hanc viam venit Dominus ad illumi-
nandos cæcos, qui neq; ſupplicia quæ meruerunt, neque
gaudia, quę perdiderunt, neq; deum cognouerũt. Matt. 20.
Et ecce duo cæci ſedentes ſecus viam Et Luc. 18. Cæcus
ſedebat ſecus viam &c. Cæcus ſedens ſecus, ſed extra viã,
in viam ad Ieſum veniens, illuminatur. Sicut autem iſte
a turbis increpatus vt taceret, magis clamabat, ſic nos in
oratione, turbis phantaſmatum & cogitationum nos im-
pedientib s, magis clamare debemus. Quanto enim ignis
magis ſuffocatur: tanto magis ſufflandus eſt. Greg. Quod
flatus carboni, hoc facit oratio deuotioni. De ſecundo. T
Pſal. Viam mandatorum tuorum cucurri. Enumera hic de-
cem mandata In hac via, obſeruatione mandatorum cur-
ritur, implendo & operando. Quot enim bona opera fece-
ris, tot paſſibus ad regna cœleſtia curris. 1. Corint. 9. Sic
currite vt comprehendatis. Per hanc viam venit Dominus,
te confirmare, pergratiam Spiritus Sancti, ne deficias.
Marc. 8. Si dimiſero eos ieiunos, defi. in via. vbi ſeptem pa
nibus. ſ. ſeptem donorum Spiritus ſancti, reficit animam.
Quis vidit vnquàm comedere dormientem? Pane igitur
gratię non reficieris, niſi prius de ſomno torporis & negli-
gentię ſurrexeris. 3. Reg. 19. Surge, comede, grandis enim
reſtat tibi via. Vere grandis. Quis enim omnes paſſus,
qui-

quibus venitur ad vitam ęternam, enumerare poteſt?

V De tertio. Baruch. 4. Delicati mei, ambulauerunt vias aſperas &c. Etiam aſperæ ſunt viæ perſecutionum, & tribulationum, quas homines ſancti, in corpore & in anima, & in rebus patiuntur, in quibus per patientiam ambulan-
X dum eſt. Sed dicis: quomodo poſſum patienter ambulare, cum ita aſpera verba, mihi dederit, ſine cauſa? Certe illa verba ponit diabolus pro laqueis. Suſtineas verbum aſperum proximi tui, vt euadas verbum aſperum Chriſti. de quo in Pſal. Ipſe liberabit me de laqueo venantium, & a verbo aſpero. Quod eſt, Ite maledicti in ignem æternũ. Pſal. Propter verba labio. t.e.c.v.d. Quare miſer homo, impatiens es contra eos, qui tibi ſeruiunt? Bernard. Quid niſi ſeruire dicam, qui mihi radit caput, vel calceamentum tergit, vel terram rorat? Caput radit, qui temporalia tollit, calceamenta tergit, qui corpus verberat, terram rorat, qui vſque ad lachrymas tribulat. Per hanc viam venit Dominus, de fonte miſericordiæ ſuæ hominem conſolando, refrigerare, contra æſtum tribulationis, exemplo ſuo. Ioan. 4 Ieſus fatigatus ex itinere, ſedebat ſuper fontē.

Y De quarto. Baruch. 4. Ambula per viam ad ſplendorem eius, contra lumen eius .ſ. legis. In hac via quanto plus eſt homo in lumine cognitionis, tanto plus accenditur igne dilectionis. Iob 38. Per quam viam ſpargitur lux, diuiditur æſtus ſuper terram. Per hanc igitur viam venit Dominus ad amorem cor inflammare. Luc. 24. Nonne cor
Z noſtrum ardens erat .i. .n. &c. Hæc poteſt eſſe illa quadruplex via. de qua Prouer. 30. Tria ſunt mihi difficilia &c. Via viri in adoleſcentia, eſt via conuerſionis. Luc. 7. Adoleſcens tibi dico ſurge Thren. 3. Bonum eſt viro, cum portauerit iugum ab adoleſcentia ſua &c. Via nauis in mari eſt via actionis. Actiui enim cum virtutibus bonorum operum, nauigant per mare mundi, periculis multis. Vnde ardenter inuocare debent Deum. Mat. 8. Domine ſalua nos, perimus. Via colubri ſuper petram, eſt via paſſionis: propter puritiem petræ: & propter prudentiam colubri. Coluber enim corpus pro capite exponit. ſic nos vt caput noſtrum

ſtrum Chriſtum teneamus, corporis paſſiones ſuſtinere debemus. Matth. 10. Eſtote prudentes, ſi. ſer. &c. Via aquilæ in cœlo, eſt propter acutum viſum aquilæ: & altum volatum. b
Iob 39. Nunquid ad præceptum tuum eleuabitur aquila, & in arduis ponet nidum ſuum? &c.

IN VIGILIA NATIVITATIS Domini, Sermo I.

VAde ad populum, & ſanctifica illos. Hodie & cras lauent veſtimenta ſua: & ſint parati in diem tertium. In die enim tertio deſcendet dominus coram omni plebe ſuper montem Synai. Exod. 19. Circa deſcenſum Domini, ad nos per eius natiuitatem, quam in tertio die Deo dante celebrabimus, dicentur hæc tria. Temporis aſſignatio, ibi. In die tertio. Suſcipientium præparatio: ibi Sanctifica illos &c. Venien di certificatio: ibi. Deſcendet Dominus &c. Circa pri- A
mum, nota, quòd per tres dies, triplex bonorum ſtatus intelligitur: incipientium, proficientium, & perfectorum. De primo die Numeri 28. Dies etiam primitiuorũ, quando offeretis nouas fruges Domino, expletis hebdomadibus, venerabilis & ſancta erit. Dies primitiuorum, ſtatus pœnitentium eſt: qui primitias bonæ vitæ offerunt. Nouæ enim fruges, nouæ virtutes ſunt 2. Corinth. 9. Augebit incrementa frugum, iuſtitiæ veſtræ. Bonum eſt congregare has fruges, exemplo Ioſeph, vt habeantur in poſterum, tempore caritatis, ſeu cariſtiæ. De die proficientium, B
Matth. 20. Portauimus pondus diei & æſtus. Proficientes enim, portant pondus laboris, operationum. iuxta illud Apoſtoli. Alter alterius onera portate. Item æſtus reparationum. Diabolus enim, proficientes multum impugnat:

quia

quia profectui noſtro inuidet. Vnde de hoc æſtu, ſemina virtutum areſcunt. Matth. 13. Sole autem orto, æſtuauerunt, & quia non habebant radices, aruerunt. De die
C perfectorum, Prouer. 4. Iuſtorum ſemita, quaſi lux ſplendens procedit, & creſcit vſq; ad perfectum diem. Hæc eſt dies, quo ingreditur anima ad Aſſuerum .ſ. Chriſtum Heſter. 5. Die autem tertio, induta eſt Heſter, regalibus indumentis &c. i. virtutibus. Pſal. Aſtitit regina a dextris tuis. Ambro. Multo melius eſt animam ornare virtutibus, quàm
D corpus precioſis induere veſtibus. Circa præparationem ſuſcipientium, nota quòd incipientes debent præparari, per puram contritionem: proficientes, per bonam conuerſationé: perfecti, per puram ſatisfactionem. Et hoc ſignificari poteſt triplici præparatione: quæ hic tangitur: videlicet in ablutione corporum. de qua dicitur hic. Sanctifica illos. hæc ad incipientium contritionem pertinet, qua abluunt. Pſal. Lauabis me a peccatis, & ſuper niuem dealbabor. Et Exod. 2. Deſcendebat filia Pharaonis in flumine &c. vbi inuenit in fiſcella paruulum vagientem. Filia Pharaonis, anima peccatrix, quæ eſt filia diaboli, deſcendit per humilitatem, de domo patris ſui diaboli. Pſal. Obliuiſcere populum. t. &c. Lauantur autem in flumine lachrymarum, per contritionem. Ambro. Ablue te lachrymis: laua fletibus. Si tu te ipſe fleueris: non flebit te alius. Si ſe Saul fleuiſſet, Samuel eum non fleuiſſet. Et tunc inuenit paruulũ de quo Iſa. 19. Paruulus natus eſt nobis. Inuenitur auté in fiſcella, videlicet vaſe iunceo .i. in corde virtutibus con
E texto. Item in lucida conuerſione proximorum. Eccleſ. 9. Omni tempore ſint veſtimenta tua candida. O quàm pauci ſunt, qui hæc veſtimenta, ſine macula obſeruant. Apocal. 3. Habes pauca nomina in Sardis, qui non inquinauerunt veſtimenta ſua, ambulauerunt mecum in albis. Contra quod dicitur de Miphiboſeth. 2. Reg. 19. quòd non lauerat veſtes ſuas, quando occurrit regi Dauid. Item amotione vxorum, ſicut ibidem dicitur Exod 19. Eſtote parati in diem tertium: ne appropinquetis vxoribus veſtris. Hæc præparatio, ad puram perfectorum affectionem pertinet

qua

qua a carnalitate, vel ſenſualitate, tanquàm ab vxore ſeparantur. De qua vxore dicitur Gene. 3. Quia audiſti vocẽ vxoris tuæ &c. Nota ordinem deceptionis. Serpens eſt diabolus ſuggerens: Eua ſenſualitas delectans: Adam vero conſentiens. Huic vxori non appropinquare debent ſpiritus, ne ſeducantur: ne affectum purum in non purum, ſpiritualem in carnalem conuertat. Circa tertium .ſ. venien dĩ promiſſionem, nota qualiter Dominus hic deſcendit. Deſcendit enim in fumo, in igne, in nube. Sic ſpiritualiter, ad incipientes deſcendit, in fumo contritionis. Ad proficientes, in nube deuotionis. Ad perfectos, in igne dilectionis. De primo dicitur. Totus mons Synai fumigabat. Fumus iſte, contritionem ſignificat. Tob. 6. Cordis eius particulam, ſi ſuper carbones ponas, fumus eius, extricat omne genus dæmoniorum. De ſecundo dicitur, Exod. 19. quòd nubes denſiſſima, cœpit operire montem. Nubes deuotionẽ ſignificat: quæ hominem dulci lachrymarum nube perfundit. 2. Reg. 22. Cribrans aquas de nubibus cœlorum. De tertio dicitur ibidem, eo quòd deſcendiſſet Dominus ſuper eum in igne .ſ. in igne amoris, ad perfectos deſcendit. Leuiti. 6. Ignis in altari meo ſemper ardebit. Auguſti. O amor, qui ſemper ardes, & nunquam extingueris, charitas: Deus meus attende me. F G

In vigilia Natiuitatis Domini. Sermo. II.

CRas egrediemini: & Dominus erit vobiſcum. 2. Parali. 20. Verbum iſtud hodie cantat eccleſia: & congruit inſtanti ſolẽnitati natiuitatis Chriſti: in qua Dominus, cum hominibus fuit corporaliter: & erit nobiſcum ſpiritualiter, ſi digne parati fuerimus. Innuuntur ergo in his verbis duo, ſcilicet humana præparatio, & diuina aſſociatio. Primum ibi. Cras egrediemini. Secundũ ibi. Et Dominus erit vobiſcum. Circa primum, conſiderandum eſt, quòd electi egrediuntur ad miſeriam, in procreatione: ad iuſtitiam in conuerſatione: ad pugnam, in H

tentatione: ad gloriam in euolatione. De primo Iob. 14. Quaſi flos egreditur & conteritur &c. Flos eſt homo in mundo: ſtercus in ſepulchro. Pſal. Facti ſunt vt ſtercus terræ. &c. Licet quandoq; flos in cacumine arboris: tamen in ſtercore tandem cadit. ſic eſt de excellentibus in mundo. Iob. 20. Si aſcenderit vſque in cœlum ſuperbia eius, & caput eius nūbes tetigerit, quaſi ſterquiliniū in fine perdetur. Hoc eſt quod dicitur Iſa. 40. Omnis caro fœnum &c. vſque Et cecidit flos. Cadit ergo flos gloriæ carnis, in morte, & fit ſtercus in putrefactionem: ſed de ſtercore iterum oritur flos in reſurrectione. Pſal. Refloruit caro mea. Sed hoc fit per florem ortum de virgine. de quo Iſa. 11. Egredietur virga de radice Ieſſe: & flos de radice eius aſcendet &c. Primus ergo flos, eſt gloriæ carnalis. Secundus, immortalis. Tertius, eſt gloriæ virginalis. De ſecundo, Exod. 13. Mementote diei huius, in qua egreſſi eſtis de Aegypto, de domo ſeruitutis. Domus ſeruitutis Pharaonis, ideſt diaboli, eſt mundus: in quo peccatores triplici ſeruitute opprimuntur: ſcilicet luti luxuriæ, lateris auaritiæ, paleæ ſuperbiæ. Egrediendum ergo eſt de hac domo, per pœnitentiam, ei qui in luxuria eſt carnis, auaritia mundi, ſuperbia diaboli. Ideo bene dicitur, Gene. 13. Egredere de terra, & de cognatione tua. Caro eſt cognatio, & vitia carnalia, domus mundus, pater diabolus. Pſal. Obliuiſcere populum tuum: & domum patris tui. Contra hanc triplicem ſeruitutem, Dominus noſter Chriſtus, de virgine naſcitur, contra luxuriam: pānis inuoluitur, contra auaritiam: in ſtabulo ponitur, contrā ſuperbiam. Vt homo egrediatur ſeruitutum diaboli, venit Chriſtus in ſeruitutem hominis. Bernard. Singularis illa maieſtas ſeruire voluit: vt nos regnaremus.

I De tertio dicitur hic. Cras egrediemini contra eos .ſ. filios Moab & Amon: & montē Seir. Moab interpretatur ex patre: & ſignificat diabolum, qui eſt ex patre lucifero. Lucifer enim pater eſt dæmonum. Dæmones autem ſunt patres eorum quos decipiunt: patres dico non generatione: ſed imitatione. Ioann. 8. Vos ex patre diabolo eſtis. Lucifer ergo, eſt auus hominū per-

uerſorum. Amon filius generis noſtri interpretatur: & ſignificat carnem: quæ de noſtro genere, de noſtris parentibus eſt. Sap. 7. Sum quidem & ego mortalis homo, ſimilis omnibus: & ex genere terreno illius, qui prior factus eſt. Anima ſiue ſpiritus, quia de parentibus non traducitur, K
filius noſtri generis non eſt, ſed potius Dei: quia immediate a Deo creatur. Actuum 17. Genus ergo cũ ſimus Dei &c. Factus eſt ergo Deus, ex genere noſtro: vt redimeret quod fuit de genere ſuo. Auguſtin. Qui hoc noſtri generis corpus, tantum propter nos Deus aſſumere, atque agere dignatus eſt: quanto videtur vilius, tanto eſt clementia plenius. Mons Seir Mundus eſt, qui temporalium ſuperfluitatibus, verſutijs & fraudibus, piloſus eſt. Hos pilos Seir ſignificat: interpretatur enim piloſus. Mundum ergo a no- L
bis ad feſtum illud radamus. Hos enim pilos Ezechiel propheta præcipit radere & amouere. Ezec. 5. Sume tibi gladium acutum radentem pilos &c. Si enim ob reuerentiam feſti, pilos corporis ſuperfluos radimus, quanto magis pilos ſuperfluos vitiorum &c? De quarto, Cant. 3. Egre- M
dimini filiæ Sion. i. animæ puræ, quæ eſtis Dei ſpeculum. Sion ſpeculum interpretatur. Et videte regem Salo. in diademate, quo co. e. m. ſua. Bernar. hic diſtinguit quadruplicem coronam. d. Coronauit eum mater ſua, corona paupertatis noſtræ: nunc coronatus eſt a nouerca ſua, corona ſpinea: corona miſeriæ coronandus eſt a familia ſua: corona iuſtitiæ, quando exibunt angeli: & colligent de regno eius omnia ſcandala. Coronauit eum pater eius, corona gloriæ. ſicut ait Pſal. Gloria & honore coronaſti eum domine. Nunc ergo egredimini ad pugnam: vt in morte egrediamini ad coronam. In pugna enim huius vitæ, fortes eſſe debemus vſque ad egreſſum animæ noſtræ: vt coronemur in æterna iocunditate. Neemi. 4. Media pars noſtrũ, teneat lanceas ab aſcenſu auroræ, donec egrediantur aſtra. Lancea eſt zelus contra vitia: aurora eſt initium bonæ vitæ. Aſtra ſunt bonæ animæ: quæ egrediuntur in morte.

In vigilia Natiuitatis Domini. *Sermo III.*

CRas erit vobis ſalus, cum incaluerit ſol. 1. Reg 11. Quia Ieſus interpretatur ſalus, poteſt dici: Cras erit nobis ſalus. Nunc enim ad hoc ingreſſus eſt naſcendo: vt eſſet nobis ſalus. Abachuc tertio. Egreſſus eſt
N in ſalutem &c. Sol Chriſtus eſt. Malac. 4. Orietur vobis timentibus nomen meum, ſol iuſtitiæ. Solis calor eſt Chriſti amor, quo coactus eſt incarnari. In quatuor autem beneficijs pręcipue calor charitatis oſtenditur: videlicet in incarnatione, in corporis ſui traditione, in paſſione, & Spiritus Sancti effuſione. De primo dicitur hic. Cras erit vobis ſalus. Nota hiſtoriam, quando Naas noluit habere, pacem cum viris Iabes Galaad: niſi erueret omnium oculos dexteros: propter hoc miſſum eſt eis verbum conſolatoriū
O illud. Cras erit vobis ſalus. Naas interpretatur ſerpens: & ſignificat diabolum: de quo Eua dicit Geneſis tertio. Serpens decepit me. Diabolus ſerpens eſt lubricus: cuius ſi capiti, ideſt primæ ſuggeſtioni non reſiſtitur, totus cordi illabitur. Oculus eſt fides. Siniſter autem eſt fides de humanitate Chriſti. Dexter vero fides de diuinitate. Iſti ſunt oculi cæci nati: qui per lutum humanitatis, & ſputum ſapientiæ diuinitatis aperiuntur. Sed dexter oculus Iudæis eruitur, qui Ieſum hominem, & non Deum putant. Item eſt oculus intentio. Dexter autem oculus ad gloriam: ſiniſter ad gehennam reſpicit. Dexterum amor: ſiniſtrum timor aperit. Qui ergo non amore beatitudinis, ſed timore damnationis malum fugit, & bonum agit, dextrum oculum eruit. Hinc Zach. 11. Oculus dexter eius tenebreſcens obſcurabitur. Contra hanc diaboli oppreſſionem, venit nobis ſalus, quando venit nobis Ieſus. Venit autem in calore: quia datus eſt in amore. Ioann. 3. Sic Deus
P dilexit mundum &c. De ſecundo, Exod. 16. Cumque incaluiſſet ſol, liquefiebat. Hoc dicitur de manna: ſignificat autem euchariſtiam, quæ animæ mirabiliter ſapida eſt. Sapientiæ 16. Paratum panem de cœlo præſtitiſti illis, ſine labo-

labore, omne delectamentum in ſe habentem &c. Iſte panis de cœlo venit, & de terra colligitur, ſine agricultura. Sic Chriſtus Ieſus, de terra virginali, ſine cultura maritali exhibitus eſt. Eze. 36. Terra illa inculta facta eſt, vt hortus voluptatis. Calor ſolis, eſt amor Chriſti, quo nobis hoc ſacramentum liqueſit, per ſuauitatem & reſoluitur in gratiam. Licet autem manna a ſole liquefieret, ab igne tamē indurabatur. Ita hoc ſacramentum, per calorem amoris diuini, liqueſit homini ad ſalutem. Per calorem autem amoris mundani & carnalis, induratur homini ad damnationem. primæ Corint. 11. Qui enim manducat & bibit indigne, iudicium ſibi manducat &c. Ioann. Chryſoſtomus. Spiritualis cibus ſi aliquem reperit malignitate pollutū, magis eum perdit, non ſua natura, ſed accipientis vitio.

De tertio Ne 7. Non aperientur portę Hieruſalem, vſq; ad calorem ſolis Hieruſalem eſt illa cœleſtis ciuitas, in qua omnes liberi erimus. Gal. 4. Illa quæ ſurſum eſt Hieruſalem, libera eſt. Huius portas, nullus ſine precioſa veſte intrare poteſt. Pſal. Aperite mihi portas iuſtitię: ingreſſus in eas, confitebor Domino &c. Portæ plenæ ſatiſfactionis & reconciliationis. Heſter quarto. Non erat licitum indutum ſacco, aulam regis intrare. Sacco .i. vili conuerſatione Portæ iſtæ clauſæ erant per peccatum primi hominis: & non aperiebantur vſque ad calorem ſolis .i. vſque ad feruorem amoris Chriſti, nobis in paſſione exhibiti. Ante .n. nullus intrare poterat. Per clauē enim crucis, ianua aperienda erat. Iſa. 22. Dabo clauem domus Dauid, ſuper humerum eius &c. Valde durus eſt, cuius cor ad tantum calorem ſolis non liqueſit. Bernard. O duri, & obdurati filij Adam, quos non emollit tanta benignitas, tanta flamma, tam ingens ardor amoris, tam vehemens amator, qui pro vilibus ſarcinulis, precioſas merces expendit. De quarto, Eccleſiaſt. 43. Tripliciter ſol exurens mōtes, radios igneos exſufflans. Radij ignei ſunt illuminationes & operationes Spiritus ſancti, a ſole æterno Ieſu Chriſto procedentes. Vtinam iſti radij tangerent ſenſus noſtros. Auguſtinus. Mitte domine radium ſapientiæ tuæ,

vt expellat tenebras noſtras,& fulgeat imago tua in nobis. Nota quòd dicit exſufflans. Ioann. 20. Inſufflauit & dixit: Accipe Spiritum Sanctum. Solis ergo calor, montes exurit, dum Chriſti amor, Apoſtolos accendit: immo quotidie vrit electos, per Spiritus Sancti radios, qui bene dicuntur montes, propter meritorum altitudines. Tripliciter autem exurit: quia ter Apoſtolis Spiritum Sanctum dedit. Vel montes ſunt veri pœnitentes: qui tripliciter in contritione, confeſſione, ſatisfactione, exuruntur. Pſal. Non eſt qui ſe abſcondat a calore eius, &c.

In vigilia Natiuitatis Dominicæ. Ser. IIII.

CRas egrediemini: & Dominus erit vobiſcum. 2. Paralit. 20. Viſo qualiter egrediendum ſit, modo videamus qualiter Dominus nobiſcum ſit. Eſt autem nobiſcum viſibiliter, Sacramentaliter, Spiritualiter, æternaliter. Nobiſcum eſt in natura, in Euchariſtia, in gratia, in gloria. De primo. Iſ. 7. Ecce virgo concipiet & pariet, &c. vſque Emanuel. quod interpretatur nobiſcum Deus. Nobiſcum tanquam ſocius noſter. ſ. ſenſibiliter. Baruch. 3. Poſt hæc in terris viſus eſt, & cum h. conuer. eſt. Vere bonus ſocius, qui & onera ſocij ſui, in via portat, & diuitias ſuas ſocio ſuo communicat. Ita Chriſtus nobiſcum fuit, vt onera peccatorum noſtrorum portaret. 1. Pet. 2. Peccata noſtra i. t. &c. Auguſt. Nihil ſic probat amicum, quemadmodum oneris amici portatio. Item diuitias gratiarum nobis communicauit. Sapient. 8. Mecum cõmunicauit de bonis. 2. Corint. 8. Propter nos egenus factus eſt &c. Econtrario dicitur de malo ſocio. Eccl. 13. Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea &c. Vbi oſtenditur, quàm periculoſa ſit mala ſocietas. Pſal. Cum peruerſo peruerteris. De ſecundo; Matth. vlt. Vobiſcum ſum omnibus diebus, vſque ad conſummationem ſeculi. Hoc figuratum eſt. 3. Reg. 17. Hydria farinę non deficiet, neque lecythus olei minuetur, vſque in diem, qua daturus eſt Dominus pluuiam, ſuper faciem terræ.

ræ. In farina Sacramentum hoc ſignificatur. Farina enim granum eſt contritum. Granum eſt Chriſtus. Ioann. 12. Niſi granum frumenti &c. Hoc granum nobis produxit vterus virginalis. Pſal. Veritas de terra orta eſt. &c. Attritum autẽ eſt in mola crucis. Iſ. 53. Attritus eſt propter ſcelera noſtra. In oleo, gratia huius Sacramenti ſignificatur. Vnde bene manna habuit ſaporem, quaſi panis oleati. Hæc autẽ farina non deficiet: quia hoc Sacramentum nobiſcum eſt, vſque in diem pluuiæ, & vſque ad conſummationem ſeculi. Pluuia terram germinare facit. Pluuia ergo eſt influentia cœleſtis virtutis, faciens ſemina corporum mortuorũ pullulare, per Reſurrectionem de terra. Vel ſtillæ pluuiæ, ſunt animæ innumerabiles, ad modum pluuiæ, de cœlo, ad corpora ſua, per originem deſcendentes. Iſa. 30. Dabitur pluuia ſemini tuo. De quo ſemine, dicitur. 1. Corin. 15. Seminatur corpus animale &c. Igitur ſi Dominus tecum ſit Sacramentaliter: tamen valde miſerabilis es, ſi non fuerit tecum, & tu cum eo, ſpiritualiter. Auguſtinus. Magna hominis miſeria eſt, cum illo non eſſe, ſine quo non poteſt eſſe. De tertio. 2 Paral. 15. Dominus vobiſcum: quia fuiſtis cum eo. ſi quæſieritis eum, inuenietis. Si autem dereliqueritis eum, derelinquet vos. Si quæſieritis bene viuendo, inuenietis ſpiritualiter, ſicut paſtores corporaliter. Lucę. 2. Inuenietis infantem &c. Eſt ergo Dominus cum bene viuentibus, in conuerſatione: ſicut hic. Et Gen. 28. Si fuerit mecum dominus &c. Vbi in pane, gratia: in veſtimento, bona gratia ſignificatur. Item cum patientibus, in tribulatione. Pſal. Cum ipſo ſum, in tribulatione. Ber. Bonum mihi Domine, in tribulatione magis amplecti te: habere te mecum, in camino, quàm eſſe ſine te, in cęlo. Quid enim mihi eſt in cęlo? & a te quid volui ſuper terram? Item cũ mœrentibus, in debellatione. Hiere. 20 Dominus mecum eſt, quaſi bellator fortis. Idcirco qui perſequitur me, cadet &c. Item cum regẽtibus, in prælatione Ioſue. 1. Dominus Deus tuus, tecum ſit, ſicut fuit cum Moyſe: qui contradixerit ori tuo &c. vſque Moriatur. Merito morietur. Ait enim Gregorius. Qui ſe contra ſuos præpoſitos erigunt, profecto oſten-

Y dunt,quia ſerui Dei eſſe contemnunt. De quarto. Apoc. 21.Ipſe Deus cum ipſis,erit, eorum Deus, & abſterget &c. Ibi enim erit Deus,cum iuſtis,ſicut lux cum vidente: dulcedo cum guſtante:vita cum viuente. Ibi erit Deus cũ eis, in ratione:cum eis in voluntate: cum eis in memoria. Ber. Ipſe rationi,futurus plenitudo lucis : ipſe voluntati, plenitudo pacis. ipſe memoriæ, continuatio æternitatis.

Z De prædictis ſignificatum eſt.Iudicum.6.vbi Angelus dicit ad Gedeon. Dominus tecum, virorum fortiſſime &c. Vbi quatuor ſignis oſtenditur Dominus cum eo.ſ.in rore: in pane:in igne: in lampade.Nobiſcum ergo Dominus eſt, in aſſumpta natura. Hoc ſignificatur in rore diuinitatis, deſcendente in vellus humanitatis.Nobiſcum in Euchariſtia.hoc ſignificatur in pane hordeaceo,ſubuertente caſtra Madiam i.vires diaboli.Hordeaceus dicitur, propter aculeos paſſionum Chriſti. Nobiſcum in gratia. hoc ſignificatur in igne aſcendente de petra.i.gratia Spiritus Sancti,de Chriſto effuſa.Nobiſcum in gloria. hoc ſignificatur in lampade,lagena fracta,hoſtem fugante. Lagena enim frangitur,dum corpus moritur. Tunc ſplendore lampadis,ideſt claritate ſanctæ animæ euolantis,diabolus confunditur.

IN NATIVITATE Domini.

SERMO PRIMVS.

A A Summo cœlo, egreſſio eius. Pſal.18. Filius Dei Incarnatione ſua,non tantum a cœlo ſidereo,vel empyreo: immo a ſummo Trinitatis cœlo egreſſus, quo etiam Lucifer aſcendere voluit.Iſa.14. In cœlũ aſcendam &c. venit in mundum.Egreſſus eſt autem ad clarificandam diuinam maieſtatem: ad irrigandam humanam ariditatem; ad expugnandam diabolicam

cam poteſtatem: ad reparandam Angelicam ſocietatem. De primo, Iſ. 62. Propter Sion non tacebo, & propter Ieruſalem non quieſcam, donec egrediatur vt ſplendor, iuſtus eius &c. Splendor Patris, Chriſtus eſt. Sicut enim ſplẽdor, Sol, vel ignis, oſtendit claritatem: ſic Filius, Paternã in mundo maieſtatem. Vnde beatus Auguſtinus, Patrem igni, Filium ſplendori, Spiritum Sãctum calori comparat. Heb. 1. Qui cum ſit ſplendor gloriæ &c. Sicut autem ſplendor, per vitrum integrum tranſit, ita Chriſtus, per Mariam integram & incorruptam, eſt egreſſus. De hoc vitro, Apoc. 21. Ipſa vero ciuitas .i. Maria, aurum mundum (per charitatem) ſimile vitro mundo, per caſtitatem. Splendor autẽ, non ſolum per integrum vitrum tranſit: ſed etiam colorẽ, inter pertranſeundum induit: ſic Dei Filius, puriſſimam carnem, & pulcherrimum colorem; de virgine traxit, ſuperantem omnes mundi colores. Iob 28. Non conferetur tinctis Indiæ coloribus. De ſecundo Oſee 6. Quaſi diluculum præparatus eſt egreſſus eius; & veniet quaſi imber temporaneus nobis, & ſerotinus terræ. Per imbrem, multiplex Chriſti gratia ſignificatur qua veniens, mundum irrigauit. Per temporaneum, gratia præueniens: Per ſerotinum, gratia ſubſequens. Vel quaſi temporaneus imber, eſt Chriſtus, illis qui cito: quaſi ſerotinus, illis qui tarde conuertuntur; ſicut latro in cruce. Ante ingreſſum Filij Dei per carnem, mundus aridus fuit ab humore gratiæ, neque germen, neque fructum boni operis faciens: & erant homines ligna arida, igni tantum apta. Anſelmus in Solilo. O lignum aridum & inutile: æternis ignibus dignum. Quid reſpondebis in illa die, dum exigetur a te, vſque ad ictum oculi, omne tempus viuendi, tibi impenſum, qualiter fuit expenſum? Matth. 7. Omnis arbor &c. Stillicidijs gratiarum, per egreſſum Chriſti, perfuſus eſt mundus aridus. Pſal. Deſcendet ſicut ſtilli. &c. Expone hiſtoriam de vellere Gedeonis. De tertio. Mich. 5. Tu Bethleem terra Iuda &c. Ex te enim egredietur, qui ſit dominator Iſrael: & egreſſus eius. & ſequitur. Reliquiæ fratrum eius, conuertẽtur ad filios Iſrael. Reliquiæ quandoque dicuntur, quæ ſu perfluunt

B

C

D perfluunt comedentibus. Quicunque ergo a diabolo, non deuorati relinquuntur, reliquiæ ſunt 4.Reg.25. De pauperibus terræ, reliquit Nabuzardan Princeps militiæ (ideſt diabolus) vinitores & agricolas. Filij Iſrael, Angeli ſunt. Deuter.32. Conſtituit terminos populorum, iuxta numerũ Filiorum Iſrael. Alia litera habet, Angelorum Dei. Iſrael enim, viſio Dei interpretatur: quod cõuenit Angelis. Matt. 18. Angeli eorum, ſemper vident faciem Patris &c. Greg. ex verbo prædicto Deuter infert, quòd tot homines, ad Angelorum ordines aſſumentur, quot corruerunt. Deus tamẽ nouit numerum ſaluandorum. Reliquiæ ergo fratrum, ad Filios Iſrael conuertuntur: dum bonorum animæ, in cęlis coniunguntur: & per eos Angelicæ ruinæ reparantur. Benedicta ſit terra, quæ Angelis & hominibus, talem vtrique reparatorem peperit. Anſel. O fœmina mirabiliter ſingularis: & ſingulariter mirabilis: per quam elementa renouantur: inferna remediantur, homines ſaluantur, Angeli reintegrantur.

E De quarto. Abach.3. Egreſſus eſt &c. vſq; Percuſſiſti caput de domo impij Greg. Ecce caput iniquorum omnium, diabolus eſt. O quàm deformis eſſet homo, qui caput lupi haberet. Et certe deformior eſt anima: cuius caput eſt diabolus. Contra hoc caput, egreſſus eſt Filius Dei in prelium Iſ.42. Dominus ſicut vir fortis egredietur: ſicut vir præliator, ſuſcitabit zelum. Hoc caput, Chriſtus ligno percuſſit: vt ipſum Chriſtum pro capite habeamus. 1. Corint.11. Omnis viri caput, Chriſtus eſt. Sed multi monſtruoſi, volunt habere ambo capita: qui partim Deo: partim diabolo ſeruiunt: ſed non poſſunt vtrunque ſimul habere. 2. Corinth.6. Quæ conuentio Chriſti, ad Belial.

In Natiuitate Domini. Ser. II.

F ABſciſſus eſt lapis de monte, ſine manibus, & percuſſit ſtatuam. Dan.2. In his verbis, Natiuitas Chriſti pulcherrime figuratur: qui de mõte virginalis ſublimitatis abſciſſus, ſine manibus amplexus virilis, percuſ-

ſit ſtatuam humanæ vanitatis. Oſtenditur, quid, a quo, quomodo, ad quid abſciſſus ſit. quid, eſt lapis : de quo : monte, & quomodo ſine manibus ad quid: quia percuſſit ſtatuam. In primo, naſcentis perpetuitas. In ſecundo, parientis dignitas. In tertio, natiuitatis ſingularitas. In quarto, in Chriſto credentis vtilitas ſignificatur. De primo ; conſidera quòd lapis eſt Chriſtus: qui nobis datus eſt: vt ipſo Eccleſia firmetur : & fundetur tanquam ſupra primarium lapidem. Zach. 4. Educet lapidem primarium. ſ. in ædificio poſitum. Quanto maior perſona fuerit, tanto maiora dona ſuper ipſum offert ad ſumptus fabricę. ſic Deus Pater, magna dona gratiarum, cum filio, nobis miſit. Sapient. 7. Venerunt mihi omnia bona, pariter cum illa. De quibus bonis, Aug. Teneamus nos ad humanam natiuitatem: per quā nobis Deus donauit gratiam ſuam: per ipſam leuat mentē: per ipſam curat ægrotantem: per ipſam coronat laborantem. Hic autem lapis, eſt ſine manibus abſciſſus in Incarnatione: bis virga percuſſus, in Paſſione. Nume. 20. Caput anguli factus, in Aſcenſione. Pſal. Lapidem quem reprobauerunt &c. Angulus eſt, vbi duo parietes conueniunt. In capite ergo duorum parietum. i. Angelorum & hominum, factus eſt Chriſtus. De ſecundo nota quòd triplex eſt mons, de quo lapis iſte Chriſtus, poteſt dici abſciſſus. Mōs enim, eſt ſynagoga 2. Reg. 1. Montes Gelboe &c. Pluraliter dicit montes propter plures Iudæorum : ſed iſti montes, propter ſuperbiam humiliantur: ſicut viles. i. humiles exaltantur. Lucæ. 3. Omnis vallis implebitur, & omnis mons & collis &c. Ros eſt gratia, pluuia doctrina : fontes Iſrael ſunt Prophetæ, & Apoſtoli ab eis interfecti : immo & ipſe Chriſtus. O quot hodie, in monte ſuperbiæ, priuantur rore gratiæ ? Lapis ergo de monte abſciſſus, quia Chriſtus, de populo Iudaico natus eſt. Item mōs eſt ſcriptura. Pſal. Inter me. mon. i. duorum teſtamentorum, pertranſibunt aquæ, doctrinarum & conſiliorum. Hiero. Si quid dixero, quod non aliquo duorum teſtamentorum probauero, non mihi credatur. De hoc monte lapis abſcinditur, quando Chriſtus de ſcripturis oſtenditur. Item mons eſt Maria, propter

G H I K

propter excellentiam meritorum. Deuter. 33. Apparuit de
mõte Pharam. quod interpretatur frugifer. Vere enim fru-
gifera fuit Maria, quę granum frumenti tam precioſum
tulit. Vere frugifera, de qua vniuerſi quaſi frugem colligũt.
Bernar. De plenitudine Mariæ, accipiunt vniuerſi: pecca-
tor veniam, iuſtus gratiam, Angelus lætitiam, tota Trini-
tas gloriam, filij perſona, carnis humanæ ſubſtantiam.

L De tertio, Nota quòd eſt triplex manus, qua non abſcin
ditur Chriſtus. Eſt enim manus amplexus maritalis. Vęh
ci qui hanc extendit, male ſentiendo ad Mariam. Nam
Oza percuſſus fuit, quia extẽdit manum ad arcam 2. Reg.
6. & primi Parali. 13. Item eſt manus, reatus originalis.
Oſee 13. De manu mortis, liberabo eos Item manus opera-
tionis naturalis, qua habitaculum animæ, corpus huma-
num, in vtero materno, ſucceſſiue formatur. Sicut videmus
quòd materiale habitaculum, quandoque per plures dies
ędificatur. Sancta vero, Chriſtus membra, in quibus Deus
per innocentiam habitat, in ipſa conceptionis hora, animã
ſcilicet & corpus, perfecta habuit: quod certe manus natu
ræ, ſubito facere uon potuit. Greg. Angelo nunciante: &
Spiritu Sancto adueniente, mox verbum in vtero, mox in-
M trat vterum, verbum caro. De quarto. Nota quòd eſt vti-
litas Natiuitatis Chriſti, in credentibus quòd ſtatuam. i.
amorem mundi, & vanitatem deſtruxit. Hæc ſtatua ex ma-
teria pręcioſiſſima, ſcilicet auro & argento: item ex fortiſ-
ſima. ſ. ære & ferro: item ex materia viliſſima. ſ. luto cõſtat.
In primo, auaritia. In ſecundo, pompa vel ſuperbia. In
tertio, luxuria figuratur. In his conſiſtit vanitas mundi. j.
Ioan. 2. Omne quod eſt in mundo &c. Hanc ergo ſtatuam,
lapis abſciſſus, puer natus percuſſit, & deſtruxit. Nõ ſolum
percuſſit per gratiam & meritum: & per pœnam: ſed etiam
per exemplum & doctrinam. Nam paruulus natus, percu-
tit & damnat ſuperbiam. Egenus natus, percutit auaritiã.
De virgine natus, percutit luxuriam.

In Natiuitate Domini. Ser. III.

A Summo cœlo, egreſſio eius. Sicut ſupra dictum eſt, filius Dei, per incarnationem egreſſus eſt, ad clarificandum, ad irrigandum, ad reparandum, ad expugnandum. Secundum iſta quatuor, egreſſus eſt ſicut ſol de oriente: ſicut fluuius de fonte: ſicut lapis de monte: ſicut leo de antro. Quo ad primam cauſam, egreſſus eſt vt ſol. N
Gen. 19. Sol egreſſus eſt ſuper terram: & Loth ingreſſus eſt Segor. Legitur ibi quòd dominus ſubuertit igne & ſulphure, quatuor ciuitates. In quinta vero, quæ eſt Segor, egreſſo ſole, ſaluatus eſt Loth. Quatuor ciuitates, quatuor ſunt damnatorum diuerſitates, videlicet Paganorum, Iudæorũ, Hæreticorum, malorum Chriſtianorum. Hi igne & ſulphure æternaliter punientur. Pſal. Ignis & ſulphur. &c. Quinta ciuitas Segor, eccleſia iuſtorum. Segor enim interpretatur paruulus vel calẽs. Qui enim in eccleſia ſaluari vult, debet eſſe paruulus per humilitatem, & calens per charitatem, quia Chriſtus amabilis. Bernar. Non hoc loco prędicatur Dominus magnus, & laudabilis nimis: ſed paruulus Dominus, & amabilis. Sol autẽ eſt Chriſtus. Mala. 4. Orietur vobis timentibus nomen meum, ſol iuſtitiæ. Sole ergo egreſſo .i. Chriſto nato in mundum, illuminante per clarificationem diuinitatis, quicunque Segor .i. eccleſiam, per fidem & amorem, ingreditur cum ipſa, a damnatione ſaluatur. Quo ad ſecundã cauſam, egreſſus eſt vt fluuius. O
Gen. 2. Egrediebatur fluuius de loco volupratis, ad irri. paradiſum, ideſt Eccleſiam. Auguſtinus. Eccleſia in ſanctis, temporaliter, & iuſte, & pie viuentibus: Paradiſus recte dicitur, pollens affluentia gratiarum, caſtiſque delitijs. Fluuius eſt Chriſtus. Iſa. 59. Timebunt qui ab occidente, nomen Domini: & qui ab ortu ſolis, gloriam eius, quaſi fluuius violẽtus &c. O quã neceſſarius fuit iſte fluui⁹ mundo, ariditate deficienti. Quatuor flumina, in quæ diuiditur, ſunt quatuor humores, qui ad mundi irrigationẽ, P

vt

vt fructificare poſſet in ſalutem, de Chriſti corpore proflu-
xerunt. Primum ergo eſt flumen lachrymarum; quas Do-
minus ſæpius flens, fudit pro hominibus. Luc. 19. Videns
ciuitatem, fleuit &c. Illud flumen, etiam in infantia fluere
cœpit. Ambro. Me illius infantiæ fletus abluerunt: illæ la-
chrymæ, mea delicta lauerunt. Secundũ eſt ſudoris. Luc. 22.
Factus eſt ſudor eius &c. Tertium eſt ſanguinis per vulne-
ra effuſio. Zach 9. Tu vero in ſanguine teſtamenti &c. Pſal.
Apud Dominum miſericordia, & copioſa apud eum redẽ-
ptio. Prorſus copioſa: quia non gutta, ſed vnda ſanguinis,
largiter per quinque partes corporis emanauit. Quartum
eſt flumen aquæ, quod de latere fluxit. Ioann. 19. Conti-
Q nuo exiuit ſanguis & aqua. Quo ad tertium egreſſus eſt,
vt lapis de monte. Gen. 59. Inde egreſſus eſt paſtor, lapis
Iſrael. Hic eſt lapis qui de monte .i. Maria, abſciſſus eſt ſi-
ne manibus .i. ſine virili contactu. ſicut dicitur Dan. 2. Hic
etiam eſt lapis, de quo Pſal. Lapidem quem reprobauerũt
ædi &c. In angulo iunguntur duo parietes. Duo autem pa-
rietes, in ſtructura cœleſti, ſunt homines & Angeli. Hos la
pis angularis .i. Chriſtus iungit: caput anguli factus .i. ſup
homines & Angelos exaltatus. Vnde Bernardus. Paſtor
R Chriſtus. Hic eſt enim paſtor, qui habet centum oues: o-
uem perditam .i. hominem, ad nonagintanouem .i. ad no-
uem ordines Angelorum reduxit, æqualem angelis faciẽs.
Auguſtinus. Reſurrectionis & promiſſionis filij, æquales
erunt Angelis Dei, ſi non corpore, neque ætate, certe fe-
S licitate. Quo ad quartum. Egreſſus eſt vt leo, de antro
vteri virginalis, contra diabolum. Hiere. 4. Aſcendet leo,
de cubili ſuo: prædo gentium ſe leuabit. Egreſſus de loco
ſuo, vt ponat terram in ſolitudine. Leo Chriſtus eſt. Apo-
calyp. 5. Ecce nunc leo &c. qui quaſi leo, diabolum inuaſit,
& gentes per vocationem, ad finem, de manibus diaboli
quaſi prædam rapuit. Terram in ſolitudine poſuit, quando
limbum inferni, eductis animabus ſanctorum euacuauit.
Hic eſt ille leo, in cuius ore, mel fuit. ſicut legitur Iudicũ,
14. Mel eſt dulcedo doctrinę. Pſal. Quã dulcia faucib⁹ meis
&c. Mel eſt dulcedo gratiæ. Eccleſiaſt. 24. Spiritus meus ſu-

per mel dulcis. Mel eſt dulcedo gloriæ. Eccleſiaſt. 24. Hæreditas mea, ſuper mel & fauum. Chriſtus in ore habuit Primum mel, prædicando Euangelium. Secundum, ſufflando ſpiritum. Tertium, latroni dando paradiſum. Mortuus autem leo fuit, qui mel miniſtrauit: quia mortuus fuit Chriſtus, vt per ipſum hanc triplicem dulcedinem haberemus.

In Natiuitate Domini. Sermo IIII.

EVangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni T populo &c. Luc. 2. Hoc gaudium ſenſit Eliſabeth in vtero. Luc. 1. Exultauit in gau. in. in v. meo. Hoc nūc euangelizat Angelus, dicens Euangelizo vobis gaudium. Vere magnum gaudium eſt, quòd nobis ſaluator natus eſt. Sicut gaudium eſt redemptio captiuo, lumen cæco, theſaurus mendico, vita mortuo, ſic gaudiū eſt omni populo &c. Genus humanum erat populus captiuus culpa, cæcus ignorantia, pauper gratia, moriturus ideſt ſeparandus a vita æterna. Erat genus humanum captiuum per diabolum. Iſa. 5. Propterea ductus eſt populus meus captiuus: quia non habuit ſcientiam, & nobiles eius interierunt fame: & multitudo eius ſiti exaruit. Propterea dilatauit infernus animam ſuam. Ecce carcer in quo captiui tenebantur, Tanta enim erat ante Chriſti natiuitatē dilatatio inferni: vt & bonos & malos caperet. Captiuus autem dicitur homo, ideo quòd non habuit ſcientiam. Sicut ideo capiuntur piſces, quia neſciunt hamum ſub eſca. Abachuc. 1. Facies hominis, quaſi piſces maris: & quaſi reptile non habens principem: totum in hamum ſubleuauit .ſ. diabolus. Miſer enim V homo, ſub eſca terrenæ delectationis, latere neſcit hamū æternæ mortis. Sed ne ſimus reptile ſine principe, Deus principem nobis miſit. de quo Iſa. 9. Paruulus natus eſt nobis &c. vſque Princeps pacis. Et contra hamum diaboli, fecit Deus hamum ſuum. Hamo diaboli captus eſt homo: hamo Dei diabolus. Iob. 40. An extrahere poteris leuiatam

uiatam hamo? Hamus eſt Chriſtus: in quo virtus diuinitatis, latuit in eſca humanitatis. Erat etiam genus humanum, populus cæcus ignorantia. Iſa quadrageſimo ſecundo. Dedi te in fœdus populi: in lucem gentium: vt aperires
X oculos cæcorum. Magna cæcitas, quando populus, neque Deum cognouit, neque aliam vitam, quàm præſentem: neque præmium bonorum, neque pœnam malorum ſciuit: neque viam qua ad præmium veniretur, vel pœna vitaretur: ſed tanquàm cæci, omnes in foueam inferni ceciderunt. O miſer peccator: miſer. ecce: vtinam adhuc velles animæ oculos aperire. Bernardus. O vtinam ſaperes & intelligeres, & nouiſſima prouideres. Saperes quæ dei ſunt. Intelligeres quæ mundi. Prouideres quæ inferni. Profectò inferna horreſceres, ſuperna appeteres, quæ ad manum ſunt, contemneres. Sicut autem cæcus, in domo vndique ardente, exire neſcit, oſtium ignorans: ſic humanum genus fuit in mundo, vndique per malitiam inflammato. Micheæ ſexto. Adhuc ignis in domo impij: theſauri iniquitatis: & menſura minor &c. Venit autem Chriſtus in lucem gentium, oſtium oſtendens: cæcum educens: ſicut pater eius præcipit ei, Iſa. 43. Educ foras populum cæcũ;
Y & oculos habentem. Erat quoque populus humani generis, vnicus, & pauper in gratia 2. Reg. 22. Populum pauperem ſaluum facies. Vere pauper eſt, qui non habet diuitias ſpirituales, gratiam ſcilicet virtutum & bonorum operum, Apoc. 3. Dicis quod diues ſum &c. O quanta mala ſuſtinent pauperes, a malis Dominis. Sic pauperes virtutibus & bonis operibus, a diabolo. Prouer. vigeſimooctauo. Leo rugiens, & vrſus eſuriens, princeps ipſius ſuper pauperẽ. Sed ecce diues Deus, factus eſt pauper. vt homo fieret diues 2. Corinth. 8. Propter nos egenus factus eſt, cum eſſet diues &c. Auguſt. Quales nos facturus eſt de diuitijs
Z ſuis, quos diuites fecit de paupertate ſua? Homo erat mortuus vel moriturus, propter præuaricationem æternæ vitæ. Iſa. 34. Inebriatus eſt in cœlo gladius meus. Ecce ſuper Idumeam deſcendet: & ſuper populum interfectionis meæ. Gladius iræ vel ſententiæ diuinæ, qua homo priua-
tus

tus fuit vita æterna:fuit in cœlo de calice irę Dei:quando luciferum cum Angelis ſuis percuſſit.Super Idumeam deſcendit: & ſuper populum interfectionis: dum humanum genus terrenæ & ſanguineæ conditionis, corporali, ſpirituali,& æternali morte percuſſit. Idumea enim terrena, vel ſanguinea interpretatur.Sanguinei autem,a gladio ſanguinis,per ſanguinem Chriſti liberantur Vt ergo oſtendat ſe Deus tantæ ſeueritatis gladio nolle vti, factus eſt paruulus. Sicut enim paruuli,gladio non vtuntur: ſed faciliter placantur: ſic pro paruo,reconciliari poſſumus paruo illi: & ſi nolumus, reſumet hunc gladium ad iudicium. Apoc.1.De ore eius gladius vtraque parte acutus exibat.

In Natiuitate Domini. Ser. V.

ECce euangelizo vobis gaudium magnum.Vere magnum gaudium eſt captiuo,de redemptione:cęco de illuminatione:mendico de locupletatione:mortuo de viuificatione.Ipſe enim qui natus eſt,redemptio eſt captiuo:illuminatio cęco:theſaurus mendico: vita mortuo. De primo gaudio.Iſa.35.Et ambulabunt, qui liberati fuerint & redempti a domino.conuertentur & venient in Siō, cum laude:& lætitia ſempiterna ſuper caput eorum. Gaudium & lętitiam obtinebunt,& fugiet dolor:& gemitus.De redemptione hominum, habetur in Pſal.Miſit dominus redemptionem p.ſ. O quàm ſtultus eſſet qui mille marchis auri vix redemptus eſſet de mortali inimico, ſi ſe iterum captiuum traderet pro pomo. Sed omni auro quod eſt in mundo, gutta ſanguinis Chriſti precioſior eſt,quo redempti ſumus 1.Pet.1. Non corruptibilibus auro vel argento redempti eſtis,de vana veſtra conuerſatione, paternæ traditionis,ſed precioſo ſanguine agni incontaminati, & immaculati Ieſu Chriſti.Hic eſt agnus,de quo Iſ.16.Emitte agnū domine dominatorem terrę &c.Et tu auare,luxurioſe,peruerſe,iterum tradis te diabolo,pro modico. De ſecundo. Matth.13.Simile eſt regnum cœlorum,theſauro abſcondi-

A B C

to in agro,quem qui inuenit homo,abſcondit,& præ gaudio illius vadit,& vendit vniuerſa quæ habet,& emit agrũ illum.&c.Ager eſt humana natura.Gen.27.Ecce odor filij mei, ſicut odor agri pleni. Ioan.1. De plenitudine eius, omnes accepimus Quicunque ſemina meditationum,deſideriorum,& orationum, & operum,in hunc agrum mittimus,melius centies millies recipiemus.Theſaurus eſt diui
D na natura Sap.7.Infinitus theſaurus eſt hominibus.O auare hunc th ſaurum quære,qui finiri non poteſt:qui erogatus non minuitur.Vnde Auguſ.Chriſtus quod attulit, erogauit:neque ſibijpſi minuitur:ſed mirabiliter ſuorum fidelium pauperiem ditauit : & indeficientibus theſauris,ipſe plenus remanſit.Vendamus ergo tranſitoria, pro hoc gau-
E dio:relinquamus caduca,pro hoc agro. De tertio.Tob.5. Vbi Raphael Tobię dicit. Gaudium tibi ſit ſemper.& Tobias ait. Quale gaudium mihi erit quia in tenebris ſedeo: & lumen cœli non video ? Cui iuuenis.ſ. Angelus ait. In proximo eſt:vt a Deo cureris.Ecce hoc eſt gaudium,quod ſibi Raphael prædixit.Lumen cœli Chriſtus eſt.Luc.2.Viderunt oculi &c. vſque Lumen ad reuelationem gentium. O quãtum gaudium eſt videre hoc lumen. Eccleſiaſtes.11. Dulce lumen & delectabile eſt oculis,videre ſolem.O ſuauiſſima lux purgatæ mentis,ſapientia. Non enim ceſſas innuere nobis,quæ & quanta ſit virtus tua,ſuper omne creaturarum decus.Quod ſi animæ ſanctæ, vix ſuſtinent,nunc per fidem videndo:quid ergo,cum per ſpeciem videbunt ? Si gaudium inæſtimabile eſt de lumine ſtellę : quid ergo erit de ſole ? Matt.2. Videntes autem ſtellam, gauiſi ſunt gaudio magno valde.Stella eſt fides ducens ad Chriſtum. Si de ſtella gaudebant, quid erat,quando dominum ſtellæ videbant ? Sed ad hoc gaudium non pertingunt manentes in tenebris vitiorum. 1.Ioann.2. Qui odit fratrem ſuum,in
F tenebris eſt. De quarto gaudio. 1.Ioan.1. Annunciamus vobis vitam ęternam, quæ erat apud patrem , & apparuit nobis, vt gaudeatis , & gaudium veſtrum ſit plenum . Per hanc vitam, ſpiritualiter : per hanc,æternaliter viuemus. cuius euidentiſſimum hodie ſignum datum eſt.De quo Ec
cleſia-

cleſiaſtici. 48. Retro redijt ſol,& addidit regi vitam. Attende quòd ſententia mortis, data fuit contra Ezechiam,& ſicut ipſe oratione,& lac rymis impetrauit vitam corporalem, ſic & tu ſpiritualem Pſal Vitam petijt a te, & tribuiſti. Auguſtinus. Pœnitens paratus ſit facere, pro obtinenda vita animæ: quæcunque faceret, pro vitanda corporis morte. Retroceſſit autem ſol, in decimam lineam. Sol eſt Dei Filius. Malac. 4. Orietur vobis timentibus nomen meum, ſol iuſtitiæ. Nouem lineæ, nouem ſunt ordines Angelorum. Quaſi nouem lineas pertranſiens in decimam venit: quando humanam naturam aſſumpſit. Heb. 2. Nuſquam Angelos apprehendit: ſed ſemen Abrahę. Huius gaudij cauſę quatuor prędictæ ſignificatæ ſunt Tob. 11. vbi dicitur, quòd per ſeptem dies epulantes, cum gaudio magno gauiſi ſunt. Gaudium iſtud erat de beneficijs exhibitis, per Raphaelē a Deo miſſum. Raphael autem ſignificat Chriſtum medicum animarum noſtrarum. Interpretatur enim medicina Dei. Beneficia autem principaliter ſunt quatuor. Nam Sarra, per eum a dæmone liberatur, Tobias cęcus illuminatur, bonis temporalibus, filius ditatur: Filio vita obtinetur, vel cuſtoditur ne a piſce deuoretur. Redde ſingula ſingulis cauſis gaudij, in prædictis. G

In Natiuitate Domini. Ser. V.

INuenietis infantem. Lucæ. 2. Conſiderandum autem quod Chriſtus, quatuor modis inuenitur, ſcilicet corporaliter, ſacramentaliter, ſpiritualiter, intellectualiter. Primo modo inuenitur in terra. Secundo modo in altari. Tertio, in anima. Quarto, in ſcriptura. Primo, per Incarnationem: ſecundo, per Communicationem: tertio, per deuotionem: quarto, per lectionem. Vnde in pueritia quater legitur nobiliter inuentus. In vtero, in templo, in Pręſepio, in domo. Inuentus in vtero. Matth. 1. Inuenta in vtero habens &c. in quo bene deſignatur inuentio corporalis. De vtero enim virginis, ſumpſit naturā, qua corporaliter in- H

uenitur in terris.Philip.2.Habitu inuentus eſt vt homo.Eſt autem a tribus inuentus in vtero.a Ioſeph, ſicut dicit Glo. ſuper prædictum locum Matth.ab Eliſabeth. a Ioanne Baptiſta adhuc exiſtente in vtero Luc. 1. Vnde hoc mihi &c. In hoc quòd Eliſabeth recognouit Mariam eſſe matrē domini, patet quòd Eliſabeth eum inuenit In hoc quòd exultauit infans,patet quòd Ioannes eundem inuenit. Cum ergo omnes homines vel ſint viri, vel mulieres, vel pueri: & ab his tribus inuentus eſt:patet quòd omnibus communis eſt. Luc.2.Annuncio vobis gaudium magnum q.e.o p.&c.ſ. viris & mulieribus,& paruulis. Leo Papa Sicut nullū a peccato liberum reperit,ita liberandis omnibus venit. Si tamen viri Ioſeph. mulieres,Heliſabeth: pueri vero,Ioan-
I nis ſanctitatem imitentur, inuentus erit. Inuentus eſt a Paſtoribus in præſepio.De hoc eſt thema.Inuenietis infantem &c. Vbi tria conſideranda ſunt circa paſtores. Primo quòd ſupra gregem vigilauerunt.Secundo quòd in via feſtinauerunt. Tertio, quòd in reditu,Deum glorificauerunt. Hæc inuentio,ſignificat illam in Altari.Sicut enim in præſepio inuenitur pabulum iumentorum: ſic Chriſtus in Altari,pabulum noſtrum. Item hæc inuentio, fuit in Bethleem, quod interpretatur domus panis. Eccleſia enim eſt domus,in qua inuenitur panis Angelorum,in præſepio altaris.Augu. Dominus Angelorum,hodie factus eſt homo.
K Tria autem exiguntur ab illis,qui ſic ipſum inueniunt. Digna præparatio,in accedendo. Feruens deuotio, in percipiendo. Gratiarum actio,in recedendo. Primum ſignificatur in vigilia ſuper gregem. Per gregem enim ſenſus, & deſideria, & motus, & cogitationes noſtræ,ſignificari poſſunt. Hic eſt grex, qui dum ad interiora minatur,dominus in rubo ardenti, in corde feruenti cognoſcitur. Bern. Ab exterioribus,ad interiora redeam:ab inferioribus, ad ſuperiora aſcendam,vt poſſim cognoſcere vnde venio,aut quo vado,quid ſim,vel vnde ſim: vt per cognitionem mei,poſſim peruenire ad cognitionem Dei. Secundum ſignificatur in feſtinantia.Vnde dicitur.Venerunt feſtinantes.Ber. Qui amat ardentius,currit velocius. Tertium autem in laude

pastorum.

paſtorum. Vnde dicitur. Reuerſi ſunt paſtores, laudantes & glorificantes Deum.Vbi oſtenditur,quòd nullus ſine gratiarum actione, debet recedere de præſepio altaris. Inuentus eſt tertio a Magis,in domo.Matth.2. Intrantes domum, inuenerunt puerum &c. Per hoc ſignificatur inuentio ſpiritualis, in do o conſcientiæ. Sapien.8. Intrans in domum meam,conquieſcam cum illa. Hic non inuenitur, niſi duce ſtella.i.fide vel gratia. Hic tria notanda ſunt.nam illi ipſum in domo inuenerunt, qui aurum, thus, & myrrham obtulerunt. In auro dilectio. In thure,deuotio. In myrrha, contritio ſignificatur. Nam ſine his tribus,Ieſus ſpiritualiter non inuenitur in domo mentis. Inuenitur autem ſi ei dilectio,deuotio, contritio intus offeratur. L Inuentus eſt quarto in medio Doctorum in templo.quod accidit,cum Chriſtus in ſcriptura,vel doctrina ſacerdotum, in Eccleſia inuenitur. Sed & hæc tria conſideranda ſunt, quia poſt triduum eſt inuentus. Primus dies eſt doctrina Moſaica Secundus Prophetica.Tertius Euangelica.Vel primus dies,in ſcripturæ lectione.Secundus in auditione.Tertius,in meditatione conſiſtit.Primus dies,in audiendo. Secundus,in intelligendo.Tertius,in faciendo Pſal. Intellectus bonus, omnibus facientibus eum Tunc enim procul dubio Chriſtus inuenitur,quãdo ex op ratione,mens magis illuminatur Vnde patet Luc 24. Duo Diſcipuli,ſcripturarum expoſitionẽm via audierũt Sed ſicut dicit Greg. Non audiendo,ſed faciendo,illuminati ſunt, quando dominum ſecum ad hoſpitium ire coegerunt. Nota hic qualiter eum in vtero mag s iudicarat de Spiritu Sancto, quàm de viro,quomodo Ioſeph poterat moueri ad credulitatem,quam eum Maria habebat de Spiritu ſancto. Ioan. Chry. Ioſeph conceptionem manifeſte videbat, & fornication m ſuſpicari non poterat.Poſſibilius enim credebat,mulierem poſſe ſine viro concipere,quàm Mariam poſſe peccare. Antequam cõuenirent.Non dicit priuſquam acciperet eam,ſed priuſquam conuenirent: quoniam iam erat accepta in domũ.Vnde glo.Deſponſata viro.Raba. Antiquitus mos erat, quòd ſponſus & ſponſa,non conueniebant, abſque nuptia-

rum celebratione. Quæro, cum concipi de Spiritu ſancto, ſit ſupra naturam & rationem, quomodo poteſt eſſe, quòd Maria inuenta eſt a Ioſeph, habens in vtero de Spiritu ſancto? Reſpondeo ſecundum Ioan Chry. Omnibus documẽtis, quibus fornicatio mulieris intelligi, vel argui ſolet, deficientibus, ſola apud eum manſit ſuſpitio gratiæ Dei, per quam, exiſtimauit eam habere in vtero, antequàm conuenirent. Inuenta eſt ergo a Ioſeph, qui zelo & amore, ſemper ſe admonente, vitam circunſpiciebat Mariæ. Dicit etiã inuentam Mariam a Ioſeph grauidam manifeſte, poſtquàm redijt a peregrinatione. Putatur enim abſens eſſe, cum Maria, poſt collocutionem cum Angelo, ad Eliſabeth cum feſtinatione perrexit.

In Natiuitate Domini. Ser. VII.

O INnuenietis infantem, pannis inuolutum. Luc. 2. Conſiderandum, quòd ſecundum quadruplicem Chriſti inuentionem, quadrupliciter eſt inuolutu. Inuolutus eſt enim natura corporea, ſpecie ſacramentali: ænigmate ſpirituali, & ſenſu literali De primo. Eſa. 37. Ezechias ſcidit veſtimenta ſua, & obuolutus eſt ſacco. Ezechias Chriſtum ſignificat. Interpretatur enim auxilium Domini. Veſtimentum eius fuit ſynagoga, quæ ſciſſa eſt. Saccus eſt humana natura. Apo. 6 Sol factus eſt niger, ſicut ſaccus cilicinus. Sol eſt Chriſtus, ſecundum diuinitatem. Malach. 4. Orietur vobis timentibus nomen meum, ſol iuſtitiæ &c. Bernard. Saccum miſit Deus pater, in terram. Saccum vtique, licet paruum, tamen plenum. Saccum inquam, in paſſione concidendum, vt effundatur quod latet in eo,
P precium redemptionis & gratiæ. Quare autẽ Ezechias, obuolutus fuit ſacco, triplex fuit cauſa. Mouit enim ipſum blaſphemia: hoſtium ſuorum anguſtia: nunciorum moleſtia, qui ſciſſis veſtibus, ad eum venerunt. Poteſt autem ſignificari triplex ratio, quare Dei filius, ſacco humanitatis ſit inuolutus: videlicet diaboli violentia, hominis miſeria,

ria, patrum deſideria. Patres enim, quaſi nuncij fuerunt, qui pro aduentu Chriſti, deſiderijs & ſuſpirijs, corda ſciderunt. De ſecundo. Nume. 4. Cumq; immolauerit Aarō, Q
& filij eius, ſanctuarium, tunc intrabunt filij Raath, vt portent inuoluta. Per Aaron ſummum ſacerdotem, Chriſtus ſignificatur. Pſal. Tu es ſacerdos in æternum. Per filios eius, ſacerdotes noui teſtamenti ſignificantur. Per ſanctuariū, corpus Chriſti. Hic primo a Chriſto inuoluitur dum in cœna hoc ſacramentum inſtituitur. Nunc autem ab alijs ſacerdotibus quotidie inuoluitur, dum virtute prolatorum ab eis verborum, panis in corpus Chriſti conuertitur, & ſub accidentibus ſenſibilibus velatur. Notandum, quòd ſan- R
ctuarium ab Aaron &c. primo inuoluitur: poſtea alijs datur. Sic corpus Chriſti primo a ſacerdotibus conſecratur, poſtea alijs datur. Tria autem per corpus Chriſti conſequimur: propitiationem, refectionem, illuminationem. & ſignificantur in tribus, quæ inter alia in ſanctuarijs fuerūt inuoluta. ſicut dicitur Num. 4. ſcilicet altare, menſa propoſitionis, & candelabrū In altari propitiatio: in menſa, refectio: in candelabro, illuminatio ſignificatur. De tertio. S
Ezech. 1. Ecce ventus turbinis, & nubes magna, & ignis inuoluens: & de medio eius, quaſi ſpecies electri. Per electrū quod eſt ex auro & argento, Chriſtus in duabus naturis ſignificatur: auro diuinitatis, & argento humanitatis. Ignis hic, electrum inuoluens, eſt fides, nos illuminans per cognitionem Eſt tamen inuoluens, propter ænigmatis obſcuritatem. Videmus enim nunc per ſpeculum in ænigmate, & ſub obſcuris ſimilitudinibus: ſicut exponit gloſa. Poſſunt autem hic tria attendi, propter quæ, Dominus nunc quaſi inuolutus eſt, oculis mentis noſtræ. Turbatio extra nos. Naturaliū obſcuratio, intra nos. Immenſitas luminis, ſupra nos. Primum in vento turbinis. ſecundum in nube. tertiū in igne. Vnde bene ibi dicitur: Et ſplendor in circuitu eius. Tantus enim eſt ſplendor diuinæ naturæ, quòd ad ipſam, in hac mortali vita, oculus mentis, accedere non valet. Primæ Timo. 6. Lucem habitat inacceſſibilem. Augu. O ſumma & inacceſſibilis lux, quàm longe es a me, qui tibi ſum

prope;ad huc lates domine animam meam in luce. & ideo
T illa adhuc verſatur in tenebris & miſeria. De quarto.
Ezch. 2. Ecce manus miſſa eſt ad me,in qua erat liber inuo
lutus, & ſcripta erant in eo, lamentationes, & carmen, &
væ. Libri enim ſcripturæ,ſub cuius literali ſenſu, & allego
ria,Chriſtus inuoluitur: Tripliciter oſtendit Chriſtum no
bis, videlicet tanquàm redemptorem: tanquàm iudicem,
& vltorem: tanquàm remuneratorem.Lamentatio ergo ad
redemptionem paſſionis: Væ ad vltionem damnationis:
Carmen ad remunerationem beatificationis pertinet.Pri-
mum in mundo: ſecundum in inferno: tertium in cœlo.
Vt ſic in nomine Ieſu omne genufleɠatur: cœleſtium,tan-
quàm glorificatori: terreſtrium, tanquàm redemptori:
infernorum, tanquam vltori. Lamentemur ergo pro pec-
catis noſtris, corā redemptore, pro peccatis noſtris paſſo.
Aug. Mala quæ nos egiſſe meminerimus, fletibus punia-
mus: vt per lamenta pœnitentiæ, perueniamus ad carmen
vitæ: ne ſi affligi modo pœnitendo noluerimus, væ poſt-
modum, ſine fine ſentiamus.

In Natiuitate Domini. Sermo VIII.

VErbum caro factum eſt, & habitauit in nobis. Io. 1.
Caro enim, carni amicabilis eſt, paſſibilis,eſibilis,
ſenſibilis. Filius ergo Dei,qui eſt verbum, caro fa-
ctus eſt,vt eſſet amicabilis pro deſiderio: paſſibilis pro triũ-
pho: eſibilis pro ſacramento: ſenſibilis pro exemplo. vt ſic
in carne Chriſti, eſſet dilectionis fomentum: redemptio-
nis tormentum: refectionis ſacramentum: imitationis do-
V cumentum. De primo Eccleſ. 13. Omni vita tua, dilige
Deum, & inuoca illum in ſalu. Omne animal, diligit ſimi-
le ſibi: ſic & omnis homo proximum ſibi: Omnis caro, ad
ſimilem ſui coniungetur. In hoc verbo,oſtenditur Deus eſ-
ſe diligendus, non ſolum quia Deus, ſed quia caro, nobis
ſimilis. Diligitur autem quandoque, caro multum aliena,
magis autem diligitur propinqua, maxime autem proxi-
ma.

ſea. Diligitur caro aliena, propter ſpeciem,& quiſnam ſpé cioſus ſicut Chriſtus? Pſal Speciosus forma &c. Item propter nobilitatem. Caro autem Chriſti, ex ſanguine fuit regali. Rom. 1. Qui factus eſt ei, ex ſemine Dauid, ſecundum carnem,& nobiliſſimo ſanguine virginali. Auguſt. Nobilitas fuit naſcentis, in virginitate parientis: & nobilitas parientis, fuit in diuinitate naſcentis. Item magis diligenda eſt caro Chriſti, tanquam propinqua nobis, in primo gradu: frater enim noſter eſt. Ipſe enim eſt verus Ioſeph. de quo Gen. 37. Frater noſter & caro noſtra eſt. Bernar. An trepidas ad Chriſtum accedere, frater tuus eſt,& caro tua, per omnia tentatus, abſq; peccato, vt miſericors fieret. Item magis diligéda eſt caro Chriſti quaſi propria. Nemo enim vnquam carnem ſuam odio habuit. Quis enim carnem capitis ſui, non diligeret, cum carnem membrorum ſuorum diligat homo, pluſquàm aurum? Chriſtus autē, caput noſtrum eſt, noſque eius membra. Epheſi. 5. Membra ſumus corporis eius, de oſſibus eius, & de carne eius.

De ſecundo. Hebræ. 2. Quia pueri communicauerunt carni & ſanguini, & ipſe ſimiliter participauit eiſdem, vt per mortē deſtrueret eum qui habebat mortis imperiū &c. Glo. Eiſdem .i. carni & ſanguini. vel. eiſdem .i. pueris factus eſt puer: Conſtans ex anima & carne. Bene autem dicit ſimiliter, iuxta idem Ro. 8. Deus filium ſuum miſit in ſimilitudine carnis peccati &c. Magnæ enim dignationis eſſet. ſi in ſimilitudinem carnis gloriæ: Item maioris, ſi in ſimilitudinem carnis innocentiæ miſiſſet, quomodo fuit caro ante lapſum: maximæ autem dignationis, quòd in ſimilitudine carnis culpæ .i. in carne paſſibili, & mortali, miſit filium, vt per mortem talis carnis, deſtrueret mortis imperatorem. Si ergo volumus ab iſto imperatore liberari, ſimus cum puero pueri .i. puri a peccatis, quam puritatem, per paſſionem puriſſimæ carnis conſequimur. Collo. 1. Nunc recōciliauit in corpore carnis eius, per mortem, exhibere nos ſanctos, & immaculatos & irreprehenſibiles coram ipſo. De tertio. Ioan. 6. Qui manducat carnem meam. Qualiter autem hæc caro, manducanda ſit,

ſignificatum eſt Exod. 12. Edent carnes nocte illa, aſſas igni. Quidam comedent carnes Chriſti crudas, per præpa rationis negligentiam: crudo corpore, ſine debita conſideratione & deuotione, accedentes ad altare. Quidam coctas aqua, dum per mundanam ſapientiam, carnali ſpiritu & ratione, diſcutere volunt hoc ſacramentum. Item quidam aſſas igni, per Spiritus ſancti præſentiam, dum diuina virtute accenduntur, & ignito amore. De his omnibus Exod. 12. Non comedetis ex eo crudum quid, neque coctũ aqua, ſed aſſum tantùm igni. O amor Dei, o quantum obſeſsos amaret, qui ſeipſum in hoſtili obſidio, aliquibus mãducandum daret ne fame deficerent. Hoc facit verus amicus Chriſtus, in hac vita, qua a dæmonibus obſidemur. Hierem. 19. Vnuſquiſq; carnes amici ſui comedet in obſidione. De quarto. Luc. vltimo. Palpate, & videte, quia ſpiritus, carnem & oſsa non habet, ſicut me videtis habere. Si filius Dei, neque ſentiri per carnem, neque ſentire potuiſset: quomodo eius conuerſatio, vel operatio, exemplũ imitandi fuiſſet? Vnde Leo Papa. Non eſſet Deus verus niſi afferret remedium, & non eſſet verus homo niſi præberet exemplum, per carnem. Ergo Chriſti ſenſibilẽ habemus formam, in conuerſatione. Ioan. 1. Verbum, caro factum eſt, vſque plenum gratiæ & veritatis. Iterum exemplum in paſſione. Primæ Petri. 4. Chriſto igitur in carne paſſo, & vos eadem cogitatione armamini Item ſpem in reſurrectione. Hebræ. 10. Initiauit nobis viam nouam, & viuentẽ, per velamen, idest, per carnem ſuam. Grego Ad hoc Dominus apparuit in carne, vt humanam vitam, admonendo, exempla præbendo, accenderet, moriendo redimeret, & reſurgendo repararet.

In Natiuitate Domini. Ser. IX.

Verbum, caro factum eſt. Ioan. 1. Filius Dei, factus eſt caro, vt eſſet ſicut dictum eſt, amicabilis, ad dilectionem: paſſibilis, ad redemptionem: eſibilis, ad

ad refectionē:ſenſibilis, ad imitationē. Caro vtiq; factus eſt A
vt per carnē, caro alliceretur: per carnē, caro redimeretur,
p carnē caro reficeretur: per carnē, caro reformaretur. Re
ficeretur itaq; nō carnaliter, ſed ſpiritualiter. Vt.n. ait Au
guſt. Non eſt cibus ventris, ſed mentis. Vnde benedicta ca-
ro Chriſti, in his quatuor effectibus propoſitis, præfigurata
eſt in veteri teſtamento. Hęc caro eſt, qua Eua producitur:
Golias vincitur: Helyas paſcitur: Naaman reſtituitur.
Amicabilis igitur eſt caro Chriſti, ad dilectionem, fideli-
bus omnibus: quia hac carne, per paſſionis eius effectum,
& regenerationis ſacramentum, ſunt producti, ſicut Eua de
latere Adam. Gen. 2. Hoc nunc os, ex oſſibus meis, & caro
de carne mea. Adam Chriſtum, Eua eccleſiam ſignificat.
De latere Adæ dormientis, formatur Eua: de latere Chriſti
patientis. Eccleſia producitur, cum de latere Chriſti, ſan-
guis in precium redemptionis, & aqua in ſacram ntū ablu
tionis, profluxerunt. Sicut autem Eua, multum diligere
debuit Adam, quia non ſolum eius ſponſa, ſed etiam eius
caro fuit: ſic vtiq; eccleſia, & quælibet fidelis anima, Chri
ſtum. Filius enim Dei, de tua carne, & tu de eius carne
es producta. Quare non ſolum eius ſponſa, ſed etiam de
carne eius, es producta. Si vero vis diligere eum, de cuius
carne es, vel eum, qui de tua carne eſt, dilige Chriſtum.
Filius enim Dei de tua carne, factus eſt filius hominis cor-
poraliter, vt tu de carne eius, fieres ſpiritualiter. Ioan.
Chry. Homo appellatus eſt, vt te Deum vocaret: filius ho-
minis dictus, vt te in filium adoptaret. Paſſibilis etiam B
eſt caro Chriſti, ad redemptionem, vt carnis paſſione, de
diabolo triumpharet: cum diabolus infirmitatem carnis
eius contemneret. Sicut ſignificatum eſt primo Reg. 17. Vbi
ait Golias ad Dauid. Veni ad me, & dabo carnes tuas, vo-
latilibus cœli, & beſ. terræ. & ecce caro, quam contempſit,
vicit ipſum. Golias diabolum. Dauid Chriſtum. Volatilia,
Iudæos perſequentes. Beſtiæ, Gentiles crucifigentes, ſigni-
ficare poſſunt. Ad literam autem, libenter vidiſſet diabo-
lus, quòd caro Chriſti, ab auibus in cruce, vel a beſtijs de-
poſita in terra, deuorata fuiſſet: ſed caro a diabolo con-

tem

tempta, diabolum ſtrauit, inuadens eum baculo crucis. Item. 5. lapidibus, in peram collectis .i. duris. 5. vulnerib⁹,
C in corpore ſuo ſuſceptis. Eſibilis eſt caro ad refectionē: & præfigurata eſt in carne, qua paſtus eſt Helias, in torrente Carith de quo 3 Reg. 17. Corui deferebant ei carnes, & panem mane &c. Sacramentum corporis Chriſti, dicitur panis, propter ſpeciem: caro propter rem. Mane & veſpere miniſtratur hæc caro, quoniam a principio eccleſiæ, vſq; ad finem, non deerit hoc ſacramentum. Matth. vltimo. Vobiſcum ſum, omnibus diebus, vſque ad conſummationem ſec. Per torrentem Carith, contritio ſignificatur. Threno 2. Deduc quaſi torrentem, lachrymas. Carith enim, diuiſio interpretatur. In contritione .n. homo ſeparatur a peccatis, & a diabolo. Vnde Iob 28. Lapidem caliginis, & vmbram mortis .i. peccatum diuidit torrens .i. contritio, a populo peregrinante .i. a iuſtis. Carnem ergo Chriſti, in torrente comedit, qui hoc ſacramentum, in contritione comedit.
D Senſibilis quoque fuit, ad imitationem, vt exemplo eius, in via, per ſanctificationem: in patria per glorificationem reformemur. Vnde bene figurata eſt 4. Reg. 5. vbi de Naamam ſepties loto in Iordane, dicitur. Reſtituta eſt caro eius, ſicut caro paruuli pueri. Puer paruulus, eſt Chriſtus. Iſa 9. Paruulus natus eſt nobis. Huius pueri caro, mundiſſima fuit. Fœtidior eſt anima peccatrix, corpore leproſo. Bene Naamam leproſus, peccatorem ſignificat. Leproſus ergo, ad modum paruuli reſtituitur, quando peccator, in munditia & ſanctitate, carnem Chriſti mundiſſimam imitatur, & ſic exemplo puritatis paruuli ſanatur: non ſolum autē exemplo puritatis, ſed etiam humilitatis. Arctum eſt enim oſtium, ad vitam: & non poteſt intrare
E niſi paruulus Marc. 10. Quiſquis non recipit regnum Dei, velut paruulus, non intrabit in illud Ecce quanta beneficia nobis exhibuit Deus, in carne ſua. Bernar. Videns Deus homines, omnino carnales effectos, tamen eis dulcedinē, in carne exhibuit, vt duriſſimi cordis ſit, quiſquis eum ex toto affectu non diligit.

DOMINICA INFRA OCTAVAS Natiuitatis Domini.

SERMO PRIMVS.

ECce poſitus eſt hic in ruinam, & in Reſurrectionem multorum, in Iſrael, & in ſignũ A
cui contradicetur. Luc. 2. In ruinam non credentium: & in Reſurrectionem credentium. Vel in ruinam per offenſam: & in reſurrectionem per gratiam. Vel in ruinam per pœnam: & in reſurrectionem per gloriam. Vel in ruinã per ignorantiam: in reſurrectionem per victoriam. Item in ſignum, cui contradicetur. Conſiderandum autem, quod dominus poſitus eſt in ſignum caſtitatis, in conceptione: B
humilitatis in conuerſatione: charitatis in paſſione: immortalitatis in reſurrectione. Contra dicitur autem, in his ſignis, per ſigna diaboli, ſcilicet luxuriæ, ſuperbiæ, inuidię, vanæ lætitiæ. De primo. Iſ. 7. Dabit dominus ipſe vobis ſignum. Ecce virgo concipiet &c Sicut Ieſus corporaliter nõ concipitur, neque clauditur, niſi virginali vtero: ita neque ſpiritualiter, niſi in caſta mente. Et ſicut virginitas Mariæ, non fuiſſet ſignum, ſine fructu prolis: ſic neque caſtitas, ſine fructu boni operis. Vnde & ſignum virgæ Aaron, fuit in flore, & fructu, in caſtitate & opere. Vere flos decorus, flos Angelicus, eſt caſtitas. Quid caſtitate decorius, quæ mundum de immundo conceptum ſemine, domeſticum de hoſte, Angelum de homine facit? Vnde dominus Luc. 12. præcepit non ſolum præcingere lumbos, ſed etiam lucernas habere. Sed heu, ſigno continentiæ contradicitur ſigno luxuriæ. Ezec. 16. Ad omne caput viæ, ædificaſti ſignum proſtitutionis tuæ, & abominabilem feciſti decorem tuum. Signum proſtitutionis, luxuria vocatur principaliter. Infœlix enim luxuria, principium eſt malarum viarum, ſicut patet in pueris colludentibus Bene autem dicit ædificaſti: ſicut enim ædificantes, lapidem lapidi apponunt. ita luxurioſi,

rioſi,nunc verbis,nunc tactu,nunc factis,nunc habitu,nunc nutu,ſigna proſtitutionis multiplicant. De ſecundo,quia
C ſignum humilitatis,ab ipſa natiuitate ſua oſtendit,dicitur. Luc.2.Hoc vobis ſignum.Inuenietis infantem.&c. Hoc autem ſignũ,non ſolum in natiuitate,ſed etiam in omni conuerſatione eius inuenitur.Matth.11 Diſcite a me &c. Beatus qui hoc ſigno Filij Dei ſignatus eſt.Sed heu,huic ſigno contradicitur,per ſignum ſuperbiæ, quod tamen boni deteſtantur. Heſter 14. Tu ſcis infirmitatem & neceſſitatem meam, quia abominer ſignũ ſuperbiæ & gloriæ meæ, quod eſt ſuper caput meum.&c. Habent hic mulieres exemplũ, qualiter ſe habeant ad ornatum. Signum ſuperbiæ eſt ſicut hic,in ornatu.Item in actu.Pſal.Nõ habitabit in medio domus meæ,qui facit ſuperbiam.Item in verbo.Os eorum locutum eſt ſuperbiam.Item in loco.Pſalm. Superbia eorum qui te oderunt &c.Superbi enim ſemper ad digniorem locum tendunt,ſicut lucifer. Contra illud Luc.14. Recumbe
D in nouiſſimo loco. Attende ergo contra ſigna ſuperbiæ, ſigna humilitatis Chriſti,cum dicitur:hoc vobis ſignum. Inuenietis infantem &c Infans fuit,contra ſuperbiam in verbo:pannoſus,contra ſuperbiam in ornatu:inuolutus, contra ſuperbiam in actu manuum,vel inceſſu pedum: poſitus in præſepio, contra ſuperbiam in loco. De tertio. Thre.3. Poſuit me quaſi ſignum ad ſagittam. Maximum enim charitatis ſignum fuit,quòd Chriſtus ſagittas opprobriorum, irriſionum,ſputorum,colaphorum,clauorum, & lanciæ,ſuſtinere voluit.Sic & nos per charitatem eſſe debemus,tanquam immobile ſignum, contra ſagittas caſtigationum diuinarum:de quibus Iob.6. Sagittæ domini,in me ſunt. Itẽ contra ſagittas irritationum humanarum:de quibus. Pſal. Filij hominum,dentes &c. Item contra ſagittas tentationum diabolicarum. Ephe.6. In omnibus ſumentes ſcutum
E fidei,contra tela nequiſſimi. Item contra tam multiplices ſagittas aduerſitatum, ſtat charitas,quaſi ſignum immobile.Augu. Charitas inter opprobria,ſecura eſt : inter odia, benefica:inter rixas,placida:inter inſidias,innocẽs,iniquitatem gemens,in veritate reſpirans. Sed heu, huic ſigno

contra-

contradicitur per ſignum odij & fraudulentiæ: ſicut Iudas qui tradidit eis ſignum &c. De quarto. Pſal. Fac mecum F
ſignum in bono &c. Glo. Reſurrectionis ſignum ſ ſignũ Ionę Prophetæ. Sicut enim Ionas, tertia die in aridã euomitur: ita Chriſtus, tertia die, in ſoliditatem immortalitatis ſuſcitatur, relicto mari mortalis vitæ, & fluctuantis ſæculi, de ventre inferi exiens. vt ergo in reſurrectione generali, in aridam euomaris, dic domino: Fac mecum ſignum in bono. O ſignum o gaudium, quando naufragus, venit ad aridã ſalutis. Huic autem ſigno contradicitur, per ſignum tranſitoriæ lætitiæ, propter quam lætitiam, immortalis vita ſæpe deſtruitur. Sapient. 2. Venite ergo & fruamur bonis &c. vſque. Vbique relinquamus ſigna lætitiæ noſtræ: vbi ſtultorum lætitia ſpecificatur in iuuentute, in vino, in vnguentis, in coronis roſarum, in luxuria, in ſocietate mala.

Dominica infra oct. Natiuitatis Domini. Ser. II.

TVam ipſius animã p tranſibit gladius. Luc. 2. Glo. dolor dominicæ Paſſionis: quia non poterat videre Crucifixum, ſine affectu materni doloris, tametſi ſperaret reſurrecturum, & mortem deuicturum. Gladius autẽ pertranſiens animam, quadruplex eſt, ſcilicet diabolicæ tentationis: euangelicæ prædicationis: tyrannicæ perſecutioni: extremæ animaduerſionis. Primus tranſit animam in conſentiendo: ſecundus in compungendo: tertius in compatiendo: quartus in condemnando. De primo Iob. Qui G
fecit eum, applicabit in eum gladium Cõtra gladium tentationis, armari debemus virtutibus. Ephe. 6. Induite vos armatura Dei &c Sicut autem latro transfigitur, vt cor gladio vulneretur: ita diabolus facit. Vnde Holofernes ad Achior ait. Iudith. 6. Gladius militiæ meæ, tranſeat per latera tua, & confixus cades inter vulneratos Iſrael: & nõ reſpirabis vltra, donec exterminaberis cum illis. Holofernes diabolum ſignificat: interpretatur enim infirmans vitulum ſaginatum. i. Chriſtum: de quo in Luc. 15. Adducite vitulum

vitulum ſaginatum & occidite. Vel ſignificat quemlibet iuſtum. Pſal. Imponet ſuper altare tuum vitulos &c. Latera ſunt vxor, quæ de latere viri facta eſt: vel conſiliarij aut familiares. Bernardus ad Eugenium Papam. Non te ſanum putaueris, dolentem, neque te bonum credideris, malos inuocantem. Iſtos diabolus per malitiam vulnerat, vt per eos latus tuum vulneretur: ſicut fraudulentus, amicitiam ſimulat, vt interim feriat. Ita diabolus per temporalem fœlicitatem & voluptatem, homini arridet & occidit. Hoc ſignificatum eſt 2. Regum 20. Vbi Ioab tenuit mentũ Amaſæ quaſi deoſculans eum, & percuſſit eum in latere, & mortuus eſt Greg. Quos viuentes blandiens decipit: hos morientes ſæuiens rapit. Contra hoc Chriſtus per latus

H crucifixus eſt. De ſecundo. Hebræ. 4. Viuus eſt ſermo Chriſti, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens vſque ad diuiſionem animæ & corporis. Gladio iſto homo accingitur, dum per verbum Dei animus luxuriæ coarctatur. Pſal. Accingere gladio tuo ſuper fœmur: Item manu tenetur, dum per verbũ dei opere bono immoletur. Pſal. Gladij ancipites in manibus eorum. Item cor penetratur, dum per verbum Dei conpungitur, & carnalis vita trucidatur. Vnde hic penetrabilior omni gladio ancipiti. Et 2. Mach. 15. Accipe gladium, ſanctum munus a Deo, in quo eijcies hoſtes populi mei Iſrael .i. mala opera & voluntates. Sed heu contra iſtum gladium, aſtutus, obſtinatione, deceptione, falſa ſocietate armatur homo, deſignatus per armatum illum, de quo. Luc. 11. Cum fortis armatus, cuſtodit atrium ſuum, in pace ſunt omnia quæ poſſidet. vnde neque ictum gladij ſentit. O ſi vni homini, caput ſuum .i. diabolum, hoc gladio amputare poſſem. Abach. 3. Percuſſiſti caput, de domo impij, denudaſti fundamentum vſque ad collum. O ſi vnam aurem inobedien-

I tiæ, cum Petro amputarem. De tertio. Apo. 6. Exiuit alius equus rufus, & qui ſedebat ſuper illum, datum eſt illi, vt ſumeret pacem de terra; & vt inuicem ſe interficerent: & datus eſt ei gladius magnus. Iſte gladius datus eſt Neroni, Diocletiano, Decio, & alijs perſecutoribus fideliũ

ſicut

ſicut datus eſt regi Tartarorum : & datus eſt ſæpe multis tyrannis affligentibus Chriſtianos. Quando ex corde afflictis compateris, quaſi vulnus doloris, in anima recipis, & gladio iſto tranſuerberaris. Vnde bene de Maria, Luc. 2. dicitur. Tuamipſius animam pertranſibit gladius. Sed contra gladium tribulationis, ſcutum duplex opponere debemus. K
Primo exemplum paſſionis, & laborum Chriſti: vt ex hoc, precium habeamus. Threno 3 Dabis ei ſcutum cordis, laborem tuum. Gregorius. Quis laborem ſuperuacuum, vel onerofum reputabit, qui Filium Dei pro ſe, Chriſtum Crucifixum recolit? Item ſcutum orationis, quo ictum gladij repellamus. Sap. 18. Non diu permanſit ira tua, properans enim homo ſine querela, deprecari pro populis, proferens ſeruitutis ſuę ſcutum, orationem. De quarto Deut. 32. Si L
acuero vt fulgur gladium meum, & arripuerit iudicium manus mea, reddam vltionem hoſtibus meis. Iſte gladius eſt ſententia iudicis, qua dicet: Diſcedite a me maledicti &c. Matthæi. 25. Apoc. 1. Ex ore eius gladius acutus, ex vtraque parte, exibat. Iſte gladius, non ſolum ſicut gladius acutus erit, ſed omni fulgure acutior. Nonne mallent gladio, ſiue fulmine feriri, quibus dicetur in fine: Ite maledicti in ignem æternum? De hoc gladio, require in ſermone primo doctorum.

Dominica infra oct. Natiuit. Domini. Ser. III.

PVer autem creſcebat &c. Luc. 2. Bene puer dicitur Chriſtus. Sicut enim pueri cum matre, puer cũ pueris, puer cum floribus, puer cum brachijs libenter eſſe ſolent: Sic vtique puer Ieſus Chriſtus delectatur in matris Eccleſiæ fœlicitate: in puerorum per innocentiam ſocietate: in florum virtutum venuſtate: in brachiorum operum charitate. M
Primum patet, quoniam Angelus ſemper cum puero tolli iubet matrem, quaſi ſine matre, puer eſſe nollet. Item Matthæi. 2. Inuenerunt puerum cum Maria matre eius. Si ergo hunc puerum vis inuenire, ad Ma- N

riam accede. Tamen ſpiritualiter mater pueri eſt Eccleſia, ſine qua Chriſtus non inuenitur viuus. Vnde bene de duabus matribus meretricibus, pro puero vno coram Salomone litigantibus, quem Salomon gladio diuidi iuſſit: dicitur 3. Regum. 3. quòd falſa mater, ipſum diuidi voluit: ſed vera
O mater, doluit. Duæ meretrices iſtæ, ſynagogam ſignificant, & Eccleſiam, quæ meretrices eſſe dicuntur. Eccleſia quidem propter ſtatum priſtinum gentilitatis: Synagoga propter ſtatũ præſentis infidelitatis: Puer vero eſt Chriſtus. Hunc ſynagoga vult diuidi, dum corporis eius partem Ioſeph, & partem Mariæ attribuit: dum ex Mariæ & Ioſeph ſemine, Chriſtum natum dicit. Sed mater Eccleſia, puerum integrum vult manere, quia totam eius naturam corporalem, integraliter ex ſola virgine credit eſſe. hoc autem factũ eſt,
P gladio inſcrutabilis iudicij Dei. De ſecundo, Matt. 2. Futurum eſt, vt Herodes quærat puerum &c. & infra. Mittens occidit omnes pueros &c. Ecce Herodes: quæſiuit puerum inter pueros: puer enim cum pueris libenter eſt. Pueri autem ſunt, qui puri ſunt a peccatis: pueri enim neque rapinas, neq; vſuras, neque adulteria, neque homicidia, neq; alia ſcelera committunt. Qui ergo a talibus puri ſunt, vere pueri Chriſti ſunt. 1. Pet. 2. Deponentes igitur omnem malitiam & omnem dolum, & ſimulationes, & inuidias, & omnes detractiones, ſicut modo geniti infantes &c. Nihil Deo dignius, nihil charius eſſe poteſt, quàm vt innocentia tota obſeruatione teneatur. Cum talibus pueris, libenter eſt Chriſtus: non ſolum in mundo, ſed etiam in cœlo. Matth. 9. Sinite paruulos &c. Vnde legitur, quòd ſocialis ſit Chriſtus pueris & innocentibus, in monte ſion. i. in cœlo.
Q Apoc. 14. Hi ſequuntur agnum quocunque ierit. De tertio. Matth. 2. Qui conſurgens accepit puerum &c. & infra. Veniens habitauit in ciuitate ſua Nazareth, quę interpretatur flos. Quælibet autem virtus, flos eſt animæ: flos eſt humilitas, flos eſt patientia, flos filij caſtitas: ſic numera aliàs virtutes. Sicut autem in cunis, vel in lecto, pueris nutrix facit, dum eas floribus ſpargit: ſic nos cunas, vel lectũ cordis, floribus virtutum reſpergamus, vt puer Chriſtus re

quieſcere

quieſcere velit ibi. Vnde anima ſancta puerum alludere cu piens, ait. Cant. j. Lectulus noſter floridus. Sed certe in hyeme, flores non inueniuntur: Ita neque virtutes in hyeme, ideſt, corporis torpore, cum Chriſtus a corde receſſerit. Vnde poſtquam imber tranſijt, dicitur Canticorum. 2. Flores apparuerunt in terra noſtra. Hanc hyemem, in corpore generat, ventus aquilonis, diabolicæ tentationis. Eccl. 43. Frigidus ventus aquilonis &c. Signum trāſitus hyemis eſt, quando guttæ glacierum diſtillant. i. lachrymæ compunctionis, per oculos exeunt. Pſal. Flabit Spiritus eius, & fluēt aquæ. Flat Spiritus, & ſoluit cordis glaciem. Aug. Gratiæ tuæ deputo, & miſericordiæ tuæ domine, quòd peccata mea, tanquam glaciem ſoluiſti: gratiæ tuæ deputo, etiam quæcunque non feci mala. De quarto, Luc. 2. Cum inducerent puerū Ieſum &c. & ipſe accepit eum in vlnas ſuas. Hunc puerū in vlnas accipit, qui operibus charitatis Chriſtum amplectitur. Quaſi enim duo brachia ſunt, amor Dei & proximi. Sed nota, quòd primo in templum cordis inducitur: vt poſtea brachiis operum amplectatur. Cantico. 8. Pone me vt ſignaculum ſuper cor tuum, vt ſignaculum ſuper brachium tuum: quia fortis eſt vt mors dilectio. Signaculum dicit ſe Chriſtus. ſculptus enim fuit in paſſione, manus & pedes clauis, latus lancea, caput ſpinis. Hoc ergo ſigillum, cordi imprimere debes, per amorem. Sed attende, quòd non bene imprimitur ſigillum, niſi cera affectus, liquefiat per ignem Spiritus Sancti. Pſalm. Factum eſt cor meum, ſicut cæra liqueſcens. Quia vero non tantū in affectu, ſed etiā in effectu, imprimi debet nobis Chriſtus: ideo adiungit, Vt ſignaculum ſuper brachium tuum. Sigillum imprimitur, vt imago eius præſentetur. Ita in conuerſatione noſtra, imago Chriſti præſentari debet. Pri. Corint. 15. Sicut portauimus imaginem terreni, ſic portemus & imaginem cœleſtis.

IN CIRCVNCISIONE Domini.

SERMO PRIMVS.

A Apparuit gratia Dei Saluatoris noſtri. Titum 2. Conſidera quadruplicem apparitionem. Apparet in mundo, gratia Saluatoris: in anima, miſericordia iuſtificatoris: in iudicio, iuſtitia vltoris: in cęlo, gloria remuneratoris. De primo dicitur hic. Apparuit gratia Dei Saluatoris. Et ad eundem. Tit. 3. Apparuit benignitas & humanitas Saluatoris noſtri Dei: non ex operibus iuſtitiæ, quæ fecimus nos, ſed ſecundum miſericordiam ſuam, ſaluos nos fecit. Hæc apparitio ſignificata eſt Exo. 3. vbi legitur, quòd dominus apparuit Moſi in deſerto in flamma ignis, in medio rubi: & videbat quòd rubus ardebat, & non comburebatur: cui cum appropinquare vellem, dicit dominus. Solue calceamentum de pedibus tuis: locus enim in quo ſtas, terra ſancta eſt. Per deſertum ſignificatur mundus. Rubus autem ardens, eſt beata virgo, in qua dominus per carnem apparuit. Sicut enim rubus, arſit ſine combuſtione, ita virgo peperit ſine corruptione. Vel rubus eſt Chriſti humanitas in qua apparuit diuinitas. Sicut enim rubus ardebat ſine combuſtione: ita Chriſtus paſſus eſt, ſine incineratione & corruptione. Pſal. Non dabis ſanctum tuum vi c. Quod enim comburitur, incineratur, Chriſtus ergo non comburebatur, quia non incinerabatur. Si ergo ad hunc appropinquare volueris, per fidem & amorem, ſolue calceamentum mundani & carnalis amoris, ſolue amorem viſibilium, de pedibus animæ. i. affectionibus tuis. Gregorius. Mens ſubtracta a viſibilibus, viſibilia perfecte contemnit. Nunquam enim dominus pedes tuos lauabit, niſi prius calceamenta iſta de-
B poſueris. De ſecundo. Sapient. primo. Apparet autem eis, qui fidem habent in illum, fidem vtique illam de qua

Matt.

Matth.decimoſeptimo. Si habueritis fidem, ſicut granum ſinapis, dicetis monti huic, tranſi hinc, & tranſibit. Mons eſt congeries peccatorum, qui tot lapidibus conſtat, quot homo peccata habet. Vnus autem lapis, quandoque mergit hominem, cui alligatur, in profundum. Quanto magis totus mons, deprimit hominem in profundum inferni? Granum ſinapis paruum eſt, ſed virtute, & hærba, & fructu immenſum. Sic fides Chriſtiana, humilis videtur, & contemptibilis, paganis & Iudæis, miræ tamen eſt virtutis, & fructum affert plurimum. Quot autem ſunt articuli fidei, tot poſſunt dici grana ſinapis. Hæc grana cum in ore conteruntur, oculos faciunt lachrymari. Sic articuli fidei, ſi diligenti conſideratione, & deuota affectione, teruntur, lachrymas producunt contritionis. Exemplifica de quibuſdam articulis. Per talem fidem, montem peccatorum a te transferre potes. hæc eſt fides, per quam dominus, tanquam per oſtium, apparet etiam in trinitate perſonarum. Vnde Abrahæ ſedenti in oſtio, apparuerunt tres viri, ſtantes prope eum, vt dicitur Gen. decimooctauo.

De tertio. Deuter. 33. Apparuit de monte faran, & cum eo ſanctorum millia. Faran enim ferus interpretatur. In magna enim feritate apparebit contra reprobos, & contra eoſdem, ſanctorum millia Prophetarum, & Apoſtolorum, martyrum &c. Item Angelorum millia millium. Daniel. ſeptimo. Millia millium miniſtrabant ei: & decies centena millia, aſſiſtebant eis. Greg. Ecce mora non erit, & ardente cœlo, ardente terra, coruſcantibus electis, cum Angelis, Archangelis, cum thronis & dominationibus, cum principibus & poteſtatibus, tremebundus iudex apparebit. Item dæmonum millia, erunt a ſiniſtris. Grego. O quàm anguſtæ erunt tunc viæ reproborum. Superius erit iudex iratus, inferius horrendum chaos inferni. A dextris peccata accuſantia, a ſiniſtris erunt infinita dæmonia, ad ſupplicia trahentia. Si enim ad obſeſſionem vnius hominis, conuenit legio, ideſt 6666. quanta millia putas ventura, vbi non vnum hominem tantum, ſed innumerabilem exercitum C

 impio-

impiorum, in perpetuum accipient poſſeſſionem? Quanta autem ſit celeritas apparitionis, dicitur Matt. 24. Sicut enim fulgur exit ab Oriente, vſque in Occidētem, ita erit
D aduentus filij hominis. De quarto, ad Colo. 3. Cum Chriſtus apparuerit vita noſtra, tunc & vos apparebitis cum ipſo in gloria. Item. 1. Ioan. 3. Scimus quoniam cum apparuerit, ſimiles ei erimus; quoniam videbimus eum ſicuti eſt. Pſal. Satiabor cum apparuerit gloria. t. In his tribus auctoritatibus; promittitur nobis, in illa æterna apparitione; Similitudo, Vita, & Satietas. promittit nobis Ioan. ſimilitudinem, Paulus vitam. Dauid ſatietatem. Ibi enim erit ſimilitudo in cognitione; Vita in dilectione. Satietas in fruitione. Auguſt. Oh quando videbo gaudium meum magnum; quod deſidero? Oh ſi ſatiabor, cum apparuerit gloria eius; quam eſurio. Oh ſi inebriabor, ab vbertate domus tuæ, ad quam ſuſpiro.

In Circunciſione Domini. Ser. I I.

E POſt quam conſummati ſunt dies octo, vt circuncideretur puer &c. Luc. 2. Cum omnis Chriſti actio, noſtra ſit inſtructio, eius corporalis circunciſio, noſtrā ſpiritualem ſignificat. Conſiderādum autem à quo, & quo, quādo, pro quo, fit circunciſio ſpiritualis. Fit autem a præputio nequitiæ: inſtrumento pœnitentiæ: tempore pueritiæ: pacto amicitiæ. De 1. Deut. 10. Circuncidite preputium cordis veſtri, & aurem veſtram ne induretis amplius. Nota quòd circuncidi debemus, ab iniqua cogitatione, & voluntate, hoc enim eſt præputium cordis. Iſ. 1. Auferte malum cogitationum veſtrarum, ab oculis meis. Oculi enim Dei, vident omnes cogitationes noſtras, malas & bonas. Item ab incauta locutione, contra quod Moſes conqueritur, Exo. 6. En in circunciſus labijs ſum. hanc circunciſionem docet Apoſtolus, ad Ephe 4. Omnis ſermo malus, de ore veſtro non procedat. Item a ſurda obduratione; quā quidam nolunt audire, neq; obedire. de quibus Act. 7. Duri

ſtâ ceruice,& incircuncíſis cordibus & auribus, vos ſemper Spiritui Sancto reſtitiſtis. Auris ergo talis, ſi non circunciditur, tunc iuſte gladio Petri percutitur. Item a ſordida pollutione, Gen. 17. Maſculus cuius præputij caro non fuerit circunciſa &c. Auguſt. Circuncíſio Chriſti, quid eſt, niſi caſtitas noſtra, qua Deus delectatur, in nouiſſimis temporibus? Prima ergo circuncíſio in corde, ſecunda in ore, tertia in aure, quarta in opere fit. De ſecundo. Exo. 4. Occurrit ei dominus, & voluit occidere eum. ſ. Moyſem, vel filium eius, vt dicit glo. tulit ergo Sephora acutiſſimam petram, & circuncidit præputium filij ſui. Sephora, fidem ſignificat. Interpretatur enim placens adhæſit. Per fidem autem, adhærentes Deo placent. Heb. 11. Sine fide, impoſſibile eſt Deo placere. Filius incircuncíſus, eſt malus Chriſtianus. Petra, graue & duram pœnitentiam ſignificat. hæc acuta eſt per contritionem. Vere acutum debet eſſe ferrum compunctionis: quo non octo, tantum dierum, ſed multorum annorũ, abſcindi, debet animæ præputium. Bern. Abijcite ferro dominicæ compunctionis, vulnus inueteratæ conſuetudinis. Acutior autem eſt, ſi addas confeſſionem. Hiere. 4. Circuncidimini domino, & aufer te præputiũ cordium veſtrorum, viri Iuda, quod nomẽ, confitens interpretatur. Acutiſſima eſt, ſi adiungas ſatisfactionem. Si pœnitentia acuta non circuncideris, ſententia acuta circuncideris. Apoc. 1. De ore eius gladius acutus &c. quod hic in Angelo occidere volenti ſignificatum eſt. De tertio. Gen. 17. Infans 8. dierum, circuncidetur in vobis. Ecce miſer ſenex, talis infans, qui adhuc peccare non poteſt, tam grauiſſimã pœnam ſuſtinet, pro peccato per alium cõtracto: & tu pœnam ſuſtinere non vis, pro innumerabilibus peccatis proprijs. Ber. Immo inſpice ipſum Chriſtum, tam tenera etate pro te vulneratum: vere pro te. Bern. Quid mirum ſi pro nobis dignatus eſt circuncidi, qui pro nobis dignatus eſt mori. Totus ſiquidem datus eſt mihi, & totus in meos vſus expenſus. Oſtenditur ergo tibi, illo facto, illud Thren. 3. Bonum eſt viro, cum portauerit iugum ab adoleſcentia ſua &c. Circuncíſio tamen, vel ab originali, vel ab actuali

F

G

fieri poteſt, & in puerili, & in iuuenili ætate, & in virili. hoc ſignificatũ eſt in circũciſione domus Abrahę, Yſaac. 8. die circunciſus fuit, in ætate infantili. Iſmael. 13. annorũ, in iuuenili. Serui adulti, in virili. Abraham 99. annorum.

H De quarto. Gen. 17. Circuncidetis carnem præputij veſtri, vt ſit ſignum fœderis inter me & vos. glo. In teſtimonium quòd ego veſter Deus, & vos populus meus. Pro, fœdere ergo tantæ amicitiæ, libenter debemus circuncidi. Sicut autem ex circunciſione, amicitiam Dei, ita inimicitiã diaboli habemus, ſicut ſignificatũ eſt 2. Macha. 6. Duę enim mulieres delatę ſunt, pueros ſuos circuncidiſſe, quas ad vbera infantibus ſuſpenſis, cum publice per ciuitatem circunduxiſſent, per muros præcipitauerunt. Duæ mulieres, ſunt anima pœnitens, & innocens, quarum nati circunciſi, ſunt affectus caſtitatis. Duo vbera, ſunt ſpes veniæ, & gloriæ. Ad vbera infantes ſuſpenduntur, quando affectus, de ſpe diuinæ miſericordiæ, liberius peccatis illaqueantur: & vnde deberent lactari, inde incipiunt iugulari Iſido. Qui male agere non deſiſtunt, vana ſpe, indulgentiam de Dei pietate, ſibi promittunt: quam recte acquirerent, ſi ab actione mala ceſſarent. Item publice circunducuntur, dum publice pro peccatis arguuntur. Item per murum, in quibus congeries eſt lapidum præcipitantur, dum de congerie & multitudine peccatorum damnantur.

In Circunciſione Domini. Ser. III.

POſtquam conſummati ſunt dies octo, vt circunciderетur puer, vocatum eſt nomen eius Ieſus. Lu. 2. Aug. Sicut mortem pro nobis ſuſcepit, ita circunciſionem

I non reſpuit, vt nos Spiritu circunciderемus. Debemus autem circuncidi, pro 4. cauſis, pro mortis æternæ euaſione, pro Chriſti & animæ coniunctione, pro digna euchariſtiæ perceptione, pro vitæ æternę adeptione. De 1. Gen. 17. Maſculus cuius præputij caro circunciſa non fuerit, delebitur anima illa de populo ſuo: i. de cœtu fidelium: quia in morte,

mortē; & in iudicio, Deus diligenter viſitabit tales. Hiere. 9. Viſitabo ſuper omnem qui incircunciſum habet præputium, ſuper ægyptum, quod interpretatur tenebræ. i. ſuper traditores & impudicos: & ſuper alios in enormibus vitijs, & tenebris latentes, & ſuper Iudam, quod interpretatur glorificans. i ſuperbos, & glorificantes ſeipſos: & ſuper filios Edom: quod interpretatur ſanguineus, & ſignificat occiſores, ſanguinem indebite effundentes: & ſuper filios Amon, quod interpretatur, populus murmurationis, & ſignificat ſeminatores diſcordiæ, & detractores, & ſuper moab, quod interpretatur ex patre, & ſignificat qui patrizant, & malas patrum vias, neque paterna bona, iniuſte acquiſita reliquunt. i. ſuper omnes qui attonſi ſunt in coma. i. ſup omnes clericos, & clauſtrales, habitantes in deſerto religionis &c. In viſitatione incircunciſorum iſtorum, iniunget pœnitentiam, non panis, neque aquę: ſed ignis æterni. Hiere. 4. Circuncidim. domino, & auferte præputia cordium veſtrorum, viri Iuda, & habitatores Hieruſalem, ne forte egrediatur vt ignis indignatio mea, & ſuccendatur, quòd non ſit qui extinguat, propter malitiam cogitationū veſtrarum. De 2. dicitur Deute. 21. quòd ſi mulierē pulchram, poſt bellum, victis inimicis captam, voluerit qui eam ceperit habere vxorem, introducet in domum ſuam: quæ radet cęſariem, & circuncidet vngues, & deponet veſtem, in qua capta eſt, & flebit patrem & matrem vno menſe. Mulier iſta, anima eſt, pulchra quidem, per imaginem pulcherrimæ trinitatis, quam victis dęmonibus in bello paſſionis, cœpit Chriſtus. Si ergo ſponſa Chriſti vult eſſe, debet in domum Eccleſiæ, per fidem introduci. Luc. 14. Pauperes ac debiles, cęcos, & claudos, introduc huc. Item radet crines ſuperfluarum cogitationum, de capite mentis, ne ibi increſcant vermes, remorſiones conſcientiæ. Eze. 5. Sume tibi gladium acutum, radentem pilos. Item circuncidat vngues. i. operum ſordes. Illud enim in vnguibus circunciditur, vbi ſordes colliguntur. Vel vngues præſcinduntur de manibus, cum cupiditates colligentes ſordes iniuſtorum operum, vel temporalium iniuſtorum bonorum, K

ampu-

amputantur: quæ vere ſordidę ſunt. Philip. 3. Omnia arbitror vt ſtercora &c. Sicut enim vngues non ſemel, ſed ſæpius circuncidimus, ſic & Spiritualis circunciſio, ſæpius fiat. Ber. Medium vitiorum, virtus tenet, ac proinde ſedula eget non putatione modo, ſed etiam circunciſione. Item veſtem deponit, dum vetuſtam conſuetudinem relinquit. Ephe. 4. Deponite vos ſecundum priſtinam conuerſationem, veterem hominem &c. Item matrem & patrem flebit, ideſt diabolū & concupiſcentiam, quibus decepta eſt. Eze. 16. Pater tuus amorreus &c.

L De 3. Exo. 12. Hæc eſt religio phaſe. Omnis alienigena, non comedet ex eo. Omnis autem ſeruus circuncidetur, & ſic comedet: aduena & mercennarius, non comedet ex eo. De corpore Chriſti, non comedet alienigena, glo. gentilis, Iudæus. i. excommunicatus, non debet communicare Sacramētum dominici corporis. Item neque aduena. gl. qui nuper venit ad fidem, neque adhuc firmus eſt: quod eſt contra illos, qui de enormibus peccatis, tarde venientes ad confeſſionem & pœnitentiam, ſtatim volunt communicare. Item neque mercenarius, qui pro lucris temporalibus, domino ſeruit. ſeruus autem emptitius, glo. qui redemptus eſt ſanguine Chriſti. i. Corint. 6. Empti eſtis &c. hic circunciſus ab omni vitio, comedet non tamen impijs, Gen. 43. Illicitum eſt ægyptijs, comedere carnes immaculati agni. i. Corint. 11. Qui enim manducat & bibit &c. Aug. Nō malum eſt quod datur, ſed bonum malis, in iudicium datur.

M De 4. Deut. 30. Circuncidet dominus Deus cor tuum, & cor ſeminis tui, vt diligas dominum Deum tuum, in toto corde tuo, & tota anima tua, vt poſſis viuere, vtique ſpiritualiter, & ęternaliter. Viuere enim in terra viuentium, conſequeris per circunciſionis beneficium. Ioſue. 5. Quibus ante dominus iurauerat, vt oſtenderet eis terram, lacte & melle manantem: horum filij in locum ſucceſſerunt patrum, & circunciſi ſunt a Ioſue. Terra manās lacte humanitatis, & melle diuinitatis, patria eſt. Iſaias. 4. Suſcepit de manu domini duplicia. Et Iſ. 61. In terra ſua, duplicia poſſidebunt.

In Circunciſione Domini. Ser. IIII.

VOcatum eſt nomen eius Ieſus,quod vocatum eſt ab Angelo,priuſquam in vtero conciperetur. Lu.2.In hoc verbo oſtenditur huius nominis vtilitas, & authoritas. Primum nota ibi. Vocatum eſt nomen eius Ieſus. Secundum ibi: Vocatum eſt ab Angelo. Vere vtiliſſimum eſt hoc nomen,ad ſalutem noſtram. Ieſus enim Saluator interpretatur,vel ſalutare.In hoc nomine conſequimur veniam, gratia, victoriam, & gloriam. Veniam in conuerſione; gratiarum in conuerſatione; victoriam in temptatione, gloriam in remuneratione. De 1. Actuum 10. Huic omnes prophetæ teſtimonium perhibent,remiſſionem accipere per nomen eius: Omnibus ergo Prophetis crede: neque de omnibus peccatis deſpera, licet tam multa ſint, vt numerum capillorum capitis, vel etiam arenam maris excedant. Pſalmi. Multiplicatæ ſunt ſuper capillos capitis mei.primi Paralipo.vltimo.In oratione Manaſſæ. Peccaui ſuper numerum arenæ maris,& multiplicatæ ſunt iniquitates meæ.Si ergo multum peccaſti, dic cum Propheta.Hieremiæ 14. Domine fac propter nomen tuum, quoniam multæ ſunt auerſiones noſtræ. Et illud Pſal.Propter nomen tuum domine, propitiaberis peccato meo,multum eſt enim. Anſelmus. Quid eſt Ieſus, niſi Saluator? Ergo propter temetipſum,ſis mihi Ieſus. Noli domine ſic attendere malum noſtrum: vt obliuiſcaris bonum tuum. Sed attende quòd hoc nomen Ieſus, in circuncíſione imponitur, in quo tibi oſtenditur, quòd per hoc nomen ſaluaberis. ſi tamen per pœnitentiam circuncidaris, & alias non. Gene.17.Maſculus cuius præputij caro circunciſa non fuerit, delebitur anima illa,de populo ſuo. De 2. Ioann.14. Paraclitus ſpiritus, quem mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia.O quàm deuote mendici,in nomine Sancti Nicolai, & Sancti Petri, petunt, dum fruſtá panis, per hoc conſequi ſperant. Quare nos miſeri; in nomine

dulciſſimi Ieſu non petimus, non fruſtum panis, ſed vt Spiritum Sanctum obtineamus, quo bene viuamus. De gratia huius nominis, Cant. 1. Oleum effuſum nomen tuum. Et certe mel effuſum nomen tuum. Bernardus. Ieſus mel in ore,
O melos in aure, iubilus in corde. De tertio. Luc. 10. Domine in nomine tuo dæmonia ſubijciuntur nobis. In nomine tuo: ſed quia dæmones non ſubijciuntur, niſi vincantur: nõ vincuntur, niſi in nomine Ieſu. Ideo Dauid ad Goliam ait. j. Reg. 17. Tu venis ad me, cum gladio & haſta & clypeo: ego autem venio ad te, in nomine domini exercituũ Iſrael. Golias diabolum ſignificat. Huius gladius eſt temptatio carnalis. Haſta temptatio ſpiritualis. Clypeus vero ſub quo ſe abſcondit, eſt ſimulatio boni, ſub cuius ſpecie decipit. Dauid autem, quemlibet fidelem ſignificat, qui in vocatione nominis domini, in oratione, & in baculo crucis, & 5. lapidibus. i. 5 vulnerum Chriſti, & continua recordatione, & deuota Chriſti imitatione, diabolum vincit.
P Pſalmiſta. In nomine tuo, ſperne. inſurgen. in nobis. De quarto, Apocalypſis ſecundo. Vincenti dabo manna abſconditum, & dabo illi calculum candidum, & in calculo nomen nouum, ſcriptum, quod nemo ſcit, niſi qui accipit. In manna, diuina. In calculo, humana Chriſti natura ſignificatur: candida per innouationem. Vtraque enim natura, merces eſt vincentium diabolum, carnem, & mundum. Quia vero per nomen Ieſu, hanc mercedem conſequimur, ideo in calculo, qui erit merces noſtra, ſcriptum dicitur: Pſalmiſta. In nomine domini noſtri, magnificabimur: ibi nomen domini in calculo, ibi nomen tuum Ieſu habetur. Sed attende quod ait, Apocalypſis tertio. Qui vicerit, ſic veſtietur veſtimentis albis: & non delebo nomen eius, de libro vitæ Si autem tu negligis nomen eius, & ipſe delebit
Q nomen tuum. Secundum has quatuor virtutes huius nominis, inuenimus hoc nomen Ieſus, quod vocatum eſt ab Angelo, per quatuor ab Angelis in Euangelio pronunciatum: ſcilicet Mariæ, Ioſeph, mulieribus, & Apoſtolis. Conſequimur autem in hoc nomine veniam peccatorum, & ſecundum hoc nominatum eſt hoc nomen ipſi Ioſeph.
Mat-

Matthæi 2. Vocabis nomen eius Ieſum. Ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum, a peccatis eorum Pſal. Pauperem & humilem, ſaluum faciet. Conſequimur in hoc nomine, gratiam donorum. Secundum hoc, vocatum eſt ab Angelo Mariæ. Luc 1. Inueniſti gratiam apud Deum. Ecce concipies & paries filium, & vocabis nomen eius Ieſum &c. Qui hũc in vtero non portat Ieſum: vermem conſcientiæ in vtero portabit in æternum Iſ. Vltimo. Vermis eorum, non extinguetur, ſcilicet in æternum. Item conſequimur in hoc nomine, victoriam inimicorum. Secundum hoc, nunciatũ eſt ab Angelo mulieribus, in reſurrectione. Matthæi vlti. Ieſum quæritis Nazarenum crucifixum, non eſt hic. Victor ergo mortis exiſtit, quia ſurrexit. Victor diaboli, quia crucifixus eſt. Victor autem mundi, quia Nazarenus, quod interpretatur ſeparans a mundo. Qui ergo carnem mortalẽ, diabolum, mundum, vincere vult, inuocet hoc nomen Ieſus. Item conſequimur gloriam præmiorum, in hoc nomine. Secundum hoc, nunciatum eſt ab Angelo Apoſtolis, in Aſcenſione. Actuum 1. Hic Ieſus qui aſſumptus eſt a vobis in cœlum, ſic veniet, quemadmodum vidiſtis eum euntem in cęlum &c. Qui enim in cęlũ aſcendere deſiderat, hoc nomen Ieſus inuocet. Actuũ 7. Dñe Ieſu, ſuſcipe Spiritũ meũ.

IN EPIPHANIA Domini.

SERMO PRIMVS.

CVm natus eſſet Ieſus &c. Matth. 2. In hoc Euangelio Saluator noſter diuerſis nominibus deſcribitur. Dicitur.n. Ieſus, Puer, Dux, Chriſtus, Rex. Exhibet enim ſe nobis puerum, in remiſſione peccatorum. & ſe nobis fortem præſtat Ducem, in temptatione inimicorum. Chriſtum, in vnctione dominorum. Regem, in coronatione præmiorum. Ieſum, A

in

in ſalutem omnium horum. De primo dicitur ibi. Et intrantes, inuenerunt puerum. Si offendiſti puerum, cito, & modico, & pomo, vel ouo, ei reconciliaris: ſic & pœnitens Chriſto. Bernard. Paruulus eſt, & leuiter placari poteſt. Quis enim neſciat, quia puer facile donat. Eze. 33. Si dixero impio, morte morieris, & egerit pœnitentiam a peccato ſuo, feceritque iuſtitiam & iudicium, & pignus reſtituerit, rapinamque reddiderit, & in mandatis vitæ ambulauerit, neque quicquàm fecerit iniuſtum: vita viuet & non morietur. Omnia peccata eius, non imputabuntur ei. Exemplum de latrone &c. Lu. 23. Hodie mecum eris in paradiſo.

B De ſecundo ibi. Ex te enim exiet dux, qui regat populum meum. Ieſus enim eſt dux animarum noſtrarũ, in pugna, contra hoſtes animæ 2. Parali. 13. Ergo in exercitu noſtro, dux Deus eſt, & ſacerdotes eius, qui clangunt tubis. Dux vniuerſalis & miſericos, eſt Chriſtus. Exod. 15. Dux fuiſti in miſericordia tua, populo quem redemiſti. Qualiter autem dux iſte, ducat populum ſuum, per deſertum huius mundi, dicitur Exod. 13. In columna nubis, dux e. fuiſti per diem, in columna ignis, per noctem: vt nubes ab æſtu protegeret, & ignis in tenebris luceret. Sic dux noſter Chriſtus, quos ducit, protegit ab æſtu vitiorũ, illuminat contra tenebras errorum. Pſal. Expandit nubem in protec. eorum. Vnde etiam ſicut lumẽ columnæ, iudæos, ſic lumen veritatis duxit Magos. Noli deſerere ducẽ iſtũ. Aug. Væh qui derelinquunt ducem te, & oberrant in veſtigijs tuis, qui nutus tuos pro te amant, & obliuiſcũtur &c. Duces autem particulares, ſunt ſacerdotes, & eccleſiæ re-

C ctores. Sed iam dici poteſt de eis, illud Matth. 15. Cæci ſunt, & duces cæcorum. Hi tubis clangunt, dum aperte

D prædicant. De tertio, ibi. Sciſcitabatur ab eis, vbi Chriſtus naſ. Chriſtus, interpretatur vnctus. Iſa. 41. Spiritus Domini ſuper me, eo quòd vnxerit me Dominus. Sicut enim Chriſtus, habuit ſpiritum non ad menſuram, ſed ſine menſura, vnctus fuit vnctione Spiritus Sancti: ita ſine menſura, effuſus eſt Chriſtus: vt eius vnctio, infuſa ſit per totam eccleſiam. Pſal. Sicut vnguẽtum in cap. quod deſ. &c.

Caput

Caput Chriſtus eſt .1. Corinth. 11. Omnis viri caput, eſt Chriſtus. Barba ori vicina, Apoſtolos ſignificat, qui ex ore Chriſti ſuſceperunt, quod alijs miniſtrauerunt. Veſtimentum eſt Eccleſia. Iſa. 49. His omnibus velut ornamento veſtieris. In hoc veſtimento tot ſunt fila, quot fideles in eccleſia. Vęh eis qui hanc veſtem per diſcordiam ſcindunt. per hoc enim peiores gentilibus ſunt, qui dixerunt Io. 19. Non ſcindamus eam &c. Graues aduerſarij Chriſti ſunt, qui veſtem Chriſti ſcindunt Auguſt. Non poterit habere concordiam cum Chriſto, qui diſcors voluerit eſſe Chriſtiano. De capite ergo in barbam, & veſtimentum .i. de Chriſto, in Apoſtolos, & totam eccleſiam, vnctio Spiritus ſancti deſcendit. Io. 1. De plenitudine eius, accepimus omnes &c. De quarto ibi, Vbi eſt qui natus eſt, rex Iudæorum. Rex autem Ieſus, in gloria coronatus. Iſa. 33. Regem in decore ſuo videbunt. O vere beata anima, cui datum eſt vel dabitur, videre Chriſtum, in decore regali, æternæ claritatis. Ipſa vtiq; poteſt dicere, quod Heſter, cum videret regem Aſuerum, ornatu regio fulgentē, dixit. Heſter. 15. Valde enim mirabilis es Domine, & facies tua plena gratiarum. Auguſt. Facies Dei, tam dulcis eſt fratres mihi, & tam pulchra, vt illa viſa, nihil aliud valeat delectari. Satietas erit inſatiabilis, nullum faſtidium, ſemper eſuriemus, ſemper ſaturati erimus. Ille rex, omnes ſeruos ſuos reges facit, & coronat. Sap. 5. Accipient regnum decoris &c. Aurum autem eſt dilectio, de quo, diadema tuum in cœlo fiet: quod nunc cum tribus regibus offerre debes in mundo. & quanto plus auri obtuleris, tanto glorioſius diadema habebis. O anima Chriſtiana, ſequaris dulcem Chriſtum, per ſtellam cognitionis, Puero offeras myrrhā cōtritionis, Chriſto thus orationis. Regi aurū dilectionis. & per hæc quatuor, Ieſu ſalutē cōſequeris.

In Epiphania Domini. Ser. II.

VBi eſt qui natus eſt rex Iudæorum. Matth. 2. In hoc verbo, tria proponuntur animæ fideli, maxime viri religioſi: ſcilicet exemplum quærendi, ibi. Vbi

Vbi eſt? Materia gaudendi, ibi. Qui natus eſt. Cauſa reuerendi, ibi. Rex Iudæorum. Et ideo hoc verbum, reſpicit tres animæ vires, quia docetur rationalis, quærere Dominum, exemplo regum dicentium. Vbi eſt? Pſalmiſta. Dominus de cœlo proſpexit, ſuper filios hominum &c. Item
E docetur concupiſcibilis gaudere, cui proponitur natiuitas Chriſti, dicendo, Qui natus eſt. Luc. 2. Euangelizo vobis gaudium magnum: quia natus eſt. &c. Item docetur iraſcibilis, reuereri regem, cum dicitur, Rex Iudæorum .1.
G Pe. 2. Deum timete, regem honorificate &c. Dicamus ergo exemplo regum. Vbi eſt qui natus rex Iudæorum? Ecce reges homines ſeculares, regni negocia intermittunt, & Deum quærunt: quem tamen multi literati, & aliquando religioſi, negligunt. Hieremiæ 2. Sacerdotes, non dixerunt vbi eſt Dominus, & tenentes legem, neſcierunt me. Vnde Grego. Plærumq; actione ſecularium, confunditur vita continentium, dum illi extra habitum aſſumunt opera: & iſti iuxta ordinem proprium, non excitant corda. Verecundia igitur eſt, quòd ſecularis, poſſit clauſtralem reprehendere. Iſa. 23. Erubeſce Sidon, ait mare. Sidon clauſtralis: Mare ſecularis. Cogit tamen homines multipliciter neceſſitas, vt quærant Deum. Eſt enim homo impotens, in agendo digna, inſipiens in noſcendo mirabilia, miſer in patiendo diuerſa pericula, indigens in habendo cibaria neceſſaria, vel nutrimenta. Aduertere huc o homo, require Deum, & dic hoc, vbi eſt inquit potens adiutor, contra primum. Hoc dicitur exemplo Heliſei, qui cum non poſſet aquas diuidere, percutiens pallio, dicit. Vbi eſt Deus Heliæ? & iterum percuſſit, & diuiſæ ſunt aquæ. 4. Reg. 2. Io. 15. Sine me nihil poteſtis facere. Item vbi eſt ſapiens doctor? contra ſecundum. Sic quæſiuit Andreas Ieſum. Dixit Andreas ad Ieſum. Rabi quod dicitur magiſter. Vbi habitas? Iob 28. Sapientia vbi inuenitur, & quis eſt locus intelligentiæ? Item vbi eſt miſericors liberator? contra tertium hic queſiuit Dauid. Vbi ſunt miſericordiæ tuæ antiquæ domine, ſicut iuraſti Dauid, in v.t. Illud pluraliter quærit, vbi miſericordiæ tuæ, quoniam

multas

multas ſuſtinet homo miſerias. Itē vbi eſt liberalis paſtor? contra quartum. Cantic. 1. Indica mihi, quem diligit anima mea, vbi paſcas, vbi cubes in meridie &c. De his H
omnibus, Baruch 3. Diſce vbi ſit prudentia, vbi ſit virtus, vbi ſit intellectus, vt ſcias ſimul vbi longiturnitas vitæ & victus, vbi ſit lumen oculorum & pax. Adapta. Diſce vbi ſit prudentia, contra inſipientiam, vt poſſis opera digna virtutis oſtendere. Vbi ſit intellectus, vt poſſis imitabilia in ſapientia intelligere. Vbi ſit longiturnitas vitæ & victus, vt poſſis pati pericula, & miſeriam euadere. Vbi lumen oculorum & pax, vt poſſis cœleſtia contemplari & acquirere. Nunc igitur o homo, quære diligenter vbi ſit, quoniam non vbique inuenitur. Iob. 23. Si ad orientem iero, non apparet: ſi ad occidentem, non intelligam eum: ſi ad ſiniſtram quid agam? non apprehendam eum. Si me vertam ad dexteram: non videbo illum &c. Io. 7. Quæretis me, & non inuenietis, & vbi ſum ego, vos non poteritis venire. Orat ergo Auguſt. In libro de videndo Deo. Domine Deus, ecce cor, quomodo eſt vt te requirat, vbi & quando te inueniat. Nota ergo quomodo Dominus, ſe- I
cundum diuerſos ſtatus, diuerſa habet vbi. Vnde nota quatuor vbi: vbi natus, vbi paſſus, vbi reſurgens, vbi aſcendens. Vbi natus fuit: in ſtabulo. Matt. 2. Stellam quam viderant magi. &c. vſq; dum ſtaret ſupra vbi puer erat. Vbi paſſus? in patibulo: de quo Pſal. Inuenimus eum in campis ſyluæ. quia vt dicitur ad Hebræ. 13. Ieſus vt ſanctificaret per ſuum ſanguinem proprium, extra portam paſſus eſt. Inuenimus eum in campis. & ſequitur. Adorabimus in loco, vbi ſteterunt pedes eius .ſ. in cruce. Pſal. Adorate ſcabellum pedum eius, quoniam ſanctum eſt. Vbi ipſe paſſus fuit? in patibulo. Sed vbi poſitus fuit? in ſepulchro: de quo Matt. vlt. Videte locum vbi poſitus erat Dominus. Item vbi reſurgens? In domo. Ioan. 20. Cum ſero factum eſſet die illa, vna ſabbatorum, & fores eſſent clauſæ, vbi erant diſcipuli congregati &c. Vbi aſcendens? in cœlo. Io. 6. Si videritis filium hominis, aſcendentem vbi prius erat. Nunc ergo vide, & quære diligenter, vbi natus eſt, vt a-

K mes paupertatem, ibi enim in diuerſorio. Dominus pauper fuit, omnino pauper in omnibus, vt patet in Euang. Vnde Hiero. O homo, quid ſolicitus es de regali ædificio, ecce ſaluator tuus, non habet locum in diuerſorio: quid ſolicitaris de clientum collegio, ecce rex tuus, dormit cum boue & aſino. Item vbi paſſus, vt ſtudeas ad quietem: in ſepulchro, vbi Dominus requieuit & quietem mētis docuit. Iſtud vbi, non inuenitur de facili. Vnde legitur Gen. 8: de columba, quæ non inueniebat vbi requieſceret pes eius. & ſequitur. Et rediit ad archam. Sic debet anima, non inueniens requiem mentis foris, redire ad conſcientiā interius. Aug. Quærite quod quæritis: ſed quæritis requiē, vbi non eſt requies .ſ. in temporalibus. Item vide vt refugias ad eum, & cuſtodias vnitatem. hanc enim rex Chriſtus

L habuit. Vnde & Thomas cum ab alijs diuiſus eſſet, Dominum tunc non vidit. Vnde Dominus in Euang. Matth. 18. Vbi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo, ibi ſum in medio eorum. De hoc Aug. Antiquus hoſtis continentiam in nobis non timet, quia neque premitur carne, neq; etiam laſciuia diſſoluitur: abſtinentiam non timet, quia neque cibo vtitur: concordiæ autem noſtræ nimis inſidiatur, quia quod ipſe amiſit in cœlo, facit, vt non ſeruemus in deſerto. Auguſt. de Trinitate. Sic familiaris eſt Domino charitas, quòd ipſe manſionem habere noluit, vbi charitas non fuerit. Iſido. ex Salluſtio. Concordia paruæ res

M creſcunt: diſcordia maximæ res dilabuntur. Item vide aſcendētis beatitudinem vt aſſequaris, Ioan. 12. Si quis mihi miniſtrat, me ſequatur: & vbi ego ſum, illic & miniſter meus erit. Nota, quando orauit pro ſe, orauit ſub conditione. Matth. 26 Pater ſi poſſibile eſt, tranſeat a me calix iſte: veruntamen non ſicut ego volo &c. Sed orans pro nobis, dicit abſolute: volo vt vbi ſum ego, & illi ſint mecum &c. hoc argumentum eſt magni amoris.

N Sequitur magna materia gaudendi. Qui natus eſt Io. 17. Nota quòd Natiuitas Chriſti, multiplex fuit, & eſt gaudium magnum. Eſt enim materia deſiderandi expectantibus, materia gaudendi cernentibus, materia loquendi, præ-

dican-

dicantibus, materia admirandi, cogitātibus. Fuit inquam materia deſiderandi, patribus expectantibus, vt patet in orōnibus eorum Alius enim dicit: Salutare tuum expectabo. alius orabat, Domine inclina cœlos tuos & deſcende. alius: Vtinam diſrumperes cœlos, & deſcenderes. Bernard. Confundor & conpungor in memetipſo, & vix contineo lachrymas, quia tædet me miſerabilium temporum. Cui enim noſtrum, tantum generat gaudium, huius gratiæ exhibitio, quantum antiquis patribus generabat deſiderium, ſola repromiſſio? Item materia gaudendi, cernentibus, quia vt dicit Io. Chry. Expectatio boni, concupiſcentiam parit: præſentia vero, lætitiam. Luc. 2. Euangelizo vobis gaudium magnum. Et hic. Videntes ſtellā Magi &c. vſque puerum. Item materia admirandi, cogitantibus. Multa enim miranda occurrunt. Vnde de hoc Ber. in Homil. Miſſus eſt. libro 3. Quàm longitudo breuis, latitudo anguſta, altitudo plana, verbum infans factus, ſitiens, panis eſuriens &c. Luc. 2. Omnes qui audierunt, mirati ſunt de ijs, quæ dicta ſunt a paſtoribus. Iſa. 9. Paruulus natus eſt nobis &c. Et vocabitur nomen eius admirabilis. Vnde erāt Ioſeph & Maria admirantes ſuper ijs, quæ dicebātur de illo. &c. Luc. 2. Item materia loquendi prædicantibus. Pſal. Dicet homo, & homo natus eſt in ea. Aug. Multa diximus de eius natiuitate: ſed de ea quæ de matre eius. Prima enim natiuitas Chriſti. ſ. ex patre, non fuit materia loquendi: ſed potius tacendi. Iſa. 53. Generationem eius qs enarrabit? Chriſtus in hac. i. terrena natiuitate, verbum caro factum eſt: de ipſa, carnea lingua loqui poteſt & prædicare. Vnde audita hac natiuitate, ſtatim paſtores loquebantur ad inuicem: Tranſeamus &c. Lucæ 2. O P

Sequitur cauſa reuerendi, Rex Iudæorum. Si aduertamus quantus ſit iſte rex, reuerebimur eum. Pſal. Quoniam excelſus Dominus &c. Nota quod quattuor hodie ſunt oſtenſa, magnitudinem huius regis declarantia: excellentia dignitatis, mirificentia poteſtatis: præeminentia nobilitatis: affluentia liberalitatis. Excellentia dignitatis hodie patuit, cum a regibus quæſitus, adoratus fuit. Qui enim Q

reges adorant, & muneribus reuererentur, ipſum in dignitate excellentem proteſtantur. Pſal. Ego primogenitum ponam illum, excelſum præ regibus terræ. Pſal. Adorabũt eum omnes reges terræ. &c. Apoc.19. Habebat in veſtimẽto, & in fœmore ſuo ſcriptum: Rex regum, & Dominus
R dominantium. Quid mirum ſi reges præcellit, qui non ſolum corporibus corruptibilibus hominum, ſed etiam perpetuis corporibus dominatur ſtellarum: qui non ſolum rationalibus, ſed etiam irrationalibus imperare poteſt. Baruch.3. Stellæ vocatæ ſunt, & dixerunt: Aſſumus. Vnde ſtella quam viderant Magi in oriente, antecedebat eos. &c. Item mirificentia maieſtatis hodie claruit, quia hodie Dominus, aquam in vinum conuertit, oſtendens ſe habere eandem poteſtatem, quam cum aquam in ſanguinẽ conuerterat in Aegypto. Exod. 7. Et aquam amaram, in dulcedinem, in deſerto. vt dicitur Exod.15. Heſt. 13. Domine in ditione tua, cuncta ſunt poſita &c. Item præeminentia nobilitatis patuit, cum hodie in Iordane baptizato Domino, vox patris intonuit. Hic eſt filius meus dilectus, quaſi diceret, non vt putatur filius fabri, ſed filius meus di-
S lectus. Eccle.10. Beata terra (.i. eccleſia) cuius rex eſt nobilis. Item affluentia liberalitatis, quia hodie ſecundum Bedam, Dominus de quinq; panibus, quinq; millia hoĩum ſatiauit. vt ipſi congrue dici poſſit. Aperis tu manũ tuã &c. Pſal. Dominus regit me, & nihil mihi deerit.

In Epiphania Domini. Ser. III.

APertis theſauris ſuis &c. Matth.2. Reges iſti domino offerentes, perfectos ſignificant: qui ſeipſos regere
T nouerunt. Perfectus eſt autem homo tripliciter. videlicet, profeſſione, conuerſatione, contemplatione. Tales igitur perfecti per tres reges hic ſignificantur. de quibus etiam accipi poteſt quod dicitur Eccle. 49. Præter Dauid, & Ezechiam, & Ioſiam, omnes reges commiſerunt peccatum. Dauid perfectam contemplationem ſignificat: Interpreta-

pretatur enim vultu deſiderabilis. Ezechias, perfectam con uerſationem per diuinum auxilium ſignificat. Interpretatur auxilium Domini. Ioſias perfectam profeſſionem, ſeipſam ſacrificantem in religione ſignificat. Interpretatur enim in quo eſt ſacrificium. Primus ergo perfectus, de V theſauro religionis, debet offerre tria. Aurum continentiæ, immo continentiam, quæ precioſior eſt auro. Eccl 26. Omnis ponderatio, non eſt digna continentis animæ. De hoc auro, Dan. 10. Ecce vir veſtitus lineis, & renes eius accincti auro obrizo. Veſtis linea, conuerſatio eſt munda. Renes auro accinguntur, dum carnis luxuria, per continentiam coarctatur. Luc. 12. Sint lumbi veſtri præcincti. &c. Sed quia non ſufficit continentia in corpore, niſi ſit in corde, ſiue in pectore, Ideo bene Apoſtolus Io. Apo. 1. vidit præcinctum ad mamillas zona aurea. Sed heu aurum præcioſiſſimum, ſæpe mutatur in ſtercus viliſſimum. Iob 41. Sternet ſibi aurum, quaſi lutum. Eccle. 9. Omnis mulier quæ eſt fornicaria, quaſi ſtercus abominabilis in via, ab omnibus prætereuntibus conculcabitur. Item thus obedientiæ. Vnde Nu. 7. dicitur Obtulit Abidam mortariolum plenum incenſo. Abidan interpretatur patris mei iudicium. Non ergo habeas ſcrupuloſam pœnitentiam de præcepto, nec dicas eſſe contra animam tuam. Patris enim prælati eſt iudicare, non tuum. Hiero. Præpoſitum monaſterij timeas vt dominum: diligas vt parentem, credas tibi ſalutare, quicquid ille præceperit: neque de maiorũ ſententia iudices, cuius officium eſt obedire. Mortariolum eſt, cor obediens, in quo propria voluntas contunditur. In mortariolo ergo thus offer tur, dum ex corde obeditur, & propria voluntas frangitur. Mortariolum autem aureum offertur, dum obedientia ex charitate impletur. Gre. Obedientia non ſeruili metu, ſed charitatis affectu ſeruanda eſt. non timore pœnæ, ſed amore iuſtitiæ. Item myrrham paupertatis. Cantic. 4. Vadam ad montem myrrhæ. Mons altus eſt, ſic & paupertas. 2. Corinth. 8. Altiſſima eorum paupertas &c. Hanc myrrham, Nicodemus portat ad ſepulturam Domini. Ioan. 19. Secundus rex, & perfectus, de theſauro X

a. De iſto proferre debemus tria: Aurum dilectionis,
eſt aurum, de quo Exod. 37. Veſtiuitq; eam .ſ. arcam
o puriſſimo, intus & foris. Arca eſt cor vel anima, quæ
s in affectu, foris in effectu, auro charitatis veſtitur
l. Aſtitit regina a dextris &c. Purum eſt aurum, ſi in o-
atione: purius, ſi in locutione: puriſſimum, ſi in inten-
ne non ſit falſificata dilectio 1. Ioan. 3. Filioli non diliga
ıs verbo neque lingua, ſed opere & veritate Item deuo-
nis. Vnde in laude iuſti dicitur Eccle. 50. Quaſi ignis ef-
lgens, & quaſi thus ardens in igne. Thus in igne, eſt de-
tio in feruore. Ignis effulgens, eſt exemplum lucens.
att. 5. Luceat lux veſtra. Item myrrham contritionis.
yrrha enim amara eſt, ſic & cor pœnitens contra pecca-
ım. Vnde ſancta anima non ſolum ſicut fumus thuris per
euotionem, ſed etiam ſicut fumus myrrhæ, per contritio-
em aſcendit per deſertum mundi, vel regionis Cantic. 3.
Quæ eſt iſta quæ aſcendit &c. vſque myrrhæ & thuris: myr
hæ per contritionem, thuris: per deuotionem. Sed heu B
quidam ſunt, qui ſimul domino myrrham offerrunt & cru-
cifigunt: qui timore gehennæ, etiam quandoque vſque ad
lachrymam conpunguntur, ſed tamen Deum offendere nõ
deſiſtunt. Mar. 15. & Mat. 27. Dederunt ei myrrhatũ vinũ bi-
bere. Vinum myrrhatum ſunt lachrymæ attritorum. Gre.
Qui fletibus ſuis, vitæ munditiam ſubtrahit, ante Dei o-
culos, ſordidas etiam lachrymas ipſas facit. De ſecundo C
etiam dicitur ſecundum aliam tranſlationem. Prouer. 21.
Theſaurus deſiderabilis requieſcet in ore ſapientis. De iſto
offerre debemus tria. Aurum laudationis. Iob. 27. Ab a-
quilone aurum veniet, & a Deo formidoloſa laudatio. In
aquilone temptatio diaboli ſignificatur, qui quandoq; fla-
tu Spiritus Sancti fugatur. Can 4. Surge aquilo, & veni au
ſter &c. Ab aquilone ergo, aurum laudis diuinæ, quia
Deum laudare multum debemus, quòd in tentationibus &
periculis non perimus. Item thus orationis. Pſal. Diriga-
tur oratio mea. Sed quia thus orationis, per Angelos of-
fertur Chriſto, ideo dicitur de Angelo Apoca. 8. quòd ſtetit
ante altare, habens thuribulum aureum, in manu ſua, &

data illi ſunt incenſa multa, vt daret de orationibus ſanctorum omnium; ſuper altare aureum .i. ſuper Chriſtum
D Ioan. Chry. Sicut thymiamata bene confecta, delectant hominem odorantem, ſic oratio iuſti, ſuauis eſt ante Deum. Vis autem ſcire dignitatem eius: mox vt de ore eius proceſſerit, ſuſcipiunt eam Angeli in manibus ſuis, & offerrũt ante Deum. Caue ne Angelus tuus, inter Angelos alios, vacuo thuribulo appareat. Item myrrham confeſſionis. Vnde Iudith. 10. de ipſa Iudith dicitur. Vnxit ſe myrrho optimo. Iudith confitens interpretatur. Hæc Holofernem .i. diabolum confundit. Acriores enim dolores diabolo nõ infligimus, quàm cùm plagas peccatorum noſtrorum con-
E fitendo, & pœnitendo ſanamus. De tertio. Matth. 6. Teſaurizate vobis &c. De iſto offerre debemus tria, aurum miſericordiæ. Eccl. 29. Pone theſaurum tuum in præceptis altiſſimi, & proderit tibi magis quàm aurum. & additur. Conclude ergo eleemoſynam in ſinu pauperis. Præceptum altiſſimi in quo theſaurum temporalem ponere debemus, eſt illud, de quo Luc. 11. Date eleemoſynam &c. Hoc figuratum eſt 3. Regum 10. Vbi dicitur, quòd fecit Salomon ducenta ſcuta, de auro puriſſimo. Sexcentos auri ſiclos dedit, in laminas ſcuti vnius, & trecentas peltas ex auro probato. Per ſcuta aurea, miſericordiæ opera figurantur. Eccl. 29. Eleemoſyna viri, quaſi ſacculus cum ipſo, & gratiam hominis quaſi puellam conſeruabit &c. vſque ſuper ſcutum potentis, & ſuper lanceam, aduerſus inimicum
F tuum pugnabit. Ducenta erant ſcuta, pœnitentiæ perfectio debet eſſe in corde, ore, & in opere. Per ſexcentos ſiclos, ſex miſericordiæ opera ſignificantur de quibus. Matth. 25. Eſuriui &c. Item thus bonæ famæ. Cantic. 4. Odor veſtimentorum tuorum, odor thuris. Veſtimentum eſt bona conuerſatio, per cuius odorem .i. bonam famam, benedictionem a Deo conſequimur. Gene. 27. Statim vt ſenſit veſtimentorum ſuorum fragrantiam. Item myrrham abſtinentiæ, & mortificationis carnis. Cant. 5. Manus meæ ſtil-
G lauerunt myrrham. Martyres ſimul myrrham totam effuderunt. Nos vero myrrham ſtillamus, paulatim carnem mor-

mortificando. Per digitos, diſcretio quinque ſenſuum accipitur, quos ſimiliter caſtigare debemus: vt ſic myrrham in eis habeamus.

DOMINICA INFRA OCTAVAS Epiphaniæ.

SERMO PRIMVS.

POſt triduum inuenerunt eum in templo.
Luc. 2. Quoniam diuerſi ſunt ſtatus, & ge- H
nerationes quærentium dominum, quę-
rentium faciē Dei Iacob. Quærunt enim
incipientes, proficientes, perfecti. Hic
iſtud triduum diſtinguendum eſt. Eſt igi-
tur triduum incipientium, proficientium, perfectorum. De
primo. Mar. 14. & Ioan. 2. Soluite templum hoc manufactū,
& poſt triduum, aliud non manu factum ædificabo. Tem-
plum Dei eſt, anima virtutibus quàmmaxime ornata. Hoc
templum per peccatum deſtruitur, & manu fit templū dia-
boli. per manus enim, opera deſignantur. Sed hoc templū
a nobis manu factum, per triduum pœnitentiæ reædifica-
tur, & fit templum diuinæ gratiæ, quod bene dicitur non
manufactum, quia dicit Apoſt. ad Tit. 2. Non ex operibus
iuſtitiæ, quæ fecimus nos. &c. Tridui autem incipientium:
primus dies eſt contritionis, ſecundus confeſſionis, tertius
ſatisfactionis. Primus ergo dies cōtritionis. Leuit. 23. Dies I
expiationis erit celeberrimus, & vocabitur ſanctus. Dies
contritionis bene vocatur ſanctus & benedictus: ſanctificat
enim hominem. Contritio enim eſt flumen, tabernaculum
animæ ſanctificans & mundans. Pſalm. Fluminis impetus
læti. &c. Ibidem in Leui. ex textu colligitur: quòd dies iſte
dicitur dies expiationis: propitiationis, dies afflictionis, quę
conuenit contritioni. Contritio enim expellit peccatū de
anima. In peccato autem tria ſunt mala; macula, offenſa,
reatus.

reatus. Per peccatum enim anima ſordidatur: Deus irritatur: debitum æternæ mortis meretur. In contritione autē, contra maculam eſt expiatio: contra offenſam, propitiatio: contra reatum, afflictio. Iſido. Ille pœnitentiam digne agit, qui reatum ſuum ſatisfactione legitima plangit. Hæc eſt ergo dies, de qua dicitur. Eze. 33. Impietas impij, non nocebit ei: in quacunque die conuerſus fuerit ab impietate ſua. Exemplum de Magdalena, pedes domini lachrymis rigante. de Petro amare flente. & de latrone in cru-
K ce pœnitente. Secundus dies eſt confeſſionis. Pſalm. Tota die verecundia mea contra me eſt. Confeſſio enim dies verecundiæ eſt medicinaliſſima. debet in confeſſione eſſe verecundia ſumma, non occultando peccata, ſed deteſtando & plangendo. Vnde Auguſti. Qui per vos peccatis, per vos erubeſcatis Erubeſcentia enim (vt ait quidam) magnā partem habet remiſſionis. Debet autem confeſſio eſſe integra, nuda, propria. Integra, & hoc notatur ibi, tota. non enim tota die confeſſionis, ſed in parte diei, verecundiam habet, qui non totaliter, ſed particulariter confitetur. Item nuda, & hoc notatur ibi, verecunda. Palliata enim confeſſio, minus verecunda eſt. Item propria. & hoc notatur, cōtra me: & non dicitur contra alium. quod dicitur contra multos, qui aliorum verecundias in confeſſione recitant, & peccata ſua alijs imponunt: ſicut Adam Euæ, & Eua ſerpenti. Hæc eſt ergo dies, ſaluans confitentem. Hieremię 33 In diebus illis ſaluabitur Iuda. qui confitens interpretatur. Vere ſaluabitur. Vnde Ambroſius. Confeſſio a morte liberat, cōfeſſio aperit paradiſum, confeſſio ſpem ſalutis tribuit: quoniam non meretur iuſtificari, qui in vita ſua non vult
L confiteri. Tertius eſt dies ſatisfactionis. Matthæi 20. Portauimus pondus diei & æſtus. Et Gene. 40. dicitur, quòd in die tertio, ſuſpenſus eſt magiſter piſtorum in cruce. Per
M crucem, mortificatio carnis accipitur. Galatas 5. Qui autem ſunt Chriſti, carnem ſuam crucifixerunt &c. Notantur autem tria in iſta hiſtoria: Magiſter piſtorum, in cruce ſuſpenditur. Magiſter pincernarum, in gradum priſtinum reſtituitur: videlicet, de carcere extrahitur. In quibus,

bus, tria circa ſatisfactionem ſignificantur. Qui enim vult ſatisfacere, debet vitam malam relinquere, & veterem hominem, cum actibus ſuis exuere, & ſic de carcere extrahi. Debet corpus ſuum mortificare: & ſicut magiſter piſtorū, in cruce ſuſpendi. Auguſtinus. Qui autem crucifixi paſſionem celebramus, reprimendarum carnalium voluptatum crucem nobis faciamus. Tunc quoque ſpiritus, per Chriſti reuertitur gratiam: & ſic magiſter pincernarum, qui ſpiritum ſignificat, in gratiam domini priſtinam reſtituitur.

Dominica infra oct. Epiphaniæ. Ser. II.

POſt triduum inuenerunt &c Hic dicendum eſt de triduo proficientium, ſiue religioſorum, poſt quod Ieſus etiam inuenitur. N
De hoc ergo triduo, dicitur Mat. 15. Miſereor turbæ, quia triduo iam perſeuerāt mecū. hoc eſt triduum regularis obſeruantiæ, per quod, in deſerto religionis, ſeptem panibus ſeptiformis gratiæ Spiritus Sancti reficiuntur. Primus ergo dies huius tridui, eſt paupertas voluntaria. Gen. 47. Dies peregrinationis vitæ meæ 130. O
annorum, parui & mali. Dies peregrinationis, eſt votum voluntariæ paupertatis. Paupertas enim, facit homines eſſe peregrinos. Significantur autem hic tres conditiones paupertatis viri Religioſi. Debet enim eſſe pauper libenter, perſeueranter, humiliter, libenter & voluntariæ: & ideo dicit peregrinationis, non dicit proſcriptionis, vel exilij, quę homo inuite patitur. tales enim nō ſponte dimittunt propria libera voluntate, ſed qui dimittit propria mera voluntate, vt pauper peregrinus Chriſtus eſt. Vnde poteſt dicere illud Pſalm. Quoniam aduena &c. Item perſeueranter, & hoc ſignificatur in numeroſitate annorum 130. contra quoſdam, qui in peregrinatione paupertatis, non veri ſunt peregrini, quia peregrinorum defectus habere nolūt. Bernardus. Sunt qui pauperes eſſe volunt, eo tamen pacto, vt nihil eis deſit: & ſunt diligentes paupertatem, vt nullam tamen inopiam patiantur. Item humiliter, ne extollantur.

lantur. Pauperem enim ſuperbum, odit ſapie 15. Eccleſ. 25. Et ideo hic dicit paruuli & mali. Ecce mira humilitas: poſtquam centenarius, tricenarius fuit, & dies ſuos paruos reputauit. iuxta illud Lucæ 17. Cum feceritis omnia quæ præcepta ſunt vobis: dicite, ſerui inutiles ſumus. &c. Nullus ergo Chriſti pauper, relictis his diuitijs vel diuitibus parentibus, ſuperbiat. Auguſtinus. Vtilius terrena opulen-

P tia, humiliter tenetur, quàm ſuperbe relinquatur. Secundus dies continentiæ. Pſalm. Obumbraſti ſuper caput meum, in die belli. Continentibus enim, maximum imminet bellum. Eſt autem triplex continentia: corporalis, mẽtalis, ſenſualis. In corporali obumbratur homo, ſed non ſuper caput, dum ab æſtu concupiſcentiæ continet corporaliter: ſed non mentaliter. In mentali obumbratur homo, & ſuper caput, qui non ſolum corpore, ſed mente & volun tate continet. Caput enim animæ, mens eſt. In ſenſu vero obumbratur homo, non ſolum ſuper caput, ſed etiam in die belli, qui non ſolum in actu, neque in affectu: ſed etiam in viſu & auditu, & alijs ſenſibus caſtus eſt. Maxime enim contra ſenſum, imminet bellum. Vnde pauci ſunt, qui ſenſus ſuos caſte cuſtodiant, & vincant. Hoc poteſt eſſe bellũ, de quo j. Machabe. 4. Non concupiſcatis ſpolia, quia bellũ contra nos eſt. Mirabile eſt, quòd Iudas qui totiens victor extitit, adhuc bellum contra ſe eſſe dicit: quia reuera quãtumcunque continentes ſumus, ſecuri eſſe non poſſumus, quandiu ſenſus noſtros non vicerimus. Thren. 3. Oculus meus deprædatus eſt animam meam. Certe non ſolum viſus, immo etiam auditus, animam deprædatur. Iſidorus. Vanus ſermo, cito polluit mentem: & facile agitur, quod

Q libenter auditur. Tertius dies eſt obedientiæ 1. Machab. 14. Siluit terra Iuda, in diebus Simonis, & quæſiuit bona gentis ſuæ, & placuit illis poteſtas eius. Hic oſtenditur lux obedientiæ. Simon enim, obediens interpretatur. Tres autem ſunt conditiones obedientiæ. Debet eſſe grata, pura, ſolicita. Grata, ſine murmure in auditione. & hoc notatur ibi, Siluit terra. Item pura, proprij vel carnalis commodi intentione. & hoc notatur ibi, Quæſiuit bona gentis ſuæ,

non

non ſibi, ſed alijs quæſiuit bonum.Sunt autem quidam,qui bene obediunt ſine murmuratione, ſed vbi commodum ſuum conſiderant, non aliorum. Item ſolicita vel deuota adimpletur.& hoc notatur ibi, Placuit illis poteſtas eius. Quidam enim ita negligenter & inordinate & confuſe & indeuote implent obedientiam,quòd nulli placet.Poteſtas eorum.i. obedientia per quam,verus obediens,ſuper ſeipſum poteſtatem habet.Prou.21.Vir obediens,loquetur victoriam.Vincit enim verus obediens,omnia propria mem bra exterius:vt voluntatem interius.Bern.Verus obediens, mandatum non procraſtinat, ſed præparat aures auditui, linguam voci,manus operi,pedes itineri:& ſe totum intra ſe colligit,vt mandatum peragat imperantis. Verus ergo obediens,debet eſſe ſilens a murmuratione,purus intentione,placés executione,ſilens ore,purus corde,placés opere.

Dominica infra oct.Epiphaniæ. Ser.II.

POſt triduum inuenerunt &c. Nunc dicendum eſt de tertio triduo,quod eſt perfectorum. De hoc dicitur, R Iudith.12.quòd ipſa exiuit ad deprecandum,ad adorandum dominum ſuum, per triduum. Exibat noctibus in vallem Bethuliæ, & baptizabat ſe in fonte. Iudith animā contemplatiuam,Deum glorificantem ſignificat.Interpretatur enim glorificans,quod perfectionis eſt: in nocte huius ſæculi,ad orationé exiens, baptizatur in fonte lachrymarum.Gregorius. Quia poſt baptiſmum,inquinamus vitam, baptizemus lachrymis, conſcientiam. Primus ergo dies huius tridui,eſt dies quietationis, quo anima quietatur,& placatur ab incurſu eorum,quæ turbare poſſunt ſalutem mentis. Quietatur autem per diligentem cuſtodiā. Hiere.17.Cuſtodite animas veſtras, & nolite pondera portare, in die ſabbati, nec inferatis per portas Hieruſalem. Dies enim ſabbati,eſt dies quietis internæ, qui tantum eſt bonarum conſcientiarum. Auguſtinus. Omnis malus,ſabbatum habere non poteſt. Nunquam enim illi quieſcit cō-

ſcientia.

ſcientia. Cui autem bona eſt, tranquillus eſt: & tranquilli-
S taſ, ſabbatum eſt cordis. Tres autem conditiones ſunt hu
ius quietis. Debet enim anima contemplatiua quietari a
praua cogitatione. Et hoc notatur ibi: Cuſtodite animas
veſtras. Item a curarum oppreſſione. vnde ait: Nolite por-
tare pondera. Iſidorus Semper in interna quiete eris, ſi te
a ſtrepitu terrenarum actionum ſubtraxeris. Item a phan-
taſtica imaginatione. hoc notatur ibi: Ne inferatis per por
tas, Portæ enim ſunt ſenſus noſtri, per quos, imagines cor-
porales ſe ingerunt. Prauis cogitationibus non inquinari,
mundæ innocentiæ eſt. Rerum cupiditatibus nō teneri, hu-
manæ virtutis eſt. Corporum imaginibus non inuolui, an-
gelicæ puritatis eſt. ſed non niſi diuini muneris eſt, etiam
vtrumque tranſcendere. Debet ergo ſancta anima, quieſce-
re a cogitatione carnali, a ſolicitudine temporali, ab ima-
T gine corporali. Secundus eſt dies contemplationis, quæ
lucida eſt. Dicitur ideo Prou. 4. Iuſtorum ſemita, quaſi lux
ſplendens procedit, & creſcit vſque ad perfectum diem.
Triplex lumen hic tangitur Lux, ſplendor, perfectus dies.
Per tres partes contemplationis: videlicet, cogitationem,
meditationem, contemplationem. Quando enim anima
verſatur circa plura & vagatur, neque eſt fixa in vno, tunc
eſt cogitatio, Item quando fixa eſt in vno, & vni tantum in-
tendit, tunc eſt meditatio. Item quando vni tantum inten-
dit, & hoc ſupra ſe, tunc eſt contemplatio Auguſtinus. Vbi
te inuenit veritas Deus, niſi in te, ſupra me? Deus ergo lux
eſt in cogitatione: ſplendor in meditatione: perfectus dies,
V in contemplatione. Tertius dies eſt perfectæ dilectionis:
de quo Cant. 3. Egredimini filiæ ſion, & videte regem Salo
monem in diademate, quo coronauit illum mater ſua, in
die deſponſationis illius, & in die lætitiæ cordis illius. Fi-
liæ ſion. i. animę cōtemplatiuæ: egredimini per quietatio-
nem: & videte per contemplationem, regem Salomonem,
cui debetis dilectionem. Tria autem ſunt, quæ ad dilectio-
nem accendunt, ſi bene recogitantur: ſcilicet, ſponſi humi-
liatio, quod ſignificatur cum dicitur in diademate, quo co
ronauit illum mater ſua. Bernar. Diademate carneo, coro-
nauit

nauit eum mater ſua Maria: diademate ſpineo,mater ſynagoga quæ potius dicitur nouerca.Humilitas ergo incarnationis,& paſſionis, animam accendunt. Item beneficiorum multiplicatio, maxime ſpiritualium, ſicut eſt fides, dilectio,iuſtitia,quibus deſponſatur Chriſtus: & hoc ſignificatur in die deſponſationis illius. Item gloriæ æternæ præparatio:& hoc ſignificatur in die lætitiæ cordis eius. Corde enim lætatur Chriſtus, de præparata prædeſtinationis gloria. Auguſtinus. Gaudium iam ipſe perfectum de nobis habebat, quando nos præſciendo, & prædeſtinando gaudebat.Lætetur ergo cor quærentium dominum,ex quo cor domini lætatur de gloria quærentium. Accenditur ergo mirabiliter ſancta anima, quando recolligit illata ſponſo ſuo ſupplicia: quando recogitat ſibi collata beneficia: quando rememoratur de præparata ſibi æterna lætitia.Dies ergo deſpóſationis,eſt virtus dilectionis. veraciter enim deſponſata eſt anima, quæ veraciter diligit. X

Dominica infra oct.Epiphaniæ. Ser.IIII.

PAter tuus & ego dolentes quęrebamus te.Lu.2.Quęrendus eſt Chriſtus per fidem, per amorem,per iuſtitiam,per bonam operationem. Vide autem in præſenti Euangelio, quando, vbi, & quibus,ad quid quæritur Chriſtus. Quærendo enim, quatuor conſideranda ſunt: videlicet temporis opportunitas,loci congruitas, quærentis humilitas,quæſiti vtilitas. De primo. Iſ.55.Quærite dominum, dum inueniri poteſt. & quaſi oſtendens quomodo quærẽdus ſit,adiungit. Derelinquat impius viam ſuam &c. Bene autem dicit. Dum inueniri poteſt. Si tu quæreres in hyeme calorem,vel in nocte ſolem,non inuenires: ſic quære ergo tempore cógruo,& inuenies. Tempus autem quærẽdi hic determinatur per triduum. Inuenitur autem poſt triduum contritionis,confeſſionis,& ſatisfactionis. De hoc triduo. Matt.15.Miſereor turbæ,quæ iam triduo &c.vbi 7. panibus.i.ſeptem donorum.ſp.homo reficitur. De ſecundo. A

Hiere. 29 Quæretis me, & inuenietis me, cum quæſieritis me in toto corde veſtro. Ecce locus vbi quærendus eſt dominus, quia in corde, & non in vno angulo cordis: ſicut illi qui in vna parte cordis diabolum, in alia dominum quærunt, ſed in toto corde quærendus eſt dominus. Pſal. In toto corde meo, exquiſiui te. Locus ergo quærendi, hic de-
B terminatur per templum, quod ſignificat cor fidele. Sed nota quòd in Hieruſalem .i. in templo & inter doctores quę ſitus inuenitur .i. in contemplatione, in oratione, in prædicatione. Hieruſalem viſio pacis interpretatur, quod conuenit animæ contemplatiuæ: quæ neſcit habere pacem, niſi Deum videat. Luc. 2. Nunc dimittis ſeruum &c. vſque quia vide. ocu. Templum locus orationis. Templum ergo Dei eſt cor noſtrum, in quo, orando quærere debems dominum. Quis enim crucem in hara porcorum: quis Sacerdotem in ſpelunca latronum quæreret, & non potius in templo? Qui autem ſunt latrones, qui de cordis ſpelunca exeunt, niſi de quibus dicitur. Matt. 15. De corde enim exeunt cogitationes malæ, homicidia &c. De his latronibus dicitur, Matt. 21. Scriptum eſt quia domus &c. vſque latronum.
C Inter doctores quoque Chriſtus quęrendus eſt, quia in doctrinis & ſcripturis inuenitur, non inter cognatos. Bern. Quomodo te bone Ieſu, inter cognatos meos inueniam, qui inter tuos minime es inuentus? quomodo inuenero in
D gaudio, cum mater tua dolens, vix te inuenerit? De tertio. Pſalmiſta. Quis aſcendet &c. vſque hæc eſt generatio quærentiū dominum. De tali generatione fuit Maria Magdalena, cui dominus ait. Ioan. 20. Mulier quid ploras? quē quæris? De tali quoque generatione fuit Ioſeph & Maria, de quibus hic dicitur, Pater tuus & ego dolen. &c. In Magdal. pœnitentes, In Maria innocentes. In Ioſeph regentes, ſeu prælati ſignificantur. Fuit enim nutricius & procurator domini, & matris eius. Vel in Magdalena incipientes. In Ioſeph proficientes. interpretatur enim augmentum. In Maria perfecti. Vel in Magdalena conuerſi. In Ioſeph actiui. In Maria contemplatiui. Ioſeph nutricius domini, bene ſignificat actiuos: qui ſicut dominum in membris ſuis

nutriunt;

nutriunt: ita in membris eum quærunt, in membris eum inueniunt. Vnde Mat.25. Eſuriui &c. Ecce qualis debeat eſſe generatio quærentium Dominum, non carnalis, ſed ſpiritualis. Ber. Non curant carnales quærere, quem tamen deſiderant inuenire: cupientes conſequi, ſed non inſequi.

De 4.2. Parali.15. Dominus vobiſcum, quia fuiſtis cum eo. ſi quæſieritis eum, inuenietis. Si autem dereliqueritis eum, derelinquet vos. Ecce vtilitas quærendi dominum ad hoc enim quærere debemus, vt inuentus nobiſcum ſit per gratiam, & non derelinquamus, ſed ne nos derelinquat. for titer teneamus. Greg. Prius non inuentus quæritur, vt poſt inuentus, ſtrictius teneatur. hoc etiam in præſenti Euangelio ſignificatur, vbi dicitur, Deſcendit cum illis, & venit Nazareth, & erat ſubditus illis. Spiritualiter deſcēdit Chriſtus, in iuſtificatione peccatorum. Matt 8. Cum deſcendiſſet Ieſus de monte &c. in quo deſcenſu, leproſum. i. peccatorem ſanat. Item venit Nazareth, in multiplicatione virtutum. interpretatur enim flos: Flores autem ſunt virtutes. Cant.2. Flores apparuerunt in terra noſtra. Item eſt ſubditus, in promptitudine faciendi voluntatem ſuorum. Pſal. Voluntatem timentium ſe faciet, quibus ita. promptus & obediens eſt, quaſi ſubditus eorum. Vnde ad præceptum Ioſue, ſol ſtetit. Ioſue 10. Obediente domino voci hominis. E

Dominica infra oct.Epiphaniæ. Ser.V.

PAter tuus, & ego dolentes quærebamus te. Luc.2. Si eſſet nobis dolor, de Chriſti abſentia: tunc quæreremus eum, cum diligentia, ſicut & Magdalena. Io.20. Mulier quid ploras? quem quæris? Dolendo ergo & flendo, quærere debemus Chriſtum, ſicut quæreret fontem vel aquam, cuius domus arderet: panem, quem fames vrgeret: dilectum qui amore lāgueret: vitam, qui ſuſpendi deberet. Sic nos Chriſtum dolentes quæramus, tanquam fontē extinguentem ardorem vitiorum: tanquam panem confor- F

tantem in via mandatorum: tanquam dilectum amplexantem in oblectatione meritorum: tanquam vitam conſeruātem a morte damnatorum. De primo, Amos 5. Quærite G dominū, dū tempus habetis, ne forte comburatur vt ignis, domus Ioſeph.i.cor, vel conſcientia cuiuslibet fidelis. In hac domo, cum auro dilectionis, thure orationis, myrrha contritionis, quærendus eſt dominus. Sed heu hæc domus ab incendiario diabolo quando ue igne vitiorum incenditur. Miche.6. Adhuc ignis in domo impij &c. Horribilis incendiarius eſt diabolus, per flatum temtationis. Iob 41. Halitus eius, prunas ardere facit: & flāma de ore eius egreditur. Qui hunc ignem extinguere vult, quærat fontem miſericordiæ Chriſtum: de quo. Pſal. Sitiuit anima &c. Aug. Deſideremus Chriſtum vitæ fontem, vbi ſobria ebrietate mundemur, & irrigemur. Qui modo ad extinguendū ignē culpæ, non vult iſtum fontem quærere; in inferno vnam guttam non poterit exhaurire. Exemplum de diuite damnato, Luc.16. De 2. Thren.1. Omnis populus gemens, & H quærens panem. Panis eſt Chriſtus. Io.6. Ego ſum panis vitæ &c. Iſte in via mandatorum multum confortat: in cuius fortitudine ambulauit Helias quatuor diebus & quatuor noctibus. ſicut dicitur 3. Reg. 19. Sicut autem mendici, & famelici, in ciuitate, per plateas ac vicos, de domo ad domū quærunt panem: Ita & nos ciuitatem cœleſtem: nunc per plateam Apoſtolorum: nunc per plateas martyrum: nunc virginum: nunc confeſſorum: nunc per domos ſingulorum: nunc Mariæ nunc Petri nunc Franciſci. Item per vicos ordinum Angelorum, nunc ad domum Michaelis, nunc Gabrielis, circuire, meditando quærere, & meditando mendicare, & orare debemus. Cant.3. Circuibo ciuitatem &c. ad palatium regis quæritis panem ab ipſo domino. Io.6. Domine ſemper da nobis panem hunc. Aug. Famelici Dei eſſe debemus: quando ante ianuam conſpectus illius, in orationibus mendicamus. Sicut etiam mendici pro honore ſanctæ Mariæ, vel alterius ſancti, quærunt panem, ita & nos.

I De 3. Cant.3. In lectulo meo &c. Lectus eſt conſcientia, in qua libenter quieſcit dominus, ſi lectus mundus eſt. Pſal.

Lauabo

Lauabo per ſingulas noctes &c. Dilectus iſte Ieſus, ab anima diligenter quæritur, propter oſculum reconciliationis. Can. 1. Oſculetur me &cæ. Sed quomodo te oſculabitur, ſi os porcinum, vel ſerpentinum habes? quod lingua tua bene oſtendit. Pſal. Acuerunt linguas ſuas &c. Itē quęritur propter amplexum confirmationis, qui brachijs virtutis ſuæ conſtringens, animam, non ſinit a ſe ſeparari Cā. 2. Dextera illius amplexabitur me &c. Sed quomodo amplexabitur, ſi porcus es, per luxuriam, lupus per auaritiam, leo per ſuperbiam? Item quæritur propter aſpectum contemplationis. Pſal. Quæſiui vultum tuum &c. De his tribus dicitur, Pſal. Lætetur cor quærentium dominum: propter oſculum lætificationis, quo lætificantur pœnitentes. Quærite dominum & confirmamini: propter amplexū confirmationis, quo conſtringuntur proficientes. Quærite faciem eius ſemper: propter amplexum contemplationis quo ſatiantur peruenientes. Facies autem iſta, non ſine cauſa oſculatur. Ber. Occultat ſe dominus, vt ardentius quæratur: quæſitus cum gaudio inueniatur: inuentus cum ſolicitudine teneatur: tentus non dimittatur, donec in amoris cubiculum manſurus introducatur. De quarto, 2. Paralip. 15. Si quis non quæſierit dominum Deum Iſrael, moriatur a minimo vſque ad maximum, a viro vſque ad mulierem. Maximus & minimus, ſecundū poteſtatem, vel ſanctitatem, vel ſapientiam accipi poſſunt. Etenim potētes vel impotentes, boni vel mali, literati vel illiterati, niſi quærant dominum, æternaliter morientur. Sicut ergo incarceratus, occidendus eras, vitam quæras: quæras Ieſum Chriſtum Pſal. Quærite dominum & m.a.u. Quęras certè vt vincula peccatorum rumpere: vt per feneſtram peccatorum pœnitentiæ arctiſſimam exire poſſis, ſicut exploratores. Ioſue 2. Et Dauid per feneſtram euaſit. 1. Reg. 19. Certe arcta feneſtra eſt vſurario, & raptori, & cuilibet iniuſto, in iuſtorum bonorum reſtitutionem odienti: qui tamen per illam debet euadere. Quid nobis?

DOMINICA I. POST OCTAV. Epiphaniæ.

SERMO PRIMVS.

M NVptiæ factæ ſunt &c Ioan.2. Sunt nuptiæ officioſæ, pernicioſæ, gratioſæ, glorioſæ. Primæ ſunt viri & mulieris contrahentis: ſecundæ diaboli & animæ peccantis: tertiæ Chriſti & Eccleſiæ militantis: quartæ Chriſti & Eccleſiæ triumphantis. De primis, Tobiæ 9. Cum timore domini, nuptias exercebant. Expone eandem hiſtoriam, quomodo 7. viros Sarræ, dęmonium occidit: & quomodo tribus noctibus, orationi vacabant. Has nuptias honorauit dominus quadrupliciter, videlicet inſtitutione. Inſtitutæ enim ſunt, non a vili perſona, immo non ab homine, non ab Angelo: ſed a Deo Inſtitutæ enim ſunt non in vili loco, non in ſtabulo, non in angulis, ſicut modo fiunt clandeſtina matrimonia: ſed in paradiſo inſtitutæ ſunt, in ſtatu non culpæ ſed innocentiæ: non poſt lapſum hominis, ſed ante lapſum. Sed heu, modo, poſt lapſus multos, & fornicationes multas, multi contrahunt. Item aſſociatione, quia Ieſus, & mater, & diſcipuli, in nuptijs erant, non hiſtriones, non chorizantes, ſicut modo. Item operatione, quia in nuptijs, aquam in vinum conuertit. Sed heu modo magicæ artes diabolicæ, in nuptijs exercentur. Item ſignificatione. Eph.5 Sacramentum hoc magnum eſt &c. Quia ergo matrimonium, de ſeptem Sacramentis eſt: ſacra vita tenenda eſt. Auguſtinus. Bonæ ſunt nuptiæ, in quibuſdam vero meliores ſunt: coniugati quanto caſtiores ac fideliores Deum timent, maxime ſi filios quos carnaliter deſiderãt, ſpiritualiter nutriãt.

N De ſecundis. 1. Macha. 9. Conuerſæ ſunt nuptiæ in luctũ, & vox miſerorum in lachrymas. Nota hiſtoriam quomodo Iambri filij, cum tympanis & muſicis inſtrumentis, addu-

xerunt

xerunt ſponſam, filiam vnius de magnis principibus Chanaam, ſuper quos irruit Ionathas, & interfecit eos. Iamber Luciferum ſignificat, Intrepretatur enim dies amaricans. Lucifer autem ante lapſum, dies fuit, poſt lapſum, amaricans totum mundum. Sapi. 2. Inuidia diaboli &c. huius filij ſunt, alij dæmones, non natura, ſed imitatione. Pſalmiſta. Erue me de manu &c. Chanaam, mundum ſignificat. interpretatur enim commutatus. Mutatio autem mundi, eſt primo per aquam diluuij. In fine, per ignem iudicij. Medio autem tempore, per aquam baptiſmi, & ignem Spiritus ſancti. hęc mutatio dextræ excelſi. Principes Chanaam, dęmones ſunt. Ephe. 6 Non eſt nobis colluctatio &c. Anima ergo peccatrix, & filia & ſponſa diaboli eſt, quæ nunc a diabolo cum mundanis gaudijs adducitur. Sed Ionatha. i. Chriſto, in morte vel in iudicio ſuperueniente, mala ſocietas damnatione percutitur. Iob 31. Tenent tympanum &c. vſq; ad infernum deſcendent. In his nuptijs non aqua in vinum, ſed vinum tēporalis laſciuiæ, in aquam æterni fletus conuertitur. Vnde bene dicitur ſupra, quòd conuerſæ ſunt nuptiæ in luctum. Ber. Eia lætare, lætare iuuenis, in adoleſcentia tua, vt deferente te pariter cum ætate temporali lætitia, ſuccedant quæ te abſorbeant æterna ſupplicia. De tertijs. Matt. 22. Simile factum eſt regnum cœlorum homini regi, qui &c. i. Ieſu Chriſto: cuius eſt ſponſa Eccleſia, vita æterna, & fidelis anima. Ioan. 3. Qui habet ſponſam, ſponſus eſt. Sicut autem conuiuium in nuptijs inſtruitur, veſtes & dona largiuntur: ſic & Chriſtus fecit, ſicut ſignificatum eſt Heſter. 2. vbi dicitur, quòd iuſſit Aſuerus conuiuium præparari permagnificum, pro coniunctione & nuptijs Heſter: ac dona largitus eſt. Aſuerus Chriſtum: Heſter Eccleſiam ſignificat, quam pro Vaſti. i. ſynagoga ſumpſit. Conuiuium permagnificum eſt, in quo corpus ſuum ad comedendum, & ſanguinem ad bibendum dat. Largitus etiam eſt dona in cruce, vbi ſponſam duxit. Dedit enim corpus tortori, ſpiritum patri, Matrem Ioanni, Paradiſum latroni ſed poſtmodum dedit dona. ſſ. Pſal. Dedit dona hominibus. Veſtes etiam dedit, & nudus in cruce permanſit. In his nuptijs, O

 aqua

aqua in vinum conuertitur, cum lachrymas doloris, conſolatio Spiritusſancti ſequitur. Pſal. Vinum lætificat cor hominis Io.Chryſo.Dominus ipſe eſt qui conſolatur flentes, dolentes curat, pœnitentes informat. De quartis nuptijs. Matt.25.Quæ paratæ erant intra cum eo.&c. Omnem iucunditatem & delectationem, quam viſus & auditus & guſtus,& omnes ſenſus omnium hominum habuerunt, vel habent, vel habebunt, in omnibus nuptijs mundi, quæ fuerũt, & ſunt, & erunt, incomparabiliter excedit gaudium nuptiale in cœlo. Apoc.19. Gaudeamus & exultemus, & demus gloriam ei, quia venerunt nuptiæ agni. Item in his nuptijs, aqua in vinum vertitur, dum miſeria, iocunditate, in æternas lætitias commutatur. Hiero. Miſeriæ quidem delitijs, & delitiæ miſerijs commutantur.]In noſtro arbitrio eſt, vel diuitem ſequi, vel Lazarum.

Dominica I. poſt oct. Epiphaniæ. Ser. II.

DEficiente vino &c.Ioa.2. Secundum quadruplices nuptias prędictas, quadruplex eſt vinum, quod ibi bibitur. Eſt enim vinum naturale, mortale, ſpirituale,& æternale. Primum deficiens, ſecundum inficiens, tertium ſitiens, quartum reficiens. De primo Ioel.1. Expergiſcimini ebrij,& flete,& vlulate omnes qui bibitis vinum in dulcedine &c. De pœnis autem vinolentorum dicitur, Prou.23. Cui vęh? cuius patri vęh? cui rixæ? cui foueæ? cui ſine cauſa vulnera? cui ſuffoſſio oculorum? Nonne ijs qui commorantur in vino,& ſtudent calicibus epotandis? Hæc omnia de temporalibus ſpiritualibus & æternalibus malis ebrioſorum exponi poſſunt: ſic. Cuius patri? terrenali ipſum allicienti. vel ſecundum glo. patri mortali, cuius exemplo ebrioſus factus eſt, vel patri gehennali, cuius ſuggeſtione hoc facit. Item cui rixę? cum hominibus corporales: cum Angelis & ſanctis ſpirituales: cum damnatis & dęmonibus ęternales. Item cui foueæ? quia cadunt quãdoque in puteum, foueæ vtique corporales, ſecundum gloſam,

ſam,foueæ vitiorum ſpirituales,vel foueç.i.foſſurç gehennales. Item cui ſine cauſa vulnera? corporalia,vel peccatorum ſpiritualia, vel pœnarum æternalia. Item cui ſuffoſſio oculorum.i.caligo,vel cçcitas corporalis, vel ſpiritualis,vel æternal.glo.Vini immoderatus hauſtus,& exterioris & interioris viſus ingerit cæcitatem. De ſecundo. R
Deut 32.Fel draconum,vinum eorum,hoc vinum eſt voluptas & gaudium,quod eſt contra Deum: Venenoſum enim eſt vinum,non quidem ſenſualiter,ſed ſpiritualiter:vel vinum temporaliter,ſed fel çternaliter.Gre.Momentaneum eſt quod delectat, çternale erit quod cruciat.Idem vinum fellitum accepit Ieſus felle mixtum,ſicut dicitur.Matt.26. Vinum autem gaudij mundani,quaſi in ſomno bibitur. Iſa. 26.Sicut ſomniat ſitiens,& bibit:poſtquam fuerit expergefactus,laſſus adhuc ſitit.Vnde contingit amatoribus mundi, ſicut cuidã dormienti in turri:cui in ſomnijs apparuit mulier ornata,exhibens ſcyphum aureum cum vino,at ille ſurgens in ſomno, ſitiens, ſequebatur potum, donec de turri cecidit, & eſt confractus. Mulierem iſtam dico vanitatem huius mundi quæ cum poculo voluptatis tranſitoriæ,illud nobis propinat. Apo.17. Mulier erat circundata purpura &c habens poculum aureum in manu ſua &c. In purpura ſignificatur excellentia,in auro opulentia, in poculo concupiſcentia.hoc poculum eſt carni mellitum, ſed ſpiritui venenatum. Grego. Qui veneni poculum porrigit, ora poculi,mellis dulcedine tangit. hæc ſequitur ſtultus, donec de turre falſæ ſecuritatis cadat in præcipitium damnationis. 1.Theſſ.5.Cum dixerint pax & ſecuritas,tunc repentinus ſuperueniet interitus. De 3.Prou.19. Bibite vi- S
num quod miſcui vobis. Hoc eſt vinum conſolationis, & gratiæ Spiritus ſancti. Act 2. Muſto pleni ſunt iſti. Mixtũ enim eſt pœnitentibus,aqua contritionis. Pſal.Potaſti nos vino compũctionis.Sed prius hæc aqua mittitur in hydriã, quàm vinum.Item proficientibus mixtum lacte deuotionis. Cant.5.Bibi vinum,cum lacte meo. Item perfectis mixtum eſt puluere,& ſpeciebus virtutum.Cant.7.Dabo tibi poculum ex vino condito. Quis vnquam clauſo ore, vidit ali-

quem bibentem illud ? ſi ergo vinum Spiritusſancti vis bi-
bere, debes os aperire in oratione. Ber. Orando bibit vinũ
Spiritus Sancti, lætificans cor hominis. Vinum quod ine-
briat ſpiritum, & carnalium voluptatum infundit obliuio-
nem. Hoc vinum nuptiale eſt. ideo non datur non habenti
bus veſtem nuptialem nouę conuerſationis : qui adhuc ve-
teri malæ vitæ ſacco induuntur Matt.9. Neque mittunt vi
T num nouum in vtres veteres. De 4. Heſter 1. Vinum vt
magnificentia regia dignum erat, abundans & præcipuum
ponebatur. & dicitur ibi quòd poculis aureis bibebant. Va-
ſa ſunt ſancti, aurea claritate. de quibus iocunditatis æter-
nę, vina bibemus cum gratiarum actione. Eccl.32. Gemmu-
la carbunculi in ornamento auri, & comparatio muſicorũ
in conuiuio vini. Carbunculus in auro, eſt deitas in huma-
nitate, vel anima cuiuſlibet ſancti, in corpore glorificato.
Muſica in vino, laus eſt, & gratiarum actio in gaudio æter-
no. Tunc poterimus dicere. Seruaſti vinum bonum vſque
ad huc. Aqua enim lachrymarum pœnitentię, vel batiſma-
lis innocentiæ, in ſex hydrijs ſex ætatum humanæ vitæ,
fiet nobis vinum gloriæ. Quid mirum ſi aqua lachryma-
rum, contritionum, fiet nobis vinum in præmio, cum iam
ſit Angelis vinum in cœlo ? Bernardus. Lachryma pœniten
tum, vinum eſt Angelorum. Quot autem ætatibus vixeris,
ſine gratia baptiſmali, tot hydrias vacuas habes, & ſine a-
qua, vnde neque vinum ibi recipies.

Dominica I. poſt oct. Epiphaniæ. Ser. III.

VT autem guſtauit architriclinus aquam, vinum fa-
ctum &c. Io.2. Mirabilis eſt iſta conuerſio aqua in
vinum. Conſiderandæ autem ſunt hæ quatuor con
V uerſiones mirabiles, ad ſeinuicem ordinatas. Conuerſa e-
nim ſunt homo in lapidem, lapis in aquam, aque in vinum,
vinum in ſanguinem De. 1. Gen. 19. de vxore Loth. De. 2.
Pſal. Qui conuertit petram in ſtagna. De 3. hic. De 4. Mat.
26. hic eſt ſanguis meus. Iſta ſpiritualiter coridie fiunt.

Homo

Homo in lapidem vertitur, dum in peccatis induratur, vel enormi peccato grauatur. Lapis enim durus eſt & grauis. Vtinam Deus duros lapides hodie mollificet. Eze. 36. Auferam cor lapideum de carne veſtra: Sicut autem lapis miſſus in mare: ita peccator profundum inferni petit in morte. Exod. 15. Deſcenderunt in profundum quaſi lapis. O quanto impetu mergitur in infernum anima peccatrix. Apoc. 18. Suſtulit vnus Angelus lapidem, quaſi molarē magnum, & miſit in mare dicens: hoc impetu mittetur Babylon i. congregatio impiorum, vel anima peccatrix, confuſa coram Deo & Angelis: Babylon enim confuſio interpretatur. Periculum autem ſubmerſionis cauetur, ſi lapis in aquam vertitur. Lapis autem in aquam vertitur, dum cor induratum, in aquam lachrymarum, per contritionē reſoluitur. Pſal. Exitus aquarum &c. Sed nota hiſtoriam, qualiter aqua de petra eijciebatur, bina percuſſione virgæ. Numer. 20. Dominus enim cor lapideum, bis percutit. primo corporaliter, ſecondo ſpiritualiter. primo exterius, infirmitate, vel damno rerum, vel morte charorum. ſecundo interius, timore gehennæ. Cuius enim cor non percuteretur ſi cogitaret pœnas inferni, non ſolum intolerabiles acerbitate, ſed interminabiles æternitate? Mat. 25. Diſcedite a me maledicti &c. O quàm ſanatiuæ ſunt iſtæ percuſſiones. Deu 23. Percutiam & ego ſanabo. Ecce bis percuſſa eſt ab homine petra duriſſima, & egreſſa eſt aqua largiſſima. Heu domine Deus quàm durum eſt cor, non ab homine, ſed a Deo, non tantum bis, ſed centies percuſſum eſt, & non emiſit vnam guttam, vnam ſ. compunctionis lachrymarum. Aug. Satis durus eſt, cuius mentis dolorem, oculi carnis nequeunt declarare. Sed ſciat ſe culpabiliter durū, qui flet damna temporis, vel amici mortem, & dolorem peccati, non oſtendit lachrymis. Aqua in vinum vertitur, dum contritio in dilectionem, lachrymæ timoris, in lachrymas amoris mutantur. Seruiuiſti quandoque Deo timore, ſeruis nunc amore: ſeruiuiſti in mœrore, ſeruis nunc in iocunditate. Ecce aqua in vinum muſtum verſum eſt. Pſalmus. Vinum læti. c. h. Bene autem charitas

(margin: X at "confuſa coram Deo"; Y at "Aqua in vinum verti-")

ritas ſignificatur per vinum: quia vini modo, mentes ineã briat amantium. Bernard. Quicunque guſtu charitatis, ſemel perfecte inebriatus fuerit, ad omnem laborem hilareſcit, dolet, & non ſentit, laborat & non laſſeſſit. deridetur & non aduertit. hoc eſt vinum quod in tribus propaginibus creſcens, in calicem exprimitur. Gen. 4. Videbam coram me vitem, in qua erant propagines &c. Vitis Chriſtus. Io. 15. Ego vitis vera. Tres propagines, tres ſunt ſubſtantiæ in Chriſto, corpus, anima, Deitas. Collige ergo beneficia quæ in ſuo corpore Chriſtus nobis exhibuit. ſ. in incarnatione, in paſſione, & in communione: & miræ dilectionis vinum exprimere potes. Item collige beneficia quę in anima exhibuit, qui pro nobis hoſpitium ſanctiſſimum corpus reliquit in mundo, animas eduxit de inferno, pro nobis interpellat in cœlo. Ro. 8. Qui eſt ad dexteram Dei, qui interpellat pro nobis. Et hoc vinum feruentis amoris exprimere poteſt. Item collige beneficia diuinitatis, videlicet corporalia, ſpiritualia, æternalia: & vinum dulciſſimæ dilectionis, quaſi de tertia propagine, exprimere potes, in calicem corporis. Bernar. Vide quomodo, immo quã ſumme a nobis Deus amari meruit: qui prior ipſe dilexit
Z nos, tantus & talis, gratis, tantillos & tales. Vinum autem in ſanguinem Chriſti vertitur, dum dilectio Dei, verã animæ vitam in Chriſto operatur. Vita enim corporalis, in ſanguine Chriſti eſt: ſic vita ſpiritualis & æternalis, in ſanguine Ieſu Chriſti, Io. 6. Qui bibit meum ſan. in me m. Quid mirum ſi vita noſtra in ſanguine eſt Chriſti, cum ſimus mẽbra Chriſti. Ephe. 5. Membra ſumus eius, de carne eius &c. Sed ecce quando vnum membrorum abſcinditur, ſanguis effunditur. Sanguinem ergo Chriſti miſerabiliter effundit, qui de corpore Chriſti myſtico, ſe vel alium, per mortale peccatum abſcindit. Bernardus. Non tibi videtur Dominus, grauiorem ab eo ſuſtinere perſecutionem, qui auertit ab eo animas, quas proprio ſanguine redemit, quàm ab illo, qui ſanguinem ſuum fudit.

DOMINICA SECVNDA poſt octa. Epiphaniæ.

SERMO PRIMVS.

DOmine ſi vis potes me mnndare. Matt. 13. Leproſus iſte, peccatorem ſignificat, qui coram Deo & Angelis & omnibus ſanctis, fœtidior & abominabilior eſt omni leproſo; & ideo tanquam leproſus de conſortio ſanctorum eijcietur in die nouiſſimo, Nu-
ine. 5. Præcipe filijs Iſrael vt eijciant de caſtris, omnem leproſum &c. Filij Iſrael Angeli ſunt: qui.ſicut dicitur, Mat. 13. ſeparabunt malos de medio iuſtorum. Quicunque A
hanc eiectionem euadere vult, nunc petat mundari a lepra peccatorũ. Mundatur autem homo quadrupliciter: videlicet regeneratione baptiſmi, contritione pœnitentiali, oratione virtuali, tribulatione temporali. De 1. Eze. 26. Effundam ſuper vos aquam mundam, O gratia ſaluatoris. puella quædam leproſa, pauper erat, quæ curari non poterat, niſi balnearetur in ſanguine regali: quam rex quidã tantum dilexit, quòd ſanguinem ſuum, vſque ad mortem effudit, vt illa mundaretur. Rex iſte Chriſtus eſt, qui eccleſiam immo animam tuam leproſam dilexit, & balneum baptiſmi, tibi de ſanguine ſuo fecit. Per ſanguinem Chriſti baptiſmus habet virtutem animas mundandi. Ephe. 5. Chriſtus dilexit eccleſiam, & ſemetipſum tradidit pro ea, vt illam ſanctificaret, mundans lauacro aquæ, & verbo vitæ. B

De ſecundo Pſal. Amplius laua me &c. Attendenda autem hic eſt confeſſio, vt munderis. 1. Io. 1. Si confiteamur peccata noſtra, fidelis & iuſtus eſt, vt remittat nobis peccata noſtra, & emundet nos ab omni iniquitate. Iniquitas autem eſt lepra animæ, a qua pœnitentia mundat. Auguſt. Pœnitentia languores ſanat, leproſos curat, mortuos ſuſcitat, ſanitatem auget, eamque conſeruat. O gratia pœnitentiæ

nitentiæ, quæ ſerpentem mundat ſicut anguillam, lupum ſicut ouem. Vnde de immundis animalibus in linteo oſtenſis, dictum eſt Petro. Act.11. Quæ Deus mundauit, tu ne communia dixeris. In linteo quod de lino, multo labore paratur, pœnitentia ſignificatur digna: quæ multis afflictionibus & laboribus agitur. & ſicut animalia mundata in linteo recipiuntur in cœlum, ita animæ per pœnitentiam mundatæ, aſſumuntur ad regnum. De tertia Leui.12. Orabit pro eo ſacerdos, & ſic mundabitur:, hoc dicitur de muliere purificanda, quæ etiam offerre debeat agnum, aut columbam, ſiue turturem. In agno ſignificatur innocentia: in columba pœnitentia. columba enim habet gemitum pro cantu. Auguſtinus ſic dicit. Geme vt columba, & tunde pectus, & tundendo eſto correctus. In tuturre ſignificatur continentia. Auis enim eſt ſolitaria, & dum comparem amittit, alium non quærit. Ecce cum talibus obliuionibus, oratio virtuoſa ſit ad mundandum. De quarto. Mala. 3. Sedebit conflans, & emundans argentum, & pu.le.&c. non ſolum in purgatorio, ſed etiam in mundo mundantur animę per pœnas & tribulationes Tob. 3. In tempore tribulationis, peccata dimittis &c Gre. Flagella bonorum, aut vitia perpetrata, aut quæ poterant perpetrari futura tentāt.

Secundum iſtas quatuor emundationes, legimus quatuor modis lepram mundatam. videlicet per fluuium, per ſinum, per interuentum, per tactum. Mundatur enim anima per fluuium regenerationis, ſicut ſignificatum eſt 4. Reg. 4. in Naamam leproſo: qui ſepties lotus in Iordane mundatur. Genus humanum ſepties lauatur, quia ſpiritu ſeptiformis gratiæ, vel quia a ſeptem vitijs, in baptiſmo mundatur. Item per ſinum pœnitentiæ & reconciliationis. Vnde de manu Moſi leproſa Exodi. 4. Retrahe ait manum tuam in ſinum tuum, retraxit, & protulit iterum, & erat ſimilis carni reliquę. i. munda. Sinus eſt pœnitentia. Iob. 19. Quoniam viſurus &c. vſque repoſita hæc ſpes mea, in ſinu meo &c. Væh eis qui in ſinu pœnitentiæ non fiunt, vel de ſinu ceciderunt, quoniam in ſinum Abrahæ non venient. de quo Lu.16. Factum eſt autem vt mo. &c. Item per interuen-

tum orationis. Vnde Nu. 12. Maria ſoror Aaron murmurans contra Moſen, lepra percutitur, ſed orante Moſe pro ipſa, mundatur per tactum correctionis ſuę, ſiue caſtigationis. Vnde in præſenti Euangelio dicitur. Extendens manũ tetigit eum &c. Homo enim a Deo tangitur, dum ab eo corripitur. Vnde diabolus dicit de Iob. Iob. 2. Mitte manum tuam & tange os eius & carnem: & tunc videbis, quòd in faciem benedicat tibi.

Dominica II. poſt oct. Epihaniæ. Ser. II.

TAntum dic verbo, & ſanabitur puer. Matth. 8. Puer tuus eſt ſpiritus tuus, quem a langoribus peccatorum ſanari petis: dicens, Tantum dic verbo &c. Hiere. 17. Sana me domine & ſanabor. Sanat autem Dominus totaliter, velociter, faciliter, multipliciter. De primo Ioan. 8 Totum hominem ſanum fecit in ſabbato. Totalis huius ſaluationis in ſeptenario ſignificatur. Sabbatum enim ſeptima dies 4. Reg. 5. Lauare ſepties in Iordane, & recipiet ſanitatem caro tua. Septies .i. ab omnibus quæ ſeptem diebus commiſiſti. Omne enim peccatum tuum commiſiſti in aliquo ſeptem dierum. Septem enim diebus, omne tempus voluitur. Iordanis autem ſignificat baptiſmum, quia in eo baptizatus eſt Dominus, per pœnitentiam quod interpretatur riuus iudicij. Si enim homo iudicium diuinũ futurum attenderet, riuus contritionis & lachrymarum, in eo proflueret. Iſa. 11. Leuabit manum ſuam ſuper fluuium, in fortitudine ſpiritus ſui, & percutiet eum. In ſeptem riuis, flumen con ritionis, in ſeptem riuos lachrymarum diuiditur, dum pro ſeptem vitijs, lachrymæ funduntur: & ſic ſeptem riuis, & ſeptẽ lotionibus, & ſeptimo die .i. in ſabbato, totus homo ſanatur. Nõ eſt aũt totus hõ ſanatus, ſi adhuc hẽt oculos leproſos, per concupiſcentiã oculorũ, vel linguam per mendacia & detractiones: & manus per mala opera. Simul enim ſanat Dominus omnia. Pſal. Qui ſanat omnes infirmitates tuas. Aug. Nunquid Dominus aliquid

F

G

ſana-

ſanauit, quod omnino non liberauit? Totum enim hominē ſanauit in ſabbato: quia corpus ab infirmitate, & animam ab omni contagione, indicans pœnitentem oportere ſimul
H dolere ab omni crimine. De ſecundo. Iſa 58. Frange eſurienti panem tuum, & egenos vagoſque induc in domum tuam. Cum videris nudum, operi eum: & carnem tuam ne deſpexeris. Tunc erumpet quaſi mane lumen tuum, & ſanitas tua citius orietur. Ecce per opera miſericordiæ, citius obtinetur ſanitas animæ. Vere citius. Amb. Neſcit tarda molimina, Spiritus ſancti gratia. Myſtice autem eſuriens, & egenus, & vagus & nudus eſt Chriſtus. Eſuriens vtique eſt, qui ait Matth. 25. Eſuriui & dediſti mihi manducare. Item egeni fuerunt Apoſtoli, & ſanctus Franciſcus, & alij Sancti. Hebræ. 11. Egentes anguſtiati &c. quos in domum mentis noſtræ inducimus, dum eorum vitam intra nos conſideramus & imitamur. Super omnes autem iudicamus egenum & vagum illum qui conqueritur. Matt. 8. Vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos: filius autem hominis non habet, vbi caput ſuum reclinet. Item nudus fuit Chriſtus in Cruce, qui veſte charitatis operiendus eſt. Sed quomodo cum veſte operies, ſi veſtem non habes. Matt. 22. Non habens veſtem nuptialem. Si hoc feceris, erumpet tibi lumen gratiæ, & celeriter orietur ſanitas animæ. Hoc vtique dicitur Malac. 4 Orietur vobis timentibus nomen meum ſol iuſtitiæ, & ſanitas in pennis eius. In ſole lumen veritatis. In pennis celeritas ſanitatis inuenitur. Quid mirum ſi ſanat celeriter, qui ſanat tam libenter? Augu. Tardius videtur ei veniam dare, quàm peccatori accipere. Sic enim ſermat a tormento conſcientiæ reum abſoluere, quaſi ipſum plus cruciet compaſſio miſeri, quàm ipſum miſerum compaſſio ſui.
I De tertio dicitur hic. Tantum dic verbo, & ſanabitur. Non oportet te domine ad montem Peſſulanum mittere pro medicina. Sa. 16. Neque herba, neque malagma ſanauit eos, ſed tuus domine ſermo: qui ſanat omnia, Et ideo dic verbo &c. Pſal. Miſit verbum ſuum &c. Verbum ergo Dei, medicina eſt animæ: quam ſtulti infirmi abhorrent, hominum ſuſtinentes lin-

guam: qui potius cum Lazaro deberent ſuſtinere linguam canum .i doctorum. Pſal. Lingua canum tuorum &c. Ideo ſanari non poteſt. Prou. 29. Viro qui corripientem, dura ceruice contemnit, repentinus ei ſuperueniet interitus, & eum ſanitas non ſequetur. Sicut Deus faciliter ſanat per linguam canum i. doctorum: ita diabolus vulnerat per linguam ſerpentinam, ſiue peruerſorum. Pſalm. Acuerunt lingua &c. Hier. 11. Vt ſagitta lingua eorum. De quarto, Nota quòd multis medicinis vtitur dominus ad ſanandum. Sanat enim per contritionem. Pſal. Qui ſanat contritos &c. Item per confeſſionem. Pſal. Domine clamaui ad te &c. De confeſſione quoque & oratione intelligi poteſt, quod dicitur Iſa. 57. Creaui fructum labiorum pacem, pacem ei qui longe eſt, & qui prope, dixit Dominus, & ſanaui eum. Item per operationem. Matt. 12. Extende manum tuam .ſ. ad opus bonum, & extendit, & reſtituta eſt ſanitati. Item per caſtigationem. Iob. 16 Ipſe vulnerat & medetur. &c. Ecce quàm multiplicia ſunt ad ſanandum, Dei remedia, quia multiplicia ſunt animarum vulnera. Augu. Magni ſunt Domine languores noſtri, multi & magni: ſed amplior eſt medicina tua, K

Dominica II. poſt oƈt. Epiphaniæ. Sermo III.

FIlij autem regni, eijcientur in tenebras exteriores. Matth. 8. Eijcientur miſeri in iudicio, extra conſortium ſaluandorum, propter ſeptem vitia capitalia: quod ſignificatum eſt in ſeptem eiectionibus hominum, de quibus legimus. Eijcientur ergo damnandi propter ſuperbiam. Quod ſignificatum eſt in Nabuchodònoſor Danie. 4. L Hæc eſt interpretatio ſententiæ altiſſimi. Eijcient te ab hominibus, & cum beſtijs feriſque erit habitatio tua. Cum beſtijs .i dæmonibus. Pſal. Ne tradas bæſtijs animam meã. Hæc eiectio facta eſt propter ſuperbiam Nabuchodonoſor: ſicut & Luciferi. Vnde Eze. 28. Eieci te de monte Dei, & perdidi te o Cherub. De monte .i. de cœlo empyreo. de quo

Pſal.

Pſal. Quis aſcendet in montem Do.&c. Item p p inuidiã.
M Gen.4 Ecce eijcies me hodie a facie tua & a facie tua abſcondar. Bene dicit abſcondar: quia tolletur impius, ne videat gloriam Dei Caym autem adhuc hodie eſt, quicunque fratris ſui perſecutor eſt 1. Ioan.4. Omnis qui odit fratrem ſuum, homicida eſt &c. immo & incendiarius diaboli eſt. Io. Chryſoſt. O inuidia omni malitia cumulata, inui-
N dia ignis inextinguibilis. Item propter iracundiã Gen.21. Eijce ancillam & filium eius .ſ. Iſmaelem, qui bene iracundiam ſignificat. De ipſo enim dicitur Gene. 16. Hic erit ferus homo, manus eius contra omnes, & manus omniũ &c. Item perſequabat fratrem ſuum. Gal.4 Quomodo tunc qui ſecundum carnem natus eſt, qui perſequebatur &c. & ideo eiectus eſt de poſſeſſione hæreditatis ſuæ. Siciracundi, propter feritatem, & fraternam perſecutionem exercentes, eijciuntur de hæreditate æterna. Contra quod de manſuetis dicitur. Manſueti autem hæreditabunt terram. Pſalm. 36 Mat.5. Beati mites &c. Mites ergo cum gaudio, perſecutores ſuos tolerare debent. ſicut Iſaac, quem Iſmael perſequebatur, qui hæreditatem obtinere voluit. Vnde Iſaac interpretatur riſus vel gaudium Iaco. 1. Omne gaudium
O exiſtimate fratres &c. Item propter auaritiam. Matt.21. Eijciebat omnes vendentes & ementes de templo, & menſas nummulariorum &c. Difficile eſt inter ementis & vendentis conſortium, non interuenire peccatum. Fugite ergo venditiones & emptione iniquas: ſed non illam de qua dicitur Mat.9. Si vis eſſe perfectus, vade & vende omnia &c. & habebis theſaurum in cœlo &c. Vnde Petrus. Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te, quid ergo erit nobis? Cui ergo in iudicio ſedere, & centuplum accipere, & vitam æternam poſſidere promittitur. Centuplum enim eſt, Spiritusſancti conſolatio, vel gratia. Quicunque ergo hoc centuplum non recipit, argumentum eſt, quòd adhuc hæc
P omnia non reliquit. Item per acidiam. Matt.9. Cum eiecta eſſet turba &c. Turba hęc plangens mortuum, acidioſos ſignificat, qui lugubres & triſtes incedunt, qui demiſſo capite & manibus, vadunt, quaſi ſemper plangant mortuũ:

qui-

quibus omne bonum in tædium vertitur. Iſti ſunt, de quibus. Eze.8.Ecce ibi mulieres plangentes Adonidem. Item propter gulam Gen. 3. Eiecitque Adam & collocauit ante paradiſum cherubin,& flammeum gladium. Sed iſtum gladium cum in paſſione ſua dominus tollere vellet,præmonuit diſcipulos,dicens:Lu.21.Attendite vobis ne forte grauentur corpora veſtra in crapula & ebrietate &c.Iſido. Cui abſtinentia non eſt epularum,ardentis diuitis attendat ſupplicium: cuius tāta in inferno inter ignes erat inópia,quanta hic epularum fuerat copia. Item propter luxuriam. R Nu.5.Pręcipe filijs Iſrael,vt eijciant de caſtris omnem leproſum, & qui de ſemine ſunt, vt luxurioſi & incontinentes, qui eijcientur de caſtris ideſt de conſortio Angelorū: de quibus caſtris dicitur Gen. 23. Caſtra Dei ſunt. Quæ bene dicuntur caſtra, a caſtitate. Vnde Matth. 22. Neque nubent, neque nubentur, ſed ſunt ſicut Angeli Dei in cœlo. Vnde caſti viri ſunt quaſi Angeli Dei, non ſolum in cœlo, ſed etiam in mundo. Io. Chry. Caſtitas res eſt angelica.Per hanc enim ſolum ſingulariter homines Angelis ſimilātur, & vincitur natura virtutibus.Sic ergo eijcientur mali,de ſocietate bonorum. Tu ergo ſi eijci non vis, veni ad Chriſtū. Io.5.Eū qui venit ad me,nō eijciam foras.Superbus veniat per humilitatem. Iracundus per mititatem. Inuidus per charitatem.Per pietatē auarus.Luxurioſus per caſtitatem.

DOMINICA TERTIA poſt octa. Epiphaniæ.

SERMO PRIMVS.

ASCendente Ieſu in nauiculam &c. Matth.8. Nauicula eſt eccleſia, quæ tempeſtatibus & fluctibus tribulationum, frequenter quaſſatur. Conſiderandum, quòd quatuor genera hominum, nauibus vtuntur: videlicet, piſcatores, bellatores, A

negociatores, viatores. Sic eſt eccleſia nauis piſcatorum, in prædicatione: nauis bellatorum, in tentatione: negociatorum in operatione: viatorum in peregrinatione. Ideo Chriſtus merito aſcendit in nauiculam. De primo, Luc. 5. Sedens in nauicula, docebat turbas, & vt ceſſauit loqui, dixit ad Simonem: Duc in altum, & laxate retia veſtra in captionem. In hac nauicula, tot ſunt piſcatores, quot ſunt in eccleſia doctores. Piſces ſunt homines. Matt. 4. Faciam vos fieri piſcatores hominum. Mare autem in quo capiuntur piſces, eſt mundus. Pſal. Hoc mare mag. &c. Flumina in quibus capiuntur, ſunt concupiſcentiæ mundi. Pſal. Super flumina Baby. &c. Tria autem ſunt flumina 1. Ioan. 2. Omne quod eſt in mundo &c. De his fluminibus extrahi debent per pœnitentiam, qui in vaſa manſionum cœleſtium eligi vellent. Mat. 13 Elegerunt bonos in vaſis ſuis. O quantæ gratiæ eſt, quòd ait Dominus: Duc in altum .i. in profundum: vt etiam de profundo peccatorum homines eruantur. Pſal. Conuertam iu profundum maris, O ſi ego rudis piſcator, vnicum piſcem Domino meo Ieſu Chriſto capere
B poſſem. De ſecundo 1. Mach. 15. Feci naues bellicas: volo autem procedere per regionem, vt vlciſcar in eos, qui corruperunt regionem noſtram &c. Verba iſta poteſt Chriſtus dicere. Quot autem ſunt ſtatus bonorum in eccleſia militantium, tot ſunt naues bellicæ Chriſti. Status ergo coniugalis, vidualis, virginalis, naues ſunt. Item ordo Franciſci, Benedicti, Dominici, & alij: in quibus contra diabolum, mundum, & carnem, & vitia bellandum eſt. Iſa. 30. In citharis & tympanis & bellis præcipuis expugnabit eos. In ſono citharæ, ſuauis oratio. In percuſſione tympani, carnis maceratio. In bellis præcipuis, ſpiritualis colluctatio ſignificatur. Regio igitur mens eſt noſtra, vel eccleſia, vel fides: corrumpitur autem iniquitatibus. Pſal. Corrupti ſunt &c. Corruptor eſt diabolus 2. Corinth. 11. Timeo ne ſicut ſerpens Euam ſeduxit aſtutia ſua. ita corrumpantur ſenſus veſtri. Item mundus 2. Pet. 1. Fugientes eius quæ in mundo eſt concupiſcentiæ corruptionem. Item caro. Geneſis 6. Omnis quippe caro. Corinth. 6. In iſtos corruptores Chri-

ſtus vlciſcetur, dum per fideles Chriſti eijciuntur. Licet au tem bona ſit manus tua, bona vita, tamen non es ſecurus de victoria: ideo contra corruptores iſtos, perſeuerandum eſt in pugna. Auguſti. Ecce baptizati ſunt omnes, iuſtificati ſunt omnes a peccatis, reſtat tamen luctari cum carne & diabolo. De tertio. Prouer. 31. Facta eſt quaſi nauis inſti toris, de longe portans panem ſuum. Panis eſt corpus Chri ſti, quod de longe venit, quia de cœlo Ioannis 6. Ego ſum panis verus. &c. Inſtitor eſt Chriſtus. Inſtitor eſt quilibet iuſtus, cuius mentes ſunt virtutes, & bona opera. Ezec. 27. Iuda & terra, Iſrael, ipſi inſtitores tui, in frumento primo, balſamum mel & oleum, & reſinam propoſuerunt in nundinis tuis. Per tyrum cui præponuntur hæc, mundus ſignificatur: cui de naui eccleſiæ proponitur frumentum doctrinæ. Prouer. 11. Qui abſcondit frumenta, maledicetur in populis &c. Item balſamum bonæ famæ. Eccle. 24. Quaſi balſamum non mixtum, odor meus. Non mixtum dicit, contra hypocriſim. Hypocrita enim, miſcet malum & bonum. Item mel gratiæ. Eccle. 23. Spiritus meus ſuper mel dulcis. Item oleum miſericordiæ. Iſa. 10. Conputreſcet iugum a facie olei. Per opera enim miſericordiæ, iugum diaboli deſtruitur, & tanquàm putridum abijcitur. Item reſinam pœnitentiæ. Hiere. 51. Tollite reſinam ad curandum dolorem eius, ſi forte ſanetur. De quarto. Matt. 9. Aſcendens Ieſus in nauiculam, transfrettauit & venit in ciuitatẽ ſuam. Ciuitas iſta eſt cœleſtis, in quam transfretare debemus, vt de peregrinatione exeamus. Hebr. 13. Non habemus hic manentem Ciuitatem &c. Augu. Erit illius ciuitas & vna in omnibus, & ſeparabilis in ſingulis, voluntas libera, ab omni malo liberata: cum bono fruens indeficiente æternorum iucunditate gaudiorum. Quia ergo viatores ſumus, ideo congrua virtutum hoſpitia quæramus, in quibus laſſi quieſcamus. Viatores enim valde ſoliciti ſunt de bonis hoſpitijs. Bona hoſpitia ad quieſcendũ ſunt, charitas, miſericordia, patiẽtia, caſtitas, & cæteræ virtutes. Hæc hoſpitia tibi Deus nõ negat, ſi q̃ris, ſi petis, ſi pulſas. Iob 21. Fo ris nõ mãſit peregrinus, & hoſpitium meum viatori patuit.

C D

Dominica III. poſt octa. Epiphaniæ. Ser. I I.

ECce motus factus eſt magnus in mari, ita vt nauicula operiretur fluctibus. Matt. 8. Nauicula eſt eccleſia. Prou. 31. Facta eſt quaſi nau. &c. Mare eſt ſæculum. Pſal. Hoc mare ma. &c. Motus & fluctus ſunt tribulationes
E & pſecutiones. Ionę 2. Fluctus tui, ſup me trāſierūt. Inuenimus autē in ſcriptura, ſeptem vicibus periclitari naues iuxta quod accipere poſſumus ſeptē cauſas, propter quas nauicula eccleſiæ, tribulationibus quaſſatur. videlicet, ꝓpter temporalium auaritiam & opulentiam, propter malæ ſocietatis adhærentiam: propter ſubditorum inobedientiā: propter prælatorum negligentiam: propter ſpiritualē Chriſti abſentiam: propter curæ paſtoralis, ſeu ſubditorum, excreſcentiam: propter iniquam innocentum oppreſſionem & violentiam. De primo dicitur 3. Reg. vlt quòd Ioſaphat fecit naues, quæ nauigauerūt in Ophir, propter aurum quæ confractæ ſunt in Aſyongaber. Ioſaphat iudicem ſignificat. Interpretatur enim ipſe iudicans. Sap. 1. Diligite iuſtitiam. &c. Ophir mundum infirmum ſignificat. Interpre-
F tatur enim infirmans. Per aurum, amor temporalium ſignificatur .ſ. auaritia. Iſido. Auarus, dictus ab eo quòd ſit auidus auri. Nauis Ioſaphat, in Ophir, propter aurum vadit, quando iudex, temporalia in eccleſia quærit. Periculoſum eſt hoc autem. Legimus enim, quòd propter aurum idololatria committitur. Vnde 3. Reg. 16. dicitur. quòd Hieroboam fecit vitulos aureos, vt adoraret eos populus. Vitulus aureus adoratur, quando amor auri, amori Dei præponitur. Vnde auaritia ſeruitus idolorum dicitur. &c. Ephe. 5. Hoc autem ſcitote intelligentes &c. Item propter aurum, nauis frangitur, quando per amorem temporalium, eccleſia vel congregatio, per diſcordiam ſcinditur. Ioan. Chry. Nō amabit proximum, qui aurum amat. Item propter aurum, Achan lapidatur, Furatus enim fuit regulam auream, ſicut dicitur Ioſue 7. Per duritiam lapidum, duritia pœnarum

rum æternarum ſignificatur. Achan ergo propter aurum lapidatur, quando auarus, pœnarum cumulo æternarũ obbruitur. Bernar. Vtinã ſaperes miſer, & intelligeres, quòd cum theſauro pecuniæ, theſaurum iræ pariter cumulas. Sic ergo auaritia, auaro nociua eſt: ad dominum, propter idololatriam: ad proximum, propter diſcordiam: ad ſeipſum, propter pœnam æternalẽ. De ſecũdo dicitur 2. Mach. 12. G
quòd Ioppitæ rogauerunt Iudæos aſcendere ſecũ ſcaphas, ſiue naues, & ſic ſubmerſerunt eos. Ioppe mundum ſignificat, propter deceptiuam eius pulchritudinem. Interpretatur enim pulchritudo. In Ioppe ergo ſunt, mundi amatores. Iudæi, confitentes interpretantur, & ſignificant iuſtos, & religioſos dominum laudando, & ſeipſos accuſando confitẽtes. Qui ergo magis mũdi amatoribus, quàm Dei adhærent, cito in nauibus ſubmerguntur, & pereunt. Iſa. 1. Proiecisti populum tuum, domum Iacob, quia repleti ſunt vt olim, & augures habuerunt vt Philiſtijm, & pueris alienis adhæſerunt. Vnde bene ait Iſidorus. Melius eſt habere malorum odium, quàm conſortium. Vere periculoſa eſt malorum ſocietas vbique. Periculoſa eſt in cœlo. Vnde ſocij Luciferi, cum eo corruerunt. Apocalyp. 12. Cauda eius trahebat tertiam partem ſtellarum cœli. Item in mundo, ſicut hic dicitur, quia ſpiritualiter ſubmerguntur. Pſal. Cum peruerſo peruerſus. &c. Item in inferno. Iſa. 13. Vnuſquiſque ad proximum ſuum ſtupebit: facies combuſtæ, vultus eorum. Mala ergo ſocietas, in cœlo perdit gloriã: in mundo ad culpam. in inferno cumulat pœnam. Vt ergo hæc periculoſa euadas, bonos ſocios ſemper habeas. Bern. Bonos in conſilio. bonos in obſequio: & bonos habeas contubernales: qui vitæ & honeſtatis tuæ cuſtodes ſint, & teſtes. De tertio dicitur Ioſue. 1. Quia præcepit Dominus H
Ionæ prædicare in Niniue. Ionas a facie Domini fugit in nauim, quæ tantum periclitata eſt, quòd Ionas eiectus eſt. Vere periculoſa eſt inobedientia. Legimus enim inobedientia eiectum Adam de Paradiſo. Paradiſus eſt autem Spiritusſancti gratia, vel ſancta vita. Eccle. 40. Gratia quaſi paradiſus in benedictionibus. Item Ionam de naui, ſicut

hic dicitur. Item Saul de regno. ſicut legitur. 1. Reg. 15. Per regnum autem gloria æterna ſignificatur. Sapien. 5. Ideo accipient regnum decoris &c. Propter inobedientiam ergo, eijcitur homo de paradiſo gratiæ: de naui eccleſiæ: de regno gloriæ Dei. Ad idem regnum, non ſinit hominem peruenire. Prima eiectio eſt a fideliũ merito: ſecũda a fidelium numero: tertia a fidelium prẽmio. Aug. O quam deteſtabile eſt vitiũ, obedientiæ contrarium, per quam Angelus de cœlo, homo de paradiſo cecidit: Saul regnum amiſit: populus Iſrael, populum & gentem amiſit.

Eadem Dominica tertia. Sermo III.

ECce motus factus eſt in mari, ita vt nauis &c. Poſteà prædictas tres cauſas, quatuor adhuc cauſæ reſtant: p quas nauicula eccleſiæ, tribulationũ fluctibus premitur.
1 Quarum prima eſt, prælatorum negligentia. Vnde hic dicitur, quòd Ieſu dormiente in nauicula, motus magnus factus eſt. Ieſus in naui dormit, vbi iudex & rector torpent, & negligenter agunt. Vere periculoſus eſt ſomnus negligentiæ rectorum & principum. Legimus enim Gene. 9. quòd Noe dormiens denudatur: hoc autem ſpiritualiter fit, quando negligens & tepidus eſt quis, quando bona vita vel fama priuatur. Item quòd Tobias dormiens excæcatur, per calida ſtercora hirundinum: per quæ feruens cupiditas temporaliũ ſignificatur. Phil. 3. Omnia arbitror vt ſtercora. Sed heu, hodie plus diligitur illud ſtercus, quàm Chriſtus. Item Iſboſeth iugulatur dormiens, à duobus principibus latronũ. 2. Reg. 4. Latrones ſunt peccata, Matt. 21. Vos autem feciſtis illam ſpeluncam latronum, &c. Duo principes ſunt præſumptio, & deſperatio. Dormiens ergo, per negligentiam denudatur a bona conuerſatione, excæcatur a bona cognitione, iugulatur æterna damnatione. Et vere multa iugulatione dignus eſt, malus rector. Gre. 9. Prælati tot mortibus mori digni ſunt, quot in ſubditos ſuos perditionis exempla
K tranſmittunt. Secunda eſt ſpiritualis Chriſti abſentia,

Vnde

Vnde Mat. 14. dicitur, quòd Ieſus erat ſolus in monte, & nauicula in mari iactabatur fluctibus. Ibi autem Chriſtus abſens eſt, vbi Chriſti amor non eſt. Sicut econtrario Chriſtus eſt, vbi caſtitas eſt. Aug. Tanto Deum habebimus præſentiorem, quanto amorem quo in Deum tendimus, poterimus habere puriorem. Vere periculoſa eſt Chriſti abſentia. Legimus enim quòd Chriſto abſente, Lazarus moritur. Ioan. 11. Domine ſi fuiſſes hic, frater meus non fuiſſet mortuus. Mors Lazari, ſpiritualem mortem ſignificat. Itē Chriſto abſente, nauis agitatur: ſicut hic dicitur, perturbatur periclitatione. Pſal. Auertente tur. &c. Item Chriſto abſente, Thomas dubitat. Ioan. 20. Niſi videro &c. propter hoc bene dicit Dominus: Ego ſum via veritas & vita. Chriſtus eſt vita, & ideo ipſo abſente anima moritur. Ipſe eſt via, ideo ipſo abſente viator periclitatur. Ipſe eſt veritas, & ideo ipſo abſente dubitatur in fide. Tertia eſt curæ paſtoralis excreſcentia. Vnde Luc. 5. Impleuerunt ambas nauiculas, ita vt pene mergerentur. Per multitudinem piſcium, ſignificatur multitudo ſubditorum. Quando enim tantum excreſcit cura paſtoralis, per talem multitudinem, quòd periculoſum eſt. Notandum autem, quod triplex eſt multitudo, per quam homines incipiunt mergi. Prima eſt temporalium 1. Thim. 6. Qui volunt diuites fieri &c. incidunt in tentationem, & in laqueū diaboli, & deſideria multa inutilia & nociua, quæ mergunt homines in interitum & perditionem. Secunda tribulationum. Matth 14 Videns ventum validum .i. perſecutiones, timuit, & cum cœpiſſet mergi &c. Semper enim in tribulatione clamandum eſt ad Dominum. Tertia ſubditorum de qua hic dicitur, quòd concluſerunt multitudinem piſciū, & innuerunt ſocijs &c. Si pene merguntur, qui alios in adiutorium vocant, quid fiet de illis, qui adiuuantes repellunt? De alia naui .ſ. religionis, nullum admittunt: ſed certe in iudicio videbunt, quot per eos animæ perierunt. Bernar. Venient ante tribunal Chriſti, audietur peccatorum querela grauis, accuſatio dura, quorum maxime ſtipendijs neque diluere peccata, quibus facti ſunt duces cæci, mediatores fraudulenti. L

M Quarta eſt propter oppreſſionis innocentum violentiá. Vnde Act. 27. legitur, quòd nauis in qua captiuus ducebatur Paulus, valde periclitata eſt: ſed iam non ſolum Paulus, immo iam periclitati ſunt multi alij innocentes, violentias & iniurias ſuſtinentes: non ſolum a ſæcularibus iudicibus, ſed etiam ab eccleſiaſticis. Bernar. O Prælati, iugū veſtrum aggrauatis ſuper vos, quorum onera potius portare debetis. Vere periculoſa eſt huiuſmodi oppreſſio. Omnis enim creatura, inſanit contra violentum, ſpecialiter autem terra in paſſione innocentis Chriſti, terræ motus factus eſt: vt dicitur Matth. 27. Item aqua, vnde oppreſſores filiorum Iſrael ſicut dicitur Exod. 14. & 15. Submerſi ſunt quaſi plum. in aquis vehe. Et hic dicitur quòd Paulo violentiam patiente, mare concitatur. Item ignis. Vnde Danie. 3. dicitur, quòd viros illos, qui innocentes miſerunt in ignem, incendit flamma ignis. Poteſt autem in his, triplex violentorum pœna ſignificari, ſcilicet temporalis in aqua. Pſal. Inundauerunt aquæ &c. Iudicialis in terræ motu. Terra enim mouetur, dum in corde iudicium timetur. Pſal. Terra mota eſt &c. Aeternalis in igne. Iſa. 45. Ignis eius non extin. &c.

DOMINICA QVARTA poſt Epiphaniam.

SERMO PRIMVS.

A Simile factum eſt regnum cœlorum, homini, qui ſeminat bonum ſemen. Mat. 13. In præſenti Euang. declaratur nobis diuinum beneficium: diabolicum maleficiū: humanum exercitium: Angelicum officium. Primum oſtenditur non ſolum in ſeminando ſemen bonum, ſcilicet filios regni: ſed in tollendo ſemen malum, ideſt filios nequam, inter bonos. Vnde

noluit

holuit Deus euelli zizaniam, propter maximam bonitatē ſuam. Malos enim dominus in hoc mundo tolerat, propter quatuor cauſas: videlicet propter eorum correctionem. Luc.13. Domine dimitte illam & hoc anno &c. Et hic zizania non tolluntur, quia vt ait Gloſa, forſitan triticum futurum ſunt. O quot mali iam hic ſunt, qui ſi modo tollerētur damnarentur, qui forſitan cito boni erunt, & ſaluabuntur. Item propter bonorum exercitationem. Iudic.2. Non delebo gētes, quas dimiſit Ioſue, vt in ipſis experiar Iſrael. Greg. Abel eſſe renuit, quem Cayn malitia non exercet. Auguſtinus. Omnis malus, aut ideo viuit vt corrigatur: aut vt per eum bonus exerceatur. Item propter bonorum aſſociationem. Vnde Sodomitis peperciſſet dominus, propter paucos bonos eis aſſociatos. Gene 18. Non delebo propter decem. Item propter malorum punitionē, vt mali per malos affligantur. Ioſue 23. Si volueritis harum gentium erroribus adhærere, iam tunc ſcitote, quòd dominus Deus veſter, nōn eas deleat ante faciem veſtram, ſed vobis erunt in foueam, ac laqueum, & offendiculum. Secundum oſtenditur ibi, Cum dormirent homines, venit inimicus eius, & ſuperſeminauit zizaniam, in medio tritici. Inimicus Dei eſt diabolus. Sed attende quid, quando, vbi ſeminat. Quid certe niſi zizaniam: quod dominus exponens ait: Zizania hi ſunt filij nequam, hi ſunt adulteri, raptores, vſurarij, & alij peruerſi, ſemen diaboli. Iſa. Væh genti peccatrici, populo graui iniquitate, ſemini nequam, filijs ſceleratis. &c. Item quando? certe cum dormirent homines. i. prælati, vel alij homines, qui dormiunt per torporem & negligentiam & ocium. Vnde ei cuius agrum vrticæ & ſpinæ repleuerant, dicitur, Prouer.24. Vſquequo piger dormis &c. Et quid tibi poſſet facere diabolus, ſi non dormires? Item vbi? certe in medio tritici. Diabolus enim ſemper quærit malos intermiſcere bonis, vt ſcandalo ſint eis, vt ſuffocetur triticum. i. boni, ſicut hic oſtenditur. Vnde 3. Eſdræ 8. Mixtum erat ſemen ſanctum, alienigenis gentibus terræ. Vel vt triticum deſtruatur, creuerunt. Vnde Iud.15. dicitur, quòd p vulpes cremantur Philiſtinorum ſegetes. Vulpes ſignificāt

B

fraudulentos,& peruerſos homines. Vere ſegetes beati homines: qui licet in igne malitiæ peruerſorum tanguntur, tamen non læduntur. Ber. Bonum eſſe, inter malos, tantæ virtutis eſt, quantæ & difficultatis: quale enim eſt illud tangere picem,& non iniquinari: in igne ſine læſione verſari.

C Tertium oſtenditur ibi, Sinite vtraque creſcere &c. Hoc enim exercitium humanum, vt mali in malo, boni in bono creſcant. Apoc. 22. Qui in ſordibus eſt ſordeſcat adhuc: & qui iuſtus eſt, iuſtificetur adhuc. Vtraq; ergo creſcũt, luxurioſi, ſuperbi, caſti, humiles: & ſic de alijs iuſtis & iniuſtis. Vtraque in vna domo, in menſa, in via, in Eccleſia ſimul ſunt, vſque ad meſſem conſummationis: ſicut bonis ad gloriam, ſic malis ad pœnam proficit. Greg. Sicut grauioris eſt culpæ, inter bonos bonum non eſſe: ita immenſi eſt præconij, & inter malos bonum extitiſſe. Vtraque ergo ſinuntur ſimul eſſe tripliciter, videlicet ſicut ſemina bona & mala in agro: ſicut vaſa munda & immunda in domo 2. Tim. 2. In magna autem domo non ſolum ſunt vaſa aurea & argentea: ſed & lignea & fictilia: & quædam quidem in honorem, quædam autem in contumeliam &c. Boni enim ſunt pro vino gratiæ Dei. Mali autem, vaſa pro ſterquilinio diaboli. Item ſicut piſces boni & mali, in ſagena. Matt. 13. Simile eſt regnum cœlorum ſagenæ miſſæ in mare, & ex omni genere piſcium congreganti: quam cum impleta eſſet educentes, & ſecus littus ſedentes, elegerunt bonos &c. Boni piſces reficiunt: mali vero inficiunt.

D Quartum oſtenditur ibi, Colligite primum zizaniam &c. Angelicum officium oſtenditur in tribus: in colligendo, in alligando: in congregando. Colliguntur enim peruerſi, per ſeparationem a bonis: alligantur per coniunctionem in pœnis: congregantur autem boni, per vnionem in gaudijs. O quàm lætanter totam meſſem congregabunt, qui tam lætanter, vnum granum, vnam animam colligunt? Vnde de Lazaro Ioannes Chry. Suffecerat ad portandum pauperem, vnus Angelus: ſed propterea plures venerunt, vt chorum lætitiæ faciant.

Dominica IIII. poſt Epiphaniam. Ser. II.

TRiticum autem congregate in horreum meum. Mat. 13. Conſiderare debemus quadruplicem congregationem, videlicet, Credentium in mundo; Gementium in inferno, Fruentium in cœlo, Reſurgentium in iudicio. De 1.Iſ. 11. Leuabit dominus ſignum, & congregabit profugos Iſrael, & diſperſos Iuda colliget, a quatuor plagis terræ. Signum illud, vexillum eſt ſub quo dux noſter Ieſus Chriſtus, milites ſuos congregat, contra hoſtes malignos: qui nos armis vitiorũ impugnant, præcipue ſagittis igneis, malarum cogitationum. Eph 6. In omnibus, ſumentes ſcutum fidei &c. Profugi ſunt peccatores, dum auertuntur a Deo, dum fugiunt bonum, diſperſi dum conuertuntur a malis. Per tot autem loca ſunt diſperſi, per quot vitia ſunt diſtracti. Exo. 5. Diſperſus eſt populus, per omnem terrã ægypti, ad colligendas paleas. i. vanitates. Aug. Dulcedo fœlix & ſecura, colligere me a diſperſione, in qua fruſtatim diſcerptus ſum: ab vno enim diuiſus, in multa euanui. E

Quatuor plagæ, ſunt, quatuor ætates terrenorum. De plaga ergo orientali veniunt, qui in pueritia cõuertuntur. De auſtrali, ſeu meridionali, quæ feruida eſt, qui in feruore iuuentutis domino ſeruire incipiunt, & ad dominum ſe conuertunt. De occidentali vero, qui in ſenectute, per quã ad occaſum tendunt. De aquilonari vero, qui ſemper frigidi, in extrema tamen hora conuertuntur, ſicut latro in cruce. Propter hoc bene dicitur. Eze. 36. Congregabo vos de vniuerſis terris. De 2.Iſ. 24. Congregabuntur in congregatione vnius faſcis in lacum, & claudentur ibi in carcere. Væh eis qui in carcerem inferni veniunt. Vnius autem faſcis, erit malorũ congregatio, quia vnius damnationis vinculo, a quo impoſſibile eſt fugere, omnes ligabuntur. In inferno enim per ſpeciales faſciculos ligabuntur pariter in pœnis, qui pares fuerunt in culpis. Vnde in Euangelio dicitur. Colligite primum Zizania, & alligate ea in faſciculos, F G

ad

ad comburendum. Greg. Sicut in domo patris mei, manſiones multæ ſunt, pro diuerſitate meriti: ſic damnatos pro diuerſo ſupplicio gehennæ, ignibus ſubijcit diſparilitas criminis. De tertio, Matthæi 24. Vbicunque fuerit corpus, illuc congregabuntur & aquilæ. Sancti ſunt in cœlo, quia ſicut aquila irreuerberatis oculis, ſolem videt in rota: ita ſancti faciem Dei in cœlo, quæ eis abſcondita eſt in hoc exilio. Ezech. 39. Scient quia ego dominus Deus eorũ, quia congregaui eos, ad terram ſuam, & non abſcondam vltra faciem m. ab eis. Alæ autem iſtarum aquilarum, ſine quibus ad cęlum volare non poſſunt: ſunt amor Dei & proximi. has alas qui habuerit, neque Deum, neque proximũ indebite offendit. In vno Diabolum euadit. Apoc. 12. Datæ ſunt mulieri duæ alæ &c. In ſecundo in Deum volabit, pennis pulchritudinis, & integritudinis, quibus ad Dei amplexus, amor caſtus innitatur. De 4. Iohelis. 3. Congregabo omnes gentes, & deducam eas in vallem Ioſaphat, &c. Cuncti deſcribuntur hic iudicandi, cum dicitur omnes gẽtes. Si omnes, ergo vſurarius, & raptor, & fornicator, &c. Item locus, dum dicitur in valle Ioſaphat. Ibi enim in valle erunt, qui vallem vitiorum amauerũt. Item iudex cum dominus dicit, diſceptabo, non populus, non angelus, ſed ego diſceptabo. Item cauſa cum dicitur, quòd hæreditatẽ domini diſperſerunt. i. animas. horrendum eſt quòd in tanta congregatione, turpitudo peccatorum tuorum omnibus denudabitur. Eze. 16. Congregabo eos ſuper te vndique, & nudabo turpitudinem tuam in iudicijs. Adulteri primi cõgregabuntur, ſicut piſces a piſcatore. Matt. 24. Ex omni genere piſcium congregãti &c. Secundi, ſicut metallum a cõflatore. Eze. 22. Ecce ego congregabo vos, congregatione argenti, & æris, & ferri, & ſtagni, & plumbi, in fornace &c. Tertij, ſicut triticum ab agricultore. Vnde hic dicitur. Triticum autem congregate in hor. m. Quando enim dominus flagellat, tunc triticum ſuum triturat. Quarti, ſicut pecora a paſtore. Matt. 25. Congregabuntur ante eum omnes gẽtes, & ſeparabit eos ab inuicem, ſicut paſtor &c. Cum mane paſtor inflat cornu, pecora de domibus congregantur. Sic ea iu

in tuba nouiſſima, mortui de quolibet cœmiterio, vel de quolibet hominum ſtatu congregabuntur.

Dominica IIII.poſt Epiphaniam. Ser. III.

DOmine nonne bonum ſemen ſeminaſti in agro tuo? Matt. 13. Bonum ſemen, boni homines ſunt, hi ſunt filij regis. Seminat autem dominus hic ſemen, quadrupliciter: videlicet, in natura, in gratia, in gloria, in miſeria. Seminat inquam in generatione, in iuſtificatione, in reſurrectione duplici: altera ad gloriam, altera ad miſeriā. De 1. Gen. 9. Tres iſti ſunt filij Noe, & ab his diſſeminatum eſt omne genus hominum, ſuper vniuerſam terram, hoc ſemen eſt mane florens in iuuentute. Iſ. 17. Mane ſemen tuum florebit: ſed veſpere perit in morte. Pſal. Mane floreat & tranſeat: veſpere decidat induret & areſcat &cæ. Sicut autem a tribus diſſeminata ſunt corpora: ſic etiam a tribus, ſcilicet a patre & filio & ſpiritu ſancto, diſſeminatæ ſunt ſingulæ animæ, in ſingulis corporibus. Sicut autem ſeminator non vno iactu, totum ſemen effundit, ſed ſæpe, de mane vſque veſperam ſpargit: ſic creator, non omnes animas ſimul creauit, ſed a principio mundi vſque ad finem creando ſeminat in corporibus. Sed heu, frequenter hoc ſemen, vitijs ſuffocatur. Vnde quarti Reg. 11. dicitur, quòd Athalia interfecit omne ſemen regium. i. animas, a ſummo rege creatas, & regali imagine nobilitatas. Athalia propter faſtum dominandi, ſignificat ſuperbiam, propter interfectionem prolis regalis, ſuperbiam: propter laſciuiam ſuam, gulam. De 2. Iſa 61. Iſti ſunt ſemen, cui benedixit Deus. de hoc ſemine, expone præſens Euangelium. ſicut exponit dominus. Qui ſeminat bonum ſemen, filius Dei eſt, Afer mūdus eſt, bonum ſemen filij regni, Zizania filij nequam, qui ſeminant Zizaniam, diabolus, Meſſis conſummatio ſeculi, Meſſores Angeli. multum premit diabolus bonum ſemen, ſemine ſuo peſſimo. Vnde Gen. 3. Inimicitias ponam inter te & mulierem: & inter ſemen tuum & ſemen illius. Moraliter

K (beside line 3)
L (beside line 14)
M (beside line 28)

liter iſta mulier, eſt Eccleſia de latere Adæ dormientis, id eſt Chriſti morientis formata. Huius ſemen ſunt omnes iuſti. ſemen autem diaboli, ſunt peruerſi, qui iuſtis inimicantur, dum eis ad culpam, ſiue ad pœnam inſidiantur: ſed ex his inimicitijs, iuſtorum præmia augmentantur, dum culpam odiunt, & pœnam inferentem diligunt, Ioa. Chryſ. Hic eſt pugna periculoſa, & hic eſt victoria glorioſa: qui
N poterit odire quod amat: & amare quod odit. De tertio. Hiere. 11. Seminabo domum Iſrael, & domum Iuda, ſemine hominum, & ſemine iumentorum. Domus Iſrael, eſt domus cœleſtis, in qua Deus videtur Iſrael enim interpretatur videns Deum. M... h. 5. Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt. Iſta domus ſeminatur ſemine animarum euolantium. Pſal. Anima eius in bonis demorabitur, & ſemen eius hæreditabit terram, ſcilicet viuentium. Domus Iuda, eſt eccleſia militans, propter confeſſionem. Iudas enim confeſſio interpretatur, primæ Io. 1. ſi confiteamur peccata noſtra, fidelis eſt & iuſtus, vt remittat nobis pecca-
O ta noſtra: & emundet nos ab omni iniquitate. Homines autem ſunt contemplatiui, viri perfecti, vel Prælati, vel illuminati, ſeu litterati. Iumenta vero ſunt actiui, vel imperfecti, vel ſubditi, vel laici. Talium enim ſemine, vtraque domus ſeminatur, quia vtrumque ad eccleſiam pertinet. Pſal. Homines & iumenta ſaluabis domine. Vel forte ſemen hominum, ad domum Iſrael: ſemen iumentorum, ad domum Iuda pertinet: quia in cœlo omnes homines: in terra autem & mundo, ſumus quaſi iumenta. Pſal. Vt iumentũ factus ſum apud te. Seminamur hic in valle miſeriæ: ſeminabimur ibi, in monte gloriæ. Iſa. 65. Educam de Iacob ſemen, & de Iuda poſſidentem montes meos. Montes ſunt or-
P dines Angelorum. De 4., primæ ad Corint. 15. Seminatur in corruptione, ſurget in incorruptione. Seminatur in ignobilitate, ſurget in gloria &c. Illuſtratũ enim quatuor dotibus, ſurget triticum in gloria: Zizania, in ignominia manebit æterna. Gene. 22. Multiplicabo ſemen tuum ſicut ſtellas cœli, quoad beatos: & ſicut arenam maris, quoad damnatos, vel malos qui in mari inferni mergentur. Tunc

ergo

ergo florebunt ſemina corporum æternaliter, eorum qui
nunc florere nolunt temporaliter qui autem nunc quæ-
runt florere in mundo, non florebunt æternaliter in cœlo.
Beda. Ne indignemini ſi mali in mundo florent, ſi vos pati-
mini quia non eſt Chriſtianæ dignitatis, in temporalibus
exaltari, ſed potius deprimi. Mali nihil habent in cœlo:
vos nihil in mundo: ſed ſpe illius boni ad quod tenditis,
quidquid in via contingat, gaudere debetis.

DOMINICA IN SEPTVAGESIMA.

SERMO PRIMVS.

ITe & vos in vineam meam. Matt. 20. Cha-
riſſimi laboremus in vinea, & mereamur
denarium gloriæ. Quadruplex autem eſt A
vinea, in qua laborandum eſt. videlicet Ec-
cleſiæ, Conſcientiæ, Sapientię, Pœnitentię.
De 1. Iſ. 5. Vinea enim domini exercituum,
domus Iſrael eſt. Et Gen. 9. dicitur, quòd Noe plantauit vi-
neam. i. Chriſtus Eccleſiam. De cuius vinea. i. feruenti amo-
re inebriatus, nudatus eſt in cruce. Ad hanc vineam ſi non
veniſti hora prima, venias ſaltem tertia. Si non veniſti ter-
tia, venias ſexta. Si non ſexta, venias nona, venias miſer ſe-
nex, vndecima. Greg. Ad bonam vitã, alius in pueritia, alius
in adoleſcentia, alius in iuuentute, alius in ſenectute, alius
in decrepita ætate perducitur, quia diuerſis horis opera-
rij, ad vineam vocantur. De hac vinea, fructum fidei, & a-
moris, & iuſtitiæ, reddere debet homo, alioqui per damna-
tionem eijcietur, & alius aſſumetur. Matt. 21. Malos male
perdet, & vineam ſuam locabit aliis agricolis: qui reddant
ei fructum temporibus ſuis. Sed alius habebit fructum, ali9
habebit denarium immo coronam. Apoc. 3. Tene quod ha-
bes &c. De 2. Cant. 8. Vinea mea, coram me eſt. i. conſcië- B
tiã, quæ intra me eſt. In hac multi pro vino compunctio-
nis,

nis,& amoris, Dei & proximi, habent vrticam ardentium & carnalium deſideriorum, & ſpinas pungentium amaritudinum & odiorum. Prou. 24. Per agrum pigri hominis tranſiui, & per vineam ſtulti viri, & ecce totum repleuerant vrticæ, & ſpinæ. Ager eſt cor noſtrum, dum profert fructũ bonæ operationis exterioris. Vinea vero, dum profert vinum deuotionis & compunctionis. Pſal. Potaſti nos vino compũctionis. Quicunque ergo vult habere denarium vitæ æternæ, videat diligenter, an ſit operarius dominicæ vineæ.
C Greg. Penſet vnuſquiſq; quid agat, & conſideret an in Dei vinea laboret. De 3. vinea pœnitentiæ, vel religionis. Pſalmiſta. Vineam de ægypto tranſtuliſti. i. religionem de ſeculo. Eieciſti gentes i. ſpiritualiter incircunciſos. Nam qui a vicijs circuncidi non vult, in vinea religionis eſſe non debet. Exo. 12. Si quis peregrinorum, in veſtram tranſire voluerit coloniam. i. religionem, & facere phaſe domini, circuncidetur prius. Sed heu Achab i. diabolus, dicit tibi 3. Reg. 21. Da mihi vineam tuam, vt faciam mihi ortum olerum. Olera pro vitibus, carnales pro ſpiritualibus quærit diabolus. Sed breuis eſt eorum voluptas & vita. Pſal. Quẽadmodum olera herbarum, cito decident Grego Vnde ad tempus, caro ſuauiter viuit, inde ſpiritus in æternum dolebit.
D De quarta. Vinea ſcilicet ſapientiæ, quæ eſt Sacra Scriptura. Cant. 7. Erunt vbera tua, ſicut botrus vineæ. Chriſtus commendat ſuam ſponſam Eccleſiam, cuius ſunt duo vbera: duo botri, duo ſunt teſtamenta: in vberibus lac ſimplicis doctrinæ, quoad imperfectos continetur. 1. Corin. 3. Tanquam paruulis in Chriſto, lac potum dedi vobis &c. In botris vinum ſublimioris doctrinæ, quoad perfectos. 1. Corint 2. Sapientiam autem loquimur inter perfectos &c. Vel vbera dicuntur duo teſtamenta, propter lac doctrinæ, de Chriſti humanitate. botrus vero quia continet vinum doctrinæ de Chriſti diuinitate. Dum floret vinea, fugiunt ſerpentes, & venenoſa. Floret autem vinea, dum veraciter exponitur ſcriptura. Cant. 2. Vineæ florentes, odorem dederunt, &cæ. & tunc fugiunt & audire nolunt peruerſi: qui
E vtique ſunt ſerpentes, genimina viperarum. In his vineis,
quatuor

quatuor genera animalium timenda ſunt. In vinea Eccleſiæ, timendus eſt leo perſecutionis, vel ambitionis. Iudi. 14. Cumque veniſſet ad vineas oppidi, apparuit catulus leonis ſe.&c. Expone hiſtoriam. In vinea conſcientiæ, vermis remorſionis, qui rodit conſcientiam Deut. 28. Vineam plantabis, & vinum non bibes, quoniā vaſtabitur vermibus. Iſa. vlti. Vermis eorum, non morietur. In vinea pœnitentiæ & religionis, aper diſcolæ conuerſationis. Pſal. Exterminauit eam aper de ſyl. & ſin.ſe.&c. In apro manifeſta peruerſitas. In ſingulari fera, ſuperſtitioſa ſingularitas ſignificatur: quæ duo, vineam religionis maxime deſtruunt. In vinea, ſcripturæ, timenda eſt vulpes hæreticæ deceptionis, corrumpentis ſcripturas. Cant. 2. Capite nobis vulpes, quæ demoliuntur vineas. Vulpes, in ore, fœtidum auhelitum habent; Ita hæretici fœtidam doctrinam.

Dominica in Septuageſima. Ser. II.

VOca operarios, & redde illis mercedem ſuam &c. Matt. 20. Non ocioſis, ſed operãtibus redditur merces æterna. Sap. 10. Reddet Deus mercedem laborũ ſuorum iuſtis. Sed merces iſta recipitur celeriter, ſoluitur liberaliter, deſeruitur, hoc eſt ipſam meretur quis faciliter, poſſidetur perenniter. De 1. Apoc. 22. Ecce venio cito, & merces.m mecum eſt. Cito venit in morte. Luc. 12. Qua hora non pu.ſi ho. veniet. Quare cito venis domine Ieſu? Certe vt cito remuneret bonos. Sed quando poteſt hoc cito fieri? quando hodie mendicus, cras rex fieri poſſet: quã do hodie non habens denarium, cras haberet mille marchas. Certe attende latronem, qui non craſtina ſed eadem die in patibulo & in paradiſo fuit. Vnde neque de iſta ſubitatione tãtæ mercedis diffidas, audi quod dicitur, Eccl. 11. Facile eſt in oculis Dei, ſubito honeſtare pauperem. Benedictio Dei, in mercedem iuſti feſtinat. Illa inquam benedictio, de qua Matt. 25. Venite benedicti patris mei &c. Sicut autem feſtinatur merces iuſtorum in cęlo: ita & per- F

uerſorum in inferno. Iob 21. Ducunt in bonis dies ſuos, &
G in puncto ad infernum deſcendunt. De 2. Matt. 5. Merces
veſtra &c. Liberaliter enim ſoluitur, quod copioſe datur.
Gen. 15. Ego protector tuus ſum, & mer. &c. Protector eſt in
præſenti. Protegit enim nos Deus, ſicut gallina pulliculos
ſuos ſub alis. Pſal Protegar in velamento alarum tuarum.
Vna ala eſt innocentia: altera pœnitentia. Quicunq; extra
has alas venerit per culpam, a miluo ſæuiſſimo. ſ. diabolo
rapietur ad pœnam. Augu. Sic ſunt diabolus & Angeli eius
quaſi milui: ſub gallinæ alijs ſimus, & non poterit nos cō-
tingere. Merces autem noſtra Chriſtus eſt, in futuro magna
per humanitatem, & magna nimis per diuinitatem. Vere
magna nimis. Aug Quod Deus parauit diligentibus ſe, fide
non capitur, ſpe non attingitur, charitate non comprehen
ditur, deſideria & vota tranſgreditur. acquiri poteſt, æſti-
H mari non poteſt. De 3. Matt. 10. Quicunque potum dede-
rit &c. non perdet mercedem ſuam. Non ait calicem vini,
non aquæ calidæ: ſed frigidæ: quam omnes poſſunt habere
præter eos qui ſunt in inferno. Nam diues ille guttā aquæ
frigidæ habere non poterat, qui calicem aquæ frigidæ. La-
zaro denegauerat. Si quis crederet aliquam eſſe terram vel
regnum, vbi calix aquæ frigidæ valeret ſibi mille marchas,
libenter portaret illuc: ſed certe in regno cœlorum quan-
titas mercedis, multo plus excedit paruitatem meriti no-
ſtri. Noli ergo flere pro aduerſis. nihil eſt quod pateris ni-
hil eſt quod operaris: ſi mercedem operis attendis. Hiere.
31. Quieſcat vox tua a ploratu, & oculi tui a lachrymis:
quia eſt merces operi tuo. Bern. Si labor terret, merces in-
uitet: vnuſquiſq; ſecundum ſuum laborem, mercedem ac-
cipiet. Ne autem de tanta mercede propter paruitatem ni-
mium diffidas. Ecce fidei iuſſores habemus Apoſtolos, &
Prophetas. Ecc. 36. Da mercedem domine ſuſtinentibus te:
vt Prophetæ tui, fideles inueniantur. quaſi diceret, vt fi-
I deiuſſores tui non perdant fidem. De 4. Eccl. 18. Non ve-
rearis vſque ad mortem iuſtificari: quia merces domini,
manet in æternum. Iuſtificari debent non ſolum mali pœni
tendo: ſed etiam iuſti in iuſtitia proficiendo. Apocal. 22.

Qui

Qui iuſtus eſt,iuſtificetur adhuc. Bene dicit quòd merces domini manetlinæternum. Non enim deficit quantumcunque ipſa diuidatur. O quantum diligeretis pyxidem plenã theſauro,quæ nunquam euacuari poſſet, quantumcunque inde acciperetur. Talis pyxis eſt Chriſtus, tenens mercedẽ noſtram ineuacuabilem. Eccl.2. Qui timetis dominum,credite illi : & non euacuabitur merces veſtra. Vides ergo ꝙ merces illa non eſt tranſitoria, ſed æterna. Aug. O regnũ, o gloriam ſemper veracem, & veraciter ſempiternam: cuius lux veritas,cuius lux charitas,cuius modus æternitas.

Hæ quatuor æternæ mercedis conditiones ſignificatæ ſunt in præſenti Euangelio. Conſidera quando, a quo, cui, quid detur. Quando? quia ſero. a quo? quia a procuratore. cui? quia nouiſſimo, quid? quia denarius. Recipitur merces æterna celeriter, vnde ſtatim ſero. i. morte datur, finito diurno huius vitæ labore. Secundum enim legem eodẽ die merces laboris reddenda eſt: ſicut dicitur Deuter. 24. Perſoluitur etiam largiter. Vnde non ab Angelo, non ab aliquo ſancto: ſed a procuratore id eſt, a Chriſto, qui liberaliſſimus eſt dator: deſeruitur faciliter. Vnde nouiſſimis tãtum vna hora loborantibus datur, ſicut latroni in cruce. Poſſidetur perenniter. Vnde denarius datur, qui ſua rotunditate æternitatem ſignificat. K

Dominica in Septuageſima. Ser. III.

SIc erunt nouiſſimi primi,& primi nouiſſimi. Matt.20. Verbum iſtud plenum eſt conſolatione, & trepidatione. Videre autem poſſumus in Deo, in Angelis, in hominibus, & dæmonibus quòd primi, nouiſſimi facti ſunt. Conſideremus primatum diuinum, angelicum, humanum, diabolicum. Primus enim Deus eſt æternitate. Iſa 41. Primus dicet ad ſiõ: Ecce adſum. Sion Eccleſiam, vel animam ſanctam, quæ ſpeculum Dei eſt, ſignificat. Interpretatur .n. ſpeculum. Speculum autem hominum & Dei, homo ſanctus. Speculum Dei eſt interius, per munditiam conſcien-

tiæ. Speculum autem hominum exterius;per diſciplinam vitæ.Bern.Quos præ oculis habes,infra ordinati ſunt. Ita informati ſunt, quòd totius honeſtatis & ordinis, ipſi ſunt ſpeculum,ipſi ſunt forma. Sed primus,factus eſt nouiſſim* in paſſione:quia ad eum humanam naturam, quæ nouiſſimo creata eſt,aſſumendo.Iſ.41.Ego dominus primus & nouiſſimus, Sed notandum quòd etiam ſecundum humanitatem,Chriſtus in aliquo tamen,eſt primus & non nouiſſimus:in aliquo nouiſſimus,& non primus: in aliquo primus & nouiſſimus: in aliquo neque primus neque nouiſſimus. Primus & non nouisſimus, eſt in reſurrectione ad vitam mortalem,nullus enim ante eum reſurrexit immortaliter: Apoc.1.Primogenitus mortuorum &c. Item nouisſimus & non primus,in iudicio extremo. Ipſe enim non eſt primus qui fecit iudicium,ſed erit vltimus.Item primus & nouiſſimus,in naſcendo ex virgine:quia neque ante eum factum eſt,neque poſt eum fiet.Item neque primus neque nouiſſimus,in paſſione : quia ante eum & poſt eum multi paſſi.

L

M Primus quoque eſt Angelus dignitate. Angelus enim Angelo dignior eſt.Vnde Angelus Danieli dixit. Dan.10.Michael vnus de principibus primus venit in adiutorium mihi.De his primus fuit Lucifer,& quidam alij de corruentibus: ſed ſuperbiendo factus eſt nouiſſimus, & profundiſſimus,in inferno.Eze.32.Ibi Aſſur,& omnis multitudo eius: quorum data ſunt ſepulchra in nouisſimis laci inferni. Sepulchra ſunt profunditates pœnarum, in quibus ſunt ſpeciales amici Luciferi. Luc. 16. Mortuus eſt diues,& ſepultus eſt in inferno. Vnde inuidet homini nouiſſimo aſcendenti ad primatum ſuum in cœlo,Greg.Immundi ſpiritus, tanto magis aſcendere corda hominum inuident, quanto a cœleſtibus ſe per elationis ſuæ immunditiam proiectos vident.

N Primus etiam eſt homo,vocatione vel conuerſationis opere : de quo hic dicitur : Sic erunt nouiſſimi. &c. Sæpe enim primus conuerſione,erit nouiſſimus in retributione,Vnde Greg. A nouiſſimis incepit,dum prius latronem quàm Petrum,in Paradiſum introduxit.Item primus eſt homo quandoque alia æſtimatione,quia ipſum melio-

rem vel digniorem reputat: & tamen nouiſsimus eſt diuino iudicio, quàm appareat in primo. Glo. Qui maiores videntur, multo ſunt minores in iudicio. Item primus eſt homo propria præſumptione, meliorem & digniorem ſe alijs reputans. & hic erit nouiſsimus, in meritorum manifeſtatione. Luc. 14. Non diſcumbas in primo loco, ne forte honoratior te ſit inuitatus ab illo: & veniens qui te & illum vocauit, dicat tibi, da huic locum: & tunc incipias cum rubore nouiſsimum locum tenere. In initio cæteris excellentior exhibetur: Vnde charior cæteris ad tempus oſten'i'tur. Item primus eſt homo tranſgreſsione Pri. Eſd. 9. Manus principum & magiſtratuum fuit in tranſgreſsione hac prima: & talis erit nouiſsimus in pœna: non nouiſsimus intrando, ſed nouiſsimus in reddendo. Matthæi 5. Non exiet inde donec reddiderit nouiſsimum quadrantem.

Primus eſt diabolus iniquitate. Vnde Apoc. 13. dicitur: quòd omnes habitantes in terra, id eſt terreni peccatores adorabunt beſtiam primam. Primus autem eſt diabolus. & nouiſsimus iniquitate: quia ante eum, & poſt eum, nullus peccabit. Primus eſt hominum comeſtor, & nouiſsimus exoſſator. Hieremiæ 50. Primus comedit eum rex Aſſur, iſte nouiſsimus exoſſauit eum Nabuchodonoſor rex Babylonis. Aſſur & Nabuchodonoſor, diabolum ſignificant, qui comedet hominem in culpa æterna quando omnes vires animæ eneruabuntur: quia facit diabolus hominum anguſtias æternas non timere in culpa, in quibus ipſe cum ſuis membris iam ſedet in gehenna. Ideo in comedendo dicitur Aſſur, quod interpretatur tollens anguſtias. in exoſſando Nabuchodonoſor, quod interpretatur ſedens in anguſtia ignita.

SERMO PRIMVS.

A EXIIT qui ſeminat &c. Luc. 8. Seminat doctor verba Dei, ſeminat iuſtus bona opera. Conſiderandum autem Quid, Quantum, Vbi, Quando, ſit ſeminandum. Sicut enim in materiali, ita etiam in ſpirituali ſeminatione, requiritur ſeminis bonitas, ſeminantis liberalitas, telluris fœcunditas, temporis congruitas. De primo. Oſeæ. 10. Seminate vobis in iuſtitia, & metite in ore miſericordiæ, innouate vobis noua le &c. Seminate inquam docendo, vel operando. Si enim bonum ſeminas, bonum & metes. Quid ergo eſt quod peruerſi ſæpe dicunt, ad regnum cęlorum vtique veniemus. Si vrticã vel zizaniam ſeminares: ſtulte triticum expectares. Gal. 6. Quæ enim ſeminauerit homo, hæc & metet. Si bonum, bonum: ſi malum, malum. Eccl. 7. Fili non ſemines mala, in ſulcis iniuſtitiæ, & non metes eam in ſeptuplum, videlicet in gehenna: vbi ſeptem pœnæ ſunt, ignis, vermis, fœtor fumus, tenebra, vincula, frigus. Auctoritas patet.

B De ſecundo. 2. Cor. 9. Qui parce ſeminat, parce & metet: & qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet: vnuſquiſque prout deſtinauit in corde ſuo, non ex triſtitia aut ex neceſſitate. Hilarem enim datorem diligit Deus. Si ergo vis multum fructum colligere in futuro, multa debes bonorum operũ ſemina ſpargere in præſenti. Ber. Modica ſeminis detractio, non modicum eſt meſſis detrimentum. Licet multa opera ſint grauia, & ſenſualitati lachrymoſa, tamen tempore meſſis, triſtitia ſeminantis, vertetur in gaudium metentis. Pſalm. Qui ſeminant in lachrymis, in exultatione metent. Iſa. 9. Lætabuntur coram te ſicut qui lætantur in meſſe. Greg. Nequaquam retributionis gaudium, de æternitate colligitur, quod non hic prius pręuia tribulatione ſeminatur. Certe libenter multos denarios

rios dares ei, qui tibi ſine peccato,pro vnoquoque, poſt an num,centum redderet. Et certe Deus centuplum redderet tibi,pro ſingulis bonis.Luc.8. Ortum fecit fructum centuplum. De tertio: Gen.26. Seminauit Iſaac in terra illa, & inuenit ipſo anno centuplum.Terra iſta bona,eſt cor bonum,vel bona voluntas.Luc.8.Quod autem in terram bonam cecidit, ortum fecit fructum centuplum. Secundum autem Matthæum.Matt.12. Aliud centeſimum,aliud ſexageſimum,aliud triceſimum. Secundum Glo.centeſimum in virginibus,ſexageſimum in viduis, triceſimum in coniugatis. Semina ergo huius fructus facienda, non ſolum ſunt Dei verba,ſed bona opera. Semina enim ſunt orationes, eleemoſynæ, ieiunia, peregrinationes, & his ſimilia. Sed hæc ſeminantur iuxta viam, quando fiunt pro apparentia: vt videantur a tranſeuntibus,facientes contra illud.Abſcōde eleemoſynam in ſinum pauperis, & ideo pereunt.Greg. O miſeri, qui affectantes laudes hominum, in ſemetipſis diſſipant fructus laborum:dum quia ſe alienis oculis oſtendere appetunt, damnantur quòd agunt. Seminatur ſupra petram, quando fiunt corde duro,quòd nolunt indulgere in ſe peccantibus:& ideo iſta ſemina pereunt.Ioãnes Chryſoſtomus.Fruſtra offert munus ad altare,qui conſcius eſt ſibi,quòd frater ſuus habet aliquid aduerſum ſe. Seminantur in ſpinis,quando non vis reſtitutiones facere, de iniuſtis poſſeſſionibus:& ideo pereunt. Auguſtinus. Si res aliena propter quam peccatum eſt, cum reddi poſſit,non redditur, non agitur pœnitentia,ſed fingitur.Quia ergo in terram bonam, ſemina bonorum operum non veniunt, nullũ æternæ vitę fructum afferunt. De talibus poteſt dici illud Aggei primo. Seminaſtis multum, & intuliſtis parum. C

De quarto.Eccl.11.Mane ſemina ſemen tuum, & veſpere nõ ceſſet manus tua:quia neſcis quid magis oriatur,hoc aut illud.i.quid acceptius ſit Deo.Mane & veſpere.i.in pueritia & ſenectute:ſecundum Glo.Thren.3.Bonum eſt viro, cum portauerit iugum ab adoleſcentia ſua.Vtroque autem tempore,inſtanter eſt ſeminandum:quia vtroque tempore quandiu ſeminare poſſimus,eſt incertum.Bern. Mors non D

parcit ætati, vbique ſenibus eſt in ianuis, iuuenibus autem in inſidijs. Certe ſi aliquis rex haberet bonam terram, & concederet tibi quidquid velles, & quantum velles, & vbi velles, & quando velles, ſeminares infra ſeptem annos, puto quod non libenter pro tritico zizaniam, pro coro i. magna quantitate ſolum granum, pro bona terra in petroſis, pro ſeptem annis, ſeptem diebus, vel ſeptem horis ſeminares. Quare ergo ſtultus & miſer homo, mala opera pro bonis, parciſſima bona pro multis, in malo corde pro bono, breui tempore pro longo ſeminat: cum tamen modo ſeminare deberet, vnde in perpetuum quieſcendo viueret? Exod. 23. Sex annis ſeminabis terram tuam, & congregabis fruges eius, Anno autem ſeptimo dimittes eam &c. Per ſex annos ſignificatur vita præſens, quæ ſex ætatibus conſtat. Vnus autem annus quo quieſcendum erat, vitam æternæ quietis ſignificat. Si ergo aliquos annos ſeminando neglexiſti, ſemina plus in alijs.

Dominica in Sexageſima. Sermo II.

E EXijt qui ſeminat &c. Lu. 8. Eſt ſemen ſcientiæ, pœnitentiæ, miſericordiæ, iuſtitiæ. De 1. Luc. 8 Semen eſt verbum Dei. Hoc ſemen Dei, doctos requirit ſeminatores. Prouer. 15. Labia ſapientum, diſſeminabunt ſcientiam. Sed heu, hoc ſemen ſicut ſeminator Chriſtus oſtēdit, quādoq; ab auibus rapitur, quandoq; æſtu exuritur, quandoq; ſpinis opprimitur. Aues autem ſunt dæmones. Aeſtus perſecutores. Spinæ temporalium ſolicitudines. Econtrario peruerſi ſeminant ſemen erroris & falſitatis. Matt. 13. Venit inimicus eius & ſuper ſeminauit Zizanias, i. erroneas & falſas doctrinas. Sicut quidem modo ſeminant, ſimplicē fornicationem non eſſe mortale peccatum, & huiuſmodi. Cum tamen dicat Apoſtolus. Ephe. 5. Fornicatores, & adul-
F teri, regnum Dei non poſſidebunt. De 2. Pſal. Qui ſeminant in lachrymis, in exultatione met. Quot modo tribulationes habueris, quot lachrymas pro peccatis offenderis, quot pec-

catorum confeſſiones feceris : quot cibis abſtinueris : quot mortificationes aſſumpſeris, tot pœnitentiæ ſemina iacis. Semina ergo lachrymando in contritione: & metes exultando in retributione, immo certe Angeli metunt exultando: quod nos ſeminamus ſuſpirando. Bernar. Quoniam ſpectaculum facti ſumus & Angelis & hominibus, ſi ſeminemus exemplum bonũ, per bona opera, ſeminamus Angelis gaudia per occulta ſuſpiria. Econtrario carnales, ſeminant ſemen carnalitatis, omni loco & tempore quo poſſunt. Sed væh eis. Ad Gal.6. Qui ſeminant in carne, de carne & metent corruptionem. De 3. 2.Corin.9. Qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet. vnuſquiſq; prout deſtinauit in corde ſuo, non ex triſtitia, aut ex neceſſitate. Hylarem enim datorem, diligit Deus &c. Augu. Opera miſericordiæ ſemina noſtra ſunt. Si ergo ſeminas in agro pauperum Domini, pecuniam, panem, veſtem, hoſpitium, non ſolum centuplum, immo fructum milleſimum recipies. 1. Timo.4. Pietas ad omnia vtilis eſt, promiſſionem habens vitæ, quæ nunc eſt, & futuræ. Ioan.Chryſo. O quanta beatitudo, pro paruis, magna recipere: æterna pro breuibus: ꝑ morituris, ſemper viuentia, & habere Dñm debitorẽ? Econtrario Auari ſeminant ſemẽ cupiditatis. Oſeæ. 8. In aranearum telis, erit vitulus Samariæ : quia ventum ſeminabunt, & turbinem metent. Vitulus aureus, amorem pecuniæ ſignificat, quod eſt idolum auarorum. Ephe. 5. Omnis fornicator, aut immundus, aut auarus, quod eſt idolorum ſeruitus, non habet hæreditatem in regno Dei. Tela araneæ, inſtabilitatem temporalium ſignificat. Multo enim labore texitur, facile deſtruitur, ſicut temporalia. Vnde auari, ſunt araneæ diaboli. Ad modum enim aranearũ, quãdo telã temporalium conponunt exterius, ſe euiſcerant interius. Sic auari, quando telis temporalium, componunt ventum quidem cupiditatis, per vſuras, per rapinas, per illicita lucra ſeminant: ſed turbinem damnationis metent. G

De 4. Prouer.11. Seminanti iuſtitiam, merces fidelis, docendo, operando, iudicando. Seminanda eſt iuſtitia, vt iuſta ſit doctrina, iuſta vita, bona temporalia iuſta, ſunt pro H

iuſti-

iuſtitia. Quomodo autem ſeminares, niſi prius arares. Oſeæ 10. Arabit Iudas. confringet ſibi ſulcos Iacob, ſeminate vobis in veritate iuſtitiam, & metite in ore miſericordiæ, innouate vobis nouale. Tempus autem requirendi Dominum, qui cum venerit docebit vos iuſtitiam. Araſtis impietatem, iniquitatem meſſuiſtis: comediſtis frugem mendacij. Iudas, confitens interpretatur. Confitens ergo arat, dũ vomere confeſſionis, aperit terram cordis. Vnde Auguſtinus, quibuſdam ait. Semen feritis deuotis cordibus, tanquàm ſulcata inuenientes pectora noſtra aratore confeſſionis. Confringere autem contritionis eſt, frangit enim contritio, duritiam cordis. Deinde ſeminanda eſt iuſtitia. Legitur enim in præſenti Euangelio, ſemen aruiſſe, quod humorem non habuit. Ideo humore gratiæ, & lachrymarum riganda ſunt, ſemina, bonorum operum. Iſa. 44. Effundam aquam ſuper ſitientem, & fluenta ſuper aridam. Effundam ſpiritum meum, ſuper ſemen tuum. Econtrario iniuſti ſeminant ſemen iniquitatis, & iniuriæ. Prouer. 6. Sex ſunt quæ odit Dominus, & ſeptimum deteſtatur anima eius: oculos ſublimes, linguam mendacem, manus effundentes innoxium ſanguinem, cor machinans cogitationes peſſimas, pedes veloces ad currendum in malum, proferentem mendacia, teſtem fallacem, & eum qui ſeminat inter fratres di-
I ſcordias, hoc eſt peſſimum ſemen detractorum. Ecce in prędictis verbis, Salomon deſcribit vitia oculorum, manuum, pedum, cordis, linguæ, cuiuslibet vnum vitium, ſolius vero linguæ infœliciſſimæ, tria vitia deſcribens: videlicet, mendacium, falſum teſtimonium, diſcordiæ ſeminatorem.

Dominica in Sexageſima. Sermo III.

K Aliud cecidit in terram bonam. Luc. 8. Quadruplex eſt terra bona. Materialis, virginalis, ſpiritualis, æternalis. De materiali. Gene. 3. In ſudore vultus tui &c. hoc eſt contra ocioſitatem. Gregorius. Nunquam eſt amor Dei ocioſus &c. Libenter ſudorem laborum pro

illo

illo ſuſtineamus,qui pro nobis ſudauit ſanguinem.Luc.22. Factus eſt ſudor eius &c. Sequitur donec reuertaris ad terrā,de qua ſumptus es. Hic repræhendit ſuperbiā.Eccle.15. Quid ſuperbis terra & cinis? Merito enim debet eſſe ſubiectus, qui de terra (quæ omnium pedibus conculcatur) eſt ſumptus. De virginali, quæ eſt beata virgo Maria ,dicitur.Gen. 2. Fons aſcendebat de terra. Fons, Chriſtus eſt, Pſal. Sitiuit anima ad Deum fontem viuum. Gregor.Bone Ieſu,fons indeficiens, & humana corda reficiens:ad te curro, te ſolum ſitiens:tu ſolus mihi es ſufficiens . Fons aſcendebat de terra, quando Chriſtus naſcebatur de Maria. De qua terra. Eze.36. Terra illa inculta facta eſt , velut ortus voluptatis. Terra inculta eſt Maria,virgo intacta:& tamen fœcunda. In hoc orto, herbas virtutum , floreſque exemplorum colligamus.Eccleſi.24.Flores mei fructus honoris. L M

De ſpirituali. quę eſt cor humanum, vel anima , dicitur in hoc Euangelio. quod autem in terram bonam, hi ſunt, qui in corde bono &c. Hæc terra arida eſt , quando humore gratiæ caret.Pſal. Anima mea ſicut terra,ſine aqua tibi. Io.Chryſo. Neque gratia, ſine voluntate,aliquid operatur, neque voluntas ſine gratią : nam terra non germinat , niſi pluuiam ſuſceperit; neque pluuia fructificat,ſine terra. Et ideo a patre noſtro .ſ. Deo, debemus petere irriguum , ſignificatum Iudi.1. vbi Axa ſedens & ſuſpirans, dixit patri ſuo. Terrā arentem dediſti mihi &c. expone hiſtoriam diligenter. De æternali. Matt.5. Beati mites, quoniam ipſi poſſidebunt terram. Hanc terram vtique,de qua Pſal. Portio mea domine, in terra viuentium. Nume.14.Terra quā circuimus, eſt valde bona , & ſi propitius fuerit Dominus , inducet nos in eam,& tradet humum lacte & melle manantem. Lacte humanitatis,& melle diuinitatis. Secundū hanc quadruplicem terram, quadruplex eſt ſemen, videlicet generationis,redemptionis,eruditionis,boni operis. Primum eſt corpus noſtrum , quod ſeminatur in terra materiali. 1. Corin.15.Seminatur in corruptione, ſurget in incorruptione; ſeminatur in ignobilitate,ſurget in gloria; ſeminatur in infirmitate, ſurget in virtute ; ſeminatur corpus anima- N O

le, ſurget corpus ſpirituale. In hoc loco tangit Apoſtolus, quatuor dotes corporis glorificati. In incorruptione, impaſſibilitatis. In gloria, claritatis. In virtute, agilitatis. In
P ſpirituali dos ſubtilitatis notatur. Secundum ſemen, eſt Chriſtus ſemihatus in terra virginali. Gen. 22. Benedicentur in ſemine tuo. o. g. Ad Gala. 3. In ſemine tuo, qui eſt Chriſtus. Tanta in terris caritas, ſeu cariſtia erat, quòd niſi Dñs hoc ſemen ſeminaſſet, totus mũdus periſſet. Iſa. 1. Niſi Dominus exercituum, reliquiſſet nobis ſemen, quaſi Sodoma fuiſſemus &c. væh in Sodoma, hoc eſt in ſeculo remanentibus, ſed non væh, ſæculum tanquam Sodomam relin-
Q quentibus. Tertium ſemen, eſt verbum Dei, & ſeminatur in terra ſpirituali, hoc autem facit fructum triceſimum, in incipientibus. triginta enim, ſunt ter decem. incipientes ergo, quaſi denarium multiplicant, dum decem mandata miſericordiæ, ſeruata per ternarium contritionis, confeſſionis, ſatisfactionis, recuperant. Sexaginta autem facit in proficientibus, per ſex opera miſericordiæ, qui denarium per ſenarium ducunt, dum decem mandata, cum ſex operibus miſericordiæ offerunt. Centeſimum autem facit in perfectis, omnia relinquentibus. Mat. 19. Centuplum accipiet. Nunc in tempore iſto, addidit Marcus. quod etiam ſignificatum eſt Gene. 26. Vbi dicitur. ſeminauit Yſaac in terra illa, & inuenit in ipſo anno .i. in hac vita, centuplum.

R Quartum ſemen eſt, opus meritorium, quod ſeminatur in terra æternali. Ad Gal. 6. Qui ſeminat in ſpiritu, de ſpiritu metet vitam æternam. Bonum autem facientes, non deficiamus, tempore enim ſuo metemus. In cœlo vtique ſeminamus, ex quo in cœlo metemus. O ſi aliquis potens, quandoque nobis vellet dare, de bona terra, quam vna
C die ſeminare poſſemus: vnam horam vnius diei, nollemus negligere, & ecce de regno cœlorũ, tantum nunc habemus: tantum metemus, quantum nunc ſeminamus. 2. Corint. 9. Qui ſeminat in benedictione, de benedictionibus & metet. Quare ergo ſtulti, tempus perdimus, & ſeminare bona opera negligimus?

DO-

DOMINICA IN QVINQVAGESIMA.

SERMO PRIMVS.

TRadetur gentibus, & illudetur, & flagellatur, & ſpuetur. Luc. 18. Talia paſſus eſt Dominus, antequam occideretur corporaliter: quia talia patitur anima, vt poſt occidatur ſpiritualiter. Traditur enim a diabolo ſuggeſtionibus, illuditur proſperitatibus, flagellatur aduerſitatibus, conſpuitur delectationibus. De primo. Pſal. Traditus ſum & non egre. Sicut enim A
qui traditionem timet, non audet egredi caſtrum & domũ: ſic anima timorata, non libenter egreditur de prima cuſtodia: periculoſus enim eſt iſte egreſſus. Gen. 34. Egreſſa eſt autem Dina &c. Traditur enim anima ſuggeſtionibus malis, quandoque per amorem, quandoque per rationẽ, quandoque per fauorem. Quandoque diabolus ſuggerit homini, temporalium concupiſcentiam, proximorum diſplicentiam, propriam complacentiam. Ideo Chriſtus, vt hoc amoueret, vt pro his ſatisfaceret, ipſe traditur a Iuda, a ſacerdotibus, a Pilato. A Iuda propter auaritiam. Matth. 26. B
Quid vultis mihi dare, & e.v.tra. Traditus eſt pro denarijs inimico, ne tu tradaris pro denarijs diabolo. Item a ſacerdotibus, propter inuidiam. Matth: 27. Sciebat enim Pilatus, quòd per inuidiam tradidiſſent eum. Item a Pilato, propter complacentiam. Mar. 15. Pilatus autem volens populo ſatisfacere, dimiſit illis Barabam, & tradidit eis Ieſum. O quot hodie tradunt ipſum, & ipſi a diabolo traduntur. propter iam dictas cauſas. De ſecundo. Pſalmiſta. Facti C
ſumus opprobrium vicinis enim & ſubſannatio, ijs qui in circũitu noſtro ſunt .i. in dæmonibus circuentibus. 1. Pe. 5. Circuit quærens quem deuoret. Illudit autem diabolus homini, per proſperitatem, ſicut illuditur muri, vel aui, vel piſci, per eſcam, in qua hamus latet. Illudit autem in tribus. In cognoſcendis, in agendis, in appetendis. Ideo Chri-

ſtus tribus vicibus illuſus eſt. Illudit diabolus errantibus in cognoſcendis ligans oculos intellectus, per velamen ignorantiæ. Contra quod Dominus Chriſtus, in prima illuſione, oculis velabatur. Illuditque diabolus in agendis, per hypocriſim: ſicut illuminatio eſſet, ſi ſordidum pulchrum, & ſi nigrum album appareret. Matt. 23. Similes eſtis ſepulchris dealbatis. Contra quod Chriſtus in ſecunda illuſione, coram Herode, veſte alba induitur, & conſpuitur. Item illudit diabolus in appetendis, dum appetunt homines temporalia, pro æternis. Temporales vtique excellentias, delitias, diuitias. Contra quæ Chriſtus in tertia illuſione, corona ſpinea: veſte purpurea, arundine illuditur. Corona eſt excellentium, purpurea delicatorum eſt. Arundo diuitias ſignificat. Et ſic illuſori diabolo, Chriſtus ſuis illuſionibus
D illuſit. Prouer. 3. Illuſores ipſe deludet. De tertio. Exo. 5. En famuli tui, flagellis cœdimur. Pharao diabolum ſignificat, quia flagellis tribulationis, multos ſibi ſeruire cogit, dum propter inopiam, alij furantur, vel peius faciunt: alij propter anguſtias, blaſphemãt: alij propter iniurias, odiũt & occidunt. vnde quibuſdam peruerſis, tanquàm flagellis vtitur diabolus, & lingua mala, vtique flagellum diaboli eſt. Iob 5. A flagello linguæ abſconderis. Contra hæc flagella, Chriſtus flagellatus eſt: vt te a flagellis dæmonum
E erueret. Nota quòd diabolus, flagellis ſuis, inducit pronitatem, multiplicitatem, diuiturnitatẽ in peccatis. Ideo Chriſtus ad ſatisfaciendum, contra pronitatem, promptus fuit ad flagella. Pſal. Ego in flagel. paratus ſum. Itẽ contra multiplicitatem peccatorũm. Multiplicata ſunt ſuper eũ verba flagellorum. Pſal. Multipli ſunt ſuper me fla. Item contra diuturnitatem. diu flagellatus eſt verberibus & verbis. Pſal. Fui flagellatus tota die. Flagellis enim linguæ, flagellatus eſt ab hora captiuitatis ſuæ, vſque ad horam mortis. Sed heu, a malis Chriſtianis, flagellis peioribus cæditur, quàm a Iudæis. flagellatus eſt Chriſtus, flagellis iudeorum:
F flagellatur nunc, flagellis falſorum Chriſtianorum. De quarto Nume. 12. Si pater eius, ſpuiſſet in faciem eius, nonne debuerat ſaltem, ſeptem diebus, rubore ſuffundi? Pater

lepro-

leproſæ animæ, diabolus eſt: qui ſputum malę delectationis, proijcit in animam, per viſum, per verbum, per tactū. Per viſum, quando homo faciem non auertit, ne videat vanitatem: pro quo Chriſtus ſatisfecit ſicut dicitur. Iſa. 50. Faciem meam non auerti ab increpantibus, & conſpuentibus in me. Item per contritionem innocentium, cōtra quod Chriſtus in ſecunda illuſione conſpuitur, coram Caipha, qui interpretatur vomitus oris. Item per tactum, in violentia, contra quod Chriſtus in tertia illuſione, dum conſpuitur, arundine dure tangitur. Poſt hæc autem, omnis anima per conſenſum occiditur: & ideo poſt prædicta Chriſtus occiditur.

Dominica in Quinquageſima. Sermo II.

CÆcus quidem ſedebat. Luc. 18. quatuor ex cauſis contingit cæcitas culpæ, in anima videlicet carnis voluptate, ſuperbiæ vanitate, rerum cupiditate, mentis infidelitate. De primo Gene. 19. Eos qui erant foris, percuſſerunt cæcitate. Nota hiſtoriam. Illa Sodomitarum cæcitas exterior, interiorem ſignificat. Excæcantur enim in animabus ſuis, omnes luxurioſi. Gregorius. Carnis delectatio, mentem quam inficit obſcurat, ne videre inde luminis claritatem valeat, ſed vnde inferius delectatur, inde caliginem ad ſuperna patiatur. Bene autem dicitur, qui erant foris, & nō intus, cum Loth & Angelis: quia luxurioſi, extra conſortium Angelorum, & ſanctorum, perpetuo erunt. Vbi propter ardorem & fœtorem luxuriæ, igne & ſulphure punientur, æternaliter, ſicut iſti temporaliter. Pſalmiſta. Ignis ſulphur, & ſpiritus procellarum, pars calicis eorum. Foris inquam erunt &c. Apocalyp. 22. Foris canes &c. Quid enim canes facerent inter Angelos? De ſecundo Apocalyp. 3. Dicis quia diues ſum & locuples, & nullius egeo. Ecce magna ſuperbia, quòd homo ita magnū de ſe ſentit, quòd nullius egeat, propter hoc ſequitur. Et neſcis quia tu es miſer & miſerabilis, & pauper & cæcus.

Cæci-

Cæcitas autem ſuperbiæ,euenit de inflatione. Auguſt. Tumore meo,ſeparabar abs te, & nimis inflata facies,claude-
I bat oculos meos. Cæcitas inflationis, maxime in potentibus & rectoribus ſed væh ouibus habentibus cæcum paſtorem. quia co am beſtijs, ideſt dæmonibus, ſine defenſione ſunt Iſa.56. Omnes beſtiæ agri, venite ad deuorandum: vniuerſæ beſtiæ ſaltus: ſpeculatores eius,cæci omnes. beſtiæ dæmones ſunt. Pſalmiſta. Ne tradas beſtijs &c. Beſtiæ agri ſunt, qui impugnant actiones: beſtiæ ſaltus, qui contemplationes & ſolitarios. Vel beſtiæ agri ſunt,qui ſeculares: beſtiæ ſaltus, qui religioſos impugnant ſaltus, qui ſal-
K tum de mundo fecerunt &c. De tertio Exod.23. Non accipias munera,quæ etiam excæcant prudentes,& ſubuertũt verba iuſtorum. Caueant ſibi maxime iudices, de iſta cæcitate.Eccle.20. Enxenia & dona,excæcant oculos iudicũ, & ideo fiunt cæci. culpas pauperum diſtricte examinant, diuitum autem diſſimulant,parcentes camelo & non culici Matth.23. Duces cæci,excolantes culicem, camelum autẽ glutientes. Vel aliter,Camelum glutiunt diſſimulando maiora: culicem colant ponderando minora.Penſa quàm damnabilis ſit auaritia in iudicio iniuſto: cum deteſtabilis ſit in iudicio iuſto. Iſidor. Qui recte iudicat, & precium remunerationis expectat: fraudem ideo procurat, quia iuſtitiã quam gratis impertiri debuit, acceptione pecuniæ vendit. In primis duabus auctoritatibus.Exo.& Eccleſiaſt. oſtenditur, quod iudices etiam prudentes, & iuſti etiam,auaritia excæcantur. Timenda ergo auaritia, per quam corrumpitur poteſtas quæ in iudicibus:veritas quæ in prudentibus:
L bonitas quæ in iuſtis intelligitur. De quarto,ad Rom.11. Cæcitas ex parte contingit in Iſrael. Ecce quantum regratiari debemus Deo, quòd amicis .i. Iſraeli, erui permiſit oculos,vt inimici,ideſt gentes illuminarentur.Bene dico ꝙ permiſit. Non enim oculos infidelium eruit Deus,ſed diabolus.ſecundę Corint. 4. Deus huius ſeculi excæcauit mentes infidelium oculum autem dextrũ libentiſſime excæcat diabolus, .i. fidem diuinitatis Chriſti.Nam fides humanitatis, eſt ſiniſter oculus. Vnde Reg.11. dicit Naas Ammonites. In

hoc feriam vobiſcum fœdus, vt eruam omnium veſtrum o-
culos dexteros. Naas, diabolum ſignificat. Interpretatur
enim ſerpens. Gene 3. Serpens decepit. Et hanc quadrupli- M
cem cæcitatem, quatuor perſonæ quas excæcatas legi-
mus figurant, videlicet Sanſon, Sedechias, Tobias, Elimas
magus. Cæcitas ergo concupiſcentiæ, ſignificatur in San- T
ſone, qui per meretricem traditus excæcatur, ſicut dicitur
Iudicum 16. Cæcitas ſuperbiæ, in Sedechia rege excæca-
to, ſicut dicitur 4. Regum 25. Excæcatus eſt, quia regia di-
gnitate elatus, alij ſubeſſe noluit. Cæcitas auaritiæ, in
Tobia, ſtercore hirundinum excæcato. Tobiæ 2. Stercus e-
nim, ſunt temporalia bona, & mundana. Phili. 3. Omnia
decrimentum feci, & arbitror vt ſtercora. Cæcitas infideli-
tatis, eſt in Elima: qui reſiſtebat Paulo prædicanti fidem:
de quo Actuum 13. Ecce manus Domini ſuper me, & eris
cæcus, &c hæc quatuor exponendo, morare vt vis.

Dominica in Quinquageſima. Sermo III.

CONfeſtim vidit &c. Luc. 18. quatuor ſunt, quæ animã
peccantis, excæcatam videre faciunt, videlicet tri-
bulationis purgatio, Chriſti incarnatio, veritatis
prædicatio, gratiæ inſpiratio. De primo. Apoc. 3. Collirio N
inunge oculos tuos, vt videas. Vt autem videas & ſcias quòd
cum liquido collirio, purgatio diuinæ correctionis eſt ne-
ceſſaria, ideo ſubiungitur immediate: Ego quos amo, ar-
guo & caſtigo. Acutiſſima collyria ſuſtinentur pro oculis
corporis: quanto magis pro oculis intellectus animæ pur-
gandis. Iſa. 28. Vexatio, intellectum dabit auditui. Vnde &
Stephano, virtute collirij paſſionis, in tantum purgati ſunt
oculi, vt videret gloriam Dei, & Ieſum ſtantem &c. ſicut di-
citur Act. 7. De ſecundo. Io. 9. In iudicium ego in mundũ O
veni, vt qui non vident, videant: & qui vident, cæci fiant.
Quid mirum cum etiam in ſole materiali, viſus infirmus læ-
datur, viſus fortis delectatur? Sic vtiq; in ſole æternali Chri-
ſto, viſus infidelium retunditur & excæcatur. Vnde de ſole

dicitur. Eccle. 43. Radijs ſuis excæcat oculos. Sed viſus fidelium, in hoc ſole delectatur. Eccle. 11. Dulce lumen, & delectabile oculis, videre ſolem, ideſt Chriſtum. Auguſt. Sēſi, & expertus ſum, nō eſſe mirum, quòd palato non ſano, pœna eſt panis, qui ſanis eſt ſuauis, & oculis ægris odioſa
P eſt lux, quæ puris eſt amabilis. De tertio Iſa. 29. Audiēt ſurdi verba libri, & de tenebris & caligine oculi cæcorum videbunt. Hic eſt liber ſcripturæ ſacræ: in quo, vt dicitur Ezec. 2. ſcripta erant lamentationes & carmen, & væh. Lamentationes pœnitentium in mundo, carmen pſallentiū in cœlo. Væh gementium in inferno. Gre. Mala quæ nos egiſſe meminimus, fletibus puniamus, vt per lamenta pœnitētiæ, perueniamus ad carmen vitæ: ne ſi affligi modo pœnitendo nolimus: poſtmodum ſine fine ſentiamus. Verba huius libri non ſolum faciunt audire ſurdos, ad obediendum ad bonum: ſed etiam cæcos videre, cognoſcendo. Pſalm. Declaratio ſermonum tuorum illuminat, &c. De
Q quarto. Actu. 9. Saule frater, Dominus Ieſus miſit me, qui apparuit tibi in via, qua veniebas, vt videas & impleaTis Spiritu ſancto, vt videas. intellige vtroque modo. Item glo. Monſtratur in facie, quòd lumen recepit in mente. Spiritus autem ſanctus, veritatem ſuam nos videre non facit, niſi ad hoſpitium cordis venerit Io. 16. Cum autem vene. ille ſpiritus veritatis, do. vos omnem veritatem. Et nota
R quòd Paulus viſum recepit, poſtquàm per triduum neque comedens, neque bibens, ſed orans fuit: ita cæcus peccator, per triduum pœnitentiæ, recipit viſum animæ. Aug. Pœnitentia cæcis viſum reſtituit, vitia fugat, virtutes exornat, mentem munit & roborat. Sic ergo viſus in anima reparatur per pœnam. per aſſumptam naturam, per doctrinā, per gratiam. Secundum hæc, quatuor inuenimus in ſcriptura, quatuor, cæcos illuminantia. videlicet, fel, lutum, verbum, tactum. Viſus enim animæ reparatur, felle tribulationis, luto incarnationis, verbo prædicationis, tactu inſpirationis. De felle dicitur Tob. 11. Aſſumens Tobias de felle piſcis, liniuit oculos patris ſui &c. ſtatimque viſum recepit. Fel tribulationis patienter ſuſtineamus, pro illo

qui

qui pro nobis in paſſione, de felle guſtauit. Matth. 27. Dederunt ei bibere vinum, cum felle mixtum. Bernar. Quicquid afflictionis, terrena propinat aduerſitas, leue erit, ſi inſpiciamus quid biberit ad crucis patibulum, qui nos inuitat ad cœlum. De luto dicitur. Io. 9. Lutum poſuit mihi ſuper oculos, & laui, & video. Vnde verſus. Eſt caro noſtra lutum, patris ſapientia ſputum. In hoc luto habitant ſpiritus humani. Iob 4. Qui habitant domos luteas, qui terrenum habent fundamentum, conſumentur velut a tinea &c. In domo lutea, nobiſcum habitare voluit filius Dei: vt ideo habitaremus in domo cœleſti, de quo Ioannes 14. In domo patris mei &c. De verbo dicitur in hoc Euangelio. Reſpice &c. Et confeſtim vidit. O quoties prædicator dicit peccatori: Reſpice præmium, reſpice infernum, reſpice Dei mandatum Eccleſiaſt. 23. Nihil dulcius quàm reſpicere in mandatis Dei. De tactu dicitur Matth. 20. Miſertus autem eorum Ieſus, tetigit oculos eorum: & confeſtim viderunt. Hic eſt tactus gratiæ, quo Deus tangit. de quo tactu Deus tangit cor, per contritionem. Pſalmiſta. Tange montes, & fumigabunt fumo contritionis: qui maxime ex conſideratione iræ Dei futuræ, reſoluitur in corde pœnitentis. Pſalmiſta. Aſcendit fumus in ira eius &c. Montes autem, ſuperbi ſunt peccatores. hi autem fumigabunt in mundo, aut ardebunt in inferno. Deuteronomij 21. Montium fundamentum comburet, ideſt peccatorum.

IN DIE CINERVM SEV IN CAPITE IEIVNII.

SERMO PRIMVS.

AGO pœnitentiam in fauilla & cinere. Iob. 42. Agere debemus pœnitentiam, non tamen pati. Patiuntur autem qui coacti ſubiacent pœnitentiæ. Agere pœnitentiam, fructuoſum eſt, reſpectu hominis agentis, reſpectu diaboli inuidentis, reſpectu Angeli gaudentis, reſpectu Dei retribuentis. Fructuoſa vtique & vtilis eſt actio pœnitentiæ ad hominis expiationem, diaboli ſpoliationem, Angeli congratulationẽ, Dei remunerationẽ. De 1. Eze. 18. Si impius egerit pęnitentiam, ab omnibus peccatis quę operatus eſt &c. Non dicit a quibuſdam tantum. Ber. Pœnitentia eſt perpetrata mala plangere, & plangenda non committere. Nam qui ſic alia deplorat, vt tamen quædam committat, adhuc pœnitentiam agere, aut ignorat, aut diſſimulat. Sequitur. Et cuſtodierit omnia præcepta, non vnum tantum. Maxime autem illud Ioan. 15. Hoc eſt præceptum meum &c. Sequitur. Iudicium & iuſtitiam fecerit. Iudiciũ quo ad ſeipſum, & iuſtitiam quo ad proximum. Pſalmiſta. Iuſtitia & iudicium præparatio ſedis tuæ. O quàm periculoſe faceret, qui regi dum optime ſederet, ſedem detraheret. Sequitur. Vita viuet, & non morietur, omnium iniquita.e. non recor. quas operatus eſt. Econtrario Oſeæ 8. Nunc recordabitur iniquitatis eorum, & viſitabit peccata eorum &c. De ſecundo dicitur, ſecundo Para. 6. Si ſuperatus fuerit populus tuus ab inimicis (peccabunt enim tibi) & conuerſi egerint pœnitentiam, & obſeruauerint nomen tuum, & fuerint deprecati te in loco iſto: tu exaudies de cœlo, & propitiare peccato populi tui Iſrael, & reduc

eos

eós in terram, quam dediſti eis. Inimici iſti ſunt dæmones. Pſalmiſta. Eripe me de inimicis meis &c. qui animam noſtram impugnant, vt nos ruere faciant in gehennam. Sed ruina iſta, per pœnitentiam vitatur. Eze. 18. Conuertimini & agite pœnitentiam, & non erit vobis in ruinam iniquitas. Contra iſtos inimicos, multum valet pœnitentia. Auguſt. Acriores contra inimicos dolores non inferimus, quã quũ plagas peccatorum noſtrorum confitendo, & pœnitendo ſanamus. per pœnitentiam ergo ab his inimicis liberamur, & ad teram .ſ. eccleſiæ reducimur. De 3. Luc. 15. Gaudium eſt Angelis Dei, ſuper &c. Non Angelis diaboli. D
2. Corin. 12. Datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ: Angelus Sathanæ, qui me colaphizet. Gaudent ergo de conuerſo impio, ſicut ſitiens de bono vino. Bernardus Gaudent Angeli in conuerſione & pœnitentia peccatorum: Salutem hominum ſitientes, lachrymæ præuium vinum eorum, Gaudent Angeli, dum per pœnitentiam liberamur de manu iuſtitiæ Dei, quam in focijs ſuis deiectis de cœlo, grauiſſimã viderunt: in quam etiam non agentes pœnitentiam incidũt. Eccle. 2. Si pœnitentiam non egerimus, incidemus in manus Domini, & non in manus hominum &c. De quarto E
Matth. 3. & 4. & Luc. 3. Pœnitentiam agite, appropin. reg. Pœnitentia regnum facit appropinquare, quando datorem regni incipit pœnitenti conglutinare. Ioann. Chryſoſto. Nihil ita Deo conglutinat & vnit, vt lachrymæ pœnitentis. Sed heu cum tanta bona per pœnitentiam conſequamur pauci tamen pœnitentiam agunt. Ideo conqueritur Dominus. Hieremiæ ottauo. Nemo quod bonum eſt loquitur. Nullus eſt qui agat pœnitentiam ſuper peccato ſuo dicens: Quid feci? Dicit ergo Iob. Ago pœnitentiam in fauilla & cinere. Greg. In fauilla & cinere pœnitentiam agere, eſt contemplata diuina eſſentia, nihil aliud, quàm fauillam cineremq́; ſe cognoſcere. Iob 34. Deficiet omnis caro F
ſimul, & homo in cinerem reuertetur. Prædictas quatuor vtilitates pœnitentiæ in humilitate, in cinere facta inuenimus, De culpæ expiatione ſignificatum eſt Ionæ 3. Vbi de rege Niniues legitur, quòd abiecit veſtimentum, & in-

 dutus

dutus eſt ſacco, & ſedit in cinere. Nihil enim prodeſt quòd homo per memoriam mortis, in cinere humiliatur, niſi veſtimentum veteris conuerſationis abijciatur, & ſaccus pœnitentiæ aſſumatur. De diaboli ſpoliatione ſignificatum eſt. Heſt. 4. Planctus ingens erat apud Iudæos: ieiunium, vlulatus, & fletus, ſacco & cinere multis pro ſtrato vtentibus. & de ipſa dicitur. Heſter. eodem 14. Pro vnguentis varijs cinere & ſtercore impleuit caput & corpus ſuum humiliauit, & ſic liberati ſunt de Aman, & alijs inimicis. Sic & nos ſpiritualiter, de diabolo & Angelis eius liberamur. De angelica congratulatione. Daniel. 9. Poſui faciem meam, ad Dominum Deum meum rogare, & deprecari in ieiunijs, ſacco & cinere &c. Et ſic completa oratione, Angelus Gabriel conſolabatur eum, tangens & docens eum. De Dei remuneratione. Iſa. 41. Darem eis coronam pro cinere, oleũ gaudij pro luctu, pallium laudis pro ſpiritu mœroris. Ecce humiliatis in cinere ideſt contritis in mundo, dabitur corona, oleum, pallium in cœlo: dabitur corona dignitatis ſupernæ, oleum iocunditatis internæ, pallium immortalitatis æternæ.

In die Cinerum. Sermo II.

G CONſperge cinere, luctum vnigeniti fac tibi planctum amarum. Hiere. 6. Cinere in capite mentis conſpergimur, dum incinerationis noſtræ futuræ, & mortis recordamur: & ex conſideratione noſtræ incinerationis, humiliamur. Iob. 42. Ago pœnitentiam in fauilla & cinere. Greg. In fauilla & cinere pœnitentiam agere, eſt contemplata diuina eſſentia, nihil aliud quàm fauillam & cinerem ſe cognoſcere. Sicut autem per cineres, furum veſtigium proditur, lixiuium conficitur, ignis intus conſeruatur, panis aſſatur vel coquitur: ita per cineres, noſtræ humiliationis proditur veſtigium culpæ: conficitur lixiuiũ pœnitentiæ: fouetur ignis gratiæ: coquitur torta
H eucharíſtiæ vel aſſatur. De primo. Danie. 13. dicitur, quòd pro-

produntur per cineres, eorum veſtigia, qui per occulta oſtiola intrantes furabantur, & comedebant cibos Bel. Bel diabolum ſignificat, cuius cibi ſunt peccata. Cibis ergo diaboli paſcitur, qui in peccatis delectatur. O quàm mortiferi ſunt animæ iſti cibi. Iob 6. Aut poteſt aliquis guſtare, quod guſtatum affert mortem? Oculta oſtiola ſunt occultæ ad peccandum viæ, & aſtutiæ. Contra quas Iſa. 29. Vę qui profundi eſtis corde &c. Veſtigia ſunt exẽpla, vel cogitationes peccatorũ. Thr. 4. Lubricauerũt veſtigia noſtra &c. Cineres ergo in tẽplo cordis ſpargere, eſt futurã incinerationẽ frequẽtius cogitare. Pſal. Nebulã ſicut cinerẽ ſparget. Nebula eſt vita noſtra, propter inſtabilitatem, & fragilitatem. Sapien. 2. Vita noſtra ſicut nebula diſſoluetur. Nebula ergo ſicut cinis ſpargitur, quando vita noſtra cineranda cogitatur. Per cineres ergo, fures produntur, dum timore mortis, & futuræ incinerationis, peccatores confitentur. Confeſſio enim eſt proditio. Ambroſi. Ei foras, delictum proprium prode, vt iuſtificeris. De ſecundo Numer. 19. Tollent de cineribus cõbuſtionis, & mittent aquas viuas ſuper eos in vas. Hac commixtione vel lixiuio, immundi expiantur. Aqua viua eſt aqua contritionis, ſeu lachrymarum Pſal. Exitus aquarum &c. In vaſe ergo cordis, commiſce aquam contritionis, cum memoria tuæ incinerationis. iuxta illud Hieremiæ 16. Accingere cilicio, & conſpergere cinere: luctum vnigeniti fac tibi planctum, amarum. &c. Et ſic pœnitentię lixiuio mundaberis. Hęc confectio cineris & lachrymarum, nunquàm debet tibi deficere. Vnde Iſid. Cinis es, & in cinere viuere debes: ſemper lugens, ſemper mœrens, ſemper ſuſpiria cordium emittere. Lixiuio autem maxime ſolent lauari capita & veſtes. Sic tu caput laua lixiuio mentis interius. Ioan. 13. Non tantum pedes &c. Item veſtem conuerſationis exterius. Exod. 19. Lauent & veſtimenta ſua, & ſint parati in diem tertium. I

De tertio, 2. Mach. 13. dicitur de Menelao. hic quia multa erga aram Dei delicta commiſit, cuius ignis & cinis erat ſanctus: ipſe in cineris morte damnatus eſt. Ara Dei eſt cõſcientia, vel cor fidele. Auguſtin. Oratio pure directa, cor- K

de fideli,tanquam de ara ſancta, ſurgit in incenſum. Ignis aræ Dei,eſt feruor gratiæ Spiritus Sancti.Leuitici 6.Ignis in altari ſemper ardebit &c. Ara cum igne Dei,cinerem habet,quia mens quoq; iuſti,cum feruore gratiæ, humilitatem tenet: ſicut Abraam,quando dicit Gene.8. Loquar ad dominum meum,cum ſim puluis & cinis. Sicut enim ignis conſeruatur cinere, ſic gratia humilitate: & ſicut multus ignis, multum facit cinerem: ſic multa gratia multam habet humilitatem.Homo enim quanto plus ad Deum accedit, tanto plus infirmitatem propriam cognoſcit. Grego. Nunquam legitur quòd Abraam cinerem vel puluerem ſe eſſe confeſſus eſt, niſi cum habere meruit domini colloquium. Nota ergo,quòd contra aram delinquit, qui contra conſcientiam agit. Contra aram ergo delinquens interius, a iuſto iudice damnatur,quando contra conſcientiā agens, corpore incineratur, in anima damnatur. De quarto dicitur de Helia.3.Reg.19.Ecce ad caput tuum ſubcinericius panis, & vas aquæ.Panem Euchariſtiæ,non debemus ſumere crudum,incurate, & indeuotè accedendo.Exod.12.Non comedetis ex eo quicquam crudum. ſubcinericius autem aſſatur,dum timore mortis,& futuræ incinerationis,homo ad communionem,per contritionem & deuotionem digne præparatur. Aqua ad caput, eſt illa, de qua Hiere.9. Quis dabit capiti meo aquam&c. Panem cum aqua ſumit, qui Corpus Chriſti cum lachrymarum potu recipit. Vel cinis, memoriam mortis Chriſti ſignificat.Hoc ſacramentum offertur in memoriam dominicæ paſſionis.Luc.22.Hoc facite in meam commemorationem. Panis ergo ſub cinere coctus, Chriſtus eſt ſub Sacramento in memoriam paſſionis oblatus.Ad caput quoque hic panis habetur, dum Sacramentum cum excellenti reuerentia & deuotione tractatur. Ad pedes autem locatur, dum ab indigne communicantibus quaſi pedibus conculcatur.

In

In die Cinerum. Sermo I I I.

CONuertimini ad me in toto corde veſtro &c. Iohel. 2. Quatuor ſunt, quæ conuerſionem peccatoris impediunt: videlicet, pudor, timor, ſpes, & deſperatio. Pudor confeſſionis: timor ſatisfactionis: ſpes futuræ conuerſionis: deſperatio remiſſionis. Contra primum, dicitur in Pſal. Conuertit aquas eorum in ſanguinem &c. Aquæ Aegyptiorum, ſunt fluctus vitiorum, in quibus peccatores ſubmerguntur. Exod. 15. Submerſi ſunt quaſi plumbum, in aquis vehementibus. Per ſanguinem ſignificari poteſt rubor erubeſcentiæ de peccatis, tum propter colorem: tum propter hoc, quòd vti vita animæ, in ſanguine eſt: ita vita gratiæ, eſt in rubore, quem homo habet pro peccato, qui cum erubeſcit, pœnitendo mala quæ fecit, ad vitæ libertatem peruenit. Sanguinis huiuſmodi vox clamare debet in confeſſione, poſtquam frater. i. corpus, animam occidit in tranſgreſſione. Gen. 4. Vox ſanguinis fratris tui, clamat &c. Cum ergo virga comminationis diuini iudicij extenditur in prædicatione, aquæ vitiorum, in ſanguinem per erubeſcentiam conuertuntur in confeſſione: & ſic piſces carnalium deſideriorum occiduntur, & Pharao. i. diabolus percutitur in iuſtificatione. Contra ſecundum dicitur de Niniuitis. Ionæ 3. Vidit dominus opera eorum, quia conuerſi ſunt de via ſua mala, & miſertus eſt. &c. Opera pœnitentiæ eorum fuerunt, quia rex indutus eſt ſacco & ſedit in cinere, & præcepit dicens: Homines & pecora, nõ guſtent quicquam, & aquam non bibant, & operiantur homines ſaccis, & iumenta &c. Ecce timor tam grauis pœnitentiæ, non retraxit Niniuitas, a conuerſione: ſed heu timor multos ſic retrahit, quòd quando timent peccata vitare, non poſſunt iniuſta bona reſtituere, & pœnitentias portare. Nos autem chariſſimi, cum Niniuitis non timeamus pœnitentias tranſitoriæ ſatisfactionis, vt euadamus iram æternæ ſubmerſionis. Pſal. Conuerte nos Deus ſalutaris noſter &c. Forte

M

N

dices, merito ipſi conuerti debuerunt, qui non niſi 40. dies inducias habuerunt. Certe tu potius conuerti debes, qui neque vnius diei inducias habes. Grego. Qui pœnitenti veniam ſpopondit, peccanti diem craſtinum non promiſit. Neſcis certe ſi hodie moriaris. Luc. 12. Stulte hac nocte repetent animam tuam a te &c. Ecce o peccator, etiam diem hodiernum habes incertum, & certum eſt quòd morieris, ſed incertum quando, aut quomodo, aut vbi; quoniam te vbique mors expectat: tu quoque ſi ſapiens fueris, vbique eam expectabis. Sed diabolus auertit ab eis ſua aſtutia, talium conſiderationem. De tertio. Pſal. 72. Auertatur populus meus, & dies pleni inuenientur in eis &c. Dies inquã pœnitentiæ, ad redimenda peccata. 2. Cor. 6. Ecce nunc tẽpus acceptabile, ecce nũc dies ſalutis. Sed multi de Dei miſericordia, de longa vita, futura conuerſione, de finali cõtritione tantum præſumunt, quòd plenos ad ſoluendam pœnitentiam dies non aſſumunt. Vnde nec pleni, nec quandoque dimidij, neque quandoque vnius diei plenitudo inuenitur in eis: & ideo ſæpe Dei iudicio relinquuntur impœnitentes in die extremo. Auguſt. Percutitur hac animaduerſione peccator, vt moriens obliuiſcatur ſui, qui dum viueret oblitus eſt Dei. Amos 2. Super tribus ſceleribus Moab, & ſuper quatuor non conuertam eum, eo quòd incenderit oſſa regum Idumeæ vſque in cinerem: & mittam ignem in Moab. Primum ſcelus eſt malus conſenſus, ſecũdum actus, tertium conſuetudo, quartum impœnitentia ſuper quam peccator non conuertitur. Rex eſt ſpiritus, qui regere debet corpus. Oſſa ſunt virtutes, quibus anima ſuſtentatur: ſicut corpus oſſibus. Oſſa ergo regis incenduntur, dum virtutes animæ, flamma vitiorum deſtruuntur. Pſal. Incenderunt igni ſanctuarium tuum. O ſtultisſime homo, domum tuam ardentem in vna hora extinguere non differres: animam vero ardentem extinguere differs per multos annos. Bern. Domus ardet, ignis a tergo inſtat, & fugienti prohibetur egredi euadendo: ſuadetur regredi, & hoc ab ijs qui in incendio poſiti ſunt. Væh ergo talibus incendiarijs & incenſis. Dum ergo qui ſunt de quarto ſcelere quod eſt impœniten-

pœnitentia non conuertuntur, æterno igne incenduntur. Vnde bene ait. Mittam ignem in Moab. Contra quartum dicitur Eccl.18. Magna miſericordia domini, & propitiatio illius, conuertentibus ad ſe. Vere magna miſericordia, & liberaliſsima, & feſtina. Augu. Nullus de Dei miſericordia deſperet. Maior eſt enim eius miſericordia, quàm noſtra miſeria. Tardius ſiquidē ei videtur veniam dare, quàm peccatori accipere. Sic enim feſtinat. a tormento conſcientiæ, reum abſoluere, quaſi eum plus cruciet compaſsio miſeri, quàm ipſum miſerum paſsio ſui. P

In die Cinerum. Sermo I I I I.

CONuertimini ad me &c. Iohelis 2. Adiuua nos De⁹ ad hanc conuerſionem. Threnorum vlt. Conuerte nos ad te, & conuertemur. Sicut in præcedēti ſermone dictum eſt, quatuor ſunt quæ impediunt conuerſionem peccatoris: videlicet, pudor de malitia: timor de pœnitentia: ſpes de miſericordia: deſperatio de venia. Contra hęc, conſiderare debemus remedia, ad conuerſionem vtilia. Primo ne pudor conuerſionem impediat, videlicet vt conſideres quàm vtilis, quàm tolerabilis, quàm rationabilis ſit pudor confeſsionis. Primo nota quàm vtilis. Pſal. Dicit dominus, ex Baſan conuertam, conuertam &c. In profundo maris ſunt, qui in imo vitiorum ſunt. Iſ.31. Conuertimini ſicut in profundum receſſeratis filij Iſrael. Et vere periculoſius mergitur in vitijs anima, quàm corpus in aquis. Baſan interpretatur confuſio. per confuſionem enim & verecundiam confeſsionis, anima conuerſa eruitur de profundo ſubmerſionis. Vere ergo eſt vtilis, quoniam verecundia magna eſt pœna pro peccato, quia talis fit dignus miſericordia. De ſecundo nota, quòd tolerabilis eſt conuerſis, pudor confeſsionis, quia velociter tranſit. Pſal. Conuertantur & erubeſcant valde velociter. Breuis eſt hora, & verecundia confeſsionis, qua tollitur longa verecundia diuinę tranſgreſsionis, qua iam viginti, vel triginta, vel ſexaginta an- Q R

ta annis, coram Deo & Angelis eius, confuſus fuiſti in peccatis. Vnde cogita quare erubeſcis vna hora, & vni homini dicere, quod per 20. vel 30. vel 40. annos, & cum multis hominibus non erubuiſti facere? Augu. Peccare non erubuiſti, & confiteri erubeſcis: dicito in hac vita, vt requiem habeas in alia. Tolerabilis eſt ergo, & leuis eſt erubeſcentia confesſionis, non ſolum propter breuitatem, ſed etiam ex comparatione intolerabilis erubeſcentiæ in iudicio. Si.n.
S hic coram vno erubeſcere nolis, in iudicio coram multis millibus erubeſces. Naū. 3. Reuelabo pudenda tua &c. Item irrationabilis eſt pudor, qui te cogit non reuerti. ſicut irrationabile & ſtultum eſſet, ſi corruiſſet aliquis in cloacam, quòd potiùs vellet ibi perire, quàm clamare. Et certe quãdo peccaſti, in cloacam diaboli corruiſti. Oſeæ 14. Conuertere Iſrael ad dominum Deum tuum, quoniam corruiſti in iniquitate tua: tollite vobiſcum verba, & conuertimini &c. Verba vtique confesſionis. Item valde eſt irrationabile, ꝙ propter verecundiam potius velles eſſe leproſus quàm oſtendere te medico. Oſtenſio autem fit in confesſione. Luc. 17. Ite oſtendite vos ſacer. &c. Item peccatum tuum proditum, cito curatur: crimen autem tacendo ampliatur.

T Circa ſecundum vero, ne timor conuerſionem impediat, nota quòd valet ad conuerſionem, vt attendas auxiliũ gratiæ, præmium gloriæ, iudicium gehennę. Vnde contra malum timorem, conuerſionem impedientem valet, vt attendatur auxilium gratiæ. Deus enim tibi vult infundere ſpiritum gratiæ, qua omnia erunt tibi leuia ad portandum, ſi vere conuerteris te ad dominum. Prou. 1. Conuertimini ad correctionem meam, en proferam vobis ſpiritum meum. Correctio Dei eſt pœnitentia, qua corrigitur anima, quæ eſt ſedes Dei. Pſalm. Iuſtitia & iudiciũ, ꝓparatio ſedis eius. Talibus ergo conuerſis profert dominus ſpiritum amoris, quo omnia leuia ſunt eis. Ideo quòd nihil amantibus durum: nullus difficilis labor. Amemus & nos Chriſtum, & facile videbitur omne difficile. Item præmium gloriæ. Iſ. 35. Conuertentur & venient in ſion, cum laude & lætitia ſempiterna ſuper capita eorum &c. Vere enim conuerſis,
leuiſſi-

leuiſſimum eſt,quicquid hic tolerant, ſi imaginem ſempiternæ lætitiæ penſant,ſecundæ Corint.4.Quod in præſenti eſt momentaneum & leue tribulationis.Greg.Quicquid intolerabile puſillaminitas aſſerit, hoc leue remunerationis ſpes oſtendit Item iudicium gehennæ. Pſalmiſta. Niſi conuerſi fueritis &c. Per gladium & arcum damnatio corporis & animæ ſignificatur. Et vere leuis reputanda eſt omnis pœna,qua euaditur æterna. Leuius eſt enim parum ſpina pungi,quàm gladio occidi. Pſal Conuerſus ſum in ęrũna mea,dum configitur ſpina.Econtra Ber.ait.Miſera ſane, & extremæ plena dementiæ commutatio, humanum declinare laborem, & præparatum diabolo ſtridorem eligere ſempiternum. V

In Die Cinerum. Sermo V.

CONuertimini &c. Nunc complendum eſt,quod hodie dimiſſum eſt.Circa tertium ergo,ne conuerſionem tuam,vana ſpes impediat, valet ad conuerſionem, & contra ſpem vanam, vt attendas dierum tuorum incertitudinem, periculorum multitudinem, præmiorum diſſimilitudinem. De 1.Eccl.5.Ne tardas conuerti ad dominum,& ne differas de die in diem: ſubito enim veniet ira illius &c.De die in diem differt, qui neque vnum diem certum habet.Luc.11.Veniet dominus ſerui illius, in diè qua non ſperat,& hora quam neſcit,& diuidet &c.Auguſt.Ipſa res eſt, quæ multos decipit, cum dicunt cras cras: & ſubito clauditur oſtium. remanſit cum voce coruina,quia non habuit gemitum columbinum. Cras cras,vox corui eſt. X

De 2.Patet quàm periculoſum ſit languenti,differre medicinam. ſanatiua enim valde medicina eſt, conuerſio, ſiue pœnitentia.Hiere.tertio.Conuertimini filij reuertentes, & ſanabo auerſiones veſtras. Vere ſanat animas,pœnitentia. Auguſtinus. Pœnitentia languores ſanat, leproſos curat, mortuos ſuſcitat, ſanitatem auget, quam conſeruat. Sed caue periculum. Si enim medicina pœnitentiæ differtur, Y

mor-

morbus animæ augetur. Inſuper inueteratus, difficulter ſanatur. Eccle. 10. Languor prolixior, grauat medicum. Inſuper in extrema ægritudine, morbus corporis, ſæpe impedit conualeſcentiam animæ, quando anima morbo cordis opprimitur, & quando loquela priuatur. Aug. Quoniam multa ſunt, quæ impediunt, & languentem abſtrahunt, periculoſum eſt interitus, vicinum ad mortem protrahere
A pœnitentiæ remedium. De 3. Pſal. Conuerte Domine captiuitatem noſtram, per culpam eſt homo captiuus diaboli. Bene dicit ſicut torrens in auſtro. Flante enim calido auſtro .i. Spiritu ſancto, diſſoluitur glacies peccatorum, currunt torrentes lachrymarum, & ipſis lachrymis, quaſi quibuſdam auſtralibus pluuijs, ſemina bonorum operum conualeſunt, ad meſſem æternæ vitæ. Vnde ſequitur. Qui ſeminat in lachrymis &c. Gloſſa fructum æternæ beatitudinis. qui autem parce ſeminat, parce metet. Qui tarde conuertuntur, parum ſeminant, qui cito conuertuntur multũ ſeminant, & multum metere poſſunt. Difficile ergo erit eorum præmium. & non ſolum præmium ſed etiam purgatorium. Quanto enim minus ſatisfaciunt in mundo, tanto plus tarde conuerſi, ardebunt in purgatorio. Auguſt. Purgandus autem eſt igne purgationis, qui in aliud ſeculum,
B diſtulit fructum conuerſionis. 4. Valet contra deſperationẽ, & ad conuerſionem, vt attendas poteſtatem, veritatem, bonitatem Dei. De 1. Pſalm. 79. Excita potentiam, vſq; Deus conuerte. Ecce Dauid populum inuocat, vt ſe conuertat ei. poteſtatem enim habet Deus, dimittendi peccata: & potentior eſt ad dimittendum, quàm peccator ad committendũ. Auguſt. Qui de Deo non præſumit veniam, non aduertit plus peccato ſuo poſſe dei clementiam: & tantam eſſe Dei potentiam ad dimittendum innumerabilia, ſicut pauca. potens quoque eſt, cor lapideum conuertere in fontem gratiæ, & lachrymarum. Pſal. Qui conuertit petrã in ſtagna
C aquarum. De 2. Eze. 33. Impietas impij, non nocebit ei, in quocunque die conuerſus fuerit. Ecce magna promiſſio veritatis. Si ergo Deus conuerſo impio, veniam negaret, veritatem ſuam (quod abſurdiſſimum eſt cogitare) nega-

ret,

ret. Greg Nullum pœnitentem reuerſum deſpicit: qui peccatores redimere venit. De 3. Iohe. 2. Conuertimini ad dominum Deum veſtrum, quia benignus &c. & præſtabilis ſuper malitia. Attende peccator benignitatem, & miſericordiam Dei in filio, pro te in morte tradito. Bern. Si ſupra modum peccaui, non deſpero: quia ſupra modum doluit, in quo reſpiro. Si exacerbatur pater, immanitate ſceleris mei: mitigabitur in dolore filij ſui. Item multiplici conuerſorū exemplo. Apparet enim miſericordia Dei, in conuerſione Petri & Pauli & Magdalenæ & latronis in cruce, Niniuitarum, & totius mundi ad Chriſtum conuerſi. Iſ. 60. Mirabitur & dilatabitur cor tuum: quando conuerſa fuerit ad te multitudo maris: Fortitudo gentium venerit tibi &cæ. Greg. Quoniam multos a ſuis iniquitatibus ſanatos aſpicimus, quid aliud q̃ ſupernæ miſericordiæ pignus tenemus? D

In die Cinerum. Sermo VI.

CVm ieiunatis &c. Matthæi 6. Ieiunium perficitur plena conuerſione, pura intentione. deuota continuatione, & humiliatione vera. De 1. Iohelis ſecundo. In toto corde veſtro conuertimini ad me, dicit dominus, in ieiunio & fle. &c. Qui ergo vult meritorie ieiunare, primo conuertatur. Parum enim eſt abſtinere a cibis, quando non abſtinetur a vitijs. Iſ. 58. Ecce in die ieiunij veſtri, inuenitur voluntas veſtra, & omnes debitores veſtros repetitis. Ecce ad lites, ad contentiones ieiunatis. Iſidorus. Qui cibis abſtinent, & praua agunt, dæmones imitantur: quibus eſca non eſt, & nequitia ſemper eſt. Ideo vt digne ieiunetur, contritio, vera, confeſſio, ſatisfactio, ieiunio aſſocientur. contritio vera Vnde dicitur. Conuertimini in ieiu. & fle. &c. Item confeſſio ſecundi Paralipo. 20. Ioſaphat timore perterritus, totum ſe contulit ad rogandum dominum, & prædicauit ieiunium in vniuerſo Iuda. Iuda confeſſio interpretatur. Qui ergo digne vult ieiunare, debet peccata confiteri. Item ſatisfactio. Licet enim pars ſit ſatiſ- E

factionis,

factionis, tamen aliæ partes omittendę non ſunt. Tob. duodecimo. Bona eſt oratio cum ieiunio & eleemoſyna, magis
F quàm theſauros condere. De ſecundo Baruch primo. Audientes plorabant, & ieiunabant & orabant, in conſpectu domini, non in conſpectu hominũ: in quo oſtenditur quàm pura debet eſſe intentio ieiunantis. Nota ergo, quòd ieiunandum eſt, non intentione placendi, non retinendi, non nocendi. Ieiunandum vtique, non ad placendum, ſcilicet in conſpectu mortalium hominum, ſed in conſpectu Dei. Vnde ſuperius dicitur. Cum ieiunatis &c. vſq; receperunt mer
G cedem ſuam. Item non ad retinendum. Multi enim ſunt qui parum comedunt propter parcitatem, vt retineant & res, & pauperes in damnum habent. De eorum ieiunio. Gregorius. Non Deo ſed ſibi quiſque ieiunat, ſi ea quę ad tempus ventri ſubtrahit, non pauperibus tribuit, ſed ventri, poſt modicum offerenda cuſtodit. Item non ad nocendum, ſicut illi de quibus tertij. Reg. 21. Prædicauerunt ieiunium, & ſedere fecerunt Nabot. Ieiunauerunt, vt innocentem occiderent, vt per ieiunium malitia eorum palliaretur. Ita homines hæretici, & peruerſi Chriſtiani, bonum ſimulant, vt magis noceant. Sic Iudas, oſculo dominum tradidit.

H De tertio, Iudith quarto. quoniam exaudiuit dominus preces veſtras, ſi manentes in ieiunijs, & manſeritis & in obſecrationibus, in conſpectu domini. Bene quidam incipiunt ieiunia, ſed cito deſiſtunt. Quidam vno die ieiuni ſunt: ebrij altero. Continuatio ieiunij, præcipue autem abſtinere a ſuperfluis, valet contra pericula trium hoſtium noſtrorum, videlicet diaboli. Vnde Chriſtus, Sathan vicit, cum continuaſſet ieiunium quadraginta dierum, & 40. noctium. Ambroſius. Ieiuni hominis ſputum, ſi ſerpens guſtauerit, moritur. Vides quanta vis ieiunij ſit: & vt ſputo ſuo, homo, ſerpentem terrenum interficit; ſic & merito ſpiritualem. Item mundi. Vnde in periculo maris, Paulus & ſocij ſui, ieiunium continuantes euaſerunt. Actuum vigeſimoſeptimo. Quarta die expectantes, ieiuni permanentes, nihil accipientes & cætera. Mare autem, mundum ſignificat. Pſalmiſta. Hoc mare magnum & cætera. Item

carnis, quæ pericula incontinentiæ nobis ſuſcitat. Hanc
ieiunando vicit continens Anna. Lucæ ſecundo. Quæ non
diſcedebat de templo, ieiunijs & obſecrationibus ſeruiẽs,
die ac nocte. De quarto. Pſalmiſta. Humiliabam in ie- I
iunio, animam meam. Hic autem attende, qualis debeat
eſſe humiliatio, quo ad te, quo ad Deum, quo ad proximũ.
Vera eſt ieiunantis humiliatio, ſi non ſit ad ſe infructuoſa.
Eccleſiaſtici trigeſimoquarto. Qui ieiunat pro peccatis
ſuis, & iterum eadem faciens, quid proficit humiliando
ſe? Item ſi non ſit quo ad Deum præſumptuoſa, ſicut il-
lorum qui dicunt Iſaiæ quinquageſimooctauo, Ieiunaui-
mus, & non aſpexiſti: humiliauimus animas noſtras, &
neſciſti. Item ſi non ſit quo ad proximum iniurioſa, ſicut
phariſæi illius, Lucæ decimooctauo. Ieiuno bis in ſabbato
&c. Vnde iniurioſe contempſit publicanum. Contra quæ,
ad Rom. decimoquarto. Qui non manducat, manducan-
tem non iudicet.

DOMINICA PRIMA in Quadrageſima.

SERMO PRIMVS.

ECce nunc tempus acceptabile. 2. Cori. 6.
Quatuor ſunt tempora, quæ homines fre- A
quenter debent habere in memoria: vide-
licet tempus acceptabile noſtræ reconci-
liationis, tempus miſerabile humanæ re-
ſolutionis, tempus formidabile extreme
examinationis, tempus intolerabile æternæ damnationis.

De primo dicitur hic. Ecce nunc tempus acceptabile.
Acceptabile vtique eſt tempus gratiæ, in quo pacem cum
Deo, & cum Angelis, & medelam animabus noſtris, poſſu-
mus ſi volumus inuenire. Tale tempus antiqui deſidera-
bant. Hier. octauo. Expectauimus pacem, & non erat: bonum

tempus medelæ, & ecce formido. O quanta cæcitas, quanta inſania. tempus medelæ corporis negligis, vno die, tempus medelæ animæ negligis multis annis. Ioan. Chryſo. Si forte in corpore, parui aliquid morbi pulſauerit, ſtatim medicos adhibemus, & pecuniam profundimus: anima vero quotidie cum vulneretur, cum per ſingula lanietur, vratur, præcipitetur, & modis omnibus patiatur, ne parua quidem pro ea nos cura ſollicitat. Merito ergo tantam temporis negligentiam, Deus a te requiret. Greg. Omne tem-
B pus tibi impenſum requiret Deus, qualiter ſit expenſum. O quàm infeſtus eſt diabolus homini in hoc tempore, & tanto certe infeſtior, quanto tempus infeſtandi ſuſpicitur breuius. Apocalyp. 12. Deſcendit diabolus ad nos, habens iram magnam, ſciens quòd modicum tempus habet. Ergo ſicut dicitur ad Gal. 6. Dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes. De ſecundo, 2. Thimo. 4. Tempus meæ reſolutionis inſtat. Mirabilis conditio, quòd omnes mori debere nos ſcimus: Sed ſicut piſces vel aues quando capiantur, ita & nos tempus mortis ignoramus Eccleſi. 9. Neſcit homo finem ſuum ſed ſicut piſces capiuntur hamo, & aues comprehenduntur laqueo: ſic homines capiuntur tẽpore malo; cum eis extemplo ſuperuenerit. More enim piſcis, homo ſequitur eſcam voluptatem carnalium, vel rerum temporaliũ, & decipiuntur ſicut auis, dulci ſono adulationis, & ludo pennarum vanitatis & diſſolutionis, donec hamo vel laqueo mortis capiatur, & hoc extemplo. Greg. Quanti ad veſperam ſani acturos ſe in craſtinum aliquid putabant, & tamen in voce, repentina morte defuncti ſunt.
C De tertio. Eccle. tertio. Iuſtum & impium iudicabit dominus, & tempus omnis rei tunc erit. Certe ipſe non tãtum iuſtum, immo ipſas iuſtitias, iuſtas iudicabit. Auguſt. Væh etiam laudabili vitæ hominum, ſi remota miſericordia diſcutias eam. Modo reliquit nobis tempus ad ſatisfaciendum: ſed tunc accipiet tempus ad puniendum. Bene autem dicit Salo. quòd illo tempore, iuſtum & impium iudicabit, de hoc tempore, Matth. 13. In tempore meſſis, dicam meſſoribus. Colligite primum Zizaniam, & alligate eam in
faſci-

faſci. ad comburendum. triti. autem congrega. in hor. m. vbi per Zizaniam, impij. per triticum iuſti ſignificantur. Sed Zizania in faſciculos alligatur, dum ſocij, vel pares in culpis, in pœnis paribus ſociantur. Qui vero electi, ſunt triticum, ſcire debent, quòd de flagellis tribulationum triturantur, ad horreum cœli præparantur. Hic enim per flagella purgantur. Auguſtinus Quod lima ferro, quod fornax auro, hoc facit tribulatio Iuſto. De quarto. Pſalmiſta. Inimici domini, mentiti ſunt ei &cætera. Inimici domini, ſunt impij qui toties domino mentiuntur, quoties promiſſiones in baptiſmo factas, & vota ſua, & iuramenta tranſgrediuntur. Item orando domino metiuntur, dum dicunt ſe debitoribus dimittere, & non dimittunt, ergo tempus erit in ſecula, quia ignis eorum erit in ſecula. Iſa. vlti. Vermis eorum non morietur. & ignis eorum non extinguetur. Ignis enim iſte, non erit vnius anni tantum, neque mille millium tantum annorum: ſed æternus. Matth. 25. Diſcedite a me maledicti, in ignem æternum &c. Aug. Aut continui dolores, cruciabunt pœnitentem vitam, aut æterni cruciatus, vexabunt puniendam animam. Vnde bene ait Dauid, Pſal. 80. Erit tempus eorum in ſecula, ſcilicet iniuſtorum. Vide ergo tempora qualia, tunc eos ſequentur, qui nunc tempus acceptabile negligunt. D

Dominica I. in Quadrageſima. Ser. II.

DVctus eſt Ieſus in deſertum a ſpiritu, vt tentaretur a diabolo. Matth. 4. Sicut propter nos natus, propter nos occiſus: ita propter nos tentatus eſt Chriſtus: vt exemplum vincendi nobis daret. Chriſtus ergo gerit typum cuiuslibet fidelis, qui in deſerto huius mundi, vel Eccleſiæ, vel religionis, ad quam venit ductu Spiritus Sancti, non poteſt eſſe ſine tentationibus maligni ſpiritus. In tentationibus ergo noſtris, habemus a domino exemplum, quo inſtruamur: apparatum, quo congrediamur: auxilium quo muniamur: promiſſum quo alliciamur. E

De primo dicitur hic: Vt tentaretur a diabolo. Ten-
F tauit autem diabolus Chriſtum in deſerto, de carnalitate: in templo de ſuperbiæ vanitate: in monte de cupiditate. His enim tribus tentationibus, primum hominem deiecerat, cum dicit, In quacunque die comed. &c His tribus tentationibus, adhuc impugnat fideles quotidie &c. Significatæ autem ſunt in Leone, in vrſo, & gigante, quos occidit Dauid. ſicut legitur. 1 Regum 17. Per Leonem enim qui animal ſuperbum, eſt, ſuperbia: per vrſum, qui mel ſequitur, concupiſcentia: per gigantem, qui quaſi inſuperabilis videbatur, auaritia ſignificatur: quia auaritia quaſi inſuperabilis eſt. Inuenitur enim qui leonem & vrſum carnis vincant, ſed ſi quis vſuras, rapinas & quælibet iniuſta bona habeat reſtituere, tunc quaſi gigantem inuadit, tunc vincere non poteſt. Sed quis vincere poteſt, niſi ductorem habeat Spiritum ſanctum? Deuteron. octauo. Ductor tuus fui in ſolitudine, in qua erat ſerpens flatu adurens, & ſcorpio ac dipſas. Serpens flatu adurens, ſignificat inflantem ſuperbiam. Scorpio qui in facie blanditur cauda interficit, ſignat concupiſcentiam. Dipſas, quæ mordendo facit homines ſitire, vſque ad mortem, ſignificat auaritiam, qua vſque ad mortem ſititur pecunia. Qui ergo exemplo Chriſti vincit, ita poteſt dicere illud Pſalm. Benedictus dominus, qui docet manus meas ad prælium &c.

G De ſecundo, de apparatu armorum, quæ ſunt virtutes animam armantes, dicitur Eccleſi. 2. Fili accede ad ſeruitutem Dei, ſta in iuſtitia, & timore, & præpara animam tuam ad tentationem. Iuſtitia enim, lorica eſt animæ. Vnde arma quibus indigemus, procurator exercitus domini Paulus oſtendit. Ephe. 6. Accipite armaturam Dei, vt poſſitis reſiſtere in die malo. &c. Glo. 1. in hac vita, in qua vbique eſt tentatio. Specificans autem arma, ſubiungit. Induti lorica iuſtitiæ, in omnibus ſumentes ſcutum fidei, in quo poſſitis omnia tela nequiſſimi ignea extinguere: & galeam ſalutis aſſumite, ideſt ſpem ſalutis æternæ vitæ: & gladium ſpiritus, quod eſt verbum Dei. Nota, certe bene armatus debet eſſe homo, contra fortem armatum diabolum

lum, de quo Luc. vndecimo. Cum fortis armatus &cæt. De tertio. Apoc.3. Ego dilexi te, quoniam ſeruaſti verbum patientię meę. Ego te ſeruabo ab hora tentationis &c. H Quando occurret tibi opportunitas fornicandi, lucrandi iniuſte, occidendi inimicum, ſuccumbendi in tribulationibus, hora tentationis eſt: ſed ſi tu ſeruas verbum Dei, ſeruabit te Deus in hora hac, ſicut ſeruauit Deus pueros in hora de qua dicitur, Dan.3. Si non adoraueritis, in eadem hora mittemini in fornacem ignis ardentis. Quicunque adhuc hodie, ſtatuam auream mundanæ vanitatis vel cupiditatis, non colunt, in ignem tentationis mittuntur a diabolo. Sed per ventum roris Spiritus ſancti, in tentationibus refrigerantur. 1. Corint. 10. Fidelis autem Deus, qui non patietur vos tentari, ſupra id quod poteſtis. Sed attende quod de his tribus pœnitentijs ait Iſido. Corpus quod abſtinentia frangit, tentatio non exurit. Vnde & tres pueros abſtinentes, etſi flamma Babylonici incendij tetigit, nō combuſſit. De quarto. Iacobi primo. Beatus vir, qui ſuffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet I coronam. Bonum autem promiſſum, allicit ad pugnandum. O quanta mala libenter ſufferres, vt coronam imperij, vel coronam Franciæ acciperes. Et ecce corona vitæ æternæ, tibi promittitur, ſed cum probatus fueris. 2. Thimo. 2. Qui certat in agone, non coronabitur, niſi qui legitime certauerit. Greg. Delectet igitur mentem, magnitudo præmiorum, ſed non deterreat certamen laborum.

Dominica I. Quadrageſimæ. Ser. III.

CVm ieiunaſſet quadraginta diebus &c. Matth.4. Qui ieiunium ſuum deſiderat Deo eſſe acceptum, debet K in principio quadrageſimæ pure confiteri, & conuerti ad dominum. Vnde bene in principio quadrageſimæ legitur. Conuertimini ad me &c. in ieiunio. &c. Et bene Chriſtus immediate poſt baptiſmum, incepit quadraginta diebus ieiunare, oſtendens cum quanta ſanctificatione de-

bemus quadrageſimam ſuſcipere. Sancta, enim eſt quadrageſima, quæ homini fructuoſa & a Deo ordinata eſt, vtilis ad conſequendam veniam: ad augendam gratiam: ad optinendam victoriam: ad promerendam gloriam. Primum ſignificatum eſt Ionæ. tertio Adhuc quadraginta dies, & Niniue ſubuertetur. Et crediderunt viri Niniuitæ domino, & prædicauerunt ieiunium, & veſtiti ſunt ſaccis, a maximo vſque ad minimum. Gloſ. Quadragenarius conuenit peccantibus ad pœnitentiam & ieiunium & orationem.

L Multi dicunt non eſt vis de veſtibus, ſed de corde: quod ſi verum eſt, quare iſti ſacco induti ſunt ad placandum Deũ. Dicitur autem ibidem, quòd vidit Deus opera eorum, quia conuerſi ſunt de via ſua mala, & miſertus eſt &c. Hoc ergo ieiunium acceptum eſt Deo, & veniam peccatoribus meretur, quando homo non ſolum a cibis, ſed a vitijs malis abſtinet. Iſ quinquageſimooctauo Nonne hoc eſt maius ieiunium quod elegi, diſſoluere colligationes impietatis &c. Iſido. Qui a cibis abſtinent, & peruerſe viuere non cauent, dæmones imitantur.

M Secundum in quadrageſima Moyſi ſignificatum eſt, Deuteron. 9. Perſeueraui in monte quadraginta diebus & noctibus, non comedens panem. & aquã non bibens. Dedit mihi dominus duas tabulas lapideas, ſcriptas vtraſque digito Dei. Duæ tabulæ, ſunt amor Deĩ & proximi, quæ lapideæ ſunt, vt durare poſſint perſeuerando. Sed heu quorundam tabulæ, non lapideæ, ſed vitreæ videntur. In his duabus tabulis, mandata omnia ad ſalutem neceſſaria ſcripta ſunt. Qualiter enim ad dominum, vel ad proximum te debeas habere, ibi ſcriptum eſt. Matth. vigeſimoſecundo. In his duobus mandatis, lex vniuerſa pendet & Prophetæ. Et propter hoc digitus Dei, Spiritus ſanctus dicitur. Lu. vndecimo. Si in digito Dei. &c. Reuera diabolus qui poſſidet luxurioſum, auarum, vſurarium, raptorem, & inuidum, & alium impium, non eijcitur niſi per hunc digitum, ſ. per Spiritum ſanctum. Qui ergo ſcripturam Spiritusſancti, in corde per gratiam habere voluerit, deuote ieiunet. Bern. Ieiunium ergo non ſolum obtinet veniam, ſed & meretur gratiam.

N Tertium ſignificatũ eſt

eſt in quadrageſima Chriſti, de qua hic dicitur. Cum ieiunaſſet. 40. diebus & noct. Vicit omnes tentationes diaboli, in deſerto, in monte, in templo. Ieiunium enim maxime efficax eſt, contra tentationes. Matth. 17. Hoc genus non eijcitur, niſi per orationem & ieiunium. Vnde cum filij Iſrael tentati eſſent per Holofernem, dixit Heliachim ſacerdos: Scitote quoniam exaudiet Dominus preces veſtras, ſi manentes permanſeritis in ieiunijs, & orationibus. Orationes ergo, & ieiunia, ſunt quaſi arma, contra hoſtes vtilia. Ioan. Chryſoſtomus. Sicut neque miles ſine armis eſt aliquis, neque arma ſine milite: ſic neque oratio ſine ieiunio, neque ieiunium ſine oratione. Quartum ſignificatum eſt in quadrageſima Heliæ: de qua 3. Regum 19. Ambulauit in O
fortitudine illius cibi. 40. diebus, & 40. noctibus, vſque ad montem Dei Oreb. qui interpretatur menſa. Ieiunando enim, ad menſam gloriæ peruenimus: de qua Luc. 22. Ego diſpono vobis &c. Sed hæc menſa perdita eſt per gulam in paradiſo: recuperanda ergo eſt per abſtinentiam in mundo. Gregor. Quia a paradiſi gaudijs, per cibum cecidimus: ad hæc quantum poſſumus, per abſtinentiam reſurgamus. Iſtam quadruplicem quadrageſimæ vtilitatem, in alijs P
quadraginta diebus ſignificatam inuenimus. Purgat culpam. Vnde poſt quadraginta dies coruus de Archa emittitur, dum aperta oris feneſtra in confeſſione peccati, nigredo ore proditur, & dimittitur. Item confert gratiam. Vnde poſt quadriginta dies, Ieſus ad templum cordis venit, cum columba pœnitentiæ, & turture continentiæ. Item parat victoriam. Vnde poſt quadraginta dies, Golias a Dauid vincitur: ſicut dicitur 1. Regum 17. Item præparat vel ducit ad gloriam. Vnde poſt quadraginta dies, Chriſtus aſcendit in cœlum.

Dominica prima Quadrageſimæ. Sermo IIII.

TVnc aſſumpſit eum diabolus &c. Matth. 4. Aſſumptio Q
hominis Chriſti, vel humanæ naturæ Chriſti, qua-

druplex eſt. Prima in incarnatione: ſecunda in tentatione: tertia in iuſtificatione: quarta in aſcenſione. Prima diuina, ſecunda diabolica, tertia humana, quarta angelica. De prima. Pſal. Beatus quem elegiſti & aſſumpſiſti. Vere beata, aſſumpta a Dei filio natura. Inter omnem creaturam, elegit rationalē: inter omnem rationalem, elegit humanam. Hebræ. 11. Nuſquam enim Angelos apprehendit &c. Inter omnem humanam, elegit Iſraeliticam: cum tamen non ſolum Iſrael, ſed totum genus humanum ſaluare vellet. Inter omnem Iſraeliticam, Dauiticam, cui iurauit dicens: De fructu ven. tui. &c. Inter omnem Dauiticam, elegit Mariam. Vnde in Apocriphis Eſdræ. Elegiſti tibi vnam columbam, ex omnibus volucribus cœli, ideſt ex omnibus ſanctis. Inter omnes particulas corporis mei elegit carnem precioſiſſimam. Bernardus. O diues in omnes, & ſuper omnes Maria, de cuius ſubſtantia modica pars aſſumpta, totius mundi ſuffecit reddere debita. De ſecundo dicitur hic. Tunc aſſumpſit eum diabolus. In tribus locis tentauit Chriſtum. In diſerto: in monte: ſuper templum. Deſertum eſt mundus, in quo arbores ſteriles, ſunt mali homines: latrones autē dæmones, animas occidētes. Lu. 10. Homo quidam deſcendit, & abierunt ſemiuiuo relicto &c. Hic impugnat omnes fideles. Mons eſt altitudo dignitatis & poteſtatis, ſiue eccleſiaſticæ ſiue ſecularis. Hic impugnat rectores, & potentes. Per templum vita monaſtica ſignificatur: hic impugnat regulares. Primos impugnat, per carnalitatem Vnde dicit: Dic vt lapides iſti panes fiant. ſecundos per auaritiam. Vnde dicit: Hæc omnia tibi dabo &c. tertios per apoſtaſiam. Vnde ait: Mitte te deorſum. Adiuua nos domine Deus, quia vbique impugnat nos diabolus. Neque in deſerto, neque in monte, neque in templo ſinit nos quieſcere. Thre. 4. Super montes perſecuti ſunt nos, in deſerto inſidiati ſunt nobis. Bern. Heu me domine Deus, quia vndique mihi mala, vndique tela volant: vndique pericula, vndique impedimenta: quocunque vertam me, nulla vſquam eſt ſecuritas: ſed Chriſtus in his omnibus vincens, vincere docet: in deſerto actiuos: in templo contemplatiuos

plaſiuos in monte prælatos. De tertio. Sapi.8. Circuibam S
quærens vt mihi illam aſſumam.de ſapientia loquitur.Chriſtus autem eſt Dei virtus,& Dei ſapientia, quæ in iuſtificatione,in corde aſſumitur ſpiritualiter: in communione vero aſſumitur ſacramentaliter. Mar.14. Sumite, hoc eſt corpus meum. Sed heu. Thre. 2. dicitur. Viderunt enim aſſumptiones falſas, & eiectiones. Caue ne dominum falſe aſſumas. Caue ne aſſumptum turpiter eijcias. Miraris, quòd ſe Chriſtus permiſit aſſumi ab vno diabolo: & non miraris quod quotidie quaſi a centum & millibus hominibus,immo quaſi a tot dæmonibus quot peruerſis hominibus,ſub ſacramento altaris recipitur: immo in hoc peccatores, peiores ſunt diabolo,qui Chriſtum in ſanctam ciuitatem,ſuper templũ, & in montem aſſumpſit. Peruerſi autem homines,ipſum in Babylonem, in lutum, & in ſentinam aſſumunt. De quarto. Marc.vltimo. Dominus quidem Ieſus, poſtquàm locutus eſt eis, aſſumptus eſt in cœlum. Aſſumptus autem eſt, T
non ab Angelis eum adiuuantibus, vel ſuſtinentibus, ſed a ſuſcipientibus, & mira laude obſequentibus, cum debita veneratione. Auguſt. Sublatus eſt Chriſtus in manibus Angelorum, quando aſſumptus eſt in cœlum, non quia ſi non portarent eum Angeli ruiturus erat: ſed quia obſequebantur regi. Aſſumptus eſt quoq;, non ſolum ab Angelis, immo ſuper Angelos, a Deo patre, ad dexteram eius. Vnde bene ait Marcus. Aſſumptus eſt in cœlum, & ſedet ad dexteram Dei. Vnde poterit bene dicere Deus pater, de Chriſto, illud Aggei 2. Aſſumam te Zerobabel ſerue meus, & ponam te quaſi ſignaculum. Signa enim vulnerum patri, pro nobis in cœlo repræſentat. Bernar. Mater oſtendit filio pectus & vbera, filius patri latus & vulnera: ibi nulla poterit eſſe repulſa, vbi tot occurrunt amoris inſignia.

DO-

DOMINICA SECVNDA in Quadrageſima.

SERMO PRIMVS.

A HÆC eſt voluntas Dei, ſanctificatio veſtra. 1. Theſſa. 4 Olim Dauid orauit dicens: Doce me facere voluntatem tuam. Et nunc miſericors Deus, per Apoſtolum Paulum, & Apoſtolum Petrum, & ſemetipſum, nos ſuam docuit voluntatem. Conſiderauere autem, quòd voluntas Dei eſt, vt a peccatis ſanctificemur, vt in bono exercitemur, vt in vtroque confirmemur: vt tandem in cœlo glorificemur.

B De primo dicitur hic. Hæc eſt voluntas Dei &c. Ille enim ſanctificatur, qui a peccatis mundatur. Munda enim debet eſſe dilecta ſponſa Chriſti. Ephe. 5. Chriſtus dilexit eccleſiam & tradidit ſemetipſum pro ea, vt illam ſanctificaret mundans lauacro aquæ. Mundat autem Deus animam non ſolum lauacro baptiſmi primi, ſed etiam ſecundi .ſ. lachrymarum. Iſido. Lachrymæ pœnitentis apud Deum pro baptiſmate reputantur. Sed quid prodeſt homini ſi balneetur, & ſtatim ſordidis veſtimentis induatur? Sic quid prodeſt animæ, ſi mundetur, & ſtatim in vitioſam conſuetudinem relabatur? Propter hoc præcipitur Exod. 19. Vade ad populum & ſantifica eos, hodie & cras lauent veſtimenta ſua .i. mores ſuos. Eccleſi. 9. Omni tempore ſint veſtimenta tua candida. Gregor. Qui fletibus ſuis munditiam ſubtrahit, ante Dei oculos ſordidas etiam ipſas lachrymas facit.

C De ſecundo. 1 Pet. 2. Sic eſt voluntas Dei, vt bene facientes, obmuteſcere faciatis imprudentium hominum ignorantiam. Si ergo benefacitis, voluntatem Dei impletis, immo & ex Deo nati eſtis 1. Ioan. 3. Qui facit bene, ex Deo eſt. Qui male facit, non videt Deum, immo neque videbit in æternum. Deus enim benefacit benefacientibus &c. Pſal. Benefac domine bonis & rectis corde, declinantes autem in

obliga-

obligationem adducet Dominus, cum operantibus iniquitatem. Sed attende quod ait Petrus. Obtumeſcere faciatis &c. Magna virtus bonorum factorum, quæ noſipſos apud Deum creſcere, & aduerſarios obmuteſcere, & amicos non erubeſcere faciunt. Auguſt. Qui nos amant, quærunt quod laudent in nobis: qui autem oderunt, detrahunt nobis. Nos autem in vtroque medio conſtituti, vitam noſtram, & famam ſic cuſtodire debemus, vt non erubeſcant coram detractoribus laudatores. Sed certe quia detractionibus, & contentionibus, & conſpirationibus, & alijs peruerſis locutionibus, obmuteſcere nolunt in mundo, obmuteſcent in iudicio Matth. 22. At ille obmutuit. De tertio Ioann. 6. D
Hæc eſt voluntas eius qui miſit me &c. Sola perſeuerantia, facit, vt non pereamus. Qui enim perſeuerauerit vſque in finem ſaluus erit. Vnde abſque perſeuerantia, neque qui pũgnat victoriam, neque palmam victor conſequitur. Illi autem perduntur, qui non perſeuerando, a Deo ſeparantur. Pſal. Perdidiſti omnes, qui fornicantur abs te. Fornicantur, qui relicto vero ſponſo Ieſu Chriſto, cum mundo luxuriantur. Si vero non vis perdi, adhæreas Deo, voluntatem eius ſemper & perſeueranter implendo. Primæ Theſſal. quinto Semper quod bonum eſt ſectamini in inuicem, & in omnes. Semper gaudete, ſine intermiſſione orate. In omnibus gratias agite: hæc eſt enim voluntas Dei. Vnde Iſido. Tunc placet Deo conuerſatio noſtra, quando bonum quod inchoamus, ſine perſeueranti complemus. Et nota, quòd de triplici voluntate dicitur, ad Roman. 12. Reformamini in voluntate ſenſus veſtri, vt probetis quæ ſit voluntas Dei bona, beneplacens, & perfecta. Voluntas Dei bona eſt, vt a malis ſãctificemur. Bene placẽs, vt bonũ operemur. Perfecta vt in vtroq; cõfirmemur. De 4. Ioan. 6. Hæc eſt aũt voluntas E
patris mei, qui miſit me, vt oĩs qui credit in eũ &c. Bene dr̃, q credit in eũ. Si aũt ſcire deſideras an credis in eũ, attẽde quid dr̃ Marc. 16. Signa eos qui in me credũt &c. vſq; bene habebunt. Require expoſitionẽ in vigilia Pẽtecoſ. in ſermone. Nolite cõtriſtare Spũm ſanctũ. Volũtas ergo Dei eſt, vt qui credit in filiũ, habeat vitã æternã, Io. 10. Oues meæ &c.

Do-

Dominica II. in Quadrageſima. Sermo II.

F DImitte eã quia clamat poſt nos. Matt. 15. Clamor orationis, optimus nuncius eſt ad aures Dei. Pſal. Clamor meus in conſpectu eius &c. Greg. Voces valentiores apud ſacratiſſimas aures Dei faciunt, non multa verba, ſed deſideria. Sunt autem quatuor, quæ faciunt homines clamare. Aqua, ignis, gladius beſtia. Sic & nos clamare debemus propter aquam & tempeſtatem ſpiritualem; propter ignem æternalem, propter gladium iudicialem;
G propter beſtiam infernalem .ſ. diabolum. De primo Ionæ 1. Mare ibat & intumeſcebat ſuper eos, & clamauerunt ad dominum &c. Quid eſt fluxus præſentis miſeriæ, niſi mare vel aqua, vbi tempeſtatibus tentationum anima periclitatur? immo peccando ſubmergitur. Ideo in orationibus ſic clamandum eſt, quaſi homo iam ſubmergi timeret, ſicut dicitur de Petro. Mat. 8. Domine ſalua nos, perimus. Vſitatum verbum eſt. Qui neſcit orare, aſcendat mare. Sed certe periculoſius mare eſt, in quo anima, quàm in quo corpus ſubmergitur. & ideo magis clamandum eſt. Pſal. Veni in altit. ma. & c. labo. cla. &c. Aug. Vt liberemur clamemus, ne forte in preſſuris conſentiamus iniquitati: & vere irrecuperabiliter abſorbeamur. De ſecundo Iohe. 1. Ad te do-
H mine clamabo, quia ignis comedit ſpecioſa deſerti .i. huius mundi: ſicut nobilitas, potentia, gloria, iuuentus, pulchritudo huius mundi. O quot potentes, nobiles, glorioſos iuuenes, & pulchras mulieres, & viros iam comedit ignis inferni? per duo, vel per tres, vel per quatuor, vel per quinque, vel per ſex milia annorum: vel forte per plura: & non ſolum tales, immo omnia ligna regionis .i. quoslibet alios peccatores. Deuterono. 32. Ignis ſuccenſus eſt. &c. Ideo clamandum eſt in oratione. Verſus. Nam tua res agitur, paries cum proximus ardet. Iam enim proximus paries tuus ardet .ſ. maritus, vel vxor, vel frater, vel pater, vel alius proximus tuus, forte per annum, vel decem, vel viginti an-

nos

nos arſit in inferno. Nonne times? nonne clamas? & forte pro eiſdem bonis ardet pater tuus, quæ tu adhuc habes, & tu cum eo pro eiſdem bonis ardebis. Nonne clamas? Flamma vero ſuccendēs ligna eſt illa, de qua, Luc. 16. Crucior in hac flamma. Peccator clama, & aquam lachrymarum fundans, vt ignem non gehennæ, ſed culpæ tibi extinguas. Iſido. Dei ſeruus, quoties quolibet tangitur vitio, toties ad orationem ſe ſubdat. Frequens oratio, vitiorum impugnationem extinguit. De tertio. Ezec. 11. Iſte exacutus eſt gladius, & iſte limatus eſt, vt ſit in manu interficientis .i. Chriſti. Clama & vlula fili hominis &c Iſte gladius eſt ſententia, qui non ſolum acutus, ſed exacutus eſt: vt per ipſum non ſolum corpus: ſed etiam anima feriatur. Limatus & ſplendens eſt, vt in promptu habeatur. Deuter. 32. Si acuero vt fulgur gladium meum &c. Promptus eſt non ſolum in iudicio, ſed etiam in morte peccatoris. Vnde omni hora timendus eſt. Ideo in oratione clamandum eſt, ac ſi iam gladio transfodi deberes. Hiere. 25. Vlulate & clamate, aſpergite vos cinere: quia completi ſunt dies vt interficiamini. Clamate in cinere .i. futuros vos cineres conſiderantes. Hoc etiam dicitur Ionę 3. quòd rex ſedit in cinere, & homines, & mulieres, & iumenta, nihil guſtantes, ſaccis operiebātur vt clamarent ad dominum in fortitudine ſua. De quarto. Pſalm. 55. Clamabo ad Deum altiſſimum &c. vſque de medio catulorum leonum. O ſi te iam leo vel lupus vel ſerpēs inuaderet, o quomodo clamares? O quanto magis clamandum eſt contra diabolum, leonem fortiſſimum. Primæ Petri 5. Tanquàm leo rugiens &c. Neceſſarius autem eſt clamor orationis contra diabolum. Ioann. Chryſoſt. Oratio iugis, infirmitas eſt hoſtis. Ipſe contra ſe tela miniſtrat, qui hoſtem, precum inſtantia non fatigat. Vnde etiam Tobias clamauit, cum inuaderet eũ piſcis, .i. diabolus. Tob. 6. Expaueſcēs Tobias, clamauit voce magna dicens: Dñe inuadit me piſcis. Si clamat quem piſcis iſte diabolus inuadit tentando: multo magis clamet, qui in ventre huius piſcis eſt, male viuendo. Ionæ 3. Clamaui ad dominum, de tribulatione mea, & exaudiuit me de ventre inferi.

I

K

Domi-

Dominica II. Quadrageſimæ. Sermo III.

DImitte eam &c. Matthæi 15. Ecce mulier multum clamando, multos mouit ad intercedendum. Nos quoque orando clamabimus, ſi multitudinem impedimentorum, inimicorum, neceſſariorum, interceſſorum cōſideramus. Clamare ergo debemus, vt impedimenta trā-
L ſeamus, vt inimicos confundamus, vt interceſſores moueamus, vt neceſſaria obtineamus. De primo Lucæ 18. Qui præibant, increpabant eam vt taceret. Turbæ increpantes, ſunt cogitationes, & phātaſiæ, orationes impedientes. Magis autem impedit clamorem orationis, elongatio clamantis. Tanto autem eſt homo a Deo longius, quanto in vitijs profundius. Et ideo in perſona profundi peccatoris, ait Pſalmiſta. Infixus ſum in limo profundi, & non eſt ſubſtantia. Veni in latitudinem maris, & tempeſtas demerſit me. Auguſtinus. Debet vnuſquiſque noſtrum, videre in quo profundius ſit, de quo clamet ad dominum. Clamauit enim de profundo Ionas, de ventre ceti. Vnde melius eſt nunc pęnitendo, de profundo peccati clamare ſalubriter. Pſal. De profundis clamaui. &c. quàm de profundo inferni inutiliter: ſicut diues in inferno ſepultus Luc 17. Ipſe clā-
M mans dicit, Pater Abraam &c. De 2. 1. Mach. 4. Ne timueris multitudinem eorū, & impetum eorum ne formides &c. vſque nunc clamemus in cęlum. O quàm clamandū eſſet, ꝑpter tentationis impetū, & formidinem, & propter multitudinē tentantium. Non enim habes in capite tot capillos, quot anima tua habet inimicos. Pſal. Laboraui clamās, raucæ factę ſunt fauces meę: multiplicati ſunt ſuper capil. &c. Si enim legio dæmonum, vexauit vnum hominem corporaliter: ſicut dr̄ Luc. 8. quid ergo erit de anima, quam plus ꝑſequuntur? Clamore ergo orationis fugandi ſunt. Legitur enim Iudicum 7. quòd per tubas ſonātes, & per confractas lagenas, hoſtes fugabantur. In confractione lagenarū, mortificatio corporum: in tubis orationes ſignificantur. Tuba

enim in

enim in fine vno, flatum recipit, in alio reddit ſonum. Sic & orationis ſtatus in mundo fit; ſed ſonus auditur in cęlo. Greg. Magna virtus orationis, quę effuſa in terris, in cœlis operatur. Sic ergo oratione, & mortificatione, cõfunditur diabolus. Matt. 17. Hoc genus non eijcitur, niſi per orationẽ & ieiuniũ. De tertio dicitur hic, quòd Chananęa tãdiu clamauit, vſquequò Apoſtolos interceſſores habuit. Hoc etiã ſignificatum eſt Heſt. 4. vbi dr̃, quòd ſcidit Mardochę̄ veſtimenta ſua, & indutus eſt ſacco, & ſpargens cinerem capiti, & in platea mediæ ciuitatis, voce magna clamauit, & hoc eiulatu, ad fores palatij venit. Veſtis veteris conſuetudinis, debet ſcindi: ſaccus pęnitentiæ indui: cinis memoriæ mortis, menti imprimi: in platea mediæ ciuitatis Eccleſiæ, in oratione clamare. Eccl. 15. In medio Eccleſię. Vſq; ad fores palatij cęleſtis regni, tantum clamare debet anima tua, vt Angeli, virgines, martyres, Apoſtoli audiant, & iterum dicant domino: Dimitte eam &c. Forte enim Heſter. i. Maria mouebitur ad intercedendum, ſi audit clamorem tuum. Bernardus. Mariam cogita, Mariam inuoca, non recedat ab ore tuo, nõ diſcedat a corde tuo, vt impetres orationis ſuffragium, non deſeras conuerſationis exemplum. De quarto Nota, quòd clamare debemus, ſicut mendicus pro ſubuentione. Pſalm. Iſte pauper &c. Item Pſalm. Non eſt oblitus clamorem pauperis &c. Item, ſicut infirmus pro ſanatione. Pſal. Domine Deus cla. &c. Item, ſicut cæcus pro illuminatione. Lu. 18. Cæcus autem multo magis clamauit. &c. Item ſicut dæmoniacus pro liberatione, ſicut hæc Chananæa clamauit. Item ſicut tribulatus pro conſolatione. Pſal. Clamauerunt iuſti. &c. Item ſicut moriturus pro euaſione. Daniel. 13. Clamauit autem voce magna Suſanna, & dixit: Domine Deus æterne. &c. Clama ergo miſer peccator, pro tantis neceſſitatibus ad Deum. Sed certe lingua ſerpentis, ſibilare poteſt, clamare non poteſt. Ita oratio linguæ venenatæ, non eſt clamor orantis, ſed ſibilus ſerpentis apud Deum. Hierony. Neſcio qua conſcientia, ea lingua quis Deum rogat, qua mentitur, aut maledicit, aut detrahit: labia ſancta exaudit Deus. N O

Domi-

Dominica II. in Quadrageſima. Ser. IIII.

CAtelli edunt de micis, quæ cadunt de menſa. &c. Matthæi 15. Catelli ſunt humiles peccatores. Micæ ſunt verba Dei, vel gratiarum prægustationes. Menſa eſt quadruplex: materialis, doctrinalis, Sacramentalis, æternalis. De prima Lucæ 6. Cupiens ſaturari de micis. &c. In hac menſa vitanda ſunt quatuor. Primum eſt gula: ſecundum immiſericordia. Vnde iſte qui ſplendide epulabatur quotidie, & micas Lazaro non dedit: ſepultus eſt in inferno. Quidam enim plus dant canibus, quàm pauperibus: cum tamen dominus dicat eis hic: Non eſt bonum &c. Tertium eſt ſocietas mala. Homo non debet turpes commenſales habere. De malo enim ſeruo, manducante cum ebrioſis, dicitur Matthæi vigeſimoquarto, quòd Deus diuidet eum &c. Auguſtinus quoque, in menſa hos verſus habuit.

Quiſquis amat dictis, abſentum rodere vitam,
Hanc menſam vetitam, nouerit eſſe ſibi.

Abominabilius eſt, ad menſam, per detractionem, euomere aliorum vitia, quàm propria cibaria. Iſa. 28. Omnes menſæ repletæ ſunt vomitu, & ſordibus. Quartum eſt, cibaria illicita. Tobiæ 2. Non licet nobis, aut edere de furto aliquid, aut contingere. De ſecunda menſa, quæ eſt ſcripturæ. Exodi. 25. Pone ſuper menſam panes propoſitionis &c. Menſa hæc, panem & coronam habuit, ſicut ibidem dicitur: quia Sacra Scriptura, in præſenti nos reficit, & in futuro coronam promittit. Iſaiæ ſexageſimoprimo. Darem eis coronam, pro cinere &c. Corona vero, quatuor digitis alta fuit: quia ſecundum Gloſſ. per Doctrinam quatuor Euangeliſtarum, ad ipſam peruenitur. Aureola autem, quæ ſuper corona fundatur, doctori ſcripturæ datur. Duodecim, panes propoſitionis duodecim articulos fidei ſignificant, qui in ſymbolo continentur. Signum mortis hominis eſt, quando huius menſæ cibos, male vi-

le viuendo, retinere non poteſt. Pſal. Omnem eſcam abominata eſt anima eorum, & appropinquauerunt vſque ad portas mortis. In hac menſa tot ſunt fercula, quot præcepta, coſilia, virtutes, & exempla comendantur in ſcriptura.

De tertia. Pſal. Paraſti in conſpectu meo menſam &c. vſque calix meus inebri &c. Tribulationes noſtræ, ſunt dæmones, menſa altare, in qua panis, corpus eſt Chriſti. primæ Corint. 11. Probet autem ſeipſum homo &c. Oleum in capite eſt, gratia ſacramenti in mente. Certe non eſt bonũ ſumere panem filiorum .i. Angelorum, & dare canibus .i. ſordidis peccatoribus. O quantum peccatum reputares, ſi corpus Chriſti, cani dares. Et certe tu luxurioſe, tu inuide, tu auare ſordidior es, quolibet cane, & fœtidor. Augu. Quanto tolerabilius canis putridus fœtet hominibus, quã anima peccatrix Deo. Magna patientia quòd Dominus permittit ſe a canibus comedi. Nonne ſicut canis per vomitũ, ita per confeſſionem faciunt, & poſt Paſcha, ad ea quæ vómuerunt, redierunt. Prouer. 26. Sicut canis qui reuertitur ad vomitum De quarto Luc. 22. Ego diſpono vobis &c. hæc eſt menſa admiratione digna, ſicuti ſignificatum eſt. 3. Reg. 10. Videns autem regina Saba, omnem ſapientiam Salomonis, & domum quam ædificauerat, & cibos menſæ eius, & habitacula ſeruorum, ordinemque miniſtrantium, veſteſque eorum, & pincernas, & holocauſta, non habebat vltra ſpiritum. Regina eſt anima euolatura, coronanda in cœlis, quæ mirabitur in ſapientiſſima diſpoſitione domus cœleſtis. Cibi, menſæ, cœleſtes, ſunt delectationes in dextera Dei. Habitacula ſunt manſiones multæ, pro diuerſitate meritorum. Ordines miniſtrantium, ſunt ordines Angelorum. pincernæ ſunt animæ ſanctorum, vinum æterni amoris, & Deo & Sanctis inuicem propinantes. Veſtes ſunt claritates. Eorum holocauſta ſunt laudes, quæ ſine fine offeruntur. Ecce his omnibus viſis, anima beata, non habebit vltra ſpiritum, quia a ſe deficiens, tota tranſibit in dominum. In his omnibus, Salomonis ſapientiam mirabitur, & in ordinatiſſima prædictorum multitudine delectabitur. Auguſtinus. Tanta eſt pulchritudo iuſtitiæ, tanta eſt iocun-

R

S

ditas lucis æternæ, hoc eſt incommutabilis veritatis, atque ſapientiæ: vt etiam ſi non licet amplius videre, quàm vnius diei hora, propter hoc ſolum innumerabiles anni huius vitæ, pleni delitijs & circunfluentia temporalium bonorum, merito contemnerentur.

DOMINICA TERTIA Quadrageſimæ.

SERMO PRIMVS.

ERat Ieſus eijciens dæmonium. Luc. 19. Oportet vt diabolus eijciatur per contritionem, vt mutus loquatur per confeſſionem. Eiectio autem diaboli, quadruplex
A eſt: videlicet de cæco, de impio, de obſeſſo, de mundo. Prima diabolo ſuperbiente, ſecunda impio pœnitente, tertia Chriſto præcipiente, quarta mundo credente facta eſt. De prima. Eze. 28. Peccaſti & eieci te de monte Dei, & perdidi te o Cherub. Timendum eſt ergo ſuperbis. Si enim in monte cęli, ſtare non potuit angelus ſuperbus, quomodo aſcendere poteſt homo ſuperbus? Item ſi propter vnam ſuperbiam cecidit Angelus, quid fiet de hominibus, qui omnibus vitijs pleni ſunt? Odibilis eſt ergo ſuperbia, non ſolum Angeli, ſed hominis miſeri. Eccle. 25. Tres ſpecies odiuit anima mea. Pauperem ſuperbum, diuitem mendacem, ſenem fatuum. Pauper ſuperbus, eſt homo, pauper enim mundum ingreditur, pauper egreditur. Iob. 10. Nudus egreſſus ſum de vtero matris meæ, & nudus reuertar illuc .ſ. ad magnam matrem quæ eſt terra. Diues mendax, eſt diabolus, diues in promiſſione. Matth. 4. Hæc omnia tibi dabo &c. Mendax autem eſt in ſolutione. Auguſt. Veniet dies iudicij, & inuenies verum quod comminatus eſt Deus, & falſum, quod pollicitus eſt diabolus. Senex fatuus eſt mundus, qui fatua

ſequitur, & fatuos facit. Superbia Luciferum de cœlo, Adā de paradiſo, Nabuchodonoſor, de regno eiecit. De 2, B
Mar.16. Apparuit primo Mariæ Magdalenæ; de qua eiecerat ſeptem dæmonia. Septem dæmonibus ſpiritualiter obſeſſus eſt, qui ſeptem capitalium vitiorum principibus, ſubiectus eſt: videlicet ſuperbiæ, inuidiæ, iræ, acidiæ, auaritiæ, gulæ, luxuriæ. Vnde in hoc Euangelio. Tunc aſſumit alios ſeptem ſpiritus &c. Eijciuntur autem per illos ſeptem ſpiritus, de quibus Apo. 5. Vidi agnum ſtantem tanquam occiſum, habentem cornua ſeptem, & oculos ſeptem, qui ſunt ſeptem Spiritus Dei. His cornibus agni, eijciuntur in contritione ſeptem maligni ſpiritus. Bernard Cordis conpūctio eſt, qua eijciuntur dæmonia, cum affectu cordis, eradicantur peccata. Quod autem dicitur de ſeptem ſpiritibus nequioribus, quòd ingreſſi habitant ibi, non eſt intelligendum, quòd ſubſtantialiter illabantur menti, quia ſolius trinitatis eſt, ſed ſuggeſtione. Io. 13. Poſt bucellam intrauit in eum Sathanas. Mirum eſt, quòd non timent homines, quòd bucellam, quam de rapina, vel de vſura, vel de iniuſto acquirunt, intret in eos diabolus. De tertia. Matthæi 8. Si eijcis nos, mitte nos in gregem porcorum &c. Porci ſunt, qui vitā ſuā cœnoſæ libidini, & voluptatibus ſeculi manciparunt. In his diabolus poteſtatem accipit. Tobiæ ſexto. Qui coniugia ita ſuſcipiunt, vt Deum a ſe, & a ſua mente excludant, & ſuæ libidini ita vacent, ſicut equus & mulus, quibus non eſt intellectus. habet ſuper eos poteſtatem dæmonium. Horribile videtur, quod tot millia dæmonum, .ſ. legio, vnum obſederunt hominem. Sed certe horribilius eſt habere tot peccata mortalia, immo vnum mortale. Sed nota quòd quandoque vnus ſicut dicitur hic. D
Erat Ieſus ei. dæmonium &c. quandoque ſeptem, quandoque legio vexat hominem. Vnus quando in vno peccato mortali laborat homo. Septem quando in ſeptem peccatis mortalibus. Legio, quando eadem vitia, multimode multiplicantur. De quarto. Ioann. 12. Princeps mundi hu- E
ius, eijcietur foras, hoc factum eſt per Chriſti paſſionem, & per mundi conuerſionem. hic eſt princeps, de quo Num. 25,

dicitur, quòd Finees, Iſraelitam fornicantem cum filia nobiliſſimi principis Madianitarũ, ſimul cum ipſo, interfecit. Princeps diabolus, ſeptem habet filias, ſeptem vitia capitalia, quas tradidit hominibus: aliquis habet vnam, alius habet plures: alius habet omnes. Quanto plus autem habes filias diaboli, tanto plus habebis de hæreditatæ eius, id eſt de igne æterno: quandò cum filiabus eius, veneris ad infernum. Iſtæ filiæ habent ſuas filias .i. vitia de ipſis naſcentia. Væh tibi ſi matrem cum filia habueris. Nobilis principis filia eſt iniquitas operis; nobilioris autem nequitia conſuetudinis, nobiliſſimi vero obduratio impœnitentis. Qui hanc habuerit, gladio Finees .i. ſententia Chriſti damnabitur. Deuteron. 32 Si acuero vt fulgur gladium meum, & arripuerit iudicium manus mea: reddã vltionem hoſtibus meis &c. Auguſt. Nolentes ſi peccauerint corrigi, nihil aliud elegerunt niſi cum mundo damnari.

Dominica III. in Quadrageſima. Sermo II.

TVnc vadit & aſſumit ſeptem alios ſpiritus nequiores ſe. Luc. 11. Ecce quod hic dicitur, ſæpe videmus, nã qui poſt conuerſionem peruertuntur: ſæpe pluribus vitijs, quàm ante ſubijciuntur. Septem autem ſpiritus, ſecundum ſeptem vitia capitalia poſſumus hic accipere.

F Primus ergo eſt ſpiritus ſuperbiæ. Prouer. 16. Contritionem præcedit ſuperbia, & ante ruinam exaltabitur ſpiritus, non ſolum ſpiritus ſuperbi hominis, immo ſuperbus diabolus, ſicut exaltabatur ante ruinam in cœlo: ita exaltatur cotidie ante ruinam noſtrã. Secundus inuidiæ. 1. Regum 18. Non rectis oculis &c. vſque inuaſit ſpiritus malus Saul. Adhuc hodie quos ſpiritus inuidiæ vexat, non recte aliquos aſpiciunt. Tertius iræ. Prouer. 27. Ira non habet miſericordiam, neque erumpens furor, & impetum concitati ſpiritus ferre quis poterit? Incendiarij, diaboli, ſunt iracundi, & ideo eos nulla domus ferre poteſt timore incendij. Eccleſiaſt. 28. Secundum ligna ſyluæ, ſic ignis exardeſcet:

ſcet:& ſecũdum virtutem hominis, ſic iracundia illius erit, & ſecundum ſubſtantiam ſuam, exaltabit iram ſuam. Quartus auaritiæ 3. Reg. 22. Egrediar & ero ſpiritus mendax omnium prophetarũ. Spiritus iſte qui perſuaſit regi Achab tollere Ramach, Galaad, eſt ſpiritus auaritiæ, quæ ſemper perſuadet temporalia, ſæpe multis congregantur. Pſalm. Mendaces filij hominum in ſtateris &c. Quintus acidiæ. Prouer. 17. Spiritus triſtis exſiccat oſſa. Et Luc. 13. Ecce mulier, quæ habebat ſpiritum infirmitatis annis. 18. &c. Acidia enim infirmum reddit ad opera, 10. mandatorum, & 8. beatitudinum, neque ſurſum aſpicere ſinit hominem ad Deum. Sextus eſt gulæ. Eſaiæ 19. Dominus miſcuit in medio eius ſpiritum vertiginis, & errare fecit Ægyptum in omni opere ſuo, ſicut errat ebrius & vomens. Caue tibi de vertigine ebrietatis. Septimus eſt luxuriæ, Oſeæ 5. Spiritus fornicationis, in medio eorum, & dominum non cognouerunt. Caues ſagitta cuiuslibet horum ſeptem ſpirituũ nequiorum. Ephe. 6. In omnibus ſumentes ſcutum fidei, in quo poſ. o.te.ne. ignea extinguere. Nequam ſunt iſti Spiritus in peccantibus, ante conuerſioné. Nequiores auté ſunt in recidiuantibus poſt conuerſionem. Iſido. Grauius illos concupiſcentia ſeculi ferit, quos poſt renunciationem, ad mundi amorem reducit. Nequiſſimi vero ſunt, in perſeuerantibus vſque ad damnationem. Iſti ſeptem ſpiritus nequam, ſunt eijciendi ſexto modis. Videlicet verbo ſanctæ prædicationis. Matt. 8. Verbo eijciebat ſpiritus. Primum bonum verbi Dei eſt, quòd per timorem humiliat cor, ſuperbiam reprimens 3. Reg. 21. Cum audiſſet Achab &c. vſque non vidiſti Achab humiliatum coram me &c. Item beneficio dominicæ paſſionis. Vnde 1. Reg. 16. dicitur, quòd per citharã Dauid, ſpiritus malus recedebat a Saule. Cithara vero eſt Chriſtus in cruce. Sicut enim in cithara tenduntur chordæ ſuper lignum: ita membra Chriſti ſuper lignũ Crucis tendebantur. Per memoriam autem paſſionis Chriſti, charitas accenditur, inuidia confunditur. Item exemplo bonę conuerſationis. Vnde Actuum. 19 dicitur, quòd per ſudaria & ſemicinctia Pauli, fugabantur ſpiritus nequam. G

Sudarium quo laborantium ſudor extinguitur, eſt exemplũ patientiæ in laborantibus. Semicinctium autem, quod eſt veſtis ex vno latere dependens, ſignificat exemplum patientiæ, vel manſuetudinis, in tribulationibus. Patientia enim indigemus, in latere ſiniſtro aduerſitatis, non in latere dextro proſperitatis. Item digito occultæ inſpirationis. Vnde in hoc Euangelio. Si in digito Dei &c. auaros, nec prędicatio, neque Chriſti paſſio. neque exemplum, mouere poteſt ad reſtitutionem, niſi digitus Dei ſpecialiter tangat eos. Sunt enim ſicut malefici Pharaonis .i. diaboli, qui non reprimuntur Dei digito, ſicut dicitur Exod. 8. Item ſtudio continuæ orationis, quæ ſpecialiter maxime valet contra acidiam. Item inedia deuotæ ieiunationis, quæ ſpecialiter valet contra gulam. De his duobus dicitur Matt. 17. Hoc genus, non eijcitur, niſi per orationem & ieiunium. Item fumo amaræ contritionis. Tob. 6. cordis eius particulam, ſi ſuper carbones .ſ. infernales, per recordationem poſueris, fumus eius .i. contritio, extirpat omne genus dæmoniorũ. Contritio valet contra omnia vitia: ſpiritualiter tamen fumus iſte, fugauit dæmonium, quod ſuper luxurioſos habuit poteſtatem.

Dominica III. in Quadrage. Sermo III.

Beatus venter qui te portauit &c. Luc. 11. Sicut Maria in ventre, ſic nos in mente Chriſtum portemus. Quatuor autem ſunt, quæ portanda nobis ſunt. Portare enim debemus Chriſtum in corde, per dilectionem, Crucem Chriſti in corpore, per caſtigationem, nomẽ Chriſti in ore, per prædicationem, coronam Chriſti in capite, per glorificationem. De primo hic, Beatus venter &c. Sicut per matrem cuius eſt diligere, portatur incaſtiſſimo ventre, ita non niſi per amantem portatur mundo corpore. Certe melius eſt portare panem in ventre, quàm lapidem vel ſerpentem. Peccatum autem eſt lapide grauius, & ſerpente multo horribilius. Iob 20. Panis eius, in vtero eius

verte-

vertetur in fel aſpidum. O quàm horreret homo, ſerpentem habere in ventre. Et certe periculoſius eſt vnum peccatum in corde: quàm mille ſerpentes in corpore. Dilectio autem, non ſolum debet eſſe in corde, ſed in opere. Ideo non ſolum Mater in vtero, ſed etiam Symeon in brachio Chriſtum portauit. Libenter Chariſſimi, in vtero cordis portemus, qui nos in vtero ſuæ ſanctæ miſericordiæ, ſemper portat, quouſque in lucem vitæ æternæ nos pariat. Iſaiæ 46. Qui portamini a meo vtero &c. ideſt miſericordia. Debet ergo diligi. De ſecundo Galat. ſexto. Ego ſtigmata Ieſu, in corpore meo porto. Crux Ieſu, non ſolum per vulnera, & ſtigmata paſſionum portatur: ſed etiam per pœnitentiam, & carnis mortificationem, & ſenſuũ refrenationem, 1. Corint. 6. Glorificate, & portate Deum in corpore veſtro. Portare autem debemus tempeſtiue, ne negligamus temporis breuitatem Thre. 3. Bonum eſt viro, cum portauerit &c. Item voluntarie, ne cogamur neceſſitate ſicut Simon Luc. 23. Impoſuerunt illi portare crucem poſt Ieſum. Item ſtrenue, ne vincamur tentatoris importunitate. probus enim miles ſtrenuiſſime clypeum portat, quamdiu inter hoſtes eſt. i. Paralipo. 12. Filij Iuda, portantes clypeum, & haſtam &c. Clypeus pœnitentiam ſignificat. protegit enim nos ab hoſtibus, ne vulneremur. Haſta eſt zelus iuſtitiæ. Sed heu multi de pœnitentia faciunt ſicut de quodam dicitur, qui clypeum vſque ad oſtium portauit, & tunc in lutum proiecit. Gregor. Incaſſum bonum agitur, ſi ante terminum vitæ deſeratur. Libenter portemus crucem, pro Chriſto, qui libẽter portauit pro nobis. Io. 19. Baiulans ſibi crucem, qui exiuit &c. De tertio Actuũ 9. Vas electionis eſt mihi iſte, vt portet nomen meum &c. Nomen Ieſu in ore portare debemus, non ſolum in prædicatione, ſicut Paulus ſed etiam in oratione, & in laudatione, in collocutione, in frequenti ruminatione. Ber. Ieſus mel in ore melos in aure, iubilus in corde. Chariſſimi ſemper portemus aliquid boni in ore, ſicut columba de qua Gen. 8. Portans ramum oliuæ, virentibus folijs in ore ſuo. Oliua Chriſtum, vel virum iuſtum ſignificat. Pſal. Ego autem ſicut

I

K

oliua &c. Ramus autem eſt bonum opus, vel exemplum. Folia autem virentia, ſunt verba ædificatoria, verba veracia, pudica, pacifica, vtilia. Hæc columba .i. anima innocés, debet in ore habere, ſi ad Noe .i. ad Chriſtum vult venire. Sed heu quidam non columbæ Dei, ſed ciconiæ ſunt diaboli: qui ſæpius ranam quàm ramum in ore habent, vt detractores, mendaces, turpiloqui, proditores & huiuſmodi. Apoca. 16. Vidi de ore draconis, & de ore beſtiæ, & de ore pſeudo prophetæ, exire tres immundos ſpiritus, in modum ranarum. Libenter nomen eius nos portare debemus, qui nos verbo oris ſui portat. Hebr. 1. Portanſque omnia verbo virtutis ſuæ. Porta eum in ore tuo, ne te euomat de ore ſuo. Apocalyp. 3. Incipiam te euomere ex ore meo. De quarto. Eccleſiaſt. 11. Inſuſpicabilis portauit diadema, ſicut Paulus perſecutor, & magnalia & multo quondam peiora, nunc portant coronam. Matt. 21. Publicani & meretrices, præcedent vos in regnum Dei. Et quia multis doloribus, & laboribus, animæ & cordis, ad portandam hanc coronã peruenitur ideo bene dicitur Eccleſiaſt. 40. Occupatio magna creata eſt omnibus hominibus &c. Nota quòd ibidem per præſidentem ſuper ſedem glorioſam, & vtentem hyacintho .i. ſtola cœleſti: & per portantem coronam, ſignificari poteſt ſpiritus cuiuslibet iuſti in cœlo beatificari. Per humiliatum autem in terram & cinerem, & per opertum lino crudo, ſignificari poteſt corpus, quod panno lineo inuolutum eſt in ſepulchro. In his enim occupatio, & graue iugum, dum adhuc in mundo viuebat. Vt hanc coronam portemus in cœlo, Chriſtus pro nobis coronam portauit in mundo. Ioannis decimonono. Exiuit ergo Ieſus portans coronam ſpineam. Bernardus. Deus pro te coronatus eſt ſpinis, vt tu coroneris in cœlis.

BO-

DOMINICA QVARTA Quadrageſimæ.

SERMO PRIMVS.

EST puer vnus hic. v. panes hordaceos habens. Ioan. 6. Puer eſt Chriſtus, a quo 5. panes habemus, videlicet naturæ, doctrinæ, pœnitentiæ, euchariſtiæ, gratię. Primus eſt corporalis, ſecundus doctrinalis, tertius pœnitentialis, quartus ſacramentalis, quintus ſpiritualis. A

De 1. Gen. 3. In ſudore vultus tui &c. Pro pane iſto parum ſudant vſurarij, & alij, qui in adulationibus, & detractionibus, & in periurijs, immo & in emptionibus, & venditionibus, & multis mendacijs, victum acquirunt. Prou. 20. Suauis eſt homini panis mendacij, & poſtea implebitur os eius ſcalculo .i. lapide ignito. Dicit glo. De iſto pane, colligunt fragmēta eleemoſynarū. Iſa. 58. Frāge eſurięti panē t. &c. Frāge eſurięti in mundo. Tob 4. Panē tuū cū eſurientibus & egenis comede, & de veſtimentis tuis, nudos tege &c. Itē in purgatorio. Nee. 8. Mittite partes eis, A
qui non præparauerunt ſibi. Item in cœlo. eſuriunt .n. ſancti eleemoſynam, & alia bona opera noſtra, & maxime Chriſtus Matth. 25. Eſuriui &c. Gregor. Ad retribuendum pigri cur eſtis, quando hoc quod iacenti in terra porrigitis, ſedenti in cœlo datis. Sic ergo habes. q. trium ſportarū fragmenta. De ſecundo Eccleſi. 15. Cibauit illum pane vi. & B
intel. &c. Sicut pater familias, eijcit de familia eum, qui ocioſe comedit panem ſuum: ſic Chriſtus. Ocioſe autem comedit, qui doctrinam intelligit, & nō facit. Econtratio Prouer. 31. Panem ocioſa non comedit. Vide quomodo ordaceus eſt, quoniam non ocioſe, ſed cum labore comedendus eſt. Iſtius panis q. trium cophinorum fragmenta, ſunt credendorum, fugiendorum, agendorum documenta, olim dictum.

dictum. Thren. 4 Paruuli eius petierunt panem: & non erat qui frangeret eis. Modo frangitur & paruis & magnis
C pluſquàm velint. De 3. Pſalmiſta. Cibabit nos pane &c. Sed quia pœnitentia, & auſtera vita, ſæpe corrumpitur per fermentum variæ laudis, vel admixtæ carnalitatis, vel ſeruilis timoris: quando ſolum timore gehennæ fit pœnitentia Ideo dicitur Deuteron. 16. Septem diebus comedes abſque fermento panem. Septem diebus .i. ſemper omne tempus ſeptem diebus ſoluitur. De iſto pane fiunt fragmenta contritionis, confeſſionis, ſatisfactionis. q. trium ſportarũ, plurima autem fragmenta ſunt, quæ pœnitentibus & lugentibus, pauci frangere ſciũt, vel nolunt. Hiere. 16. Nõ fran
D gent inter eos lugenti panem. De quarto, 1. Corinth. 11. Quicunque manducauerit panem, vel bi. cal. Domini indi. re. e. cor. & ſan. Domini. Timendum valde eſt hoc verbum. Vide ergo quomodo ordeaceus eſt, qui nõ ſolum in dolore de memoria paſſionis Chriſti: ſed etiam in dolore de peccatis. q. agnus cum lactucis agreſtibus comedendus eſt. Qui hunc non indigne vult comedere: debet ſicut ouicula, manſuete & innocenter viuere. Vnde de ouicula pauperis, quã diues illi abſtulit, dicitur 2. Reg. 12. quòd erat de pane illius comedens, & de calice bibens. Pauper eſt Chriſtus, qui paucas oues habet. Diues eſt diabolus, qui habet oues & boues, & inſuper pecora mundi. Iſtius panis fragmenta, ſunt tres partes hoſtiæ fractæ. 1. Corinth. 10. Panis quem frangimus &c. Hunc Deus etiam benedixit & fregit. Quid autem ſignificent iſtæ tres partes, dicitur in Sententijs. Poſſumus etiam dicere, quòd tres partes fiunt, quia hoc ſacrificium offertur ad honorem ſanctorum in cęlo, ad ſalutem viuorum in mundo. Vnde ſacerdos dicit. Vt illis proficiat ad honorem, nobis autem ad ſalutem &c. Item ad ſolutionem purgandorum in purgatorio. Vnde in canonica, commemoratio fit nominatim, & ſanctorũ viuorum, & mortuorum. De quinto. Pſalmiſta. Panis,
E cor hominis confir. Iſtum panem, timoris ſolicitudo, facit ordeaceum. Vnde Bernardus. Time cum acceſſerit gratia, time cum abierit, time cum denuo redierit.

Sed

Sed quis vidit vnquam dormientem comedere? Sic tu niſi de ſomno peccatorum ſurrexeris, pane gratiæ non paſcetis. Vnde bene dicitur. 3. Regum 19. quòd Angelus Heliam bis excitauit, vt panem comederet, in cuius fortitudine 40. dies ambulauit. Excitatur homo bis. primo per timorem gehennæ 2. per amorem gloriæ. Iſtius panis fragmenta, ſunt varia gratiarum dona. Luc. 24. Cognouerunt eum in fractione panis: quæ fragmenta in 12. cophinos diuiduntur, vt pleni ſint. Opera enim noſtra, ſine gratia, non ſunt plena. Apocal. 3. Non inuenio opera tua plena. Habet puer iſte etiam duos piſces. primus eſt lætitia de propria conſcientia, quia de dolore gaudet. hic piſcis natat in aqua amara, quia in ipſo dolore. Auguſtinus, Doleat pœnitens, & de dolore gaudeat. Ioan. vlt. Viderunt prunas poſitas, & piſcem ſuperpoſitum. Secundus piſcis, eſt diuina miſericordia. Ioann. vlt. Venit Ieſus, & accepit panem, & dabat eis, & piſcem ſimiliter. Hic piſcis aquæ, dulcis eſt, quia miſericordiæ ſuauiſſimæ. Pſalmiſta. Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ domine. F

Dominica IIII. in Quadrageſima. Ser. II.

EST puer vnus hic. h. v. pa. or. Ioan. 6. Ordeacei panes, ſignificare poſſunt auſteras refectiones: quas habet anima fidelis de doctrina legali, vel de pœnitentia medicinali, vel de diſciplina ſiue continentia ſenſuali, vel de pœna dominicali. Iſta licet ordeaceam habent, reficiunt tamen animam & confortant. De 1. Deuteronomij octauo. Non in ſolo pane &c. Legitur Dan. 14. Qui Abacuch, quos panes intriuerat in alueolo, portauit Danieli, ductu angelico, in lacum ſeptem leonum. Intritio eſt ſcripturarum impreſſio, in cordis alueolo. Malum eſt ſignum, cum infirmus abominatur panem. Iob trigeſimotertio. Abominabilis fit panis ei, in vita ſua. Lacus eſt mundus. Leones ſunt dæmones. 1. Pet. 5. Tanquam leo ru &c. Septem leones, ſunt ſeptẽ dæmones, vitiorum capitalium principes. Quicunque ergo G

go in mundo eſt,ipſe in lacu leonum eſt:& panis doctrinę, ipſi neceſſarius eſt.Sed nota quòd quinque panes,ſunt quinque libri legales. Vel panes doctrinæ,ſunt quinque verba,
H quibus tota ſcriptura comprehenditur : quæ ſunt hæc. Crede,fuge,age,time,appete. Crede in Deum. Fuge vitiū. Age bonum.Time ſupplicium. Appete præmium. j.Cor. 14.
I Volo quinque verba,ſenſu meo loqui. De ſecundo Pſalmiſta.Fuerunt mihi lachrymæ meæ, &c. Auguſtinus. Da mihi domine in hoc exilio, panem doloris & lachrymarū, quem eſurio ſuper omnia,in copiam delitiarum.hic eſt panis,qui per coruum miniſtratur Heliæ,in torrēte Carith. tertij Regum 17.Torrens, contritionem ſignificat. Thre. 2. Deduc quaſi torrentem lachrymas, per diem & noctē &c. Per coruum autem nigrum & clamoſum, ſignificatur confeſſio peccatorum.Hic coruus ſignificatus eſt Gen. 8. Aperta oris feneſtra,mittitur de archa conſcientiæ. Hic miniſtrat tibi panem refectionis pœnitentiæ,ſedenti in torrente ploratus. Plora ergo peccator. Auguſtinus. Qui ſe cognoſcunt,ſicut ſemper peccant,ita ſemper plorant in tota vita ſua: quæ eſt tentatio ſuper terram, plorans totam vitam ſuam.Sed nota quòd hi quinque panes, ſunt quinque pœnitentiæ partes,videlicet contritio,confeſſio, oratio. Ieiunium,eleemoſyna. De tertio ſignificatum eſt Iudi. ſeptimo.
K vbi legitur, ꝙ panis ſubcinericius ex ordeo apparuit, qui in caſtra Madian ſubuertere videbatur. Caſtra Madian ſunt ſenſus noſtri:qui vtique Madianitæ ſunt: quod interpretatur contradicentes. Contradicit enim frequenter ſpiritui.Pſalmiſta Vidi iniquitatem & contradictionem in ciuitate.Vnde in caſtris inimicorum,habitant animę noſtrę, in ſenſibus conſtitutæ.Panis autem ex hordeo,eſt rigor diſciplinæ & continentiæ,ſenſus contradicentes cohibentes. Eccleſiaſtici 33. Panis & diſciplina, & opus ſeruo.i ſenſui & corpori. Ab illicitis optime prohibemus, ſi notemus efficaciter quòd hic, quinque panes ſunt quinque ſenſuum diſciplinæ,ſiue continentiæ. Auguſtinus.Continendus eſt animi appetitus,a voluptate oculorum,a voluptate o faciendi,tangendi,guſtandi. Tali continentia, anima paſci-

tur &

tur & tanquam panibus confortatur. De quarto dicitur mulieri colligenti duo ligna. 3.Reg. 18. Fac de ipſa farinula, ſubcineritium panem paruulum. Duo ligna crucem ſignificant. Hierem. 11. Mittamus lignum in pa. eius. Farina eſt granum contritum. Granum eſt Chriſtus. Ioannis 12. Niſi granum frumenti, &c. qui contritus eſt per paſſionem. Eſaiæ 53 Attritus eſt propter ſcelera noſtra. Mulier ergo, ideſt Eccleſia, vel anima, colligens per fidem & deuotioné duo ligna Crucis, de farinula, panem facit, quando de paſſionibus Chriſti, ſe reficit. Panis iſte paruulus eſt, quia Chriſtus per paſſionem minutus eſt, & humiliatus eſt Philip. 2. Humiliauit ſemetipſum, &c. Subcinericius quoque eſt, quia ſub cinere amare paſſionis Chriſti memoriæ, coctus eſt. Pſal. Cinerem tanquàm panem manducabã. &c. Sed nota, quòd hi quinque panes, quinque vulnera Chriſti ſunt, qui multum reficiunt animam deuotam: qui non ſolũ ſunt ordeacei per conpaſſionem, ſed etiam oleati, immo melliti, per deuotionem. Bernar. Foderunt manus eius & latus, quod lancea perforauerunt, & per has rimas, licet mihi ſugere mel de petra, oleum de ſaxo duriſſimo. de omnibus his quinarijs panum, intelligi poteſt, quod Dauid Achimelech dicit. 1. Reg. 22 Si quid habens ad manũ: vel quinq; panes da mihi. Itẽ colligite quæ ſuperauerunt fragmenta.

L

M

Dominica IIII. in Quadrageſima. Sermo III.

HIc eſt vere propheta. Ioan. 6. Iſti quinque panum miraculo illuminati, veritatem cognoſcunt, & vere dicunt, hic eſt vere &c. Attende quòd dicunt, vere. Et iuxta hoc attende, quòd ſacra ſcriptura, ſub atteſtatione veritatis, nobis inſinuat humanam fragilitatem, angelicam charitatem, diuinam auctoritatem, diabolicam importunitatem. De primo Iſaiæ quarto. Vere fœnum eſt populus: exſiccatum eſt fœnum, & cecidit flos, ideſt pulchritudo carnis, vel gloria mundana. O quàm miſerabile fœnum eſt hodie homo, per tranſitoriam vi- N

tam

Matt.11.Olim in cilicio & cinere &c. Et quia pœnitentia cum lachrymis fieri debet,ideo vas aquæ ad caput oſtenditur.Hiere.9.Quis dabit capiti meo aquam &c. Quadraginta ſunt quater.10.Quadraginta ergo dies, ſignificant totũ tempus quo ſecundum legem 4 Euangeliorum, & decem mandatorum,bene viuendo, ambulare debemus , vſque ad montem cęleſtis patriæ, vt ad menſam gloriæ veniamus. Oreb menſa interpretatur.Luc 22. Ego diſpono vobis &c.

De quarto.Iſa.37. Vere enim domine, fecerunt deſertas Aſſyriorum reges terras,& Deos eorum dederunt igni.Reges Aſſyriorum i.iniquorum , dæmones ſunt. Iob 40. Ipſe eſt rex ſuper omnes filios ſuperbiæ. Terræ, ſignificant Eccleſias Chriſti, eo quòd plures ſunt particulares , licet vna vniuerſalis ſit.Sed qui ſunt dij.Deus bonus,potens eſt & ſapiens.Boni ergo,potentes & ſapientes , per Deos ſignificãtur.Pſal.Ego dixi dij eſtis &c. Exo.7 Ecce conſtitui te Deũ Pharaonis.Diabolus quoque ait Gen 3.Eritis ſicut dij &c. Bernar.O maliuole,o maligne,ad quem erit ſimilitudo huius ſcientiæ. Sunt certe ſicut dij, iuſti, recti , & veraces.¶ Tales Deos ſæpe dæmones igne iniquitatis incendunt.Legitur quòd Chaldæi , pro Deo ignem colentes , per hoc , Deum potentiſſimum probauerunt,quòd alios omnes deos conſumeret.Vnde alia gens,idolum ſuum aqua impleuit , & foramina parua in ipſo faciens , cæra obſtruxit,ipſumque miſſum in ignem, liquefacta cæra, aqua erumpens, ignem extinxit. Sic nos aqua gratiæ,& contritionis impleti,extinguere debemus ignem vitiorum, per foramina lachrymantium oculorum.Greg. Extinguamus fletibus, & dignis pœnitentiæ fructibus , culpas operum, indulta ne pereant. Q

DO-

SERMO PRIMVS.

A SI Sanguis hircorum, & taurorum, & cinis vitulæ aſperſus, inquinatos ſanctificat, ad emundationem carnis: quanto magis Sanguis Christi? &c. Heb. 9. Commendatur in hac epiſtola precioſus Sanguis Chriſti, per quem ipſe Pontifex noſter Chriſtus, cœlum tanquam Sancta Sanctorum intrauit, & mundum inquinatum ſanctificauit. Conſiderandum eſt ergo, quòd Pontifex noſter, per Sanguinem ſuum operatus eſt mundi purgationem, inferni ſpoliationem, cœli reſerationem, iudicij euaſionem De primo dicitur hic. Si enim Sanguis hircorum & tau &. Omnia pene in Sanguine mundantur. ſecundum legem, miſer mundus, leproſus fuit. vnde per Sanguinem mundari debuit Sacerdos autem ipſum mundans, eſt Chriſtus. de quo Leuit. 14. Aſperget domum ſepties, purificabitque eam tam in ſanguine paſſeris, quàm in aquis viuentibus. Domus leproſa mundum: paſſer carnē Chriſti: aquæ viuentes baptiſmum: ſeptem aſperſiones, ſeptem ſanguinis Chriſti effuſiones, ſignificare poſſunt. Prima effuſio fuit in circunciſione. Luc. 2. Secunda in oratione Luc. 22, Factus eſt ſudor eius &c. Tertia in flagellatione. Quarta in coronatione. Quinta in manuum perforatione. Sexta in pedum confixione. Septima in lateris apertione. Ecce quando Chriſtus, in terra & in aére, commiſſa immūda mundaret Vnde Ioannes Chryſoſt. Non ſub tecto, ſed ſub cœlo Chriſtus immolabatur: vt vniuerſus aer in excelſo, immolatæ ouis odore a tetro mundetur. Sed terra ſimile beneficium ſentiebat, decurſi de latere ſanguinis ſtillatione mundata. De ſecundo. Zacha. 9. Tu quoque in ſan-
B guine teſtamenti, emiſiſti vinctos de lacu, in quo non erat aqua. Gloſſa. Nulla refrigerans miſericordia, quam diues petijt: cum dicit: Mitte Lazarum. &c. Quære ergo miſe-

ricordiam

ricordiam Dei, non in infernum: ſed dum viuis in mundo. Ibi enim aquam negat, hic ſanguinem dat: ibi miſericordiæ guttam aquæ negauit, hic plurimas guttas, immo fluuios ſanguinis miniſtrat. Bernard. Apud dominum miſericordia, & copioſa apud eum &c. Quia non guttam, ſed vndam ſanguinis largitur: quæ per quinque partes corporis emanauit. Hoc ergo ſanguine, liberauit infernum: ſicut legitur, quòd ſtruthio cuius pullum Salomon vitro incluſerat, tulit vermiculum, cuius ſanguine vitrum liniuit, & fractum eſt, & pullus liberatus eſt. Sic Chriſtus, electos ſuos liberauit, fracto inferno, per ſanguinem vermiculi carnis ſuæ Pſal. Ego vermis & non homo &c. Infernus enim, Chriſto frangenti, fuit quaſi vitreus, ſed damnato, eſt quaſi ferreus. De tertio Apoc. 22. Beati qui lauant ſtolas ſuas, in C ſanguine agni, vt ſit poteſtas eorũ in ligno vitæ, & per portas intrent in ciuitatem, foris autem &c. Lignum vitæ eſt Chriſtus, per quem, ſpiritualiter & æternaliter, animæ noſtræ viuunt: quæ mortuæ erant in peccatis. Vnde Chriſtus bene ait. in Pſal. Similis factus ſum pelicano. Pelicanus .n. ſicut Glo. dicit, eſt pullos ſuos triduo lugens, & tunc roſtro ſanguinem ſuum fundens, & reuiuiſcunt. Ita Chriſtus ſanguine ſuo, nos reuiuificauit. Sed ecce ad ligna vitæ, per portas ciuitatis ſupernæ, nullus poteſt intrare, niſi lotus Chriſti ſanguine: ſolus enim ſanguis agni, aperire portas potuit. Bernar. Sanguis Chriſti, eſt clauis paradiſi. Vnde clauiger noſter primus, per proprium ſanguinem introiuit ſemel in ſancta. De quarto. Roma. 5. Commendans ſuam D charitatem Deus in nobis &c. vſque iuſtificati in ſanguine ipſius: ſalui erimus ab ira per ipſum. Sicut autem electi per ſanguinem Chriſti, iram iudicij euadunt: ita reprobi, per ſanguinem habebunt grauius iudicium: quia ſanguis Chriſti clamat contra eos. Iob 16. Terra ne operias ſanguinem meum: ne inueniat in te locus latendi clamor meus. Tunc quidem contra: ſed nunc pro peccatoribus, ſanguis Chriſti clamat. Heb. 12. Acceſſiſtis ad ſanguinem aſperſionis, meliꝰ loquentem quàm Abel. Greg. Sanguis Abel, mortem fratricidę petijt: ſanguis domini, vitam perſecutoribus impetra-

uit. Quia ergo ſanguis Chriſti,in iudicio, ſaluat electos,& confundit reprobos : Ideo dicitur Apoc.19. quòd Ioannes vidit veſtitum veſte aſperſa ſanguine, habentem diademata multa in capite, & gladium in vtraque parte acutum in ore. Diademata ad coronandum electos : gladium ad refellendum reprobos. Caput Chriſti, diuinitas eſt. In capite ergo diademata habuit, quia in contemplatione & fruitione deitatis, honor, coronaque beatorum erit.

In Paſſione Domini. *Ser. II.*

E SI veritatem dico vobis, quare non creditis mihi? Ioann.8. Adhuc dominus iam multis hæc verba dicere poteſt, quorum opera oſtendunt eos debiliter credere. Iaco.2. Fides ſine operibus mortua eſt. Cum ergo homines ſoleant credere iuramento, ſigillo, promiſſo, teſtimonio: quare vos non creditis iuramento paternæ veritatis? ſigillo maternæ virginitatis? promiſſo meæ fœlicitatis? teſtimonio Propheticæ authoritatis? De primo. Heb.7. Omnis controuerſiæ finis, ad confirmationem eſt iuramentum. Glo. Si homini qui mendax eſt creditur per iuramentum, multo magis credendum eſt Deo, qui mentiri non poteſt. Iurauit autem tria credenda. Credendum eſt enim Deum eſſe bonorum remuneratorem. Bara.2. Reuocabo eos ad terram, quam iuraui patribus eorum. Item impiorũ vltorem. Pſal. Ipſi vero non cognouerunt vias meas: quibus iuraui in ira mea. &c. Amos 6. Iurauit dominus in anima ſua, deteſtor ego ſuperbiam Iacob &c. Item pœnitentium reconciliatorem. Pſal. Iurauit dominus, & non pœnitebit eum &c. Sacerdotis enim eſt reconciliare pœnitentes Deo. Magnus ſacerdos eſt Chriſtus, & magnas conſueuit dare indulgentias: maxime illis, qui crucem pœnitentiæ portare accipiunt ad terram ſanctam, ad Hieruſalem cœleſtem: alioqui dicitur Matt.10. Qui non accipit cruc. &. Bene ait, ſecundum ordinem Melchicedech, qui protulit panem & vinum, vt dicitur Gen.14. Ita & Chriſtus in ſacra-

mento. De ſecundo. Ioann.6. Hunc præſignauit Deus &c. vſque hoc eſt opus Dei, vt credatis in eum, quem miſit ille. F
Ecce filius a patre ſignatus eſt. Signatus eſt autem ſeptem ſigillis. Apoc.5. Si vni ſigillo creditur, quanto plus ſeptem. Sed de primo tantum ad præſens dicendum eſt. Primum ergo ſigillum, virginitatem Mariæ poteſt ſignificare. Orige. Mater filij facta eſt, & caſtitatis ſigillum non amiſit. [De hoc ſigillo exiuit vincens, vt vinceret, in equo albo. i. filius Dei, in carne munda. Sub hoc ſigillo, per Chriſtum, & per Euangelium ſuum, tanquam per literas regales, ſententia mortis æternæ reuocata eſt. Vnde bene de literis quas miſit Aſſuerus rex, ad reuocandam ſententiam mortis, datam contra Iudæos, dicitur. Heſter 8. Conſuetudo in epiſtolis, quæ ex regis nomine mittebantur, & illius annulo ſignatæ erant, nemo audebat contradicere. Digitus Dei, Spiritus ſanctus dicitur. Annulus ergo huius digiti, donum eſt Spiritus ſancti, quo impreſſa eſt virginitas Mariæ. Sicut enim regale ſigillum, ſine rege: ita virginitas haberi non poteſt, ſine Dei dono. Sapien.8. Sciui quòd alter nõ poſſim eſſe cõtinens, niſi Deus det. De tertio. Iſa.65. Expandi manus G
meas tota die, ad populum incredulum &c. Incredulo expanditur manus, vt manuali promiſſione, credulus fiat, ſicut Chriſtus in cruce manus. Sed quid promiſit, niſi veniã, gratiam, & gloriam? Gloſ. Expandi manus meas, in cruce orans: Pater ignoſce illis. vel vt eos reciperem, & collocarem in ſinu meo: vel beneficia hominum largiendo. De ꝓmiſſione gloriæ, dicitur. Iac.1 Beatus vir qui ſuffert tentationem. Sed heu timendum eſt, quòd non ſolum pijs & gratis, coronam: ſed etiam impijs, & ſua paſſione ingratis, promiſerit gehennam. Vnde bene vtraſque manus expãdit in cruce: quaſi dextera gloriam, ſiniſtra vero pœnam promittens. Vnde etiam ad dexteram pendens ſaluatur: ad ſiniſtram pendens damnatur.] Olim Deus iſta per chirographum ſcripturæ promiſit, ſed mundus nõ credidit. Et ideo per fideliſſimum fideiuſſorem filium ſuũ, promiſſiones ſuas firmauit, immo perſoluit. Aug. Quia incredibile videbatur hominibus, quod promittebat dominus, non ſolum ſcri-

pturam fecit, vt crederent, ſed etiam fidei ſuæ poſuit mediatorem, non quemlibet principem, aut quemlibet Angelum, aut Archangelum: ſed vnicum filium. De quarto.
H Ioann.5. Si crederetis Moyſi, crederetis forſitan & mihi: de me enim ille ſcripſit. Ioan.j. Hic venit in teſtimonium &c. vſque crederent per illum. Vere magna magnorum, & multa multorum teſtimonia habuit Chriſtus Crede ergo ipſis. Ambroſius. Vides paſtores Angelo credidiſſe: & tu Patri & Spiritui ſancto crede, Angelis, Prophetis, Apoſtolis & tu crede. Habet certe dominus teſtimonium non ſolum magnarum perſonarum, ſed etiam magnorum operum. Io. 10. Si mihi nõ vultis credere, operibus credite. O dñe Ieſu, ecce teſtimonia tua, credibilia facta ſunt nimis. Sed heu peccator miſer, adhuc vix ei credis. Bernardus. Putas ne filiũ Dei reputat Ieſum, quiſquis ille homo, qui neque ipſius terretur comminationibus, neque attrahitur promiſſionibus, neque præceptis obtemperat, neque conſilijs acquieſcit? nonne eſt de eis qui fatentur ſe noſſe Deum, factis autem negant?

Dominica in Paſſione Domini. Ser. III.

TVlerunt lapides Iudæi &c. Ioan. 8. Adhuc lapides in Ieſum iaciunt, qui in membra eius ſcandala mittunt. Solent autem homines iacere ſagittas, ſemina, onera, lapides. Spiritualiter autem ſagittæ ſunt Dei verba: ſemina, noſtra merita: onera, temporalia: lapides, ſcandala.
I Iaciuntur ergo ſagittæ prædicando: ſemina operando: onera renunciando: lapides ſcandalizando. De primo. Nota quòd Heliſeus ad Ioas dixit. 4. Reg. 13. Iace ſagittam, & iecit: & iterum dicit: Percute iaculo terram. qui percuſſit terram. Heliſeus iratus ait. Si percuſſiſſes quinquies vel ſepties, percuſſiſſes Syriam, vſque ad conſummationem. Sagitta eſt verbum Dei, quod de arcu ſcripturæ iacitur contra hoſtes domini, contra peccatores. Pſal. Emitte ſagittam tuam &c. Auguſti. Vulnerauit charitas Chriſti, cor meum,

& geſtabam verba eius, in viſceribus meis, quaſi ſagittas acutas. Sed heu clypeum obdurationis multi a diabolo receperunt, ita quòd ſagitta verbi, vulnerare per contritionē non poteſt. Naū. 2. Clypeus fortium, ignitus eſt. Bene videbitur in iudicio, quis clypeum diaboli: quis Chriſti portet. Per terram ſignificatur terreni peccatores, qui iaculo prędicationis percutiuntur ter, dum fides trinitatis: quinquies, dum quinque ſenſuum refrenatio: ſexies dum ſex opera miſericordiæ: ſepties dum ſeptiformis gratia, & ſeptem vitiorum victoria, eis per doctrinam inculcatur. Sed tantum tres ictus recipiunt, qui fidem ſine operibus habent. De ſecūdo. K
Deutero. 28. Sementem multam iacies in terram, & modicum congregabis. Tot ſemina iacis, quot bona opera facis. Bern. Nunc pereunt opera noſtra, vt videtur: ſed æternitatis quidem ſemina iaciūtur. Sed quia multa opera bona facis, vel in ſtatu peccati mortalis, vel cauſa timoris ſeruilis, vel intentione commodi temporalis, de quibus heu nullū fructum æternæ vitæ recipies: ideo de multo ſemine, ſæpe parum cōgregas. Iactis autem ſeminibus, neceſſaria eſt gratiæ irrigatio. Vnde Deut. 11. dicitur, quòd in terra Ægypti, iacto ſemine in hortorum morem, aquæ irriguæ ducūtur: terra vero Iſrael de cœlo expectat pluuias. Multi heu aquā compunctionis vel lachrymarum habent, ex ſolo timore gehennæ. Vnde in ipſis, quaſi ab inferiori, aquæ ducuntur. Quidam autem amore cœleſtis patriæ, & in his terra cordis, quaſi de cœlo irrigatur. Hoc quoque bene ſignificatum eſt Iudicum. j. vbi dicitur, quòd cum Axa. i. fidelis anima, ſedens in aſino. i. corpore, ſuſpiraſſet, dedit pater eius. ſcilicet pater celeſtis, irriguum inferius, & irriguum ſuperius.

De tertio. Actuum 27. Valida autem tempeſtate nobis iactatis, ſequenti die iactum fecimus &c. Quicunque ergo ſubmergi non vult, iaciat nauis onera, ſcilicet, temporalia. Iaciat certe iniuſta bona reſtituendo, alioqui ſubmergeretur. Iaciat etiam, eleemoſynas erogando. De vtroque dicitur Luc. 19. Ecce dimidium bonorum &c. Iaciat quoq; omnia relinquendo. Matt. 19. Ecce nos reliquimus omnia. &c. Ionæ 1. Miſerunt vaſa quæ erant in naui in mare &c. Aug. L

Abijce a te diuitiarum onera, abijce a te diuitiarum vincu la voluntaria, abijce anxietates & tædia: quæ te pluribus
M annis inquietant. De quarto dicitur hic, Tulerunt lapides. &c. Lapides ſunt ſcandala, ſcilicet verba vel facta, quibus dum alij vel ad iram, vel ad luxuriam, vel ad auaritiā, vel ad iudicium prouocantur: quaſi iactibus lapidum læduntur. Et quia fideles ſunt membra Chriſti: lapides in Chriſtum iaciuntur, qui membra eius ſcandalis percutiūt.
N Sed nota, quòd quatuor modis peruerſi tentauerunt occidere Chriſtum. Primum gladio. Matth. 2. Futurum eſt, vt Hærodes &c. Item præcipitatione. Luc. 4. Duxerunt illū vſque ad ſupercilium montis, ſuper quem ciuitas illorum erat ædificata: vt præcipitarent eum. Ipſe autem tranſiēs, per medium illorum ibat. Item lapidatione, vt hic. Item crucifixione. Sed heu adhuc hodie Chriſtum in membris perimere tentant iudices gladio: qui gladio mundano, vel Eccleſiaſtico male vtuntur contra alios. Item Hypocritæ vel traditores præcipitio, qui aliquod bonum ſimulando, quaſi in montem ducunt. Sed quia male intendunt, præcipitare quærunt. Item ſcandalizatores, vel blaſphemi lapidatione. Quot enim ſcandala, quot blaſphemias faciunt, tot lapides in Deum mittunt. Item impœnitentes in crucifixione, quia fructum crucis in ſe euacuant. ad Heb. 6. Rurſum crucifigentes. &c. Gloſ. In ſe filium dei crucifigunt qui gratiam eius vilipendentes in peccatis iacent. Bernardus. Nonne ſatis pro te ſum vulneratus? nonne ſatis afflictus? noli me plus affligere: me enim plus affligit compaſſio vulneris tui, quàm lateris mei.

DOMINICA IN RAMIS PALMARVM.

SERMO PRIMVS.

CVM appropinquaſſet dominus Hieroſolymam & veniſſet Bethpha. &c. Mat. 21. In hoc Euangelio oſtenditur dominus quadrupliciter honoratus. Honorauerunt enim eum, aſinum ducentes: veſtimenta proſternentes: ramos mittentes: Oſanna clamantes. In his verbis ſignificatur, ꝙ in quatuor cauſis, maxime honoratur Deus: videlicet, in peccatoris conuerſione: corporis expoſitione: operis exhibitione: oris glorificatione. Prima ſignificatur in aſini adductione ad Ieſum. Quid enim eſt peccator, niſi aſinus: qui ſicut aſinus ſtolidus eſt ſenſibus, & piger in actibus. Bernardus. Puto ſi iumenta poſſent loqui, dicerent: Ecce iſte homo factus eſt quaſi vnus ex nobis. Hic eſt aſinus, qui timore diuinæ ſeueritatis correptus loquitur: ſicut ſignificatum eſt Numeri 22. in aſina Balaam, quæ videns euaginatum gladium Angeli locuta eſt. Gladius eſt diuinæ iuſtitiæ ſeueritas, quæ nunc latet in vagina miſericordiæ: ſed in iudicio euaginabitur Hunc videt aſina, quando ſeueritatem iudicij conſiderat peccatrix anima: & tunc loquitur in confeſſione & oratione. Aſinum ergo ad Ieſum adducit, quicunque peccatorem ad Deum conuertit. O ſi vnum aſinum hodie ad Ieſum adducere poſſem. Ieſus tamen non ſedet in aſino ligato. Vis ergo eſſe aſinus Chriſti? vis Ieſum portare? ſoluaris prius a vinculis peccatorum. Iſa. 52. Solue vincula colli tui &c. Secundum figuratur in veſtimentis proſtratis. Quid enim noſtra corpora ſunt, niſi quædam animarum veſtimenta? Iob decimotertio. Quaſi putredo conſumendus ſum, & quaſi veſtimentum quod comed. &c. Hoc veſtimentum in via proſternit, qui corpus ſuum pro Chriſto exponit. O ſi penſaremus, quomodo Chriſtus, veſti-

A

B

mentum corporis ſui, pro nobis expoſuit, & ſanguinem profudit: tunc facilius nobis eſſet, pro Chriſto veſtimentum noſtri corporis paſſionibus exponere, afflictionibus ſcindere. Hoc figuratum eſt Gen 37. in Iacob. qui videns tunicam Ioſeph ſanguinolentam, ſcidit veſtimenta ſua. Parum eſt ſi pro illo ſcindas viliſſimam tuam tunicam, qui pro te ſcidit precioſiſſimam. Quid eſt corpus tuum ad corpus illius? Bernardinus. Nonne ſi conferrentur omnes vitæ filiorum Adam, immo & omnes dies ſeculi, & labores omnium hominum, qui fuerunt, qui ſunt, & qui erunt: nihil eſſent ad comparationem corporis illius, quod ſpectabile & ſtupendum eſt etiam virtutibus ſupernis. Scindas ergo ſaccum tuum, pro purpura Chriſti. Scindas ergo ſaccum triſtitiæ, vt recipias ſtolam lætitiæ. Pſalm. Conſcidiſti ſaccum meum &c.

C Tertium ſignificatur in ramis. Ramus enim bonum opus ſignificat. Quot enim bona opera propter Chriſtum facis, tot eum ramis honoras. Si enim his ramis anima euolans ad Deum venit, bene ſuſcipietur: ſicut ſignificatum eſt in columba, cum ramo virente ad Noe veniente. Geneſis octauo.

D Sed nota, quòd de archa emiſſus eſt coruus, & columba. Archa fluctuans, eſt Eccleſia militans. Sicut enim extra archam nullus ſaluatur: ita neque extra Eccleſiam. Coruus autem & columba, animas ſignificant Chriſtianorum, in archa Eccleſiæ per fidem exiſtentium. Sed coruus animam cuiuslibet peccatoris ſignificat. Auguſtinus. Anima peccatoris, nigrior eſt coruo. Columba autem, animam iuſti ſignificat. Emittuntur autem de archa, quando in morte de Eccleſia migrant. Væ tunc coruo, ſed bene columbæ. Coruus vacuus rediens, animam cuiuslibet paruuli, abſque meritis operum euolantem ſignificat. Columba vero cum ramis veniens, animam cum bonis operibus euolantem ſignificat. Virens autem fuit ramus, quia in charitate debet fieri bonum opus. Vnde Deum adorant cum ramis aridis, qui bona opera faciunt, viuendo in peccatis. Grego. Neque ha-

bet aliquid viriditatis, ramus operis boni, ſi non manet in radice charitatis. Quartum ſignificatur in clamore dicentium: Benedictus qui venit &c. Eliſabeth, exultante Ioanne in vtero eius, ait: Benedictus fructus ventris tui. Si ergo Ioannem in vtero .i. gratiam in corde: ſi ramum in manu, meritum in opere habueris: tunc deum ore optime benedicis. Vnde bene de Symeone dicitur Lucæ 2. quòd Spiritus ſanctus erat in eo, & quòd accepit Ieſum in vlnas ſuas, & benedixit. Si enim fuerit Spiritus ſanctus in corde, Ieſus in manu .i. in opere: tunc benedictio laudis & orationis, eſt in ore. Benedic Deum in mundo, vt benedicaris a Deo in iudicio: quando dicet, Venite benedicti. Vnde de Chriſto accipi poteſt illud Gene. 32. Qui benedixerit tibi, benedictionibus repleatur. B

In Ramiſpalmarum. Sermo II.

ECce rex tuus venit tibi manſuetus, ſedens ſuper aſinam &c. Matth. 21. Vtinam quilibet noſtrum mereretur eſſe aſinus Domini. Oportet autem, vt qui voluerit eſſe aſinus Domini, veſtimenta ei præceptorum Apoſtolicorum & exemplorum imponantur: vt ſic Chriſtus in ipſo ſedeat, donec in Hieruſalem cœleſtem veniat. Conſiderandum autem, quòd Dominus ſuper tria myſtica animalia libenter ſedet, libenter equitat: videlicet, ſuper aſinum: ſuper camelum: ſuper equum. Aſinum autem Domini, quemlibet pœnitentem & incipientem: camelum quemlibet proficientem: equum quemlibet perfectum & peruenientem. In his ſedet Dominus per gratiam. De primo dicitur Zacha. 9. Ecce rex tuus &c. Aſinus Chriſti eſt, qui onus pœnitentiæ portat. Eccleſiaſt. 33. Cibaria & virga & onus aſino &c. Malus aſinus eſt, qui & ſaccum pœnitentiæ, & Dominum inſidentem proijcit. Grauius enim onus peccator aſſumit. Pſalm. Sicut onus graue &c. Grauiorem ſeſſorem, .ſ. diabolum accipit ſicut ſignificatum eſt Nume. 22. in aſina in qua ſedebat Balaam, quam Angelus F

euaginato gladio obſtans, nec ad dexteram, nec ad ſiniſtrā ire permiſit, donec aſina loquebatur murmurans cōtra ſeſſorem, cur tertio percuteretur. Balaam intepretatur deuorans populum, & ſignificat diabolum: de quo primæ Pet. 5. Circuit quærens quem deuoret. & c. Gregorius. Ore peſtiferæ perſuaſionis, eos quotidie deuorat, quibus a confeſſione fidei reproba vita diſcordat. Huius aſina eſt peccatrix anima. Angelus, prædicator eſt vel confeſſor. Malach. 2. Labia ſacerdotis & c. vſque quia Angelus Domini exercituū eſt Gladius extremi iudicij terrens peccatorem, ipſum in via iniquitatis, ſecundum voluntatem Balaam .i. diaboli procedere non permittit. Dominus ergo ſentiens aſinam, ideſt animam trepidare, & nolle in via iniquitatis procedere, plus eam ſtimulat, & tertio eam percutit, quando triplici aduerſitate: primo in rebus, ſecundo in amicis, tertio in corpore eam affligit, per malos homines, vel per ſeipſum: ſicut Iob tripliciter percutitur. deinde anima contra ſeſſorem diabolum murmurat in confeſſione & oratione.

G De ſecundo Eſaiæ 21. Vidit currum duorum equitum, aſſeſſorem aſini & cameli, ideſt, incipientis & proficientis, qui maxime trahunt currum Eccleſiæ. Pauci enim ſunt perfecti. Camelus animal patiens laborum, animal mercatorum eſt, & merces portare ſolet: ita proficientes multum laborant, & merces meritorum, vſque in cœleſtē Hieruſalem portant. Vnde 3. Regum 10. dicitur, quòd Regina Sabba .i. Eccleſia, ingreſſa Hieruſalem, cum multo comitatu, .ſ. ſaluandorum, & diuitijs meritorum, & camelis, ideſt proficientibus portantibus aromata bonorum operum, aurum charitatis infinitum, & gemmas precioſas virtutum, ad regem Salomonem, ideſt, ad Chriſtum venit. Certe bene veneris, ſi aliquid attuleris. Auguſtinus. Apud Dominum plus habet loci, q plus attulerit: nō argenti, ſed fidei. Caueant ſibi a latronibus, qui tales merces ducunt. Greg.

H Deprædari deſiderat, qui theſaurum publice in viam portat. Idem. Auari cameli ſunt diaboli, onerati iniuſtis temporalium diuitijs, quas niſi deponant, cœleſtem Hieruſalē intrare non poſſunt. Matth. 19. Facilius eſt camelum per foramen

foramen acus intra. &c. Dicitur Hieruſalem eſſe porta arcta quæ acus dicitur, per quam cameli intrare non poſſunt, niſi depoſitis oneribus. Abijce ergo oĩa, vt in cœleſtẽ Hieruſalem intres. De tertio Apocalyp. 19. Ecce equus albus,& qui ſedebat ſuper eũ vocabatur fidelis & verax &c. Perfectus quilibet equus albus,& qui ſedet ſuper eũ Chriſtus. Fidelis eſt propter audaciam in bellis contra diabolum, mundum, & carnem. Zacha. 10. Poſuit eos quaſi equũ gloriæ ſuæ in bello. Item propter fortitudinem in ſuſtinendis. Iob 39. Nunquid præbebis equo fortitudinem? Itẽ propter velocem curſum, quo deſiderijs & actibus feſtinant ad patriam Vnde de equis varijs dicitur Zach. 6. Quærebant ire & diſcurrere per omnem terram. 1. Corint. 9. Sic currite, vt comprehendatis &c. Bene curremus ſi bene de patria cogitaremus, ad quam eſt currendum. Auguſtinus. Cur non properamus & currimus, vt patriam videre, vt parẽtes ſalutare poſſimus. Magnus nos illic charorum numerus expectat. Econtrario equi diaboli ſunt, qui præcipites ad punctum currunt ad infernum. Prouer. 1. Pedes eorum ad malum currunt &c. Et certe tales equi cum ſeſſore ſuo diabolo, nunc de vitio in vitium curſitantes, in profundum pœnarum mergentur. Exod. 15. Equum & aſcenſorem proiecit in mare. &c. I

In Ramiſpalmarum. Sermo III.

TVrba multa quæ conuenerat ad diem feſtum, cum audiſſet quia Ieſus venit Hieroſolymam, accepẽrut ramos palmarum, & proceſſerunt ei &c. Io. 12. Per palmã ſignificatur victoria. Palma .n. victores coronabãtur. Per palmam ergo ſignificatur perſeuerantia. Palma enim diutiſſime perſeuerat, vt tandem fructum habeat. Iob. 29. Sicut palma multiplicabo dies. Rami autem opera vel exẽpla ſunt. Cum palmarum ergo ramis .i. cum victorioſis, vel perſeuerantibus operibus & exemplis, honorandus eſt Ieſus. Per has enim palmas, fides noſtra conſummatur in mundo: mens noſtra ſecuratur in extremo: vita noſtra ap- K

pre-

probatur in iudicio: gloria noſtra augmentatur in cœlo.
De primo Exod. 15. Venerunt autem in Helim filij Iſrael, vbi erant duodecim fontes & ſeptuaginta palmæ. Helim interpretatur robuſti, vel deficientes, & ſignificant Eccleſiam, in qua ſunt firmi & infirmi, perfecti & imperfecti. Duodecim fontes, & ſeptuaginta palmæ, duodecim Apoſtoli, & ſeptuaginta diſcipuli. Licet enim duo diſcipuli ſuperabundent, tamen ſcriptura, ſicut dicit ibi gloſſa, non facit vim de inimicis. Vel 12. fontes, ſunt 12. articuli fidei, qui in Symbolo continentur. Iſa. 12. Haurietis aquas in gau &c. Quia vero fides, ſine operibus mortua eſt, ideo 70. palmę iuxta fontes eſſe debet. Septuaginta ſunt ſepties 10. Septuaginta ergo palmæ, ſunt omnes victores & perſeuerantes in bonis operibus: vel omnia victorioſa perſeuerantia opera, quæ fiunt per ſeptem dona, contra ſeptem vitia, in 10. mandatorū perſeuerantia. Vel ſeptuaginta hæ palmæ ſunt flores virtutum in mundo pullulantium. Pſal. Iuſtus vt palma florebit. Fructus vero præmiorum habent in cœlo. Cantic. 7. Aſcendam in palmam &c. Fructus palmæ etiā Chriſtus dici poteſt. Auguſt. Expalmatur qui eſt vera palma victoriæ, ſpinis coronatur, qui ſpinas peccatorum venit con-
M fringere. De ſecundo, Iudi. 1. Filij Cinei aſcenderunt de ciuitate palmarum, cum filijs Iudæ, in deſertum ſortis eorum. Cineus luctus interpretatur, & ſignificat pœnitentē. Matth. 5. Beati qui lugent. Iudas interpretatur glorificans & ſignificat illum qui ait. 1. Reg. 2. Quicunque honorificabit me, glorificabo eum, qui autem contemnunt me, erunt ignobiles. Vere ignobilis, cuius pater diabolus eſt. Filij ergo Iuda, Angeli ſunt. Deſertum ſortis eorum, eſt regnum cœlorum, hoc eſt deſertum, in quo nonaginta oues. i. 9. ordines Angelorum dimittuntur ſicut dicitur Lucæ 15. Filij ergo Cinei. i. lugentes pro peccatis, aſcendunt in montem cum filijs Iuda, cum Angelis, ipſos ducentibus in ſortem eorum. i. in ordines Angelorum. Hieronym. Legimus perquām ſæpe angelos, animas electorum, vſq; ad cœlos, cum hymnis atque laudibus detuliſſe. Fiduciam ergo angelis aſcendendi in montem habebis, ſi de palma victoriæ & perſeue-

ſeuerantiæ veneris. Vnde bene legitur 3.Reg.6. quòd Salomon in oſtijs templi ſcripſit cherubin .i. ſimilitudines Angelorum,& palmas; in quo ſignificatur, quòd oſtium templi cœleſtis, per angelos, & per palmam intrandum eſt. Gregorius. O felix victoria, per quam talis in morte habetur fidutia. Idem. Initium tribulationis, eſt in habitu ſecuritas mentis. De tertio Deuterono. 25. Iudicem quem N
iuſtum eſſe proſpexerint, illi iuſtitiæ palmam dabunt: quē impium, condemnabunt impietatis. Iudices ſunt, de quibus Matthæi decimonono. Sedebitis vos ſuper ſedes duodecim &c. Iſti enim, iudicij dabunt approbationem. Sed ſummus iudex, auctoritate dabit quidem iuſtis palmam iuſtitiæ .i. pro iuſtitia honorem, vel coronam iuſtitiæ ſecundæ Thimot. 4. Repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, &c. Sed quia non coronabitur, niſi qui legitime certauerit; ideo ſi vis habere palmam in iudicio, vince vitia in mundo. Gregorius. Sine laboris certamine, non eſt palma victoriæ.

De quarto, Apocalypſis 7. Vidi turbam magnam &c. O
vſque in conſpectu ag.a.ſto.al.& palmæ in manibus eorum. Stolæ albæ, ſunt veræ & mundiſſimæ bonorum claritates. Palmæ in manibus, ſunt retributiones quas habent ex perſeuerantia in bonis, & victorioſis operibus. Propter hoc bene legitur tertij Reg. ſexto, quòd Salomon, omnes parietes templi texit auro, & fecit in eis cherubin, & palmas, & varias picturas. Homo eſt templum cœleſte, in quo animæ, auro immortalitatis & charitatis teguntur. Cherubin ſunt Angeli: palmæ victores ſancti, vel perſeuerantes iuſti. Variæ picturæ: ſunt varia præmiorum ornamenta. Perſeueret ergo nunc in bono, qui inter Angelos palmam vult habere in cœlo. Bernardus. Prorſus abſque perſeuerantia, neque qui pugnat victoriam, neque palmam victor conſequitur.

IN COENA DOMINI,

SERMO PRIMVS.

A CVm dilexiſſet ſuos qui erant in mundo &c. Ioannis 13. O quanta eſt dilectio, quam charis ſuis Chriſtus exhibet in cœlo, ex quo tantam eis exhibet in mundo. Electis enim ſuis dilectionem exhibet in mundo, quadrupliciter. Videlicet mundando per veniam, reconciliando per hoſtiam, illuminando per ſapientiam, conſolando per gratiam. Prima dilectionis exhibitio, fit per lachrymas & fletum, ſecunda per ſacrificium, tertia per verbum, quarta per ſpiritum. De primo ad Ephe. 5. Chriſtus dilexit Eccleſiam, & ſemetipſum tradidit pro ea, vt eam ſanctificaret, mundas aquas &c. Non ſolum lauacro baptiſmi, ſed & lachrymarum mundat eam Deus .ſ. animam. Sed certe timendũ eſt, quod ait Dominus Petro. Si non lauero, te non ha. par. mecum. Magna dilectio, quòd Chriſtus ſordidam animam, ſemel mundat lauacro fluminis. Maior autem, quòd totiens mundat, lauacro flaminis. Maxima vero, quòd mundauit lauacro ſanguinis. Apocalyp. 1. Dilexit nos, & lauit nos a peccatis noſtris, in ſanguine ſuo. Certe niſi mater diligeret filium, tædium haberet totiens eum mundare, & pannos eius abluere quotiens immundantur. Attende quã materne Chriſtus nos dilexit, qui tot millia animarum ſordidarum, totiens mille vicibus, a totiens mille ſordidiſſimis peccatis lauat. Vere ipſe dicere poteſt cuilibet noſtrum, quod Dauid de Ionatha dicit 2. Reg. 1. Sicut mater
B vnicum amat filium: ita ego te diligebam. De ſecundo. Ephe. 5. Ambulate in dilectione, ſicut & Chriſtus di. nos, & tradidit ſemetipſum pro nobis, oblationem & hoſtiam Deo &c. pro nobis ſuo patri reconciliandis. Bene dicit, ſemetipſum, non ouem, vel bouem, ſicut in lege: non aurum, vel argentum 1. Pe. 1. Non corruptibilibus auro vel argento, non Ioannem Baptiſtam, vel alium amicũ, vel Michaelem,

lem,vel Angelum aliquem,non Matrem ſuam, quod maximum fuiſſet: immo ſeipſum. ſtupendum quòd dicit pro nobis, immenſiſſimus pro viliſſimis. Gregor. Quàm ſtupenda dulcedo, quàm inuicta manſuetudo, regem gloriæ pro deſpectiſſimo vermiculo crucifigi? Tradidit autem ſemetipſum,ſicut Ionas in naui ad eijciendum Ionæ 1. Sicut Yſaac Patri ad offerendum.Gen.22. Nota hiſtoriam Yſaac diuinam , Aries humanam Chriſti naturam. Vepres coronam ſpineam , Strues lignorum , Crucem ſanctam ſignificat.

De tertio Deuterono 4. Audiſti verba illius , de medio ignis,quia dilexit patres.loquitur de lege veteri:quia ſicut dicitur Exod.19. & 20. capitulis, data fuit in igne, quia vere verba Dei ignea ſunt Pſalm. Ignitum eloquium tuũ &c. Vere enim,ſicut ignis illuminat animám,ne in tenebris huius vitæ,cadat in lutum peccati,in foueam inferni. Pſalm. Lucerna pedibus &c. Hæc lucerna clarior eſt ſole.Hanc qui non ſequitur,nequaquam a Deo diligitur. Sapien.7 Neminem diligit Deus, niſi eum qui cum ſapientia inhabitat. Eſt enim hęc ſpecioſior ſole. Certiſſimum autem dilectionis Dei eſt ſignum per lumen : verbum Dei eſt,in faciendo , nõ in audiendo.Ioan.15. Sicut dilexit me pater , & ego dilexi vos : manete in dilectione mea. Si præcepta patris mei ſeruaueritis, manebitis in dilectione mea. Eſt ne aliquis hic , qui velit diligi a Chriſto ?. Audiat quid ait. Si præcepta mea ſeruaueritis,manebitis in dilectione mea. De quarto. ſecondo ad Theſſa.2. Qui dilexit nos, & dedit conſolationem æternam,& ſpẽ bonam in gratia. Hæc conſolatio fuit per Spiritum ſanctum. Vnde de Eccleſia dicitur Actuum 9. Spiritus ſancti conſolatione replebatur. Pẽſa o anima,quãtum te diligit, qui tibi arram precioſiſſimam dedit. Arra eius eſt Spirituſſanctus. Auguſtinus. Ille precioſus eſt dans arram ſponſæ ſuæ,ſanguinem ſuum , & ſpiritum quo locupletauit nos, in iſta peregrinatione. O quàm melliflua eſt animæ amanti,iſta conſolatio, .ſ. Spirituſſancti. Eccle.24. Spiritus meus ſu p mel dulcis,&c. Sed vbi illud mel inueniemus. Bern. Oſtendit dicens. Foderunt manus eius & pedes, latuſque eius,lancea perforauerunt. Per has rimas,licet

cet

cet mihi ſugere mel de petra, oleumque de ſaxo duriſſimo. Huius petræ rimas, non vultures diaboli, ſed columbæ
E Dei inhabitant. Cantic. ſecundo. Columba mea, in foramimine Petræ. Cum ergo dilexit &c. Bene dicit. In finem dilexit eos. In hac enim finali cœna, omnia prædicta dilectionis ſigna inuenimus. Pedes enim lauit, corpus ſuum dedit, ſermonem fecit, Spiritum ſanctum promiſit. Adapta ſingula ſingulis.

In Cœna Domini. Sermo II.

SI non lauero te, non habebis &c. Ioann. 13. Lauat nos Dominus quadrupliciter. Videlicet aqua baptiſmi, lachryma pœnitentiali, vino ſacramentali, ſanguine
F triumphali. De primo. Ezec. 16. Laui te aqua, & emundaui ſanguinem tuum .i. peccata. Pſal. Libera me de ſan. d. Laui te inquam aqua. O ſi eſſet aliqua terra, in qua eſſet fons, cuius aqua, omnes infirmitates lauando ſanaret, quantum diligeretur, & quæreretur? certe hoc facit aqua baptiſmi, ſignificatum eſt 4. Reg. 5. vbi Naamam leproſo Heliſeus dicit, Lauare ſepties in Iordane &c. Sed heu malũ, abhorrent homines lepram corporis, qui leproſas non abhorrent animas, quod tamen multo horribilius eſt: & ideo nunc in paſſione ſua, voluit tanquàm leproſus contemni, vt noſtram lepram mundaret. Iſa. 53. Nos reputauimus eum,
G tanquàm leproſum &c. De ſecundo. Pſal. Lauabis me &c. Quo autem liquore vellet lauari, dicit alibi. Lauabo per ſingulas noc &c. Mira virtus huius lotionis, qua anima fit niue albior: quæ prius in peccatis fuit carbone nigrior. Thre. 4. Denigrata eſt ſuper carbones fa. eius. i. conſcientia. Pſalm. Arguam te, & ſta. contra fa. t. Carbo quando igneus eſt, niger non eſt, immo candens & lucidus. Sed quando extinguitur, niger efficitur. Sic anima amore Dei ignita, & pulchra & lucida eſt. Ezec. 1. Similitudo animalium, & aſpectus eorum, quaſi ignis carbonum ardentiũ. Sed quando abundante iniquitate, charitas refrigeſcit, tunc anima, quaſi

quaſi carbo nigreſcit: ſed per lachrymas iterum ſuper niuẽ albeſcit. Lauate ergo chariſſimi, lachrymis veſtris, animas veſtras. Chriſtus enim ad lauandum addidit nobis lachrymas ſuas. Ambroſius. Me illi in facie Chriſti abluunt fletus lachrymæ illæ delicta mea lauerunt peccatis. De H
tertio Gen. quadrageſimonono. Lauabit in vino ſtolã ſuã. Vinum enim eſt, quod cotidie pro peccatis in altari offertur. Auguſtinus. Quia cotidie labimur, cotidie Chriſtus myſtice pro nobis immolatur: ſed quia vinum eſt ſpecie, ſanguis in re, ideo ſequitur. Et in ſanguine vuæ, pallium ſuum. Hæc vua, in torculari crucis, multum preſſa fuit, & expreſſa. Auguſtin. Primus in torculari Chriſtus, cum ille botrus in paſſione expreſſus emanauit. Vnde Pſal. Calix meus inebrians, quàm præclarus eſt. Quid autem eſt hæc ſtola, & hoc pallium: vtique Eccleſia, quæ multum lauatur, quia multum dicitur eſſe candida. Matth. 17. Veſtimenta autem eius, candida facta ſunt, ſicut nix. De I
quarto. Apo. 1. Qui dilexit nos, & lauit nos a peccatis noſtris. Nota quòd dicit a peccatis. Certe qui aliquem lauaret, qui in ſterquilinio cloacæ per diem latuiſſet, ſatis eũ diligeret. Et certe peccatum, eſt millies ſordidius quolibet ſterquilinio, in quo iacent peccatores. Hierem. 25. In ſterquilinio, ſuper faciem terræ iacebunt. Nota etiam, ꝙ dicit nos, non me. Non enim vnum ſolum in ſter quilinio iacentem, neque vno die tantum iacentem lauat Dominus, immo immunerabiles animas, immunerabilibus diebus, in peccatis iacentes. Ioannes Chryſoſt. Hic ſanguis effuſus eſt, qui omnem orbem terrarum lauit. Nota ergo quòd in ſanguine ſuo. Certe nos ſatis amicus ille diligeret, qui in balſamo nos lauaret: quanto magis qui in ſanguine nos lauit tam precioſo? Vere precioſo. primæ Pet. 1. Non corruptibilibus auro vel argento &c. Vere precioſo. Bernardus. Mittitur virginis filius altiſſimi Dei, & iubetur occidi, vt vulneribus meis precioſo ſanguinis illius balſamo medeatur. Hæc quatuor lauacra, hos quatuor liquores, Chriſtus de ſuo corpore exhibuit, aquam latus, lachrymam K
oculus, vinum manus, ſanguinem totum Chriſti corpus

miniſtrauit. de aqua dicitur Ioannis decimonono: Conti-nuo exiuit ſanguis & aqua. Qui hac aqua mundari & refi-ci vult, non ad ſiniſtrum cum impijs ſed ad dextrum latus Chriſti ſit Ezech. 47. Ecce aquæ redundantes ex latere dextro &c. De lachryma. Ioann. 11. Lachrymatus eſt Ie-ſus. ſicut tunc mortuum Lazari corpus, ita mortuas ani-mas cotidie ſuſcitat. De vino patet, quia illud mundiſſi-mis manibus diſcipulis dedit. Matth. 26. Accipiens cali-cem &c. Væh ergo immundis manibus ſacerdotis, de quo dicere poteſt illud Lucæ 22. Ecce manus tradentis &c. De ſanguine quoque patet, quòd illum de manibus & pedi-bus, de latere, immo de toto corde, etiam de minimo di-gito emiſit. Auguſt. Orauit patrem, & cum oraret, globi ſauguinis, de toto corde eius ſtillabant.

In Cœna Domini. Sermo III.

L QVi lotus eſt, non indignet niſi vt pedes lauet. Io-ann. 13. Pedes animæ, ſunt affectus: qui etiam in bonis, a puluere venialium ſunt mundandi. Pedes ergo lauantur, quandò affectus animæ mundan-tur. Iſtorum pedum lotio, ideſt affectuum purgatio, vtilis eſt nobis, ad deuotionem, ad communionem, ad defenſio-nem, ad beatificationem. Vtilis vtique eſt nobis ad augen-dam gratiam, ad accipiendam euchariſtiam, ad habendam
M victoriam, ad conſequendam gloriam. De primo. Iob. 22. Lauabam butyro pedes, & petra fundebat mihi riuos olei. Butyrum ouium eſt, in quo lauandi ſunt pedes. Ouis autem Chriſtus eſt. Iſa. 53. Sicut ouis ad occiſionem ductus eſt. Butyrum eſt pinguis Chriſti doctrina. Butyro ergo lauan-tur, qui ad Chriſti doctrinam conpunguntur. Mundatis au-tem affectibus, gratia deuotionis accedit. Ideo ſequitur. Petra fundebat mihi riuos olei. Petra autem erat Chriſtus, in qua columba requieſcit, per meditationem, per deſide-rium, per amorem. Cantic. 2. Columba mea in foramini-bus petræ, i. vulneribus Chriſti. Laues ergo pedes animæ, ſi oleum

ſi oleum

ſi oleum deuotionis & gratiæ, de foraminibus petræ, vis habere. Bernard. Per has rimas, licet mihi ſugere mel de petra, oleumque de ſaxo duriſſimo. De ſecundo dicitur Patriarchis fratribus Ioſeph. Gen. 43. quòd lauerunt pedes ſuos, deditque pabula aſinis eorum. illi vero præparauerūt munera, donec ingrederetur Ioſeph meridie. Audierunt ergo quòd ibi comeſturi eſſent panem. Ioſeph Chriſtum ſignificat, propter venditionem, & propter tunicæ exutæ ſanguinolentiam. Chriſti enim tunica, eſt caro eius ſanguine perfuſa: quæ etiam anima in morte fuit exuta. Panis quē cū Ioſeph mãducamus, corpus Chriſti quod ſumimus, quē hic ſuis diſcipulis dedit. Hic eſt panis, quem Helias petijt a muliere colligente duo ligna, quæ crucem Chriſti figurant. Quia ergo Chriſtus celebrari vult ab Eccleſia hoc ſacramentum, in memoria ſuæ immolationis in cruce, ideo a muliere colligente duo ligna queſiuit. Si panem digne cū Ioſeph vis manducare, pedes affectuum, lachrymoſa compunctione laua, munera orationum, eleemoſynarum, & bonorum operum para. ſicut de Caſſio Epiſcopo Varienſi, ſcribens in homilijs ait: Cuncta quæ habebat, in eleemoſynis tribuens. Cum ad horam offerendi ſacrificij veniſſet, velut totus in lachrymis defluens, ſemetipſum cum magna cordis contritione mactabat. De tertio. Tob. 6. Exiuit vt lauaret pedes ſuos, & ecce piſcis immanis exiuit, ad deuorandū eum, ſcilicet Tobiam Hunc piſcem, per Raphelem confortantem ſuperauit. Piſcis iſte diabolus eſt, hic quia humanum genus deuorauerat, Deus pater hamum contra ipſum miſit filium ſuum. Iob. 40. An extrahere poteris Leuiathan hamo. Inuadens ergo diabolus in paſſione eſcam humanitatis, captus eſt hamo Deitatis. Piſcis Tobiam inuaſit, quando pedes lauit: quia diabolus pœnitentem & conſcientiam lauare volentem maxime infeſtat. Eccle. 2. Fili accedens ad ſeruitutem &c. Raphael medicina Dei interpretatur, & ſignificat Chriſtum, qui nobis, & medicina & medicus fuit, a quo confortati, diabolum vincimus. Si ergo vis vincere piſcem diabolum, pedes laua. Tunc quaſi in mari lachrymarum, Pharaonem, ideſt diabolum ſuffocas.

O lachryma victorioſa: quid mirum ſi vincis diabolum, cum etiam vincas Deum? De te enim Bernar. ait. A certantibus inimicis, ſilentium imponitis, & quandoque ſententiam ab ore iudicis rapitis. Et quid plura? vincis inuincibilem, & ligas omnipotentem De quarto, dicitur in præ
P ſenti Euangelio. Si nõ lauero te, non habebis partem meçum. Pſal. Pars mea Deus in æternum. Hanc amittere poſſumus in hoc mundo, ſed non in cœlo. Primum in Petro ſignificatum dicitur. Si non lauero te &c. Secundum in Maria ſignificatur. Luc. 10. Maria optimam partem elegit, quæ
Q non auferetur ab ea &c. Qui iſta quatuor bona, pedum lotione, ideſt affectuum purgatione conſequimur, ſignificatum eſt Gen. 18. Vbi tribus Angelis dicit Abraham. Lauentur pedes veſtri, & requieſcite ſub arbore &c. Poſtea quis eſt ita perfectus, vt ablutione non egeat, cum & pedes Angelorum lauentur? Laua igitur pedes animæ, vt requieſcamus ſub arbore crucis in deuotione. Vnde dicit, requieſcite ſub arbore. Laua pedes animæ, vt reficiaris in coronatione. Vnde additur, ponã bucellã. Laua pedes animæ, vt cõforteris in tentatione. Vnde ſubiungit, confortetur cor veſtrũ. Laua pedes animæ, vt tranſeas in euolatione ad gloriam. Vnde ſequitur. Poſtea tranſibitis. Ioannis 13. Vt tranſeas de hoc mundo ad patrem.

In Cœna Domini. Sermo IIII.

R HOc facite in meam commemorationem &c. Luc. 22. Corporis ſui, & ſanguinis myſteria, Chriſtus in cœna inſtituit, & in Eccleſia celebrari vult, vt per hoc memores ſui ſimus. Vnde ait. Hoc facite in meã cõmemorationẽ. Certe in cõmemorationẽ meæ paſſionis, meæ propitiationis, meæ dilectionis, meæ vnionis. De 1. j. Cor. 11. Hoc facite quotienſcũq; biberitis, in meã cõmemorationẽ. Quotienſcunque enim, manducabitis panem hunc, & calicem biberitis, mortem Domini annunciabitis. Semper quidem in memoria Chriſtiani, Chriſti paſſio eſſe debet. Thren. 3. Recordare paupertatis & tranſgreſſionis meæ, abſyn-

abſynthij & fellis. memoria memor ero. Recordare paupertatis contra auaritiam, tranſgreſſionis contra ſuperbiam abſynthij & fellis contra concupiſcentiam. Præcipue tamẽ quotienſcunque hunc panem manducamus, memoriam dominicæ paſſionis habere debemus. Bene autem memoria e- S
ius paſſionis, in ſacrificio panis habetur, ſi ad memoriam reducitur, quomodo panis fiat de grano triturato, mola contrito, in clibano cocto. Granum ergo Chriſtus eſt Ioann. 12. Niſi granum frumenti &c. Trituratus autem eſt in flagellatione. Ioannis decimonono. Tunc apprehendit Pilatus Ieſum, & flagel. Contritus etiam eſt in mola Crucis Vnde Iudi. decimoſexto dicitur, quòd Philiſtijm, Sanſonem molere fecerunt: ſicut Iudaicus populus, niſi per dæmones excæcatus fuiſſet, Chriſtum in mola Crucis non attriuiſſet. Iſaiæ quinquageſimoquinto. Attritus eſt propter ſcelera noſtra. Miſſus quoque in clibanum, ſepulchri, quo ad corpus, inferni autem, quó ad animam, de quo Leuit. ſecundo, dicitur, quòd ſacrificium de clibano, debuit eſſe ſine fermento ſcilicet culpæ, & ignorantiæ, & conſperſum oleo .ſ. gratiæ. De ſecundo, dicitur Leui. 2. quòd ſacerdos tol- T
let in holocauſtum ſuauiſſimum Domino, pugillum ſimile, & olei, ac totum thus, & ponet memoriale ſuper altare &c. Hoc eſt memoriale, propitiationis. Per oblationem enim ſuper altare, propitiatio fit, ergo maxime per ſacramentum altaris. Greg. Singulariter ad abſolutionem noſtram, oblata cum lachrymis hoſtia ſuffragatur. Sed nota, quòd in Chriſto, tres ſunt ſubſtantiæ .ſ. corpus, anima, deitas. Per ſimilam enim, caro Chriſti ſignificatur: quemadmodũ ſimila caruit vitio, furfure ſcilicet. In ſimila ergo, corporis Chriſti munditia: In oleo autem, animæ eius gratia: In thure vero, diuinitatis latria, ſiue honor ſignificatur. Per V
ſimilam ergo capimus propitiationẽ, contra culpam, vt dictum eſt. Item ſuſtentationem per gratiam, ſicut filij Iſrahel, manna ſuſtentabãtur in deſerto: cuius naturalis ſapor, vt dicitur Exod. 16. & Nume. 11 fuit. q. ſimilæ cum melle. & q. panis oleati: ſapor enim huius ſacramenti, eſt, q. ſimilæ ex parte corporis. q. olei ex parte animæ. q. mellis ex par-

ſe diuinitatis. Item promotionem ad gloriam. Vnde animæ Chriſtianæ dicitur Ezech. 16. Similam & mel & oleum comediſti, & facta es decora vehementer nimis, & profeciſti in regnum. Bernard. Euchariſtiæ plane ſacramentum, potens eſt peccata conſumere: debellare aereas poteſtates:
X inferre cœlis, reuertentes de terra. De tertio, Oſeæ decimoquarto. Diligam eos ſpontanee, quia auerſus eſt furor meus ab eis. Vbi enumerans beneficia ſuæ dilectionis, inter alia ſubiungit, Viuent tritico, memoriale eius, vt vinum libani. Pro memoriali ergo dilectionis diuinæ, habes triticum corporis, & vinum ſanguinis Chriſti. Dilectio autem Dei, qui nobis in hoc ſacramento oſtenditur, euidenter ſignificatur 2. Reg. 12. vbi de ouicula pauperis dicitur, quòd pauper iſte, Chriſtus eſt 2. Corinth. 8. Propter nos egenus factus eſt. Ouicula, eſt fidelis anima. Luc. 15. Inueni ouē quam perdideram &c. Magna Dei dilectio. hæc ouis precio ſanguinis emitur. 1. Corinth. 5. Empti enim eſtis precio. Item ſacramento corporis nutritur. Sapien. 16. Angelorum eſca, nutriſti populum tuum. Item ſinu miſericordiæ
Y fouetur, vt in ſinum Abrahæ recipiatur. De quarto. Pſal. Memoriam fecit &c. vſque eſcam dedit timentibus ſe. Sicut enim magna eſt vnio eſcarum, ad ſumentem, quia carni & ſanguini ſumentis vnitur: ſic nos mirabiliter vnimur, eſca corporis Chriſti. Auguſt. Cibus ſum grandium, ideſt grandis gratiæ. Non enim ego mutabor in te, ſed tu mutaberis in me. Bernardus autem, vnionem animæ cum Deo, alijs ſimilitudinibus exprimit, dicens eam vniri cum Deo, ſicut vnitur ignis ferro ignito, aer cum ſolis radio, aquæ ſtilla, cum vino.

In Cœna Domini. Sermo V.

A Paratum panem de cœlo præſtitiſti eis, ſine labore, omne delectamentum in ſe habentem. Sapient. 16. Mirabilis Deus, quia ita mirabiliter panem ſuis pacat. Pſalmiſta. Memoriam fecit mirabilium &c. Oſtenditur

autem in his verbis propoſitis, in pane corporis Chriſti, mirabilis ſubſtantia, cum dicitur. Pa. de cœlo. mirabilis potentia, cum additur, omne delectamentum &c. Inuenimus autem in veteri teſtamento. octo mirabilia circa panẽ exhibita, videlicet mirabile productionis, multiplicationis, miniſtrationis, conſumptionis, ſubuerſionis, confortationis, delectationis, tranſmiſſionis. Horum mirabilium memoriam fecit Dominus, in pane corporis ſui. Ad cuius ſubſtantiam pertinent prima quatuor mirabilia. Ad potentiam alia quatuor ſequentia. Conſidera ergo circa ſubſtantiam, mirabile productionis, in verbis tranſſubſtantialibus. mirabile multiplicationis, in locis continentibus. mirabile miniſtrationis, in miniſtris diſpenſantibus. mirabile conſumptionis, in formis tranſeuntibus. De primo. Exod. 16. Ecce ego pluam vobis panem de cœlo. Mirabilis vtique modus producendi panem, qui pluendo de cœlo deſcendit. Sic per verba tranſſubſtantialia, oſtenditur in verbis iſtis, formæ ſenſibilitas, gratiæ multiplicitas, naturæ ſublimitas. primum ibi Ecce. fit enim demonſtratio formæ ad oculum. Ecce dicit, ſicut Ioannes Baptiſta. Ecce Agnus Dei. Secundum ibi, pluam. Pluuia habet multas ſtillas, & hoc ſacramentum, multas gratias. Pſal. Pluit illis manna &c. Tertium ibi, de cœlo. Ioan. 3. Qui de cœlo venit, ſuper oẽs eſt. Et quia de cœlo venit, credenda eſt cœleſtis familia adeſſe cœleſti cibo. Greg. Quis veſtrũ dubiũ habere poſſit, in ipſa immolationis hora, ad ſacerdotis vocem, cœlos aperiri, & in illo Ieſu Chriſti myſterio, angelorum choros adeſſe. De ſecundo. 4. Reg. 4. Vir quidem venit, deferens viro Dei panes primitiarum, & panes ordeaceos, & frumentum nouum in pera, qui panes miraculoſe multiplicati ſunt, ad ſatietatem centum virorum, & ſimiliter in Euangelio 5. & 7. panes. Hic multiplicatio fit, etiam corporis Chriſti, qui in multis locis eſt ſimilis, & ſemel & multis ſumentibus, ſicut illi panes in multis erant edentibus. Vir ferens panes, eſt Chriſtus. Conſideratur autem corpus Chriſti, ſecundum ſtatum incarnationis, & ſic per frumentum nouum ſignificatur. Hierem. 31. Creauit Dominus nouum &c. Item ſecundum ſta-

B

C

tum paſſionis, & ſic per panem ordeaceum. Ordeaceum enim, aculeatum & aſperum eſt. Vnde etiam quinque panes ordeaceos, de quinque vulneribus quidam exponunt. Item ſecundum ſtatum reſurrectionis, & ſic per panes primitiarum. 1. Corinth. decimoquinto. Chriſtus reſurrexit a mortuis, primitiæ dormientium. De tertio dicitur de Helia, tertij Regum decimoſeptimo. Corui quoque deferebant ei panem & carnes mane, ſimiliter panem & carnes veſpere. Mirabile eſt, quòd panem per coruum miniſtrabat Dominus, non per hominem: ſicut mirabile eſt, quòd corpus ſuum, per ſacerdotem miniſtrat, quod Angeli vix digni ſunt miniſtrare & mirabilius, quòd per peccatores, qui per coruos, propter vitiorum nigredinem forte ſignificantur. hic eſt coruus, qui ad Archam Eccleſiæ non reuertitur, Geneſis octauo. Oſtenditur ergo mali miniſtri indignitas, in coruo. Augu. Anima peccatoris, coruo nigrior eſt. Item ſacramenti veritas, in panibus, in carnibus. In pane, propter ſpeciẽ: in carnibus, pp rem, quæ eſt vera Chriſti caro. Vnde Ioan. 1. Verbum caro factum eſt. Non putes ergo malum ſacerdotem non conficere, cum videas coruum, non ſolum panem miniſtrare, ſed etiam carnes. Item ſacramenti durabilitas in mane & in veſpere, per quæ exordium & finis Eccleſiæ ſignificatur. Mane vero & veſpere, & a principio Eccleſiæ vſque ad finem, hoc ſacramentum miniſtratur. Matthæi vltimo. Vobiſcum ſum vſque ad con. &c. De quarto Iudi. 6. Aſcendit ignis de petra, & carnes, azymoſque panes conſumpſit. Ita in hoc ſacramento, mirabilis conſumptio accidentium, quando a dentibus ſumentium, ſumptum fuerit. Sed nota, quòd in igne ſignificatur eſſe poteſtas. Exod. 10. Si quid reſiduum ſuperfuerit, igni conburetur, ideſt ſecundum Gregorium quicquid de hoc ſacramento, intelligere non poſſumus, Spirituiſancto committendum eſt. Item in petra, fidei firmitas. In hac enim petra, fortiter ſtare debemus. Pſalmiſta. Statuit ſupra petram, pedes meos. Item in azymis panibus, Corporis Chriſti puritas, & a fermento peccati immunitas, ſignificatur. Exod. duodecimo. Edent

car-

carnes nocte illa, aſſas igni &c. idest cum amaritudine pœnitentiæ. nam puriſſimum corpus, niſi purgati per pœnitentiam ſumere non debemus. Auguſtinus. Talis conuenit cura ſynceritatis Sacramentalis, qualia ſunt ſacra ipſa, quibus exhibentur officia ſeruitutis. Ignis ergo de petra, ſacrificium conſumit, quando fides firma, virtuti Spiritusſancti totum committit.

In Cœna Domini. Sermo VI.

PAratum panem de cœlo præſtitiſti eis ſine labore &c. Sapient. 16. mirabilis huius panis potentia, vel effectus oſtenditur, cum dicitur, omne delectamentū &c.

Ad hunc autem pertinet effectum, mirabile ſubuerſionis, confortationis, delectationis, tranſmiſſionis. Conſidera in pane corporis Chriſti, mirabile ſubuerſionis, in peruerſis, mirabile confortationis, in attritis, mirabile cōtemplationis, in contemplatiuis. mirabile tranſmiſſionis, in defunctis. De primo nota, quòd de pane ſubcineritio dicitur. Iud 7. Vidi ſomnium, & videbatur mihi, quaſi ſubcineritius panis ex ordeo volui, & in caſtra Madian deſcendere. Cunque perueniſſem ad tabernaculum, percuſſit illud, atq; ſubuertit, & terræ funditus coæquauit. Conſidera huius miraculi memoriam in hoc Sacramento, quo peruerſi, & indigne communicantes percutiuntur, ſubuertūtur, terræ coequantur, & hoc per triplicem mortem. ſecundum quod innuit Apoſt. j Corin. 11. Percutiuntur ergo per mortem ſpiritualem. Vnde ait Apoſt. Quicunque manducat & bibit calicem domini indigne, reus erit corporis & ſanguinis domini. Subuertuntur per mortem æternalem. Vnde dicitur ibidem. Qui mãducat & bibit. &c. Quàm multos Iudas implet ſaucians, indigne accipientes bucellas, ad iudiciū ſuū. Terræ vero coæquantur per mortem temporalem, quando terra in terram reuertitur. Vnde dicitur ibidem. Ideo inter vos multi infirmi & imbecilles. & do. mul. &c.

De ſecundo. 3. Reg. 19. Ambulauit in fortitudine cibi il-

lius, quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, vſque ad
H montem Dei Oreb. Hoc dicitur de pane, quem excitantę Angelo comedit Helias. Panis iſte, eſt Corpus Chriſti, quo mirabiliter confortamur, in laborioſis huius vitæ actionibus, & tentationibus. Tria autem in his verbis oſtenduntur. Primo actiuorum confortatio: cum dicitur, Ambulauit in fortitu. &c. Panis cor hominis confirmat. Secundo, confortationis continuatio: cum dicitur, Quadraginta diebus, & quadraginta noctibus. Ponit autem in die proſperitatis, in nocte aduerſitatis ſignum. Gen. 31. Die noctuque, æſtu & gelu vrebar. In æſtu, male accedens amor, in die proſperitatis. In gelu vero, timor male conſtringens in nocte aduerſitatis ſignificatur: contra quæ, confortari multum indigemus. Tertio innuitur continuationis remuneratio: quæ erit in cœleſti refectione. Vnde additur: Vſque ad montem Dei Oreb. Oreb enim interpretatur menſa. Luc. 22. Vt edatis & bibatis ſuper menſam meam &c.

De tertio dicitur hic. Omne delectamentum in ſe ha-
I bentem, quod ibidem plenius exprimitur, cum ſubiungit: Et deſeruiens vniuſcuiuſque voluntati, conuertebatur: ita & panis Corporis Chriſti mirabiliter delectat contemplatiuos & deuotos. Manna enim propterea hanc mirabilem triplicem naturam habuit. Saporem ſicut Scriptura manifeſtat. ſ. ſimilæ, cum melle, & panis oleati. Sic & hoc Sacramentum, ſecundum triplicem ſubſtantiam in Chriſto, triplicem ſpiritualem ſaporem habet, vt in guſtu animæ deuotæ. Habet enim ſaporem mellis, quo ad diuinam naturā. Eccl. 24. Spiritus meus ſuper mel dulcis &c. Quaſi ſaporem olei, quo ad animam ſpecioſiſſimam, gratia vnctam. Pſal. Vnxit te Deus oleo &c. Quaſi ſimilæ, quo ad corpus purum a furfure fomitis, & corruptionis originalis. Eze. 16. Similam & mel & oleum comediſti, & decora facta es vehementer nimis. Vbi tria verba prædicta animæ ingratæ obijciuntur. De quarto, legitur Dan. 45. quòd panes quos
K Abacuc intriuerat in alueolo, ductu angelico tranſmittuntur Danieli in lacum leonum. Hic eſt panis Corporis Chriſti, qui dum pro defunctis offertur, tunc in lacum purgatorij,

torij tranſmittitur per effectum. Hæc autem tria Paſſionis Chriſti memoratiua: cuius paſſione purgantur animæ a culpa & pœna, ſignificantur per hoc quod dicitur, intriuerat panes. In pœnalitate enim paſſionum, attritus & intritus eſt Chriſtus, etiam in alueo crucis. Iſ.53 Attritus eſt propter ſcelera noſtra. Innuitur etiam angelicæ curæ diligentia, quia ductu angelico, panis iſte perlatus eſt. Vnde in Canone. Iube hoc perferri per manus Sancti Angeli tui. Innuitur tertio purgatoriæ pœnæ ſæuitia, in leonibus qui erant in lacu. In ferocitate enim leonum, ferocitas pœnarum ſignificatur. Septenarius autem, ad pœnarum vniuerſitatem pertinet. Vnde bene cantat Eccleſia. Libera eas de ore leonis. Ex prædictis collige, quàm periculoſum ſit mente indigna, quàm fructuoſum ſit mente digna communicare. Propter hoc bene ait Auguſt. Quotidie euchariſtiæ accipere communionem, nec laudo, nec vitupero: omnibus tamen dominicis diebus communicandum hortor, ſi tamen mens in affectu peccandi non ſit. Nota iſtum ſermonem, Cum videris nudum: & duos ſequentes. Vere languores &c. Prædica clauſtralibus, & eis qui ſpiritualiter non carnaliter nouerunt ſe parare.

IN PARASCEVE.

SERMO PRIMVS.

CVM videris nudum, operi eum. Iſa.58. A
Vide ergo oculis mentis, Saluatorem pro te nudum, in cruce pendentem: & operi eum fide, charitate, deuotione, & operibus miſericordiæ. Solent autem quatuor genera hominum eſſe nuda: videlicet, ebrij. ſpoliati, mendici, mimi, ſiue ſcurræ: ita Chriſtus fuit nudatus. De primo. Gen.9. Bibens inebriatus eſt, & nuda-

tus

tus iacuit in tabernaculo. Noe, de quo iſtud dicitur, Chri-
B ſtum ſignificat, qui fortiſſimo charitatis vino, inebriatus fuit quando pro hominis ſalute mori voluit. Cui bene ebriorum proprietates conueniunt. Ebrius enim nudatur quandoque: ſic Chriſtus nudatus fuit quandoque, & deriſus: ſicut Noe a Cham. Vnde verſus. Cham ridet, dum mēbra videt detecta parentis, Iudæi riſere Dei pœnam patientis. Item ebrius fatue incedit: ſic & Chriſtus. Vnde ipſe eſt Dauid, de quo 1. Regum 21. Collabebatur inter manus eorum, & impingebat in oſtia portæ, defluebantq; ſaliuæ eius in barbam. Collabebatur inquam, quando ſcilicet alapis hinc inde replebatur. Defluebantque ſaliuæ in barbam, quando ſputis in facie maculatus fuit. Impingebat quoque ad oſtia inferni. Item ebrius inermis, audacter inuadit armatum: ſic Chriſtus diabolum. ſicut ſignificatum eſt, primi Regum 17. in Dauid, qui armatum Goliam inuaſit baculo Crucis, & quinque lapidibus, quinque vulneri-
C bus. De ſecundo. Gen. 37. Nudauerunt eum tunica talari, & polymita: miſeruntque eum in ciſternam veterem. Ioſeph nudatus, Chriſtum ſignificat, quem expoliantes nudauerunt in paſſione. Spoliatum autem fuit Chriſti corpus, veſtibus. Pſal. Diuiſerunt ſibi veſtimenta mea &c. Item ſpoliata fuit anima, corpore. Vnde per tunicam talarem Ioſeph, caro Chriſti accipitur: quia ſpoliatus deſcendit ad ciſternam inferni. Item ſpoliata fuit diuinitas. Iob. 19. Spoliauit me gloria mea. Hoc factum eſt, quando Deum, non vt Deum glorificauerunt, ſed ſicut maleficum tractauerunt. Matth. 26. Tanquam ad latronem exiſtis &c. De
D tertio. Matth. 25. Nudus fui, & non cooperuiſtis me. Nudus eſt Chriſtus in membris .ſ. in pauperibus fidelibus quotidie: ſed nudus fuit olim in membris corporalibus, in Cruce. Bernard. Vide pauperem Chriſtum natum ſine hoſpitio, iacentem inter bouem & aſinum in præſepio, inuolutum vili panniculo, fugientem in Ægyptum, ſedentem in aſino, nudum in patibulo. Adiuuantur pauperes nudi, quando motus exercitio currunt, vel laborant, vt calefiant. Sed pauper nudus Chriſtus, quomodo pedi-

bus

bus currere, vel manibus laborare potuit, qui in vtriſque confixus fuit? Item adiuuantur qualicunque hoſpitio, vbi vel apud larem, ſeu focum, vel ſaltem ſub tecto eſſe poſſunt: ſed pauper & nudus Chriſtus, non ſolum de domo, ſed etiam de ciuitate eijcitur. Ad Hebræos 13. Ieſus, vt ſanctificaret populum, per ſuum ſanguinem, extra portam paſſus eſt. Exeamus ergo ad eũ extra caſtra &c. Item adiuuantur pauperes nudi, Solis beneficio. ſedent enim ſæpe in ſole: ſed pauperi & nudo Chriſto, ſol quoque ſubtrahitur. Matth. 27. A ſexta enim hora, tenebræ factæ ſunt. De quarto Nota, quòd Michol ſubſannans Dauid, ait 2. Regum 6. Quàm glorioſus fuit rex Iſrael hodie diſcooperiẽs ſe ante ancillas ſeruorum ſuorum, nudatus eſt quaſi nudetur vnus de ſeruis. Michol ſynagogam, Dauid autem Chriſtum ſignificat. Ancillæ ſeruorum, animas fidelium ſignificant, coram quibus, immo pro quibus nudatus eſt Chriſtus. Bernard. Pro te nudatus eſt, vt te a nuditate æternæ damnationis liberaret. Sunt autem tria genera ſcurrarum. Sunt enim illuſores, qui illudunt ſenſus hominum. Bonus illuſor eſſet qui hoc faceret, vt quum putaretur occidi homo, occideretur ouis, vel aries. Sic fecit Chriſtus: ſicut ſignificatum eſt Gen. 22. vbi pro Iſaac, ociſus eſt aries. Aries humanam, Iſaac diuinã Chriſti naturam ſignificat. Item ſunt ioculatores, vtpote citharistæ, viellatores & huiuſmodi. Talis quoq; videbatur Chriſtus. Vnde ipſe ſignificatur per Dauid 1. Reg. 16. qui per citharam ſpiritum malũ fugauit. Per citharam Chriſtus ſignificatur: de hoc require infra ſermone, Exurge gloria mea. &c. Itẽ ſunt hiſtriones &c. hi ſunt viliores, & colaphis cæduntur. Sic vtiq; Chriſtus, colaphis & alapis cæſus fuit. Iſtis etiam illudi ſolet in cibo & in potu, ſicut & Chriſto. Pſal. Dederunt in eſcam meam fel &c. Hoc heu adhuc multi faciunt ſpiritualiter: ſed væh eis. Abacuc 2. Væh qui potum dat amico ſuo, mittens fel. &c. Penſa homo ex prædictis, quãtum propter te vilificatus eſt Chriſtus. Sed certe vt Bernar. ait, quanto ꝓ te minorem ſe fecit Dei filius in humanitate, tanto maiorem exhibuit in bonitate: quanto pro me vilior, tanto mihi charior.

In

In Paraſceue. Sermo II.

G VEre languores noſtros ipſe tulit. Eſa. 53. Quoniam valde incredibile videbatur, quòd tanta maieſtas, ad tantam veniret humilitatem: Ideo quaſi iurando ait: Vere. Languidum erat genus humanum. Eſa. 1. Omne caput languidum, &c. Vnde Propheta Hierem. 17. Sana me Domine, & ſanabor. Fuerunt autem ſeptem languores humani generis ſpirituales: & ſignificati ſunt per ſeptem languores corporales, quos Dominus curaſſe legitur. Septem languores, ſeptem capitalium vitiorum: quos Deus tulit .i. abſtulit ſpiritualiter. vel tulit .i. portauit per quaſdam ſimilitudines corporaliter. Vere ergo languores &c.

H Leproſum fuit genus humanum, per ſuperbiam. Matth. 8. Ecce leproſus veniens &c. Lepra enim tumeſcere facit carnem: & ſuperbia ſpiritum. Iſtum languorem Dominus pro nobis portauit, per ſimilitudinem. Leproſi enim, cum horrore videntur: ſic & Chriſtus Sapien. 2. Grauis eſt nobis ad videndum. Et Iſa. 53. Et nos putauimus eum, quaſi leproſum &c. Item leproſi ab hominibus eijciuntur: ſic & Chriſtus. Ad Hebræ. 12. Extra portam paſſus eſt. Exeamus igitur ad eum &c. Item ab amicis relinquuntur: ſic & Chriſtus. Matth. 27. & Marci 14. Diſcipuli relicto eo, omnes fugerunt. Prouer. 19. Fratres hominis pauperis, oderunt eum in ſuperbia: & amici eius, procul receſſerunt ab eo. Iudæi & Iudas oderunt Chriſtum. Amici autem ſunt Apoſtoli & Diſcipuli. Ioannis 17. Vos amici mei eſtis. O anima inflata, quomodo poſt tantam medicinam, adhuc remanet in te ſuperbiæ lepra? Auguſtinus. Quid tumeſcis o homo, o pellis morticina? quid tenderis, o ſanies fœtida? quid inflaris?
I princeps tuus fœtidus eſt, & tu ſuperbus. Paralyticum item fuit genus humanum, per inuidiam. Matthæi. 9. Ecce offerrebant ei paralyticum &c. Paralyſis autem, aufert motum & ſenſum: Sic & inuidia, motum charitatis ab effectu, & ſenſum veritatis ab intellectu. Iſtum languorem

Do-

Dominus pro nobis portauit per ſimilitudinem, ſicut patet. Paralyſis enim ſpecialiter manifeſtatur in cruribus, ita quòd vix poteſt homo ſtare in eis quin labatur: Sic & Chriſtus per impulſum alaparum, & colaphorum, collabi potuit inter manus perſequentium: ſicut ſignificatum eſt primi Regum 21. Collabebatur inter manus eorum. Item in manibus, quia reddit eas ad operandum inutiles: Sic & Chriſti manus volebant Iudæi inutiles reddere, ligando. Ioannis 18. Comprehenderunt Ieſum, & ligauerunt eum, immo & clauis ferreis ligabantur ei manus in Cruce. Iudith 6. Ligauerunt Achior ad arborem, manibus & pedibus. Auguſtinus. Ligatur qui ſoluit compeditos: ligno ſuſpenditur, qui erigit eliſos: aceto potatur fons vitæ. Item in capite, quia reddit ipſum tremulum: ſicut & in Chriſto. Ioannis 19. Inclinato capite, tradidit ſpiritum. Vere ergo languores noſtros &c. Febricitans fuit genus humanum, K
per iram. Ioannis 4. Hora ſeptima reliquit eum febris. Itaque admodum febris accendit hominem. Ira eſt accenſio ſanguinis circa cor. Iſtum quoque dolorem Chriſtus pro nobis portauit per ſimilitudinem: ſicut patet. Febricitantes enim ſolent maxime caput dolere. Sic & Chriſtus vere caput dolere potuit: quia præ cæteris membris maxime paſſum fuit. Licet enim dorſum fuerit flagellatum, manus & pedes perforati, ipſum tamen caput ſanctiſſimum, & miſerandum, alapis cæditur, ſputis maculatur, arundine percutitur, ſpinis coronatur. Vnde bene potuit dicere illud. 4. Regum 4. Caput meum doleo, caput meum doleo. Huius capitis membra, non ſunt, qui carnaliter viuendo, tantis eius doloribus non compatiuntur. Ber. Sub ſpinato capite, non decet corpus viuere delicate. Item ſolent per ſudorē creticare: ſic Chriſtus pro nobis agonizauit & ſudauit. Lucæ 22. Factus in agonia, prolixius orabat. Et factus eſt ſudor eius. Ecce quàm grauis fuit infirmitas generis humani, quam non per ſudorem ſimplicem, ſed ſanguinis, oportebat curari. Item per calorem ſolent veſtimenta abijcere: ſic & Chriſtus dum nudus in cruce pependit. Vnde Michol ad Dauid 2. Regum 6. ait. Quàm glorioſus &c. vſque quaſi vie

L ſi videretur vnus de ſcurris. Dauid Chriſtum, Michol ſyna-
gogam ſignificat. Sicut enim Michol primo fuit Dauid co-
pulata, ſecundo altari data, Dauid reddita: ſic ſynagoga,
primo adhæſit Chriſto, modo autem Chriſtum reliquit: in
fine vero mundi, ad fidem conuertetur. Synagoga ergo, de-
ridet nuditatem Chriſti in cruce pendentis.

In Paraſceue. Sermo III.

VEre languo. no.i. tu. Iſa. 53. Reſtat dicere de qua-
tuor languoribus humani generis, quos tulit Domi-
nus. Languidum quoque fuit genus humanum, &
imbecille, per accidiam. Ioan. 5. Erat autem quidam ho-
mo ibi triginta octo annos habens in infirmitate ſua. Aci-
dioſi enim imbecilles ſunt ad fortia, & languidi ad opera.
Iſtum languorem pro nobis Dominus tulit per ſimilitu-
M dinem, ſicut patet. Languidi enim, propter diuturnitatẽ
morbi, ſeruientes ſibi, tædio afficiuut: Sic Chriſtus. Vnde
quidam dicunt, quòd cuſtodes dederunt ei acetum bibere,
vt citius moreretur, & a cuſtodia liberarentur. Item de le-
cto per ſe non aſcendunt, niſi per alium deponantur: Sic
Chriſtus de lecto crucis, quamuis ſatis eum prouocarent:
dicentes; Si filius Dei es &c. tamen non deſcendebat, donec
a Ioſeph deponeretur. Lucæ 23. Depoſitum inuoluit in ſyn
done munda. Hic eſt lectus, de quo ſecundi Regum 4. Im-
pij interfecerunt virum innoxium, in domo ſua. Domus
eſt ſynagoga. Item tandem areſcunt. Sic & Chriſtus. Pſal.
Omnia oſſa mea, ſicut cremium aruerunt. Quid mirum ſi
corpus aruerat, de quo non ſolum in cruce, ſed etiam in
oratione, tantus ſanguis fluxerat? Auguſt. Cum oraret,
globi ſanguinis de toto corpore eius diſtillabant. Vere er-
N go languo. &c. Hydropicum etiam fuit genus humanum,
per auaritiam. Luc. 14. Ecce homo quidam hydropicus &c.
Sicut enim hydropici, quanto plus bibunt, tanto plus ſi-
tiunt: Ita auari, quanto plus temporalia creſcunt, tanto
plus in auaritiam ardeſcunt. Iſtum languorem Dominus
por-

portauit pro nobis, per ſimilitudinem, ſicut patet. Hydropici enim multum ſitiunt: ſic & Chriſtus Ioann. 19. Sitio. Bernar. Domine, quid ſitis? Ergo ne te plus cruciat ſitis, quàm crux? de cruce ſiles, & de ſiti clamas, Sitio. Quid? veſtram fidem, veſtram ſalutem, veſtrum gaudium. plus animarum veſtrarum, quàm corporis mei cruciatus, me tenet. Item ſicut tympanum diſtenditur: ſic Chriſtus in Cruce. Legitur Exod. 15. quòd tranſito mari rubro, ſumpſit Maria tympanum, & præcinebat. Maria animam deuotam: mare rubrũ, paſſionem vel ſanguinem ſignificat: in quo Iſrael. i. fideles ſaluantur, Ægyptij. i. dæmones, vel impij pereunt. Tympanum autem eſt Chriſtus in Cruce. Sicut enim in tympano, pelli ſuper lignum, ita Chriſtus in cruce diſtenſus eſt. Tympanum ergo fit & præcinit, qui Chriſtum in cruce conſiderans imitatur, & gratias agit. Item quandoque incidunctur, vt aqua emittatur: ſic & Chriſtus. Ioann. 19. Vnus militum lancea latus eius aperuit, & contiuo exiuit ſanguis & aqua. Vere ergo languores &c. Lunaticum & epilenticum fuit genus humanum, per gulam & ebrietatem. Mat. 17. Domine miſerere filio meo, quia lunaticus eſt. Sicut enim lunatici corruunt & inſaniunt, ita & ebrij. Iſtum lãguorem pro nobis Dominus tulit per ſimilitudinem, ſicut patet. Solent enim tales ſe præcipitare in ignem & in aquam: ſic & Chriſtus, ſe quaſi præcipitauit in ignem paſſionis. Vnde ipſe Dominus Ioann. 18. Ego ſum ſi me quæris. &c. Hic eſt ignis, quo rubus humanitatis ardebat, in quo Dominus apparuit. Præcipitauit etiam ſe in mare, in amaritudine paſſionum. Ionæ. j. Mittite me in màre &c. Item ſolent ſpumare: ſic & Chriſtus bene ſignificatur in Dauid: de quo primi Regum 21. Defluebantq; ſaliuæ eius in barbam. Saliuæ .ſ. conſpuentium. Iſaiæ 50. Faciem meam non auerti. Itẽ ſolent horrendas voces emittere: Sic & Chriſtus. Mat. 27. Ieſus autem clamans voce magna, emiſit ſpiritum. Hæc vox dæmonibus fuit horrenda, ſed hominibus multum attendenda. Bernar. Valide clamauit, vt audiretur ab hominibus: clamoribus lachrymas addidit, vt homo compateretur. Sanguifluum etiam fuit genus humanum, per luxuriam.

O P

riam. Matt. 11. Ecce mulier quæ ſanguinis fluxum &c. Sicut enim verecunda eſt iſta infirmitas, ſic & peccatum luxuriæ. Iſtum languorem Dominus pro nobis tulit per ſimilitudinem, ſicut patet. Manifeſte enim ſanguine fluxit. Iob 16. Terra ne operias ſanguinem meum. Item tales decolorantur; ſicut & Chriſtus Iſaiæ 53. Non eſt ſpecies ei, neque decor. Item interius torſiones & dolores habent: & in Chriſto ſuper omnes dolores corporis exterius, fuit dolor de humana ingratitudine interius Pſal. Super dolorem vulnerum meorum addiderunt &c. Bernar. Homo vide quid pro te patior, ſi eſt dolor, ſicut quo crucior. ad te clamo qui pro te morior: vide pœnas quibus afficior, vide clauos quibus confodior. Cum ſit tantus dolor exterior: interior tamen planctus eſt grauior, dum te ingratum experior.

In Paraſceue. Sermo IIII.

SPiritus oris mei Chriſtus Dominus, captus eſt in peccatis noſtris. Thre. 4. Chriſtus Dominus cuius doctrina, cuius gratia, cuius ſanguis eſt nobis ſpiritus & vita: in noſtris non in ſuis peccatis captus eſt. Conſiderandum autem quòd capiuntur quidam in vijs, ſicut mercatores & diuites: quidam in bellis, ſicut hoſtes & milites: quidam in peccatis, ſicut fures & latrones. Capiuntur inquam alij pro pecunijs, alij pro inimicitijs, alij pro maleficijs: Sic Chriſtus captus eſt ſicut diues, pro diuitijs extorquendis: ſicut miles, pro inimicitijs componendis: ſicut latro pro maleficijs puniendis. De primis. 1. Regum 4. Archa Dei capta eſt. Archa diues, archa theſauros ſapientiæ & gratiarum continens, eſt Chriſtus. Bene autem legitur ibi, quòd Hely audiens archam eſſe captam, fractis ceruicibus mortuus eſt. Hely enim peccatorem quemlibet ſignificat, qui merito ceruices ſuperbiæ, & obſtinatæ mentis, & aliorum peccatorum mortalium frangere per cōtritionem deberet, dum Chriſtum ſic captum audiret. Sanguine hircino adamas frangi dicitur. Sed heu ſanguine Chriſti cor tuum nō

fran-

frangitur. Bernar. O duri, & obdurati Adam filij, quos nō mollit tanta benignitas, tanta flamma, tam ingens ardor amoris, tam vehemens amator, qui pro vilibus ſarcinulis, tam precioſas merces expendit. Sicut autem diues captus, quanto durius tenetur, tanto plus dare cogitur: Sic & Chriſtus dure tenebatur in cibis. Pſalm. Dederunt ei in eſcam meam fel. Item in tormentis, quia manus & pedes ferro ligati ſunt. maxime ergo tortus, maxima dedit. Dedit enim paradiſum malefico. Luc. 23. Hodie mecum eris in paradiſo. Largiſſime dedit regnum mundo. Ioannis 3. Sicut Moyſes exaltauit ſerpentem &c. vſque habeant vitam æternā. Dedit ſpiritum inferno, ſed non finaliter. Pſalm. Non relinques animam meam in inferno &c. De ſecundo Naū. 2. Portæ fluuiorum apertæ ſunt, templum vſque ad ſolum dirutum, & miles captiuus adductus eſt, & ancillæ eius minabantur gementes. In his verbis, quatuor cōſideranda ſunt: videlicet vulnerum Chriſti gratia, cum dicitur: Portæ flu. aper. ſunt. Vulnera enim Chriſti, portæ cœli ſunt, de quibus non ſolum fluuius ſanguinis & aquæ, ſed in ſanguine gratiarum profluxit plenitudo. In his animæ deuotæ, mentem habere debent, ſicut columbæ: quæ ſicut dicitur Cantic. 5. reſident iuxta fluenta pleniſſima. Item pœnarum ſæuitia: cum dicitur, Templum vſque ad ſolum dirutum eſt. Templum enim eſt Chriſtus. Io. 2. Soluite templū hoc &c. Templum ergo vſque ad ſolum dirutum eſt, quando corpus Chriſti a capite vſque ad pedes laceratum & attritum eſt. Bernardus. Reſpice a planta pedis, vſque ad verticem capitis, vbique mœror, vbique dolor. Item capientium violentia: quando additur, Et miles captiuus adductus eſt. O quàm ſtrenuus miles fuit Chriſtus, qui gigantem gladio inuaſit .i. crucis baculo. Valde verecundum eſt militi, ſi colaphizatur. Et heu de milite meo Chriſto dicitur Matthæi 26. Colaphis eum cæciderunt &c. Iſtum militem præ omnibus militibus quos habuit in cœlo, & in mundo dilexit Deus pater. Vnde per eius captiuitatem, pacificata ſunt omnia. Ad Romanos 5. Cum inimici eſſemus, reconciliati ſumus Deo, per mortem filij eius. O maximum beneficiū.

Auguſtin. Quid tam magnum beneficium, quàm mori pro impijs? quàm ſanguine iuſto delere chirographum peccatoris? Item compatientium anguſtia, cum dicitur. Ancillæ eius minabantur gementes. Auguſt. Gementes ſunt animæ, Chriſto compatientes. Bona ancilla illa de qua Luc. 1. Reſpexit humilita. &c. De tertio dicitur hic: Chriſtus Dominus captus eſt: & in peccatis noſtris, non in ſuis. Vnde ad patrem dicit Chriſtus in Pſalm. Ecce ceperunt m. ir. in me for. & quaſi pater d. Quid o fili peccaſti? Subiungitur, neque iniquitas mea, neque peccatum meum: ſine iniquitate cucurri & direxi. tamẽ in peccatis noſtris capitur. ſic latro. Matt. 25. Tanquam ad latronem &c. Nota primo, quòd tan quàm latro capitur. Secundo peſſimum genus latrocinij, ipſi imponitur. ſ. fractio eccleſiæ. Matt. 26. Audiuimus eũ dicentem: Ego d ſſ. luam templum hoc &c. Tertio latro pro Chriſto dimittitur. Lucæ 23. Tolle hunc, & dimitte nobis Barabbam. Quarto cum latronibus crucifigitur. Matthæi 27. Crucifixi ſunt cum eo duo latrones &c. Vere multum eſt diligendus, qui tam multa pro nobis paſſus eſt. Ber. Super omnia reddit te amabilem, mihi bone Ieſu, calix quẽ bibiſti, opus redemptionis noſtræ, hoc omnino amorem noſtrum facile vendicat totum ſibi: hoc inquam eſt, quod noſtram deuotionem blandius allicit, & iuſtius exigit, & arctius ſtringit, & afficit vehementius.

In Paraſceue. Sermo V.

COlligite quæ ſuperauerunt fragmenta, ne pereant. Ioannis 6. Panes ordeacei aſperi ad comedendum, poſſunt ſignificare quinque aſpera vulnera Chriſti, quibus animæ noſtræ reficiuntur. Fragmenta enim duodecim cophinorum, ſunt circunſtantiæ & conditiones duodecim cauſarum, paſſionem Chriſti aggrauantium. Conſiderandum eſt enim quæ perſona, quam pœnam, qua parte, qua culpa, quibus miniſtris, quibus ſocijs, quibus ſolatijs, quibus inſtrumentis, quo loco, quo tempore, quo fructu,

quo modo ſuſtinuit: & harum cauſarum fragmenta, diligenti conſideratione,& feruenti deuotione colligenda ſunt. Et licet plurima ſint, colligite tamen ad præſens tria groſſiora ſingularum ſportarum fragmenta. Vide igitur quæ perſona patitur, & hic collige tria fragmenta. Chriſtus enim eſt quo ad diuinam naturam excellentiſſimus, & ideo paſſio grauior. Grauius enim eſt principi alapa cædi, vel humiliari,quàm pauperi. Ad Philip.2.Qui cum in forma Dei eſſet &c. vſque mortem crucis. Item quo ad animam delicioſimus. Canti. 8. Delicijs affluens, innixa ſuper dilectum .i. ſuper verbum incarnatum. Grauius enim eſt delicioſo affligi, quàm alteri. Afflicta fuit anima Chriſti. Matth.25. Triſtis eſt anima mea vſque ad mortem. Item quo ad corpus fuit tenerrimus. Vnde bene dicitur, Geneſis 18. quòd Abraam tulit vitulum tenerrimum & optimum,ideſt, carnem Chriſti ad coquendum in paſſione. Partus enim virginalis tenerrimus eſt. Quanto autem caro tenerior,& natura melior, tanto dolor maior. Auguſt. Dolor eſt teſtimonium bonæ naturæ. Secundo vide qnam pœnam patitur: & hic collige tria fragmenta, de quibus Bernard. O bone Ieſu, quàm dura & quàm aſpera pro hominibus paſſus es: dura verba, duriora verbera, duriſſima & horrenda crucis ſupplicia.De his tribus exempla per ſe patent. Tertio vide in qua parte corporis patitur:& hic collige tria fragmenta, ſecundum triplicem corporis dimenſionem,ſcilicet,longitudinem, latitudinem, profunditatem. In longitudine collige omnia, quæ paſſus eſt a capite vſque ad pedes. Ber. Reſpice a planta pedis vſque ad verticem capitis, vbique mœror, vbique dolor. Latitudinem attende a dextra in ſiniſtram: & hic collige omnia quæ paſſus in manibus, in brachijs,& in humeris, confixiones, diſtenſiones, denudationes, flagellationes. In profunditate attende quàm in profundo corporis fuerunt claui & lancea: quàm de profundo exiuerunt ſanguis & aqua. Bern.O quã vehementi amplexu amplexatus es me bone Ieſu in cruce, vbi ſanguis de corde,aqua de latere,anima de corpore exiuit? Quarto qua culpa patitur, & hic collige tria fragmenta, quot ſunt in- T V X Y

ſtrumentorum partes. Graue enim eſt pati ſine offenſione ; grauius pro falſi criminis impoſitione, grauiſſimum pro beneficij exhibitione. Omnibus his modis paſſus eſt Chriſtus. De primo. primæ Petri 2. Qui peccatum non fecit &c. Et latro in cruce ait. Luc. 22. Hic vero nil mali geſſit. Et quod plus eſt Pilatus ait: Nullam cauſam inuenio &c.

Z De ſecundo patet quòd impoſuerunt ei de prohibitione tributi, de vſurpatione regni. de deſtructione templi.

De tertio. Hieremiæ 8. Nunquid redditur pro bono ma-
& lum &c. Quinto vide a quibus miniſtris vel authoribus patitur. Et hic colliguntur tria fragmenta. Ponitur enim ab illis, qui neque per læſionem, neque per indiſcretionē, neque per coactionem excuſari poſſunt. Leuius enim ferunt homines, quando patiuntur ab ijs, quos læſerunt. Sed ecce Dominus Iudæos non ſolum non læſerat, ſed eis benefecerat. Ioann. 10. Multa bona &c. Item quando patiuntur ab ijs, quorum ſtultitiæ vel pueritiæ imputare poſſunt. Sed certe a Scribis legis doctoribus, non ab imperitis. Item a ſenioribus, & non a pueris patitur. Lucæ 22. Conuenerunt ſeniores plæbis, & princeps ſacerdotum, & Scribæ &c. Item leuius ferunt homines quando patiuntur a coactis, ſed Iudæos nullus coegit, ſed ipſi potius iudicem coegerunt. Io-
¶ annis decimonono. Si dimittis hunc &c. Sexto. Vide cum quibus ſocijs patitur. Et hic colliguntur tria fragmenta. Graue enim eſt pati cum vilibus ; regem ſuſpendi cum latronibus. Iſa. 53. Cum ſceleratis reputatus eſt. Grauius eſt cum conuiciantibus. Matthæi 27. Qui cum eo crucifixi erant, conuiciabantur ei. Grauiſſimum autem eſt pati cum charis & amantibus, vt pote cum matre, vel cum fratre ſuſpendi. Et ecce mater Chriſti cum ipſo crucifigebatur. Lucæ ſecundo. Tuam ipſius animam pertranſibit gladius. &c.

COlligite quæ ſuperauerunt fragmenta. Vide quibus ſolatijs vel conſolantibus Chriſtus patitur, certe nullis. & hic tria colliguntur fragmenta. Graue enim eſt homini, ſi in tormentis eum nullus conſolatur. Pſal. Suſtinui qui ſimul contri. &c. Grauius autem ſi a multis exprobratur. Matt. 27 Alios ſaluos fecit &c. Bernard. In dictis ſuſtinuit contradictores: in tormentis illuſores, in factis obſeruatores, in morte exprobratores. Item grauiſſimum eſt ſi ab hominibus deſeratur. Matt. 26. Tunc diſ omnes. relic. eo fugerunt. Et ad ipſum patrem ait Chriſtus. Deus meus vt quid dereliquiſti me? Octauo. Vide quibus inſtrumentis patitur & hic tria col. fragmen. videlicet illuſoria, vilificatoria, tortoria inſtrumenta, vt fuerunt purpura, ſputum, crux, & ſimilia. Sunt certe tot fragmenta, quot inſtrumenta vt pote vincula, purpura, ſputa, corona, flagella, velum faciei, manus colaphizantes, harundo, claui, crux, acetum, lancea: immo tot ſunt hic fragmenta, quot ſunt inſtrumentorum partes: vt pote ſingulæ ſpinæ in corona, ſinguli digiti, vel articuli in manibus colaphizantibus. Nono. Vide quo loco patitur Chriſtus, & hic col. tria fragmen. Aggrauatur enim paſſio ex loco, propter multitudinem. Quanto enim quis pluribus locis confunditur, tanto grauius eſt. Et ecce Chriſtus in orto ligatur, in domo Annæ a miniſtro alapa cæditur, in atrio Cayphæ conſpuitur, in hoſpitio Herodis illuditur, in prætorio Pilati flagellatur, condemnatur &c. In via, crux ab eo baiulatur, in Golgata crucifigitur. Item propter loci turpitudinē. Io. 19. Exiuit in eum qui dicitur Caluariæ locus, qui ſic dictus eſt propter caluarias decaluatorum. Turpis ergo eſt locus iſte, & propter tormenta, & propter cadauera damnatorum. Item propter altitudinem. In alto enim ſuſpenditur vt manifeſtius confundatur. Sed quod illi ad confuſionem, Chriſtus ad ſalutem fecit. Bernar. In altum Chriſtus aſcendit, vt ab hominibus videretur. Valide clamauit, vt ab omnib⁹ audiretur. Clamori lachrymas addidit, vt homo compatetetur.

D retur. Decimo. Vide quo tempore patitur & hic tria col.
frag. Tempus enim aggrauat Chriſti paſſionem Thren. 1.
Vocauit aduerſum me tempus. Aggrauat autem propter fe-
ſti magnitudinem, propter quod multi conuenerunt in Hie
ruſalem, vt coram pluribus inhonoraretur, in quo tempo-
re grauius eſt affligi. Eccle. Tempus flendi, & tempus riden
di. Item propter ſupplicij longitudinem, paſſus eſt per to-
tam noctem, & per diem vſque ad horam nonam, qua expi-
rauit. Pſalm. Die ac nocte &c. Item propter beneficij ingra-
titudinem. Illo enim tempore a Iudæis patitur, quo eos de
Ægypto liberauit. Inſuper. 1. die anima expirauit, quo ho-
mini animam inſpirauit. Illo die homo latus eius tranſfigit,
E quo de latere, matrem omnium tranſfixit. Vndecimo. Vi
de quo fructu patitur. & hic tria colli. frag. Paſſus eſt, vt
paſſio ſua eſſet præcium redemptionis, ſignum dilectionis,
exemplum imitationis. De primo. primæ Pet. 1. Non cor-
ruptilibus &c. Vnde graue eſt, quia tantum præciũ in mul-
tis eſt perditum. Ber. Fleuit Chriſtus in cruce, quia cum
paſſio ſua ſufficeret redemptioni omnium, profuit in redẽ-
ptionẽ paucorum. De ſecundo. Io. 15. Maiorem hac dile-
ctionem &c. Bernard. Suffeciſſet ad redemptionem humani
generis, minutiſſima gutta ſanguinis Chriſti: ſed data eſt
copia, vt ex inundatione beneficij, virtus innoteſceret dili-
gentis. Vnde graue eſt quòd tantum diligens, tantum odi-
tur. Pſal. Poſuerunt aduerſum me mala &c. De tertio. pri-
mæ Pet. 2. Chriſtus paſſus eſt pro nobis &c. Auguſt. Extre-
mum moriendi genus elegit Chriſtus, vt nullam mortem
martyres formidarent. Vnde graue fuit, quòd fructus imi-
tationis, ſtatim in diſcipulos euacuatus fuit, quando relicto
F eo, omnes fugerunt, & Petrus eum negauit. Duodecimo.
Vide modum paſſionis. Modus enim fuit contra noſtram ſu
perbiam turpiſſimus. Sapi. ſecundo. Morte turpiſſima &c.
Item contra auaritiam humanam pauperimus. Thren.
tertio. Recordare paupertatis. Item contra humanam la-
ſciuiam acerrimus. Thren. tertio. Recordare paupertatis
abſynthij & fellis, ſicut multipliciter patet, ſpecialiter
tamen in duriſſima diſtentione membrorum in cruce.

Pſalmiſta. Dinumerauerunt omnia oſſa mea. Gloſſa. Non poterat melius deſcribi corporis extenſio in ligno. Sed omnia hæc, ad ſalutem noſtram protulit.

SABBATO SANCTO.

SERMO PRIMVS.

Requieuit Deus die ſeptimo &c. Geneſis ſecundo. Sicut in creatione mundi, Deus hominem ſexta die creauit: Ita in ſexta ſicut heri hominem recreauit. Creauit hominem inſpirando. Geneſis ſecundo. Inſpirauit in faciem eius &c. Recreauit autẽ expirando. Marci decimoquinto. Emiſſa voce magna expirauit. Heri ergo ſexta die, opus redemptionis compleuit: Sed hodie ſeptima, ab opere in ſepulchro quieuit. Conſiderandum autem quòd eſt quadruplex requies, videlicet diabolica, humana, diuina, angelica. A
De prima qua per peccatum diabolus in peccatore, & peccator in diabolo requieſcit, dicitur Iſaiæ ſeptimo. Requieſcent omnes in torrentibus vallium, & in cauernis petrarum, & in omnibus frutetis, & vniuerſis foraminibus. Requieſcent dæmones in peruerſis, per delectationes, quæ per torrentes vallium ſignificantur. Torrens cito creſcit, cito tranſit. Sic voluptas peccati. Momentaneum eſt quod delectat, æternum quod cruciat. Item per obſtinationes, & hoc in cauernis petrarum ſignificatur. Cauernæ petrarum: ſunt corda obſtinatorum. Item per ſimulationes, & hoc in frutetis ideſt in herbis ſimulatarum virtutum. Item per occultationes peccatorum, & hoc in foraminibus ſignificatur. Sed nota quòd requies diaboli, fit per ſeptenarium vitiorũ: ſicut requies Dei, per ſeptenariũ virtutũ. Luc. 11.

Cum

Cum immundus ſpiritus &c. vſque tunc vadit & aſſumit.
B ſeptem ſpiritus nequi. ſe videlicet ſuperbiæ inuidiæ, iræ, auaritiæ, acidiæ, gulæ, luxuriæ. De ſecunda requie, qua anima requieſcit in Deo, dicitur. Hierem. 30. Reuertetur Iacob, & requieſcet, & cunctis affluet bonis, & non erit quẽ formidet. Ecce tres conditiones requiei. Prima eſt pœnitentia in conuerſione. Vnde ait. Reuertetur Iacob, & hoc quadruplici culpa .ſ. cordis, oris, operis, conſuetudinis. Cant 9. Reuer. &c. Secunda affluentia in conſolatione. Vnde dicit cunctis affluet bonis. Cant. 8. Delitijs affluens. Tertia conſtantia in tentatione. Vnde ait, non erit quem formidet. Ideo bene dicitur in Pſal. Cõuertere anima mea in requiem. t. q. & c. In quo? quia eripuiſti animam meam de morte .ſ. in conuerſione. oculos meos a lachrymis, in conſolatione. pedes meos a lapſu, in tentatione. Hæc requies tantum eſt bonorum. Auguſt. Omnis homo malus, ſabbatum habere non poteſt. Nunquàm enim conquieſcit illi conſcientia, quæ bona conſcientia, tranquillitas eſt: & illa tranquillitas ſabbatum eſt cordis. Sed attende, quòd hæc requies, per ſeptenarium fit. Pſal. Quis requieſcet in montem .ſ. tuum. Qui ingreditur &c. Mons ſanctus eſt Chriſtus, in quo qui quieſcere vult, debet eſſe immaculatus in cogitatione, iuſtus in operatione, ſyncerus in locutione, innocuus in conuerſatione, victorioſus in tentatione, fidelis in promiſſione, vacuus ab iniuſta temporalium collectione. De primo dicitur. Qui ingreditur ſine macula &c.
C Sic omnia inuenies per ordinem in eodem. De tertia dicitur hic Requieuit Deus die ſeptimo Pſalm. In pace in idipſum dormiam & requieſcam. In ſepulchro autem requieuit in lintheo. Item in aromatibus. Ioann. 19. Ligauerunt eum in lintheo, cum aromatibus. Item in lapide. Sepulchrum enim lapideum fuit, ſic quoque ſpiritualiter in anima deuota requieſcit Dominus in lintheo munditiæ: in aromatibus virtutum & gratiæ, in lapide perſeuerantiæ. Pſalm. Elegit Dominus hæc &c. Sion eſt anima ſancta. Sion ſpeculum interpretatur. Ergo ſpecialiter elegit Dominus ſion, propter munditiam. Elegit eam nihilominus,

propter virtutis gratiam. hæc requies noſtra in ſeculum ſeculi, quo ad perſeuerantiam. Sed attende quòd hæc requies & per ſeptenarium habetur. Iſa. 11. Requieſcet ſuper eum ſpiritus Domini &c. vbi ſeptem dona ſpiritusſancti enumerantur, per quæ ad requiem Dei, anima præparatur. Ordinatur enim affectiua, per ſpiritum timoris ad Deum, per ſpiritum pietatis ad proximum, per ſpiritum fortitudinis contra diabolum & mundum. Ordinatur aũt apprehenſiua, per ſpiritũ ſapiẽtię, ad ſuperiora: per ſpiritum ſcientiæ, ad inferiora: per ſpiritum intellectus, ad interiora: per ſpiritum conſilij, ad exteriora. De quarta quæ eſt gloriæ, in qua Angeli cum hominibus, & homines cum Angelis requieſcent, dicitur Eze. 34. ibi requieſcent in herbis virentibus .i. varijs Chriſti & ſanctorum meritis, in paſcuis pinguibus paſcentur, ſuper montes Iſrael .i. ſuper ordines Angelorum. Ad Heb. 4. Feſtinemus ingredi in illam requiem. Sed attende quòd hæc requies etiam per ſeptenarium attingitur. Gene. 8. Menſe ſeptimo requieuit archa .i. eccleſia, ſuper montes Armeniæ .i. ſuper excelſa cœlorum, in ordinibus Angelorum, licet nunc vacillet in aquis miſeriæ. Per ſeptem menſes, ſeptem ætates ſignificantur. ſeptima aũt quieſcendũ, in hoc corpore in ſepulchro: animæ in cœlo requieſcũt.

In Sabbato ſanƈto. Sermo II.

SEptimus dies erit vobis ſanctus, ſabbatum & requies Domini. Exo. 35. Hodie chariſſimi, eſt requies Domini in ſepulchro. Sicut autem dictum eſt in præcedenti collatione, eſt requies diabolica, humana, diuina, angelica. De prima Matth. 12. & Luc. 11. Cum immundus ſpiritus &c. vſque quærens requiem &c. Ibi diabolus plane requieſcit, vbi ei non reſiſtitur. Vel quia peccatum occultatur, vel quia defenſatur, vel quia bonum ſimulatur. Requieſcit diabolus in peccatorum occultatione. Hierem. 48. Et requieuit Moab in fœcibus ſuis. Fæces latet in profundo liquoris. In fæcibus ergo latentia, ſignificantur peccata: in quibus

quibus diabolus requieſcit. Item in peruerſorum defenſione Iſaiæ 7. Requieuit Syria ſuper Effraim. Quando enim peccator in defenſione malæ ſocietatis confidit, tunc ſyria ſuper Effraim requieſcit. Gregorius. Quos ſimilis reatus ſociat, concordi pertinacia, etiam defenſione peruerſa conſtipat, vt de facinoribus ſuis alterna ſe inuicem defenſione tueantur. Item in virtutum ſimulatione, quando propter ſpem boni, liberius peccatur. De hac dicitur hic, quærens requiem &c. Domus autem ſcopis mundata dicitur, dum vita hypocritæ apparet ſancta & auſtera &c. De ſe-
G cunda: Prouerbio. vigeſimoquarto. Ne inſidieris, & quæras impietatem in domo iuſti: neque vaſtes requiem eius. Hæc requies triplex eſt: ſcilicet corporalis. Mat. vigeſimoſexto. Dormite iam & requieſcite, vbi legitur quòd tribus vicibus inuenit eos Dominus dormientes. Prima vice redarguit, ſecunda diſſimulat, tertia conceſſit, quia requies corporalis quando fit ex carnalitate & laſciuia, & tunc reprehenditur: quando ex grauitate corporis, & pigritia, & tunc diſſimulatur. Non de illa pigritia dico, quæ peccatum eſt. quandoque ex neceſsitate, & indigentia, & hæc conceditur. Itẽ legalis. Exod. trigeſimoquinto, & Leui. vigeſimotertio. In die ſeptimo ſabbatum eſt, requies ſancta Domino, omnis qui fecerit opus in die hac, morietur. Hæc requies ſeruanda eſt diebus ſolennibus, quod eſt contra illos, qui a cupiditatibus, & a vanitatibus non requieſcunt. De talibus ait Auguſt. Cum Deus præceperit obſeruari ſabbatum, illi in ijs quæ Deus prohibet, exercent. Sabbatum vacatio noſtra a malis operibus. Vacatio illorum, a bonis operibus eſt. Melius enim eſt arare, quàm ſaltare. Item mentalis. Thren. 3. Bonum eſt viro, cum portauerit iugum, ab adoleſcentia ſua. Et Matth. 11. Tollite iugum meum &c. vſque inuenietis re. a. veſtris. Non dicit cordibus, quod eſt contra quoſdam. Tria hic commendat Dominus: iugum in pręceptis:
H mititatem in aduerſis, humilitatem in proſperis. De tertia requie quę eſt requies Dei in nobis. Iſa. 28. Hæc requies mea, reficere laſſum, ſcilicet proximum, vel Chriſtum in paſsione laſſatum. Requies autem Dei triplex, videlicet in
ven-

ventre virginali. Eccleſi. 24. Qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo. Tabernaculum eſt corpus, vel vterus Mariæ. Pſalm. Sanctificauit tabernaculum ſuum altiſsimus. Item in morte triumphali. Pſalm. In pace in idipſum, dormiam & requieſcam. Gen. 49. Requieſcens accubuiſti vt leo &c. Gloſa. tradunt philoſophi, quòd catulus leonis cum fuerit natus, tribus diebus, & tribus noctibus dormit: Deinde patris fremitu excitatur: ſic & Chriſtus paterna virtute, a dormitione mortis. Item in virtute ſpirituali. Vnde ſecundum aliam litteram dicitur. Iſaia 66. Super quem requieſcet ſpiritus meus, niſi ſuper humilem in proſperis, & quietum in aduerſis, trementem ſermones in præceptis. In talibus enim floribus, ſicut apes libenter requieſcit. ſſ. Iſa. 11. Flos de radice eius aſcendet &c. Spiritusſancti requies in nobis, eſt noſtra requies in ipſo. Augu. Quantum nos amat Deus frater, vt quia nos requieſcimus in eo, & in nobis ſe dicat requieſcere. Non enim ipſe aliquando turbatur. De quarta requie. Iſa. 32. Sedebit populus hic in pulchritudine pacis, in tabernaculis fidutiæ, & requie opulenta. In hac requieſcit Chriſtus, Angelus, homo, requieſcit Deus ab omnibus operibus creationis, redemptionis, reſurrectionis. Pſalmus. Surge Domine in requiem tuam. Item Angelus. Vnde de grano ſinapis, quod Chriſtum ſignificat, dicitur Matthæi 14. Quòd ſit arbor, vt volucres & Angeli quieſcant in ramis eius. Rami ſunt extenſiones illuminationum. Item homo ibi requieſcit. Iſa. 58. Requiem dabit tibi Dominus Deus tuus, & implebit ſplendoribus animam tuam, & oſſa tua liberabit. Requies in affectione, ſplendor in cognitione, liberatio in reſurrectione. I

IN

IN RESVRRECTIONE DOMINI.

SERMO PRIMVS.

EXurge gloria mea, exurge pſalteriū &c. Ecce quàm amabiliter & dulciter, pater alloquitur filium, de ſua reſurrectione. Nam ſecundum glo. Verba iſta pij ſunt patris ad filium, vel diuinæ naturæ, ad humanam &c. Exurge ad diuinam gloriam magnificandam, ad Angelicam ruinam reparandam, ad humanam miſeriam ſub euandam: ad diabolicam malitiam
A diſſipandam. De primo dicitur hic. Exurge mea gloria, exurge pſalterium &c. Chriſtus enim eſt gloria patris in reſurrectione. Fuit nunc pſalterium & cithara in paſſione. Sicut enim in huiuſmodi inſtrumentis, chordæ ſuper lignū tenduntur: ſic membra & nerui Chriſti, ſuper lignum crucis. Vnde Eccleſia compatiendo cantat. Tenſa laxa viſcera. O quam dulces ſonos. q. de chorda cordis reddidit, hæc cithara, dum Chriſtus in cruce loquebatur, octo verba. Duas chordas pro malis, duas pro bonis, duas pro toto mundo, duas pro ſemetipſo. Tangens pro bonis ergo, primus ſonus eſt. Mulier ecce filius tuus. Secundus. Ecce mater tua. Oſtenditur autem in his quàm ſpecialem curam bonorum habet Chriſtus. Item prò malis primus. Pater dimitte illis &c. Secundus. Hodie mecum eris in paradiſo. Hoc enim ſono, omnibus impijs ſpem dedit. Item pro toto mundo, primus. Sitio .i. deſidero fidem & ſalutem. Secundus. Conſummatum eſt, quicquid ſcilicet pro redēptione mundi debui pati. Itē pro ſe primus. Deus meus vt quid me dereliquiſti? Secundus. Pater in manus tuas. De ſecundo. Pſal. Tu exurgens miſereberis ſion, quia tempus miſerendi eius, quia venit tempus, quoniam placuerunt ſeruis tuis la. eius

ius &c. In hoc miſereberis cœleſtis ſion, vt exurgas, & reædificetur per fidem reſurrectionis tuæ. De lapidibus eius, qui ſeruis tuis, ideſt Angelis placent, precioſe enim empti ſunt. 4. Regum 12. dicitur, quòd de pecunia templi emebantur lapides exciſi, de lapidicinis ad inſtaurandum Domini templum. Templum eſt corpus Chriſti. Ioannis 2. Soluite templū &c. Pecunia huius templi, qua empti ſunt huius lapides viui, eſt ſanguis Chriſti. 1. Pe. 1. Non corruptibilibus &c Auguſt. Sanguine ſuo emit, ſanguine agni immaculati emit, ſanguine vnigeniti filij Dei emit. Tres dicit eſſe lapidicinas. Mundum, infernum, ſepulchrum. De prima lapides, exciduntur, in conuerſione impiorum, De ſecūda, in liberatione in limbo captiuorum. De tertia, in reſurrectione mortuorum. In primam deſcendit Chriſtus in corpore, & in anima: In ſecundam in anima: In tertiam in corpore: de qua hodie corpus ſuum excidit, & multa corpora ſanctorum, quæ ſurrexerunt cum eo. Quicunque ergo lapides, ſic per bonam vitam aptati fuerunt, vt ſeruis tuis placeant, in ædificium cœleſtis ſion ponentur. Noli ergo negligere tempus ædificandi. Auguſtin. Nunc eſt tempus vt ædificetur ſion: nunc intrant lapides in ſtructuram Perfecto ædificio & dedicata domo, quid curris ſero quæſiturus, inaniter petiturus, fruſtra putaturus, foris remanſurus. Væh lapidibus qui non placent ſeruis iſtis. Exod. 15. Deſcenderunt in profundum q. lap. De tertio. Pſalmi. Propter miſeriam &c. De gemitu dic, & de miſeria Beatæ Virginis, & Magdalenæ, & diſcipulorum, pro morte Chriſti, & qūo Iacobus ſe iurauerat non comeſturum panē, donec Chriſtus reſurgeret, immo certe pro ſubleuanda totius mūdi miſeria, Chriſtus reſurrexit. Niſi enim a morte reſurrexiſſet, mundus in eum non credidiſſet, & ſic in triplici miſeria permanſiſſet. Prima eſt grauis in hoc mundo. Iob 10. Si impius fuero, væh mihi eſt: ſi iuſtus, non leuabo caput, ſaturatus afflictione & miſeria. Secunda eſt grauior in iudicio. Sopho. 1. Dies calamitatis & miſeriæ. Totus mundus non poſſet enarrare miſerias malorum, in die iudicij. Tertia grauiſſima in inferno. Iob. 10. Dimitte me vt plangam &c. vſq; ter-

D terram miſeriæ & tenebrarum. De quarto. Pſalmiſta. Exurgat Deus & diſſipentur &c. Fugiant dæmones, fugiant equitantem, qui fugerunt peditem animam Chriſti. De equo corporis deſcendens, in morte, dæmones fugauit, Cum ergo in reſurrectione ad equum redierit, magis timeant & fugiant. Fugiant autem, non ſolum dæmones, ſed etiam eorum armigeri, homines impij & infideles. Fugiant certe gehennam & pœnitentiam. Hieremiæ 4. A voce equitis & mittentis ſagittam, fugit omnis ciuitas. Eques eſt Chriſtus. Ciuitas mundus. Sagitta damnationis ſententia, de arcu iudicij, ſuper impios mittenda. Pſalmiſta. Vt fugiant a facie inimici &c.

In Reſurrectione Domini. Serm. II.

E FAc mecum ſignum in bonum. Verbum iſtud eſt filij ad patrem, pro ſua reſurrectione monentis. O mi ſancte pater, fac mecum ſignum Ionæ prophetæ, quod iam factum eſt in capite, & adhuc fiet in membris. Bonum ſignũ eſt reſurrectio Chriſti. Eſt enim ſignum gloriæ eius in cœlo: ſignum miſericordiæ in mundo: ſignum victoriæ in inferno, ſignum iuſtitiæ in iudicio. Reſurrectio itaque Chriſti, ſignum eſt glorificationis eius, & noſtræ per ipſum. Nume. 7. Refert virgam Aaron, in tabernaculum teſtimonij, vt ſeruetur in ſignum. Nota quomodo magorum virgis, in ariditate permanentibus, virga Aaron cito floruit. Vnde & ipſe, & filij eius exaltati fuerunt. Quod exponit Grego. in gloſſa, de Chriſti reſurrectione. Virga enim arida, fuit caro Chriſti in morte. Arida vtique, propter ſanguinis extractionem, & ſpiritus emiſſionem. In flore autem, gloria corporis reſurgentis ſignificatur Pſalm. Refloruit caro mea.
F Bene poteſt autem Chriſtus dicere Cantic. 2. Ego flos campi. Flos orti clauſus eſt. Flos campi communis eſt. Ita Chriſtus, communis eſt omnibus. Quidam tamen dicunt, quòd flos campi dicitur quidam paruus flos, valde rubicundus, habens quinque folia, ſicut Chriſtus quinque vulnera rubicunda.

bicunda. Aaron autem, Chriſtum ſignificat ſummum ſacerdotem. Virga igitur arida floruit, qñ caro Chriſti mortua reſurrexit. Et hoc eſt ſignum exaltationis Aaron, & filiorũ eius, ideſt Chriſti, & Chriſtianorum, in æterna gloria. Virgæ autem reliquæ, corda noſtra ſignificare poſſunt, qua vſque ad diem nouiſſimum permanent in ariditate incinerationis. Eze. 37. Oſſa arida &c. ſed in die nouiſſimo pulcherrime florebunt per gloriam re. Pſal. Iuſtus vt palma florebit. Auguſt. Videte fratres ſi plantati eſtis in domo Domini, ſi vultis florere ſicut palma, & multiplicari ſicut cedrus libani, & non areſcere ſicut fœnum ſole cadente: ſicut ij qui videntur florere, ſole abſente. Heu tunc de iuſtorum virgis, ideſt de malorum corporibus non flores, ſed quaſi ſerpentes & dracones fient, quando mali plus quàm ſerpentes, & dracones abominabiles, & horribiles reſurgent. De ſecundo. Luc. 11. & Mat. 12. Sicut fuit Ionas ſignum Niniuitis, ita erit filius hominis generationi iſti. Sicut enim fuit Ionas in ventre ceti, tribus noctibus, vſque in corde terræ, ideſt in inferno. Vnde ſuper illud Ionæ 2. Proieciſti me in profundum, in corde maris &c. glo. interli. i. in inferno, pro quo in Euangelio habetur in corde terræ, ideſt in inferno, & ita infernus in medio terræ eſſe perhibetur. Vnde terræ amatores, qui per auaritiam in corde glutiunt, ipſi tandem a corde terræ .i. in inferno glutientur. per ventrẽ ergo ceti, abyſſus inferni ſignificatur. Et bene. Sicut enim multa millia aloſarum, ſunt in ventre ceti, ita multa millia animarum in inferno. Iſa. 5. Dilatauit in inferno animam ſuam &c. Cuſtodiat nos Deus, ne in iſtum ventrem horrendum veniamus. De hoc vẽtre, poſt triduum, Ionas euomitur in aridã. & tertio die, Chriſtus ab inferis, ad immortalitẽ reſurrexit. Et certe nõ ſolũ de vẽtre inferi, hodie egredit, ſed omnium iuſtorum animæ, quę per multa annorum millia deuoratæ, in hunc ventrem deſcenderant: hodie cũ Chriſto euomuntur, & magna pars vacua relinquitur. Vnde de diabolo dici poteſt illud, Iob 20. Diuitias quas deuorauit, etiam euomet, & de ventre illius, extrahet eas Deus. i. de inferno. Grego. Deſcendit ad inferos, ſolos illos per gratiã

ſuam liberauit, qui eum & venturum eſſe crediderunt, & præcepta eius viuendo tenuerunt. Sicut autem poſt ſignũ in Iona factum, Niniue per Ionam conuerſa eſt, ita poſt reſurrectionem Chriſti, mundus qui per Niniue ſignificatur, per Chriſtum, & eius Apoſtolos, conuerſus fuit. Ex hoc enim mundus in eum credere, & ſperare vere potuit, quia ipſum tam potenter reſurrexiſſe audierunt. Vnde ſuper dictum verſum. Fac mecum ſignum in bonum, dicit Gloſſa. Reſurrectio Chriſti, ſignum eſt quo virtus Dei declaratur, ſpes credentium confirmatur.

De Reſurrectione Domini. Sermo III.

H FAc mecum ſignum in bonum. Sicut hodie dictum fuit, reſurrectio Chriſti, non ſolum ſic eſt ſignum gloriæ eius in cœlo, vel miſericordiæ in mundo, ſed etiã victoriæ in inferno. Quomodo enim tam potenter de inferno, ad reſurgendum exiuiſſet, niſi tyrannos inferni, primus viciſſet? De hoc tertio ſigno, Dan. 6. Ipſe eſt liberator, atque ſaluator, faciens ſignum in cœlo, & in terra, qui liberauit, Danielem de lacu leonum. Daniel Chriſtum ſignificat, interpretatur enim iudicans. Chriſtus enim pro peccatis hominum, fecit Deo Patri iudicium ſatisfactionis in Cruce, & faciet iudicium condemnationis in fine. Ioan. 5. Omne iudicium dedit pater filio. Per lacum, infernus ſignificatur. Zacha 9. Tu in ſanguine teſtamenti, emiſiſti vinctos de lacu, in quo non eſt aqua. Glo. In quo non eſt vlla refrigerans miſericordia, quam diues quærebat. Lucæ 16. Intingat extremum digiti ſui in aquam &c. Septem leones vero, ſunt dæmones. 1. Pet. 5. Tanquàm leo rugiens &c. Septem leones dicuntur, qui ſeptem vitia capitalia, hominibus dominantur. Deſcendente ergo Daniele .i. Chriſto, in lacum inferni, ſicut agnus coram leone, ita iſti leones, corã agno tremuerunt: neque Danielem Chriſtum inuadere præſumpſerunt. Ecce ergo magnum ſignum, Daniel de lacu leonũ victor exiuit, & Chriſtus ab inferis, victor dæmonum reſurrexit. Non ſolum certe de lacu exiuit, ſed etiam vinctos

ſecum

ſecum duxit. Grego. Illos ex inferni clauſtris rapuit, quos ſuos in fide & actibus recognouit. Sed nota quòd damnũ, I
quod per Danielem leones habuerunt, in perſecutoribus Danielis, in lacum miſſis, ferociſſime vindicauerunt. Caue ergo perſecutor Danielis noſtri, Caue peccator inimici Ieſu Chriſti. Caue pœnitendo in hoc mundo, ne Leones infernales, damnum eis per Chriſtum illatum, atrociſſime in te vindicent in inferno. De quarto nota quòd reſurrectio K
Chriſti, ſignum eſt iuſtitiæ in iudicio. Vnde cum ſub figura futuri iudicij, flagello de funiculis facto, Chriſtus eieciſſet vendentes & ementes de templo, dixerunt Iudæi. Ioann. 2. Quod ſignum oſtendis nobis, quia hæc facis? Reſpondit Ieſus, & dicit eis. Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Ecce reædificationem templi in triduo: ſignum dicit eſſe iudicij ſui, quod fiet in flagello. Templum ergo corpus Chriſti, de quo Naum ſecundo. Portæ fluuiorum apertæ ſunt: templum ad ſolum dirutum eſt. Portæ autem fluuiorum, ſunt vulnera Chriſti, e quibus fluxit ſanguis Chriſti, & ſalus mundi. De illa autem media porta, duo fluuij venerabiles exierunt, videlicet de porta vulneris in latere. Ioannis 20 Continuo exiuit ſanguis & aqua. Templum ergo ad ſolum dirutum fuit, quando corpus Chriſti flagellis & ſpinis, clauis & lancea, laceratum extitit, & ſic ſolutum fuit miſerabili ſolutione templum corporis Chriſti, in eius paſſione. Sed reædificatum eſt tertio die reſurrectionis. Illud ergo idem templum, & non aliud, illud idem corpus, quod ſolutum fuit tam miſerabiliter, idem reædificatum fuit tertio die mirabiliter. Auguſt. Ille qui flagellatus eſt, qui conſputus eſt, ille qui ſpinis coronatus eſt, ille qui colaphis cæſus, ille qui in ligno ſuſpenſus eſt, ille qui in cruce mortuus eſt, ille qui in lancea percuſſus, ille qui ſepultus, ille eſt qui reſurrexit. Et hæc feſtina, & mirabilis, & potentiſſima reædificatio, ſignum eſt poteſtatis eius in iudicio. Qui quia cum tanta potentia reſurrexit de ſepulchro, ſignum eſt, quòd cum magna poteſtate veniet de cœlo: tunc flagello ſuæ diſtrictionis eijciet reprobos, præcipue ſimoniacos. Funiculi autem ex quibus hoc flagel-

lum paratur, peccata hominum ſunt. Pſal. Funes peccatorum circundedme quaſi funiculos ad ſeipſos flagellãdos, Domino miniſtrant, qui peccatorum reſtes faciunt: quos non faciunt niſi inſani. Nunc ergo chariſſimi, quæramus bene viuendo Dominum, tam mitem, in ſua reſurrectione: ne inueniamus ipſum tam ſeuerum, in noſtra reſurrectione. Ber. Vitam veſtram fratres componite, qui mitis reſurrexit ex morte, quàm diſtrictus iudex veniat præuidete.

De Reſurrectione Domini. Serm. IIII.

IEſum quæritis Nazarenum Crucifixum, ſurrexit nõ eſt hic. Mar. 16 Commemoratio hic fit paſſionis Chriſti, & reſurrectionis. Sed de reſurrectione videamus, de

L quadicit Angelus Surrexit non eſt hic. Surrexit autem glorioſiſſime, veriſſime, potentiſſime, vtiliſſime De primo. Iudi. 19. Dormiuit autem Sanſon, vſque ad medium noctis, & inde conſurgens, apprehendit ambas portæ fores, & portauit ad verticem montis. Sanſon interpretatur ſol eorũ, & ſignificat Chriſtum, qui etiam corpore, ſole clarior fuit in reſurrectione. Quid mirum? omnes enim iuſti, claritatem ſolis habebunt. Matth. 13. Tunc iſti fulgebunt ſicut ſol &c. Anſelmus. In illa vita pulchritudo iuſtorum, ſolis plenitudini, quæ ſeptempliciter quàm modo ſit, ſplendidior e-

M rit, adequabitur. Nota ergo, quòd in ſplendore Solis, ſignificatur dos claritatis: in ꝑpetuitate Solis, dos impaſſibilitatis: in virtute Solis actiua (Sol enim penetrat integrum vitrum) dos ſubtilitatis: in celeritate Solis, dos agilitatis, immo Sole celeriores erunt ſancti. Anſel. Velocitas agilitatis tanta, nos concomitabitur, vt ipſis Angelis Dei, æque celeres ſimus, qui a cęlo ad terras, & e cõtrario, dicto citius dilabuntur. Sanſon igitur noſter Chriſtus, dormiuit ſomnio mortis: a quo in reſurrectione ſurrexit, qui non totam ciuitatem infernalem, ſed tantum fores .i. eos qui in limbo, quaſi in foribus erant, ſecum in montem cœli tulit. Ambas quoque fores tulit, quia iuſtos vtriuſque ſexus, ſecum duxit.

xit. De ſecundo Luc 24. Inuenerunt congregatos vndecim,& qui cum ipſis erant dicentes, quòd ſurrexit Dominus vere &c. Dicunt vere. Sed vnde hanc veritatem ſciebant? Certe Chriſtum audiendo. Luc. 24. Ego ſum, nolite timere. Item videndo. Lu.24. Tunc aperti ſunt oculi eorũ, & cognouerunt eum. Item tangendo. Ioann. 20. Infer digitum tuum huc. Grego. Ille dubitando, cicatrices vulnerum tetigit, & a noſtro pectore dubietatis vulnus amputauit. Itẽ corde ſentiendo. Luc. 24. Nonne cor noſtrũ ardens erat &c. Vnde primæ Ioann 1. Quod audiuimus, & vidimus oculis noſtris, quod perſpeximus, & manus noſtræ contrectauerunt: de verbo vitæ, & vita manifeſtata eſt ſcilicet cordi. Tu vero fac, vt cum Apoſtolis, Chriſtum reſurgentem audias, verbo eius obediendo: videas, per fidem cognoſcendo: tangas, operibus attingendo: ſentias, corde diligendo. De tertio ſcribitur. 1. Macha. 3. vbi dicitur, quòd ſurrexit Iudas Machabæus, & oſtenditur, quàm potenter reſurrexit Iudas, & inter cætera dicitur: Similis factus leoni in operibus ſuis, & ſicut catulus leonis &c. Iudas Macha. Chriſtũ ſignificat. Iudas enim glorificans: Machabæus percutiens interpretatur. Chriſtum autem glorificat bonos: percutit malos. primi Regum 2. Quicunque honorificauerit me, ego glorificabo eum &c. Chriſtus autem leo fuit, inferos inuadendo: & catulus leonis, in reſurgendo. Vnde Gen. 49. Requieſcens accubuiſti vt leo, & vt catulus leonis. Secundum aliam literam Glo. dicunt Phyſici, quòd catulus leonis, cum fuerit natus, tribus diebus & tribus noctibus dormit: deinde patris fremitu, tremeſcens cubilis locus, excitat dormiẽtem. Sic Chriſtus in cubili ſepulchri, paterna virtute excitatur. Apoc 5. Ecce vicit leo, de tribu Iuda. Vnde etiam de illis ſanctis quatuor animalibus, quæ vidit Ioan. Apocalyp. 4. Chriſtus ſignificatur .ſ. in homine, vitulo, leone, aquila. De⁎ eſt homo naſcẽdo: eſt leo reſurgẽdo: eſt vitulus patiẽdo: eſt auis alta petẽdo. De 4. Pſal. Surge dñe in requiem tuã &c. Aug. Archa eius, eccleſia eſt, ſurrexit prior, ſurgat eccleſia: nõ auderet ſibi in reſurrectione corpus ꝓmittere, niſi prius exurgeret caput. Ecce ex verbis Aug. patet vtilitas reſurre-

(Margin letters: N, O, P)

cuius reſurrectionem nunciabant, iam non in ſiniſtra tranſitoriæ, ſed in dextera vitæ perpetuæ eſt: & ſimul ibi eſt cũ capite diuinitatis, & pedibus humanitatis. De ſecunda. Luc. 2. Ecce hic poſitus eſt in ruinam, & in reſurrectionẽ multorum in Iſrael. Reſurrectio iſta fit a morte culpæ. Debet autem fieri ad imitationẽ reſurrectionis Chriſti, cuius reſurrectio fuit matutinalis, integralis, ſocialis, immortalis. Fuit itaque matutinalis. Marc. 16. Surgens Ieſus mane &c. Sic tu non ſero, ſed mane reſurge a peccatis. Prouerbi. 8. Qui mane vigilabunt ad me &c. Eccle. 5. Ne tardes conuerti ad Dominum &c. Item integralis. Vnde neq; manum, neque pedem reliquit Chriſtus in ſepulchro, immo poſt reſurrectionem oſtendit manus & pedes. Sic tu a peccatis totus reſurgas. Ioan 7. Totum hominem ſanum feci in Sabbato. Qui ergo adhuc manus operum, vel pedes affectum mortuos habet: vel qui conuerſus iniuſta bona, vel odium, vel aliud vitium non reliquit, nondum reſurrexit. Deus enim nullum reſuſcitat, niſi integraliter. Augu. Nunquam Dominus aliquem ſanauit, quem omnino non liberauit. totum enim hominem, vere ſanauit in ſabbato. Item ſocialis. Matt. 28. Multa corpora ſanctorum, qui dormierant, ſurrexerunt. Sic & merita tua, per peccatum extincta, tecum reſurgent in conuerſione. Augu. Pœnitentia non ſolum dimittit peccata, ſed etiam reſtituit ablata. Sicut autem cum Chriſto, non omnia corpora, ſed multa ſurrexerunt: ita tecum non omnia, ſed in charitate facta bona opera viuificantur. Verſus. Illa reuiuiſcunt, quæ viuis facta fuerunt. Vel aliter poteſt dici, quòd ſocialis dicitur reſurrectio animæ, quia ſocios culpæ immo quoſlibet familiares ſecum trahere debet ad vitam: ſicut Noe, Loth, Moab, ſuas familias ſaluauit. Auguſt. Rape ad Deum quot potes, & dic eis: hunc amemus. Item immortalis. Roma 6. Reſurgens ex mortuis, iam non moritur. Sic & tu perſeueranter reſurgas in conuerſione, vt de cætero non moriaris tranſgreſſione. Pſalm. Non moriar, ſed viuam. Ioann. 8. Si quis ſermonem meum ſeruauerit, mortem non guſtabit in æternum. De tertia. primæ Corinth. 15. Per hominem mors,

per hominem reſurrectio mortuorum. Qualiter autem futura ſit reſurrectio, dicitur ibidem. Omnis reſur. &c. Vbi oſtenditur quòd mortui reſurgent vniuerſaliter, diſſimiliter, celeriter, integraliter. Reſurgent vtique vniuerſaliter. Vnde ait: Omnes quidem reſurgemus. Apoc. 20. Vidi mortuos magnos & puſillos ſtantes in conſpectu throni. Item diſſimiliter. Vnde ſequitur. Sed non omnes immutabimur .ſ. per gloriam reſurrectionis. Ioan 5. Procedent qui bona fecerunt, in reſurrectionem vitæ. &c. Item celeriter. Vnde ſequitur. In momento, in ictu oculi &c. Item integraliter. Vnde ſequitur: quòd mortui reſurgent incorrupti i. ſine diminutione membrorum integri. Iob. 12. Qui multiplicat gentes, & perdit eas, & ſubuerſas in integrum reſtituit. Perdit per mortem. reſtituit per reſurrectionem.

FERIA SECVNDA post Paſcha.

SERMO PRIMVS.

A MAne nobiſcum domine, quoniam aduesperaſcit. Luc. 24. Libenter manent homines, vbi habent amicos: item vbi rogantur: item vbi epulentur, & eſt hoſpitium: item vbi pax eſt & ſecuritas. Ita Chriſtus ad manendum nobiſcum allicitur, per charitatis amicitiam, per orationis inſtantiam, per mentis opulentiam, per pacis confidentiam. De primo. Ioan. 14. Si quis diligit me, ſermo. &c. & pater &c. vſque & manſionem apud eum faciemus. Magna promiſſio. Si Papa vel Imperator, apud te manſionem per hyemem facturus eſſet, quanta ſolicitudine, te & domum tuam ad hoc pręparares? Ecce ſi diligis Deum, Deus tecum manet. Si etiam diligis proximum, omne odium relinquendo, neque factis, neque verbis proximo nocendo, Deus tecum manet. pri-

mæ Ioan. 4. Si diligamus inuicem, Deus manet in nobis. Hic eſt Chriſtus, qui cum Maria & Martha libenter manſit, quæ eum tantum dilexerunt. In Maria eſt charitas, qua Deo inhæretur: in Martha vero charitas, qua proximo miniſtratur. Vnde bene dicitur primæ Ioannis quarto. Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. &c. Igitur ſicut nullus ibi manere poſſet, vbi ſedenti nullus locus daretur: ſic nec Chriſtus ſine charitate, in nobis manet. Charitas enim, & ſedem & locum ſedendi in anima præparat Deo. Auguſtinus. Charitas Chriſti, cor pacificat, mentem in tentationibus roborat, & vt ſedes ſapientiæ ſit in anima iuſti, quietem tribuit, & locum præparat. De ſecundo dicitur hic. Coegerunt illum dicentes: Mane nobiſcum Domine, quoniam aduesperaſcit. &c. Quando finis vitæ noſtræ appropinquat, tunc aduesperaſcit. Sicut mane principium: meridies medium: ita veſpera finis vitæ. Mane iuuentus: meridies virilitas: veſpera eſt ſenectus. Omnibus his temporibus, ſi Dominum inuitaremus, ipſe libenter exaudiret. Pſalm. Veſpere & mane & meridie, narrabo & au. & ex. m. Si ergo neglexiſti eum inuitare mane, inuita eum in meridie: inuita veſpere. &c. Certe multi credunt mane, vel meridiem eſſe, quibus iam veſpera eſt. Vnde non decipiat quenquàm flos iuuentutis, qui tam cito areſcit veſpere. Pſalm. Mane flo. & tran. veſ. &c. Auguſtinus. Decidat in morte, & dureſcat in cadauere, areſcat in puluere. Dicamus ergo orantes mane, & rogemus nos, manere nobiſcum Chriſtum: vt Chriſtus roget nobiſcum manere ſpiritum ſuum. Ioann. 14. Ego rogabo patrem &c. Sed certe non ſolum eſt oratione inuitandus, ſed etiam lachrymis cogendus. Dicitur hic enim, & coegerunt illum. Vnde ſuper hoc dicit quædam Gloſ. Oratio Dominum linit, lachryma cogit: hæc vngit, illa pungit. De tertio. Lucæ decimonono. Hodie in domo tua, oportet me manere. Zachæus cui hoc dicitur, erat princeps publicanorum: & illud bene ſciuit Dominus, quòd apud diuites bonum hoſpitium eſt. Diues hoſpitiũ eſt, mens virtutibus opulenta. Vere .n. diuitiæ ſunt, timor domini, iuſtitia, miſericordia, humilitas, caſtitas, patien-

tien-

tientia. &c. Talibus diuitijs Beata virgo, ſuper quamlibet animam puri hominis abundauit. Prouer. 31. Multæ filiæ congregauerunt diuitias &c. Et ideo in eius hoſpitio, Dominus libenter manſit. Si has diuitias habes, multos per ipſas habebis amicos, ſcilicet Patrem, Filium, & Spiritum ſanctum, & Angelos. Prouer. 19. Diuitiæ addunt amicos plurimos, a paupere autem, & hi quos habuit, ſeparantur. Signum eſt diuitis hoſpitij, vbi multa ad portam pauperibus dantur. & ibi libenter manet Dominus, alioqui non. Vnde primæ Ioannis 3. Qui habet ſubſtantiam huius mundi &c. vſque quo modo charitas Dei manet in eo? De
D quarto. Ioannis decimo. Quærebant Ieſum Iudæi apprehendere, & exiuit de manibus eorum: & abijt iterum trans Iordanem, in eum locum, vbi erat Ioannes baptizans primum, & manſit illic. Ecce fugit perſecutores, & inimicos ſuos, & manet vbi ſecurus videtur, in loco baptiſmi, in Betania, quæ interpretatur domus obedientiæ. In illis enim baptizatis, qui obediunt prælatis, Dei mandatis, manet Dominus, vnde inimici ſui diabolus, & mundus, eum non eijciant, vel vbi domum mentis, per ignem luxuriæ, vel auaritiæ, ſuper caput ſuum non crement, vel odio, ſeu iracundia, pacem pectoris non turbent. Luc. 2. Remanſit puer Ieſus in Hieruſalem, quod interpretatur pacifica. In pace libenter manet Ieſus. Pſalm. In pace factus eſt locus eius. Sed pacificam & ſecuram non habet manſionem, in pectore illo, vbi bona ſua, in continuo ſunt periculo. Bernard. Periclitatur caſtitas in delitijs, humilitas in diuitijs, pietas in negotijs, veritas in multiloquio, charitas in hoc nequam ſeculo.

Feria ſecunda poſt Paſcha. Ser, II.

E NOnne cor noſtrum ardens erat in nobis. Luc. 24. Quid mirum, ſi cor ardebat, quod Chriſtum in via ſocium habebat? Cor enim amantis, caminus eſt Dei inflammantis. Sicut enim cor eſt ſpeculum Dei, archa

Dei

Dei, ager Dei, ita, & caminus Dei. Vnde & cor iuſtum, tanquàm ſpeculum debet eſſe mundum: vt archa opulentum: tanquam caminus accenſum; tanquàm ager fructiferum. Cor debet eſſe mundum innocentia: diues virtutum opulentia: ardens amoris vehementia: fructiferum bonorum operum vehementia. De primo. Matth. 5. Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt. Videbunt certe, & tanto melius, quanto ſpeculum cor lis fuerit mundius. Pſalmiſta. Videbitur Deus deorum in ſion, quod interpretatur ſpeculum. O ſtultitia mirabilis, mundat homo faciem, manus, pedes, immo etiam calceos mundat: & miſerum cor non mundat: cum tamen niſi mundum ſit, ſtare in conſpectu Dei perpetuo non poſſit. Pſalm. Quis ſtabit in loco ſancto eius? Innocens manibus, & mundo corde. Item quod plus eſt, purgant ſe corpora naturaliter, ſicut mare mortuos expellendo: vinum fæces eijciendo: corpus humanum, per os, per nares, per alias vias immunda expellendo: ſed miſerum cor ſe non mundat; ſed plus ſordes congregat: cum tamen per munditiam conſequeretur diuinam amicitiam. Prouer. 22. Qui diligit cordis munditiam, propter gratiam labiorum ſuorum, habebit amicum regem. O quàm cor mundum, abominatur ſordes peccatorum? Anſelm. Mallem purus a peccatis & innocens, gehennam intrare, quàm ſorde pollutus, cœlorum regna tenere: cum conſtet ſolos malos torqueri, & bonos in cœleſti beatitudine foueri. De ſecundo. Lucæ 6. Bonus homo, de bono the. cordis &c. Theſauri cordis, ſunt virtutes, quas hic enumera. Iſti ſunt regales theſauri, regi Chriſto offerendi. Matt. 2. Apertis theſauris ſuis, obtulerunt ei munera: aurum dilectionis: thus orationis: myrrham contritionis. Pſalm. Cor contritum & humiliatum &c. Quicunque theſauros habet, a latronibus caueat .i. dæmonibus. Gregor. Tentari deſiderat, qui theſauros publice in via portat. Caueant ergo ſibi de peregrinatione, & eleemoſynis, & alijs bonis operibus, de quibus ſolent gloriari. Theſauri enim virtutum, in archa cordis claudendi ſunt, ſera humilitatis. Ambro. Cuſtos virtutum eſt, humilitas. Hanc ſeram imitan-

imitando acquire, a filio fabri Ieſu Chriſto. Matth. 11. Diſcedite a me, quia mitis ſum & humilis &c. Clauos etiam ad confirmandam feram, ab ipſo accipe, quibus humiliter
H cruci affixus fuit. De tertio dicitur hic. Nonne cor noſtrũ ar &c. Ardor dilectionis, fornacẽ ſiue caminum cordis impleat totaliter. Mat. 22. Diliges Dominum Deuum tuũ, ex toto corde tuo &c. Item perſeueranter. Leui. 6. Ignis in altari. i. in corde, ſemper ardebit, quem nutriet ſacerdos, ſubijciens ligna mane per ſingulos dies. Ligna ſunt Dei beneficia. O quanta naturalia beneficia corporis & animæ, contulit tibi Deus. Nota, quòd quidam a principe exoculari iuſſus: petiuit vnum ſibi oculum relinqui: aſſerens ꝙ tunc dicere poſſet nunquàm principem aliquem, tam magnum donum dediſſe. Quid ergo nos dicemus, cum non ſolum oculos, ſed omnia membra, & ipſam animam nobis Deus dederit? Ligna vero ſunt Chriſti naturalia, in morte pro nobis tradita, & per ipſa alia .ſ. ſacramentalia, ſpiritualia, & redemptionalia, & æterna: quæ ſacerdos Chriſtus, per ſingulos dies ſubijcit, dum quotidie beneficia nobis expendit, vel impenſa, vel impendenda, ad mentẽ nobis reducit. Hæc ergo ſunt ligna, hi ſunt carbones viui, quibus cor tuum ardere debet per dilectionem, immo & fumare debet per contritionem. Tob. 6. Cordis eius particulam ſi ſuper carbones ponas, fumus eius extricat omne genus dæmoniorum.

I De quarto. Luc. 8. Quod autem in terram bonam, hi ſunt qui in corde bono & optimo &c. Fructus boni cordis ſunt bona opera. Coll. 1. In omni opere bono fructificantes. Sed væh terræ cordis humani, quæ non fructus meritorum, ſed ſpinas profert peccatorum. Ad Hebræ. 6. Terra .n. ſæpe venientẽ ſuper ſe bibens hymbrem, & germinans herbam opportunam illis a quibus colligitur, accipit benedictionem a Deo: proferens autem ſpinas & tribulos, reproba & maledicto proxima. Hæc eſt benedictio, quæ miſericordib⁹ dabitur in iudicio: ſicut Mat. 25. Eſuriui .n. & dediſt. mi. &c. Quid ergo de proferentibus ſpinas nequitiæ, cum maledicatur qui non habet ficus miſericordiæ? Quæ maledictio ſignificata eſt Matth. 21. vbi ficus maledicitur.

Feria

SVrrexit Dominus vere. Lucæ vigeſimoquarto. Notabile eſt, quòd diſcipuli dicunt vere. Et iuxta hoc notandum, quòd in ſcriptura, ſub atteſtatione veritatis, nobis inſinuantur quatuor de Deo. Videlicet potentia, ſapientia, clementia, prouidentia diuina. De primo nota quòd Heliodorus cum theſaurum ærarij templi Hieroſolymitani auferre vellet, per militis cuiuſdam aurea arma habentis priores equi calces illiſus fuit. Vnde interrogatus a rege qui eum miſerat: Quiſnam eſſet aptus adhuc ſemel Hieroſolymam mitti: ait: Siquidem habes hoſtem, aut regni tui inſidiatorem, mitte illuc, & flagellatum eum recipies, ſi tamen euaſerit: ſubiungens eo quòd in loco illo, vere ſit Dei quædam virtus &c. ſecundi Machab. tertio. Timeant inuaſores locorum ſacrorum. Myſtice autem, rex iſte, diabolus eſt. Iob decimoſeptimo. Ipſe eſt rex. &c. Homo verò, Dei templum. primæ Corinthio. tertio, & ſexto. Templum Dei eſtis vos, & Spirituſſanctus habitat in vobis. Aerarium, eſt cor iuſti, in quo ſunt theſauri virtutum, & meritorum. Lucæ 6. Bonus homo, de bono theſauro cordis ſui &c. Nuntij eius diaboli, ſunt homines peruerſi, qui theſaurum iſtum auferre conantur, dum bonos ad peccatum, factis vel verbis pertrahunt. Alliciendo enim te ad luxuriam, auferunt theſaurum continentiæ: ſi lædunt te verbis & factis, auferunt theſaurum charitatis, dum eos odis. Gregorius. Non curat antiquus hoſtis, vt temporalia tollat: ſed vt charitatem in nobis finiat. Per equitem autem ſignificatur Chriſtus, cuius equus eſt caro, de quo deſcendit in mortem, dũ anima ſeparata fuit a carne. Vere autẽ ad equum ſuum redijt in reſurrectione. Surrexit .n. Dñs vere. Nam ipſe certiſſime eſt Dei virtus. Aurea vero arma, ſunt immortalitatis donum, & alia dona corporis indumenta. Hic equus illidit malefacientes in præſenti corripiendo, vel in futuro dãnando. De 2. Nota, quòd cũ Daniel, ſomniũ de ſtatua, & de lapide abſciſo de monte ſine K L

manibus, & ſtatuam conterente, expoſuiſſet Nabuchodonoſori: ipſe Nabuchodonoſor ait: Dan. 2. Vere Deus veſter, Deus deorum eſt, & Dominus regum, reuelans myſteria. Vere magna Dei ſapientia apparet, in huius myſterij reuelatione, & maxime in ſignificatione: videlicet in incarnatione Chriſti & mundi conuerſione, quæ in eodem myſterio ſignificantur. Statua enim regnum mundi ſignificat, qui ad modum ſtatuæ ædificatur. Fuit autem ex auro & argento, in quibus opulentia. Item ex ære & ferro, in quibus potentia: & ex luto, & re fictili, in quibus concupiſcentia ſignificatur. Ex his tribus conſtat ſtatua mundanæ vanitatis. 1. Ioann. 2. Omne quod eſt in mundo &c. Hæc ſtatua, per lapidem .i. Chriſtum, ſine manibus amplexus virilis, de monte excellentiſſimæ virginis abciſum, eſt contrita, in mũdi conuerſione, & horribiliter contereretur, in malorum damnatione. Matt. 12. Qui ceciderit ſuper lapidem &c. vſque
M conteret. De tertio. Iſa. 53. Vere languores noſtros ipſe tulit. Inter omnia diuinæ clementiæ indicia, maximum eſt paſſio Chriſti, quæ animarum noſtrarum languores tulit. Vnde cantat Eccleſia: Quæ te vicit clementia &c ſuper omnia reddit te amabilem &c. Bernard. Require in ſermone, Spiritus oris mei. Sed nota, quòd languor vitiorum, humanum genus totum infecerat. Iſaiæ 1. Omne caput languidum. Glo. interli. i. princeps, & omne cor mœrens .i. ſapiẽs, quia in corde eſt ſapientia, a planta pedis &c. i. a minimis vſque ad ſummos. Hierony. Chriſtus dolores noſtros portauit, in capite ſpinis coronatus: in corde lancea vulneratus: in pedibus clauis confoſſus: & breuiter a planta pedis, vſque ad verticem capitis, non fuit in eo ſanitas. Threno. 1. O vos omnes &c. O vos ſuperiores, qui eſtis caput aliorum, attendite caput pro vobis ſpinatum. O vos inferiores, qui eſtis pedes in corpore Eccleſiæ, attendite pedes pro vobis confoſſos clauis. O vos ſapientes, qui eſtis cor, attendite cor & latus pro vobis tranſfixum. Bernar. O quã vehementi amplexu &c. Require in ſermone, Colligite fragmenta ne pereant, in tertio membro. Caput tamen per arundinem, per colaphos, per ſpinas, plura paſſum eſt,
quia

quia ſuperiores in plurimis offenduntur. De quarto. Cum Iacob Angelos in ſcala vidiſſet & Dominum, dicit, Geneſis 17. Vere Dominus eſt in loco iſto. Certe in omni loco eſt Dominus. Hieremię 23. Cœlum & terram ego impleo. ſpecialiter tamen præſens eſt per gratiam, mediante ſcala fidei. Cuius duo ligna extenſa ac principalia, ſunt fides diuinitatis & humanitatis Chriſti: ligna vero gradalia, ſunt ſinguli fidei articuli. Per hanc ſcalam, in cœlum aſcendunt, qui Angeli per ſanctitatem ſunt. Sed bone Deus, ſcala eſt iam plena dæmonibus. Qui enim non peccant, Angeli ſunt: qui peccant & pœnitent, homines ſunt: qui peccant & non pœnitent, diaboli ſunt, ſiue dæmones. Sed dicis: Quomodo diabolus ſum, cum fidem habeã? Reſpondeo. Iacobi primo. Et dæmones credunt & contremiſcunt. N

FERIA TERTIA poſt Paſcha.

SERMO PRIMVS.

STetit Ieſus in medio &c. Luc. 24. Dominus eſt in medio Eccleſiæ, & fidelis animæ, ad quatuor: videlicet ad confortandum per gratiam: ad illuminandum per ſapientiam: ad vindicandum per iuſtitiã: ad beatificandum per gloriam. De primo. Pſal Fluminis impetus &c. vſque Deus in medio eius non commo. &c Ciuitas hæc eſt eccleſia, vel fidelis anima. Fluminis impetus, eſt virtus gratiæ Spiritus ſancti. Ioan. 7. Qui credit in me, flumina &c. Per iſtud flumen, eſt Dominus in medio ciuitatis .i. Eccleſiæ, vel animæ, & ideo ipſa non commouebitur ad malum, quæ per gratiam conſeruatur. Sicut enim lignum vitæ, in medio paradiſi, vitam naturæ: ſic Chriſtus vitam gratiæ conſeruat. Gen. 2. Lignum vitæ, in medio paradiſi. Hoc lignum vitæ non guſtant, quicunque A

cunque

cunque in paradiſo cœli non ſunt, per mundam vitam, ſed potius in ſtabulo diaboli ſunt, per putridam vitam. Iohe. j.
B Computruerunt iuméta in ſta.ſ.&c. De ſecundo. Apoc. j. Vidi ſeptem candelabra aurea, & in medio ſeptem candelabrorum aureorum, ſimilem filio hominis. Septem candelabra aurea, ſeptem ſtatus in eccleſia ſignificare poſſunt. Primus eſt paruulorum baptizatorum: ſecundus coniugatorũ: tertius viduarum: quartus virginum electorum: quintus clericorum minorum: ſextus prelatorum. ſeptimus religioſorum. In his ſtatibus boni in Eccleſia illuminantur, & illuminant proximos. vnde & candelabra dicuntur. illuminantur a Deo. vnde facies eius, qui in medio candelabrorũ videbatur, ſicut Sol fuit. Reuera Sol illuminans bonos, Chriſtus eſt. Sed heu, Sol iſte, per tres horas occubuit in paſſione Chriſti. Per tres horas, tres ætates hominum ſignificari poſſunt. Iuuenilis, virilis: ſenilis. Quicunque ergo per tres horas, ideſt per tres ætates in tenebris vitiorum ſunt, ſignum eſt quòd in eis Chriſtus crucifigatur. Boni ergo ſunt, in quorum medio, Sol iſte non occubuit. Ioſ. 10. Stetit vndique ſol in medio cœli ſtans, non feſtinauit occumbere &c. Sol in medio cœli ſtans, omnibus eſt cõmunis: ſic & Chriſtus. Bernard. Non diſſimulemus, non excu-
C ſemus, in medio eſt omnibus ſe Chriſtus offerens. De tertio. Pſal. In medio autem Deos dijudi. Glo. Diſcernit vaſa alia in honorem, alia in contumeliam, vbi dijudicantur. Timendum eſt Angelis, magis autem timendum eſt hominibus, maxime autem dæmonibus. Angeli ſunt qui boni ſunt per gratiam: homines qui peccant per ignorantiã: dæmones qui peccant per malitiam. Dij autem non ſolum perfecti intelligi poſſunt. Pſalm. Ego dixi dij eſtis. Sed etiam perfecti apparentes, & potentes, & ſapientes, & diuites, quos in mundo iſto, homines vt Deos venerantur, quos dæmones igne iniquitatis ſæpe ſuccendunt. Iſa. 27. Dederunt Deos eorum igni. Deus ergo, & hic & in futuro, in medio deos dijudicat, dum bonos a malis diſcernit. Vnde Gen. 1. Fiat firmamentum in medio aq. & d.a. ab a. Per firmamentum Chriſtus. Pſalm. Firmamentum eſt Dominus timen-

timentibus ſe. Per aquas ſuperiores boni: per inferiores mali ſignificantur. Iudica homo temetipſum, ne iudiceris. Greg. Iuſti viri cum diſtrictionem futuri iudicij cõtemplantur, peccata ſua ad memoriam reducunt: deflent quæ conmiſerunt, diſtricte ſe iudicant ne iudicentur. De quarto. D
3. Zach. 2. In gloria ero in medio eius. loquitur Dominus Hieruſalem, & ſignificat illam quæ ſurſum eſt. Vnde Chriſtus in medio ſanctorum & Angelorum, eſt diuinitate & humanitate. Vnde 2. Reg. 9. introduxerunt archam Dei, & poſuerunt eam in locum ſuũ, in medio tabernaculi. Archa Corpus Chriſti, vrna aurea, anima Chriſti, manna diuinitatem ſignificat. Propter prædicta, bene inuenitur Chriſtus in medio animalium, ſicut pabulum ad confortandum E
per gratiam. In medio doctorum, ad illuminandum per ſapientiam. Item in medio latronum, ad iudicandum per iuſtitiam, quod iudicium in eiſdem latronibus apparuit. Item in medio diſcipulorum, ad beatificandum in gloria. In medio enim illorum ſtetit, poſt euaſionem omnis miſeriæ. Poſſunt etiam ſignificari hæc quatuor in filio hominis, quem in medio candelabrorum vidit Ioan. Apoc. j. Poſuit enim manum ſuper Ioannem ad confortandum. Item facies eius erat ſicut Sol, ad illuminandum. Item gladius in ore eius, ad dimicandum. Item ſeptem ſtellæ in dextera eius, ad beatificandum. Stellæ enim in dextera, ſunt beatorum animæ in gloria. Sapien. 3. Iuſtorum animæ, in manu Dei ſunt.

Feria tertia Paſchæ. *Sermo II.*

PAx vobis. Luc. 24. Per peccatum habuit homo inimicitias cum Deo, cum Angelis, cum irrationabilibus. F
Roma. 5. Et cum inimici eſſemus, Deo reconciliati ſumus, per mortem filij eius. Ideo nunc per Chriſtum, offertur fidelibus, pax trium perſonarum diuinarum: pax poteſtatum Angelicarum, pax creaturarum humanarum, pax irrationabilium creaturarum. De primo. Ioã. 14 Pacẽ meã do vobis, pacem relinquo vobis &c. Non ſolum a filio,

ſed a tota Trinitate datur hæc pax .ſ.a Patre & Filio & Spiritusſancto. Apoc.j. Gratia vobis, & pax, a Deo, qui eſt, & qui erat, & qui venturus eſt, & a ſeptem ſpiritibus, qui in conſpectu throni ſunt, & a Ieſu Chriſto. Anima ſecundum Auguſt. eſt ad imaginem Patris per memoriam, Filij, per rationem, Spiritus ſancti per voluntatem. Si ergo in memoria nihil mali retineas: in ratione nihil mali ſentiasq; in voluntate nihil mali cupias, per quæ pax violetur, cum pace gaudebis Patris & Filij & Spiritusſancti. Ioan. 20. Legitur ter Chriſtum dixiſſe diſcipulis ſuis, pax vobis. Væh eis qui pacem Patris & Filij & Spiritusſancti non ſeruant. Aug. Qui in pace non fuerit inuentus, abdicatur Patre, exhæreditatur a Filio, nihilominus a Spiritu ſancto efficitur alienus, neque poterit ad hæreditatem Domini peruenire, qui teſtamentum eius noluit obſeruare. Sed nota quòd pacem a ſeptem ſpiritibus, non poſſunt habere, qui pacem cum ſeptem ſpiritibus diaboli, habere volũt, de quibus Matt.12. & Luc.11. Tunc vadit, & aſſumit ſeptem ſpiritus nequiores ſe. Aug. Qui pacem ſuſcipit Saluatoris, & inimicitias contrahit mundi, nihil diſcordauerit a diabolo, pacem non habebit cum Chriſto.

G De ſecundo. Ad Col.1. Pacificans per ſanguinem eius, ſiue quæ in cœlis, ſiue quæ in terris ſunt .ſ. Angelos & homines. Angeli enim inimici fuerunt homini, propter offenſam creatoris, ſpecialiter autem per luxuriã, ſicut patet in duobus Angelis, quos miſit Dominus ſubuertere Sodomam & Gomorram. Gen.19. Item propter ſuperbiam, ſicut patet. 2.Reg.24. In Angelo percutiente ſeptuaginta milia hominum, propter ſuperbiam Dauid, populum mimantis. Item propter auaritiam & blaſphemiam, vt patet. 4. Regum 19. in Angelo, qui percuſſit de exercitu Senacherib. 185000. qui huius vicia non ſequuntur, ſed ab ipſis conuertuntur, pacem habent cum Angelis. Vnde pacem Angeli talibus nunciant. Luc. 2. Pax hominibus, ſed certe bonæ voluntatis.

H De tertio. Prouer. 16. Cum placuerint Domino viæ hominis, inimicos quoque eius conuertet ad pacem, igitur cum inimicis, immo cum omnibus hominibus, eſt pax habenda. Ad Roma.12. Si fieri poteſt, quod ex

vobis eſt, cum hominibus pacem habentes. Pacem vtique cum bonis. Mar.9. Habete in vobis ſal,& pacem habete inter vos. Iſido. Pacem cum bonis, & bellum cum vicijs, ſemper habeamus. mala ſiquidem hominum impiorum, odio habenda ſunt. Item cum malis. Pſalm. Cum ijs qui oderunt pacem, eram pa. Item A mortuis, de quibus Sapient.3. Illi autem ſunt in pace. Pacem autem mortuis non dat, qui adhuc mortuos detrahendo, & odiendo impugnat,& maxime ſanctos quorum Eccleſias ſpoliant, ſimiles militi, qui ſua lancea, Dominum mortuum perforauit. De quarto. Iob 5. I
Beſtiæ terræ, erunt pacificæ tibi, vt ſcias quia tabernaculũ tuum pacem habeat. Hæc enim pax cum beſtijs irrationalibus, perdita eſt per peccatum. Sicut enim dicit Iſido. Si homo non peccaſſet, nullus eum ignis vreret, nulla aqua ſubmergeret, nulla beſtia noceret. Ex dono autem ſpeciali, adhuc creaturæ, pacem ſeruant cum ſanctis, ſicut ignis cũ tribus pueris, Danielis 3. ſicut aqua cum filijs Iſrael, in mari rubro. Exod.14. ſicut leones cum Daniele. Dan.6. Sed qualem creaturæ cum hominibus pacem habebunt, in nouiſſimo tempore, oſtendetur: quia ſicut dicitur Sapient. 5. pugnabit pro eo orbis terrarum, contra inſenſatos, nobiſcũ modo bene ageretur, ſi beſtia auaritiæ, ſi aqua luxuriæ, & ignis ſuperbiæ, animas noſtras non læderent. Natura ignis eſt aſcendere, ſic & ſuperbis. Pſalm. Superbia eorum qui te oderunt, aſcendit ſemper. Per beſtiam quoque auaritia ſignificatur. Sicut enim beſtiæ, deuorantes ſunt, ſic & auaritia. Exec. 34. Facti ſunt greges mei in rapinam, & in deuorationem omnium beſtiarum agni. Et ſicut in aquis, porci ſubmerguntur, ſic & in aquis luxuriæ, homines porcorum more viuentes.

Feria III. Paſchæ. Sermo III.

PAx vobis &c. Luc.24. Bonis hominibus eſt pax in mundo, pax in extremo, pax in iudicio, pax in cœlo. K
De primo. Baruc.3. Si in via Dei ambulaſſes: habi-

taſſes vtique in pace ſuper terrā. Ecce duę ſunt viæ: diaboli vna: altera Dei. In prima, nunquàm aliquis pacem habuit, quin ſpoliaretur, vel occideretur. Per hanc deſcendit homo ab Hieruſalem, in Hierico. vt dicitur Lu. 10. Hieruſalem pacifica interpretatur. Hierico luna. Luna enim ſtabilitatem præſentis vitæ, vel mundi, ſignificat. Qui ergo veram cum Deo pacem poſtponit, & ad mundum ſe conuertit, ab Hieruſalem in Hierico venit, & in latrones ſcilicet dæmones incidit: a quibus ſpoliatur gratia, & vulneratur in natura. Pſalmiſta. Contritio & infelicitas. &c. In ſecunda via, ſemper pax eſt interior, licet non ſemper exterior. Prou. 3. Omnes ſemitæ illius pacificæ &c. Pſalmiſta. Pax multa di. li. le. t. &c. Inſania ergo, eſt ire per viam, in qua nunquàm homo euaſit, & relinquere viam, in qua nunquam homo perijt, licet forte iſta planior, & illa aſperior videatur. Beda. Felicius eſt duci per aſperam viam ad regnum, quàm per
L planam & amœnam ad ſupplicium. De ſecundo. Tob. 3. Nunc domine ſecundum voluntatem tuam fac mecum miſericordiam, & præcipe in pace recipi ſpiritum meum. Vere bona pace indiget homo, in exitu de corpore: quia tunc inimici maxime inſidiantur. Vnde ſecundo Parali. decimoquinto. In tempore illo, non erit pax egredienti, ſed terrores vndique in cunctis habitationibus terrarum, ſicut viri ſpirituales dicuntur habitatores cœli. Ad Phil. tertio. Noſtra conuerſatio, eſt in cœlis. Carnales, & mali, terrenis vitijs, voluntate, opere & conſuetudine dicuntur terræ habitatores. Apocalypſis octauo. Væh, væh, væh, habitantibus in terra. Væh pro voluntate. Væh pro opere. Væh pro conſuetudine. Talibus in tempore mortis, non eſt pax egrediendi & ingrediendi. Sine pace ingrediemur infernū. Vnde Lu. 19. Inimici .ſ. dæmones circundabunt te, ſcilicet exitum tuum obſeruando: coanguſtabunt te, animam de corpore rapiendo, proſternent te ad terram tenebroſam, & opertam mor-
M tis caligine, vbi animam proijcient. De tertio. Luc. 14. Quis rex iturus &c. vſque rogat ea quæ pacis ſunt &c. Rex eſt homo regens ſuos, ſi bene rexerit, coronam in cœlo portabit: accipiet coronam vitæ. Iac. 1. Rex autem contra hūc

veniens

veniēs ad iudiciū eſt Chriſtus. Glo. Cū decē millibus occurrit Dño, qui offert opera decem mandatorum, quæ exterius geſſit, ſed Dominus quaſi duplicato numero, contra eum venit, cum præparatum in ſolo opere, diſcurrit, ac diſcutit ſimul de opere & voluntate, & ideo adhuc longe cum dilatione iudicij, nos noſtrā inſufficientiam attendentes, ad impetrandam ſeueri iudicis pacem, debemus præmittere legationem lachrymarum, bonorum operum, & purorum affectuum. Vere bona pace indigemus, in die iudicij: quando ſic dicitur Sapi 5. accipiet armaturam zelus Domini, & armabit creaturam ad vltionem inimicorum &c. Anſelm. O anguſtia: hinc erunt accuſantia peccata, inde terrens iuſtitia, ſub tus patens horidum chaos inferni, deſuper iratus iudex, intus vrens conſcientia, foris ardens mundus. Si iuſtus vix ſaluabitur, peccator ſic deprehenſus, in quam partem ſe premet conſtrictus: vbi latebit: vbi apparebit? latere erit impoſſibile, apparere intolerabile. Licet autem mali anguſtias, boni tamen pacem habebunt. Iſa. 28. Ignis hoſtes tuos deuorat Domine, dabis pacem nobis. De quarto. Iſa. 35. Sedebit dominus in pulchritudine pacis, in tabernaculis fiduciæ &c. De hac pace æterna ait Auguſt. Cœleſtis ciuitas, eſt ordinatiſſima ſocietas fruendi Deo, & inuicem in Deo. In pace, ſedet populus meus in cœlo. In mundo, in pace debemus ambulare. Luc. 2. Ad dirigendos pedes noſtros, in viam pacis. In cœlo autem ſedere debemus in tabernaculis .i. in ordinibus angelorum, qui dicuntur fiduciæ. Magna enim fiducia pacis eſt in tabernaculo, quando hoſtis intrare non poteſt, propter munitionem. hæc vtique prima eſt. Pſalmiſta. Confortauit ſe. portarum &c. vſque fines. t. pacem. Auguſtinus. Quiſne deſideret illam pacem, vbi amicus non deerit, quo inimicus non intrat, vbi nullus deprædator adeſt, nullus ſeditioſus, nullus deridens eccleſiam? N

FERIA QVARTA PASCHAE.

SERMO PRIMVS.

A ERant ſimul Simon Petrus & Thomas &c. Ioan.21. Bonum eſt, bonos ſimul eſſe in bono, quia mali, ſæpe ſimul ſunt in malo. Conſiderandum eſt ergo, quòd diuerſo modo habent homines eſſe ſimul. Sunt enim homines ſimul, in mundo, ſimul in inferno, ſimul in iudicio, ſimul in cœlo, ſeu in cœli palatio. Simul in mundo ſunt boni & mali, ſed Chriſtus tanquàm dux belli, ſuis militibus ait Iſa. 50. Stemus ſimul. Quis eſt aduerſarius &c. q. d. Multi ſunt qui impugnant: pauci qui adiuuant. Stemus ergo ſimul in hoc mundo. Simul ergo nos dæmones inuadunt, ſimul reprobi fugiũt, ſimul ſancti reſiſtũt. Simul nos dæmones iuuadunt. Vnde Iob 19. Simul venerunt latrones eius, & fecerunt ſibi viam per me. Latrones ſæuiſſimi ſunt dæmones, expoliant, vulnerant, & iugulant. Expoliant nos gratuitis. Vulnerant in naturalibus: iugulant in pœnis gehennalibus. Iſti ſunt latrones, in quos incidit homo, deſcendens de Hieruſalem in Hierico &c. Simul ergo veniunt impugnando. Viam per hominem faciunt impugnantes conminando. Simul etiam reprobi fugiunt. Hierem.46. Mercenarij quoque eius, qui verſabantur in medio eius. q. vituli ſaginati verſi ſunt & fugerunt ſimul. Mercenarij ſunt, qui pro bonis operibus, gloriam humanam, vel temporalia quærunt. de quibus Matt 6. Amen dico vobis, receperunt mercedem ſuam. Vel mercenarij ſunt, qui in cura animarum, mercedem temporalem, non æternalẽ quærunt. Iſti. q. vituli ſaginati, laſciui ſunt, & ſimul fugiũt. Ioann. 10. Mercenarius autem &c. Simul reprobi fugiũt &c. Fugiunt autem ſimul ad iniquitates. Pſalm. Simul inutiles

B facti ſunt &c. Simul quoque ſunt electi, ſicut hic dicitur. Erant ſimul Simon Petrus &c. Iſa. 5. Stemus ſimul. Standũ eſt in acie, non cadendũ. Ad Ephe. 6. Accipite armaturam Dei,

Dei, vt poſſitis reſiſtere in die malo,& in omnibus perfecti ſtare. Arma noſtra,virtutes ſunt:non ſolum aũt ſimul ſtandum, ſed etiam currendum. Ioan.20. Currebant duo ſimul. Stant qui malo reſiſtunt fortiter. At vero illi bene currunt, qui in bono proficiunt feruenter. Bernard. Currite fratres, quia non ſolum Angeli, ſed ipſe Creator Angelorum, nos expectat. De ſecundo. Simul etiam mali ſunt in inferno, vt æternaliter pereant. Pſalm. Simul inſi. &[ſtul. peribunt, & re.ali. dominum ſ.quoniam per eas,nihil boni, pro animabus ſuis, de ipſis faciunt. Simul autem ſunt damnati tri pliciter ſcilicet]cum immundis vermibus, ſimul cum damnatis peccatoribus, ſimul cum crudelibus dæmonibus. Simul cum immundis vermibus in ſepulchro. Iob. 21. Iſte moritur diues ſanus & robuſtus &c. vſque ſimul in puluere dormient, & vermes operient eos. Corpus nunc opertum pulchris veſtibus, in ſepulchro operietur vermibus. Caro nunc tam florida, tam laſciua, putredine & vermibus conſumetur.Iob 17. Putredini dixi &c. Bernar. Poſt hominẽ vermis, poſt vermen fætor & horror, ſic in non hominem vertitur omnis homo. Simul quoque ſunt damnati cũ damnatis hominibus: quorum ſimul ſocietatem abhorrens Propheta, clamat ad Dominum. Ne ſimul tradas me cum peccatoribus &c. Quia enim hic ſimul erant in culpa, ſimul col ligati ſunt in pœ. Matt.21. Colligite Zizaniam & alli. eam in faſci.ad conburendum. Hic ſocij culparum, ibi ſocij pœnarum. Vis ergo non ſimul eſſe cum damnatis in inferno, in pœnis, non ſis hic ſimul cum eis in culpis. Simul inſuper ſunt damnati, cum crudeliſſimis dæmonibus. Iſa. 18. Abſciendentur, excutientur & relinquentur ſimul ab auibus montium & beſtijs terræ. Abſcindentur in monte damnati ab amicis, & omnibus temporalibus excutientur eorum animæ de cordibus: relinquentur ſimul auibus .i. dæmonibus. propter hoc ait Bernard. Mors peccatorum peſſima. Mala quidem, quando ab his quæ hic dilexerunt ſeparantur: peior quando eorum animæ, a malignis ſpiritibus torquentur: peſſima, quando corpus & anima ſimul æternis ignibus adijciuntur. Aues propter velocitatem. Beſtiæ pro-

pter crudelitatem. Quia in ſeparatione peccatricis animæ a corde eorum, velocitatem dæmonum effugere impoſſibile eſt, crudelitatem ſuſtinere intolerabile. Deuteronomij trigeſimoſecundo. Deuorabunt eos aues morſu amariſſimo. Dentes beſtiarum innuit. Pſalmus. Ne tradas beſtijs. &c.

Feria Quarta Paſchæ. Serm. II.

ERant ſimul Simon Petrus &c. Hodie dictum fuit, quòd ſimul ſunt homines in mundo, ſimul in inferno, ſimul in iudicio, ſimul in cœlo. Prima duo hodie
D expoſita ſunt, de alijs duobus videamus. Tertio igitur ſimul erunt in iudicio, & boni & mali. Iſa. 41. Simul ad iudicium propinquemus: Vt autem de bonis taceamus, mali miſerabiliter erunt ibi ſimul tripliciter: ſimul erunt confuſi, ſimul ſtupidi, ſimul abſorpti. Simul confuſi mali vniuerſaliter in omnium præſentia, ſimul ſtupidi in communi audientia, ſimul abſorpti a ferociſſima ſententia. In iudicio damnandi, ſimul erunt confuſi in omnium præſentia. Iſa. 44. Conuenient omnes & ſtabunt, & pauebunt & confundentur ſimul. Conuenient inquam vniuerſaliter, ſtabunt præſentialiter, pauebunt mentaliter, confundentur ſimul æternaliter. Sed vnde erit ille pauor, niſi de omnibus peccatis? Greg. Nunc cuncta peccata, ſimul ante oculos redeunt, ibi omnia quæ cum delectatione facta ſunt, ad memoriam cum pauore reuocantur. Simul etiam erunt reprobi ſtupidi, & quaſi muti in publica audientia. Iſa. 41. Accedant, & tunc loquantur, ſimul ad iudicium propinquemus. Ecce quòd audientia non negatur eis. patet cum dicitur, tunc loquentur. q.d. Dominus per Prophetam. Modo reprobri ſatis ſe excuſant, modo dicunt non poſſumus hæc vel illa peccata dimittere, non valemus hæc vel illa bona facere. Modo ſatis loquuntur: ſed certe tunc parum loqui poterunt, tanquàm ſtupentes, & obmuteſcentes. Matth. vigeſimoſecundo. At ille obmutuit. Simul quoque erunt reprobi abſor-

pti a voraciſſima ſententia. Iſa. 42. Tacui, ſemper ſilui, patiens fui · ſicut perturiens loquar: diſſipabo & abſorbebo, ſimul deſertos faciam montes, ideſt ſuperbos peccatores. Dominus nunc tacet ad tuas fœdas cogitationes, ſcilicet ad tuas malas locutiones, patiens eſt ad tuas iniquas operationes, ſed ſicut parturiens loquitur. Ite maledicti in ignem æternum, & tunc diſſipabuntur malorum conſilia: abſorbebuntur omnes a voraciſſima ſententia. Simul deſerti erunt ab omni auxilio & gratia, Propter has reproborum anguſtias, in iudicio. ait Anſelm. O anguſtia &c Require in ſermone: Pax vobis vt ſupra. Quarto modo, erunt homines boni ſimul, in cœli palatio. Iſa. 52. Simul laudabunt, quia oculo ad oculum videbunt, cum conuerterit Dominus Sion. Non ſolum ſion militantem, ſed etiam triumphantem Eccleſiam ſignificat. Nam ſicut illa in tenebris ſuis conuertitur, de culpa ad gratiam: ita iſta de miſeria ad gloriam. Ibi oculo ad oculum, facie ad faciem, videbimus Deum. Simul autem boni erunt, in tribus. In animarum felicitate, in Angelorum ſocietate, in corporali immortalitate. Simul erunt boni, in animarum felicitate: quæ maxime conſiſtit in Dei viſione. propter hoc dicitur ſimul laudabunt, quia oculo ad oculum videbunt. Matth. 5. Beati mundo corde. q ip. Sed quõ videtur Deus. Auguſt. Ita eſt Deus notus, atq; conſpicuus, vt videatur a nobis ſingulis, in nobis videatur, ab altero in altero videatur, vel ſeipſo videatur in cœlo nouo, & in terra noua. Sed heu iſtum oculũ, quo videre debent Deũ deorum in ſion, multi turbant, multi excæcant puluere auaritiæ. Exo. 23. Neq; accipies munera quæ excæcant, & prudentes, & ſubuertunt verba iuſtorũ. Vnde & Tobias excæcatus ſtercore hirundinum fuit. Simul erũt beati, angelorũ ſocietate, quia ordinũ ipſorũ ruinã inſtaurabũt. Vnde ſubiungitur. Iſa. 52. Gaudete & laudate ſimul deſerta Hieruſalẽ. Deſerta cęleſtis Hieruſalẽ, dici poſſunt ordines, vel mãſiones, quas deſertores Angeli deſeruerunt, propter hoc cœlum dicitur deſertum. Lucæ decimoquinto. Quis ex vobis homo habet centum oues in deſerto? Qui ergo cœlorum deſerta habitabunt, cum Angelis ſimul lauda-

laudabunt. Auguſtin. Cum tranſierit gemitus, mox vna in voce, vno in populo, in vna patria erimus millia hominum coniuncta, in pſallentibus Angelorum choris, cœleſtium perpetuo in vna ciuitate viuentium. Simul inſuper erunt Beati, in corporum immortalitate. Primæ Theſſa. 4. Simul rapiemur cum illis &c. & ſic ſemper cum Domino erimus, ſed rapti corpore, ſemper cum ipſo erimus. ergo immortales erimus.

DOMINICA PRIMA poſt Paſcha.

SERMO PRIMVS.

A PAx vobis. Ioan.20. Commendabilis & ſeruanda eſt hæc pax pp principis auctoritatem, propter fœderis firmitatem, propter iudicis ſeueritatem, propter pacis vtilitatem. De primo, quia principis eſt dare pacem, ideo de Chriſto dicit Iſa. 9. Pater futuri ſeculi, princeps pacis, multiplicabitur eius imperiũ &c. O quàm magna auctoritate nobis indicitur pax: auctoritate vtique Patris & Filij & Spiritusſancti. Apocal. 1. Gratia vobis & pax a Deo, qui eſt & qui erat &c. & a ſeptẽ ſpiritibus, qui in conſpectu throni eius ſunt, ab Ieſu Chriſto &c. Vnde etiam in Euangelio dicitur ter Pax vobis &c. Sed nota quòd Patri potentia, Filio, ſapientia, Spiritui ſan-
B cto bonitas attribuitur. Pacem patris violat, peccans ex ignorantia, ſicut Petrus negans timore mortis. Pacem filij peccans ex ignorantia, ſicut Paulus perſequens fideles. Primæ Timo. 1. Ignorans feci. Pacem Spiritusſancti, peccans
C ex malignitate, ſicut Iudas. De ſecundo. Ezec. 37. Percutiam illis fœdus, pacis pactum ſempiternum erit eis. Sicut enim manu in manum percutitur, ad pactũ pacis: ſic Chriſtus in Cruce, manus extẽdit, quia pacem promittens firmauit

mauit. firmauit autem quadrupliciter. Videlicet manu, facto, pacto, promiſſo, vt dictum eſt. Item oris oſculo Vnde Inclinato capite, tradidit ſpiritum. Tunc faciem ſuam. ad oſculum pacis dandum inclinauit. Nume. 6. Conuertat Dñs vultũ ſuum ad te, & det tibi pacem. Bern. Vide caput inclinatum, ad oſculandum: brachia extenta, ad amplexandum: manus perforatas, ad largiendum: latus apertum, ad diligendum: totius corporis diſpoſitionem, ad ſe totum impendendum. Hinc eſt quòd etiam oſculum Iudæ dedit, vt nullus peccator de pace Dei deſperet, ex quo traditori oſculum non negauit. Item ſanguinis ſacramento. Ad Coloſ. 1. Pacificans per ſanguinem crucis eius, &c. Nota quòd gentiles, ſanguinem animalis mundi, & aquam in confirmatione pacis, oſtendere ſolebant, ſignificantes quòd ſic eius ſanguis & vita effundi deberent, qui pacem violaret. Sed Chriſtus, vt pacem inter Deũ & hominem firmaret, vtrũq; effudit. Ioannis 19. Continuo exiuit ſanguis & aqua. Væh ergo illis, qui per luxuriam, inuidiam, auaritiam, & alia crimina, pacem violant, tantis fœderibus firmatam. De tertio. Eccle. 28. Suſurro & bilinguis maledictus, multos enim turbauit pacem habentes. Maledictus vtique illa maledictione, de qua Mat. 25. Diſcedite a me maledicti, in ignem æternum. Si ergo ſeueritas iudicij humani, cogit homines pacem ſeruare, quanto potius iudicij Dei? Et certe qui hanc ſeueritatem non timet in mundo, inueniet in iudicio, & in inferno. Iſa. 27. Quis dabit me ſpinam, & veprem in prælio? Dominus enim contra animam peccatricem, quaſi præliatur, dum ſpina tribulationis eam pungit, vt conuertatur. Sed infelix anima, in hoc prælio non vincitur, dum caſtigatione non corrigitur. Item in iudicio. Vnde de anima peccatrice ſubiungit dicens. Gradiar ſuper eam .ſ. cum gladio euaginato, ſententiæ condemnationis finalis. Item in inferno. Vnde ſubdit, ſuccendam eam .ſ. igne gehennali. Ibi diabitur violatoribus pacis, quod meruerunt. Pſalm. Loquuntur pacem cum proximo &c. Vſque da illis ſecundũ opera eorum. De quarto. Iob 22. Acquieſcito ergo ei, & habeto pacem cum eo, & per hoc habetis fructus optimos.

D (margin, beside "De tertio"); E (margin, beside "De quarto")

Vere

Vere optimos. Per pacem enim habemus interius ſecuri-
tatẽ.Bona enim eſt ſecuritas,vbi bona eſt cuſtodia. Ad Phi
li 4. Pax Dei, quæ eſt ſuper omnem ſenſum. Item exterius
vnitatem cum proximo. Ad Ephe. 4. Soliciti ſeruare vni-
tatem ſpiritus,in vinculo pacis.Item ſuperius hæreditatẽ.
Mat.5. Beati pacifici,quoniam filij Dei vocabuntur. Si aũt
filij,& hæredes. Qui ergo ſunt pacifici in hoc mundo, tan-
quàm filij hæreditabunt pacem Dei in cœlo. Aug.Erit pax
purgata in filijs Dei,ſe amantibus, & ſe videntibus plenos
Deo, cum erit omnia in omnibus: commune ſpeculum ha-
bemus,communem poſſeſſionem habemus Deum.

Dominica prima poſt Paſcha. Serm.II.

ACcipite Spiritum ſanctum. Ioann. 20. O quàm ma-
F gna licentia,quòd dicit,accipite.O quàm magna gra
tia,quòd dedit,non aurum,non argentum, ſed Spi-
ritum ſanctum. Conſiderandum autem, quòd Ieſus Chri-
ſtus,quatuor accipienda valde notabilia, propoſuit nobis
in Euangelio. Videlicet Crucem,in caſtigatione corporali;
corpus ſuum, in communione ſacramentali:Spiritum ſan-
ctum,in vnctione mentali: denarium, in remuneratione æ-
ternali. De primo.Mat.10. Qui non accipit Crucem, & ſe-
quitur me. Crux eſt carnis mortificatio. Ad Gal. quinto.
Qui Chriſti ſunt, carnem ſuam crucifixerunt cum concu-
piſcentijs. Crucem accipit, qui pœnitentiam, vel religio-
nem accipit,qui per mare ſeculi,in terram ſanctam,ſcilicet
G viuentium tranſire intendit. Accipit autem remiſſionem
omnium peccatorum. Ad hanc crucem accipiendam,qua-
tuor ſunt cogentia.Primum eſt exemplũ inrefutabile,Do-
mini noſtri Ieſu Chriſti. Matth.16.Si quis vult poſt me ve
nire,abneget &c. Glorioſum enim eſt ſeruis, domino confi-
gurari. Secundum es adiutorium inuincibile. Dominus e-
nim adiutor eſt, cruce ſignatorum. Pſalmiſta. Tu domine
adiuuiſti me,& conſolatus eſt me. Adiuuiſti me,contra ma
lum culpæ: & conſolatus es me, contra malũ pœnæ. Vnde
in templo vbi ſignum Crucis apparet, vnctio olei ſubeſt:
quia

quia in nobis debet eſſe triumphus exterior,& vnctio interior. Bernardus. Multi vident noſtram crucem, ſed non vident vnctionem. Tertium eſt priuilegium inuiolabile. cruce ſignati, ſolent ex priuilegio eſſe in tuitione Papæ. Sed hæc multotiens violatur,& non ſic in hac Cruce. Eze.9. Super quem videritis Thau, ne occidatis. Ad Gal. 6. De cætero nemo mihi moleſtus ſit. Ego enim ſtigmata Domini Ieſu, in corpore meo porto. Quartum eſt præmium inamiſſibile. Multi de ſancta terra redeunt,& negligendo,& male viuendo, præmium amittunt. Secus eſt in his ſignatis. Apoc.7. Signati ex omni tribu, erant ſtantes ante thronum. In hac Cruce, pendere o anima Chriſtiana, continue debes, ſicut Chriſtus, qui viuens, nunquàm deſcendere voluit: ſic nec tu, de pœnitentia, vel de ordine. Bernard. Neminem audiamus fratres, non ſanguinem, non ſpiritum quemlibet, deſcẽſum a cruce ſuadentem: perſiſtamus in cruce: moriamur in cruce, deponamur aliorum manibus, non noſtris, exemplo illius, qui in cruce dicit. Conſummatum eſt. ſic & tu finaliter ſtes in cruce,& ſic in fine vitæ tuæ, quando exſpirare debes, potes dicere, Conſummatum eſt, regulam quàm voui obſeruaui, obedientiam, pœnitentiam, pręcepta Dei, totum conſummaui, iuxta illud 2.Timo.4. Bonum certamẽ certaui, curſum conſum. &c. De ſecundo. Matt.26. Accipite & comedite, hoc eſt corpus meum. quomodo accipien dum ſit corpus Ieſu, dicitur Mat.27. Accepto corpore Ioſeph, inuoluit illud in ſindone munda. Illo ergo feruore,& deuotione, corpus Ieſu accipere debes de altari, quo illud corpus accepit Ioſeph de Cruce. Altare quatuor cornibus crucẽ ſignificat. Sic autẽ acceptũ, ſindone inuoluas. Glo. In ſindone munda, Ieſum inuoluit, qui mẽte pura, eũ ſuſcipit. Bene aũt mundicia, ꝑ ſindonẽ qđ eſt genus lini candidiſſimũ, ſignificatur, qm̃ candidi in animabus eſſe debemus. Dr̃ Thren.4. Cãdidiores Nazarei eius myrrha, nitidiores lacte. Mũditia cordis, eſt lac, quo Deus & Angeli delectantur. In lacte cito apparet muſca, vel puluis, ita in cõſciẽtia mũda, latere nõ põt qualiſcũq; macula:& ſicut de lacte, cito eijcit muſca a comedẽte: ita de pura cõſciẽtia, abijcit muſca vo- H

lati-

latilis cogitationis prauæ. Multum diſplicet diabolo, & placet Deo & Angelis, quando muſcam diaboli, cito eijcis de lacte cordis. Bernar. Dæmonum eſt cogitationes malas ingerere: noſtrum eſt illis non conſentire. Nam quotiens reſiſtimus, diabolum ſuperamus, Angelos glorificamus, Deum honoramus. Non eſt dictu poſſibile, quantum gaudium capiant Angeli, de noſtra ad Deum mentis conuerſione: ſic contra exprimi non poteſt, quantam triſtitiam de eadẽ dæmones accipiant, qui ſemper inſidiantur ſaluti noſtrę.

I De tertio dicitur hic. Accipite ſpiritum ſ. Datus eſt ſpiritus ſanctus hic diſcipulis, clauſis foribus, ſic oleum clauſis oſtijs multiplicatum eſt in vaſis petitis a vicinis. 4. Reg. 4. Nota hiſtoriam. Oleum eſt gratia ſſ. Pſalm. Vnxit te Deus, Deus tuus, oleo lætitiæ &c. Vaſa manu leuata, ſunt virtutes & exempla, quæ a ſanctis nunc conuerſantibus in mundo attendimus, & in domum mentis noſtræ colligimus, quaſi a vicinis vaſa accipimus, ſed vaſa in nobis vacua ſunt, ſi exẽpla illa ſanctorum, per gratiam Spiritus ſancti non imitamur. Contra quod, prudentes virgines, acceperunt oleum in vaſis &c. ſicut dicitur Matth. 25. cap. Oſtia ſunt ſenſus noſtri: Viſus, guſtus, auditus, tactus, olfactus, & os tuum eſt oſtium. Hæ fores, niſi ab illicitis cogitationibus clauſæ fuerint, oleum gratiæ, in domum mentis tuæ, in vaſis non multiplicatur. Anſelmus. Intra in cubiculum mentis tuæ, & claude ſuper te oſtium contra omnia, præter Dominum, & quæ iuuant ad quærendum illum.

K De quarta Matth. 20. Acceperunt & ipſi ſingulos denarios. Denarius eſt vita æterna, qui non datur niſi operantibus in vinea, id eſt pœnitentia, vel religione, in qua vinea, non ſolum laborandum eſt, ſed etiam triumphandum de leone diabolo, quod ſignificatum eſt in Sanſone. Iudi. 14. vbi dicitur. Cunque veniſſet ad vineas oppidi, apparuit ei catulus leonis, quem vicit, ac poſtea in ore eius mel inuenit. Mel eſt dulcedo conſolationis Spiritusſancti. Eccle. 24. Spiritus meus ſuper mel dulcis. Vides ergo quòd mel gratiæ, non datur niſi pugnantibus: neque denarius gloriæ, niſi laborantibus in vinea.

AFfer manum tuam, & mitte in latus meum. Ioan. 20. L
O Thoma, fœlicem habes licẽtiam a Saluatore tuo,
vt manum mittas in latus, in quo ſalus noſtra con-
ſiſtit: huius enim lateris beneficio, ab ira ſaluamur, in gra-
tia regeneramur, a culpa ſanamur, in gloria ſublimamur.
De primo. Gene. 6. Oſtium archæ pones in latere deor-
ſum. i. vulnus in latere Chriſti, dicit interlinea. Archa enim
eſt Chriſtus. Sicut enim tunc, mundo pereunte per diluuiũ,
nullus euadere potuit, niſi in archa: ita nunc, mortem æter
nalem nullus euadere poteſt, niſi in Chriſto per fidem ma-
neat & amorem: ſicut in archa, non ſolum immunda ani-
malia collecta ſunt, ita Chriſtus non ſolum iuſtos, ſed etiã
peccatores colligit. Luc. 5. Non veni vocare iuſtos, ſed pec-
catores ad pœnitentiam. In archam autem venire non poſ-
ſemus, niſi oſtium haberet. Oſtium ergo nobis Dominus in
archa fecit, quando latus ſuum perforari voluit. Ioann. 19.
Vnus militum, lancea latus eius perforauit &c. Auguſtinus
in Gloſſa. Ecce oſtium in latere archæ, quo intrant anima-
lia non peritura in diluuio. Gratias ergo agamus Chriſto,
pro lateris ſui oſtio, licet .n. anguſtum ſit, tamen multi in-
trare poſſunt. Auguſtinus. Quid anguſtius illo foramine,
quod vnus militum in latere Domini aperuit? & tamen per
illas anguſtas portas, fere totus mundus intrauit. De ſe- M
cundo. Iſa. 60. Filiæ tuæ de latere ſurgent. Filiæ iſtæ ſunt
animæ credentium, quæ de latere Chriſti generatæ ſurgũt:
dum per vulnus lateris eius, ad vitam veniunt. Mirabilis eſt
virtus huius lateris. Vnde non ſolum filiæ, ſed etiam ſpon-
ſa formatur ſcilicet Eccleſia. Sicut ſignificatum eſt Gen. 2.
vbi de dormientis Adæ coſta, formatur Eua. Auguſt. Dor-
mit Ada, vt fiat Eua: moritur Chriſtus, vt dormiente Chri
ſto in Cruce, fiat Eccleſia. Facta eſt Eccleſia de latere: per-
cuſſum eſt enim latus pendentis a lancea, & fluxerunt ſacra-
menta. Dilige ergo anima Chriſtiana, talem ſponſum, ex
cuius latere, inter membra Eccleſiæ proceſſiſti. Noli pro-
pter

pter vilem carbonarium, talis ſponſi fidem violare, diaboli voluntatem faciendo, qui carbones inferni miniſtrat. Iſa.54. Ego creaui fabrum ſufflantem in igne prunas &c. Gratias agamus Chriſto, pro lateris ſui beneficio. De tertio. Ezec.46. Ecce aquæ redundantes ex latere dextro. Loquitur de templo, quod ſignificat Corpus Chriſti, Ioan.2. Soluite templum hoc &c. Corpus enim Chriſti, ſolutum fuit in morte, excitatum in reſurrectione: de cuius latere dextro, aqua ſaluberrima profluit. Ioann. 19. Continuo exiuit &c. Aqua enim valde ſanatiua erat, quæ de latere tẽpli exiuit: ſicut legitur ibidem. Ezec 47. Erunt piſces multi ſatis, poſtquàm venerunt illuc aquæ iſtæ, & ſanabuntur, viuent omnia, ad quæ venerit torrens. Piſces ergo. i. fideles, qui in hoc torrente baptiſmi capiuntur, valde ſani ſunt. Vnde de torrente baptiſmi, in torrentem gaudij transponentur: de quo Pſalm. Torrente voluptatis tuæ potabis eos, quia apud te eſt fons vitæ. Piſces autem diaboli, homines peruerſi, qui in paludibus vitiorum nutriuntur, ſani non ſunt. vnde dicitur ibidem. Ezechie. 47. In littoribus eius, & paluſtribus non ſanabuntur. In littoribus ſunt impij, per cupiditates terrenorum: in paludibus autem per corruptionem carnalium voluptatum. Vnde tanquàm piſces diaboli aſſabuntur perpetuo, ſuper prunas inferni. Gratias ergo agant omnes beati Chriſto, pro lateris ſui beneficio.

De quarto dicitur hic: Affer manum tuam & mitte. &c. Hic oſtenditur eius latus, & manus. Glorificatus ergo Chriſtus, oſtendit latus, quaſi diceret. Ad hanc reſurrectionis gloriam, huius lateris beneficio peruenitur. Hoc ſignificatum eſt. primi Regũ. 10. vbi dicitur, quòd tulit Samuel lenticulam olei, & inunxit Saul in regem. Lenticula vt dicit glo. eſt fictile vas quadrangulum, habens foramen in latere. Vas fictile, Chriſti corpus eſt, quod eſt quadrangulũ per quadrifariam diſtentionem in cruce. Bernar. Aſtat Ieſus in medio, quadrifida ſui parte diſtenſus, vt omnibus ex omni parte ad ſe veniẽtibus, ampliſſimũ ſuæ miſericordiæ ſinum oſtendat. Foramẽ in latere, vulnus eſt lateris. Ex hoc foramine, oleum gratiæ emanauit, per quod populus Dei,

ad re-

ad regnum gloriæ cœleſtis iungitur. Vnde etiam qui ad hoc latus pendebat, audiuit. Hodie mecum eris in paradiſo. Gratias ergo agamus Chriſto, pro tam multiplici lateris beneficio.

DOMINICA SECVNDA poſt Paſcha.

SERMO PRIMVS.

EGo ſum paſtor bonus. Ioan. 10. Bonitas paſtoris noſtri Ieſu Chriſti, in hoc Euangelio quadrupliciter commendatur Videlicet, in paſcendo, in defendendo, in cognoſcendo, in vniendo. Primo commendatur bonitas in paſcendo. Vnde ait. Ego ſum baſtor bonus. Paſtores enim a paſcendo dicuntur. Paſcit autem oues ſuas Chriſtus, per doctrinam, per gratiam, per Euchariſtiam. Paſcit vtique ſuos per doctrinam. Ezec. 34. In paſcuis vberrimis, paſcam eos in montibus excelſis. Scripturarum altitudines, quaſi montes, paſcuæ ſunt. Paſcit autem Chriſtus ſuos, non ſolum per ſe, ſed etiam per alios docendo. Hiere. tertio. Dabo paſtores vobis ſecundum cor meum, & paſcent vos in ſcientia & doctrina. Item per gratiam: quod ſignificatum eſt Exodi tertio: vbi dicitur, quòd Moyſes paſcebat oues, & minauit ad interiora deſerti, vbi Dominus in rubo apparuit. Moyſes eſt Chriſtus, vel prælatus, per quos, oues ad interiora deſerti, in paſtū veniunt, quando exteriorem conſolationem relinquunt: interiorem vero quærunt, vbi dominus in rubo ardenti. i. in corde feruenti eſt. Lucæ vigeſimoquarto. Nonne cor noſtrum ardens &c. Item per Euchariſtiam. Hoc ſignificatum eſt in ouicula pauperis, ideſt Chriſti. de qua dicitur ſecundi Reg. 12. quòd erat de pane illius comedens, & de calice bibens. Ber. Bonus paſtor qui dat carnē in cibū, ſanguinē in potū,

A

animam in prætium. Secundo commendatur bonitas paſtoris noſtri Ieſu Chriſti, in defendendo, cum dicitur, Bonus paſtor, animam ſuam dat pro ouibus ſuis defendendis .ſ. contra lupum, ſicut hic dicitur, & contra leonem & vrſum. Vnde Dauid qui Chriſtum ſignificat, ait. j. Regū. 17. Leonem & vrſum interfeci ego, inuaſerant enim oues eius. In leone ſignificatur diabolus. j. Pet. 5. Tanquàm leo rugiens &c. In vrſo autem caro ſignificatur. Sequitur enim mel, ſicut caro voluptatem. Debilis etiam eſt in capite, fortis in brachijs: ſic & carnis impetus, debilis eſt ſ. cogitatione. Vnde ibi eſt reſiſtendum. Fortis autem in brachijs, delectationis conſenſus. Dan. 7. Beſtia alia ſimilis vrſo, tres ordines in ore eius .ſ. cogitatio, delectatio, conſenſus. In lupo autem, mundus ſignificatur, propter auaritiam & crudelitatem, immo tot ſunt lupi, quot homines peruerſi. Mat. 10. Mitto vos ſicut oues inter lupos &c. Greg. Sicut agni inter lupos mittimur, vt ſcutum ſeruantes innocentiæ, morſum malitiæ non habeamus. Talis agnus fuit Apoſtolus, qui ait. j. Corinth 4. Maledicimur, & benedicimus: perſecutionem patimur, & ſuſtinemus. Tertio commendatur bonitas paſtoris noſtri Ieſu, in cognoſcendo, cum ait: Ego ſum paſtor bonus, & cognoſco oues meas: & cognoſcunt me meæ. Ecce quales Dominus approbando cognoſcit .i. ſe cognoſcentes oculo animæ, fide vera. Sed Dominus conqueritur. Iſa. 1. Cognouit bos poſſeſſorem ſuū &c. Sed væh non cognoſcenti pium Dominum in mundo, quia cognoſcet ſeuerum Dominum in iudicio. Bernard. Cognoſcetur tunc Dominus iuſtitiam faciens, qui nunc ignoratur miſericordiā quęrens. Item cognoſcit ſibi obedientes. Ioann. 10. Oues meæ vocem meam audiunt, & ego cognoſco eas. vocem vtique præceptorum, & doctrinæ meæ, vel clamoris in Cruce. Pſalm. Nos oues paſcuæ eius: vel oues manus eius. hodie ſi vocem eius audieritis &c. Sed heu Dominus conqueritur in Pſalmo. Non audit populus meus vocem &c. Item cognoſcit Dominus ſe ſequentes. Ioann. 10. Cognoſco meas, & ſequuntur me .ſ. per bonam vitam. Dominus enim cognoſcit colore: ſicut ſignificatum eſt Gen. 30. vbi legitur, quòd Iacob

oues

oues ſuas colore diſcreuit. variæ enim erant oues eius: nigræ autem & albæ Laban. Iacob Chriſtum ſignificat. Nigræ oues ſunt opera peccatorum. Albæ ſunt ſimulatores. Matth.23. Similes eſtis ſepulchris dealbatis. Variæ autem pœnitẽtes, qui & albi ſunt per iuſtificationem, & nigri per ſuã reputationem, dum ſe peccatores reputant, apud Deũ ſunt albi, apud ſe nigri. Cantic.5. Nigra ſum, ſed formoſa &c. D

Quarto commendatur bonitas paſtoris, in vniendo, ſiue in congregando, cum dicit, alias oues habeo &c. vſque: Fiet vnum ouile, & vnus paſtor. Congregat autem & vnit oues ſibi in mundo, & hoc per fidem & charitatem, de quibus hic dicitur, Fiet vnum ouile, & vnus paſtor. Certe qui in ouile Eccleſiæ non intrat, per oſtium fidei, ſed aſcendit aliunde per hæreſim, ille fur eſt & latro. Item congregabit oues in iudicio. Matt.25. Statuet oues quidem a dextris. Item in cœlo. Vnde Lucæ 15. legitur, quando reduxit ouem vnam perditam in deſertum .i. ad nouem ordines Angelorum.

Dominica II. poſt Paſcha. Sermo II.

Animam meam pono pro ouibus meis. Ioann.10. Bonus paſtor Chriſtus, pro nobis poſuit, & dedit animam ſuam, in precium redemptionis: in ſignũ dilectionis: in monimentum recordationis: in exemplum imitationis. De primo. Matt.20. Filius hominis non venit miniſtrari, ſed miniſtrare &c. vſque pro multis. O quanta dignatio: Miniſtrat & ſeruit nobis, cui miniſtrant Angeli. Si igitur fraudando ſeruum tuum, mercede vnius anni, peccas, quanto magis ſubtrahendo Dei filio animam tuã, pro qua. 32. annis ſeruiuit? pro qua animam ſuam, in tuo ſeruitio dedit? Eccle.6. Ne lædas ſeruum in veritate operantem, neque mercenarium dantem animam ſuam: dantem inquam animam redemptionem pro multis. j. Petr.1. Non corruptibilibus auro vel argento &c. Qui ergo mercedem ſanguinis, hoc eſt animam propriam, tali mercenario ſubtrahit, per luxuriam, vel per auaritiam, vel per odium, vel per alia vitia, ſimilis eſt eis, qui in cruce, eius ſanguinem effuderunt. E

derunt. Eccle. 34. Qui effudit ſanguinem, & qui fraudem facit mercenario, fratres ſunt. Quid ergo de miſeris, qui nõ tantum animam propriam, ſed tot Chriſto animas auferũt, quas per peccatum auferunt? Ber. Si Domninus proprium ſanguinem dedit, in precium redemptionis animarum, non tibi videtur ab eo grauiorem ſuſtinere perſecutionem, qui ſuggeſtione mala, exemplo pernicionis, ſcandali occaſione, auertit ab eo animas quas redemit, quàm ab illo qui ſan-
F guinem Ieſu fudit? De ſecundo. Ioan. 15. Maiorem charitatem hac &c. Si enim te incipiente ſub mergi iam in mari, amicus tuus ſcienter ſe ſubmergeret, vt ſuo euaderes adiutorio: O quanta eſſet illa dilectio. Sic pro nobis fecit Chriſtus quod optime ſignificatum eſt in Iona, qui ſe pro ſalute aliorum, in mare præcepitari fecit. Nota hiſtoriam, & expone, vt per mare ſignificetur mundus: per centũ mors: per Ionam Chriſtus. Ecce quomodo Chriſtus, animam ſuã poſuit pro amicis ſuis: immo quod mirabilius eſt, pro inimicis. Ad Ro. 5. Cum inimici eſſemus, reconciliati ſumus Deo, per mortem filij eius. Nonne Dei inimici ſunt, qui domum Domini cum familia .i. cor cum virtutibus, igne vitiorũ ſciẽter incẽdunt? Pſal. Incenderunt igni. ſ.t. Item qui filium ſuum .i. ſpiritum vel animam occidunt. Eccleſi. 34. Qui offert ſacrificium de ſubſtantia pauperum, quaſi qui victimat filium in conſpectu patris ſui. quàm maximum dilectionis Dei beneficiũ eſt, quòd pro huiuſmodi inimicis moritur Chriſtus Aug. Quod tam beneficium, quàm ſanguinẽ
G iuſti delere chirographum peccatoris? De tertio. quòd in monimentum recordationis dedit animã ſuam, vt nunquã ſui obliuiſcamur. Dicitur Eccle. 29. Gratiã fideiuſſoris tui, ne obliuiſcaris: dedit enim pro te animam ſuam. Fideiuſſor noſter Chriſtus. eſt totus mũdus, per ſententiam Dei Patris damnatus fuit. Compatiens aũt Dei filius, fideiuſſit pro nobis. Poteſt aũt homo pro tam magna re fideiubere, ꝙ oporteat eũ ꝑꝑ hoc qñq; relinquere domũ, qñq; totã hæreditatẽ ſuã, qñq; etiã vitã ſuam: ſic & fideiuſſor nr̃ fecit Chriſtus. Hiere. 7. Reliqui domũ meã, dimiſi hæreditatẽ meã, dedi dilectã aĩam meã in manus inimicorũ eius. Domus eſt cœlũ: hære-

hæreditas ſynagoga. Pſal. Reſtitues hæreditatē meā mihi. Hæreditas ſua Chriſto reſtituetur, qñ Iudæi conuertentur. Ad Ro. 11. Cæcitas ex parte cōtigit in Iſrael, donec plenitudo gētiū ſubintraret, & ſic oīs Iſrael ſaluus fieret. Non ſolum aūt fuit Chriſtus fideiuſſor hoīs ad patrem, ſed etiā patris, & hoīs, tanquā fideliſſimus mediator. Aug. Quā incredibile videbitur hominibus? Require in ſermone ſupra: Si veritatē dico. De 4. j. Ioan. 3. Ille pro nobis, animā ſuā poſuit, & nos debemus pro fratribus aīas ponere. Qui habuerit ſubſtantiā mūdi huius, & viderit fratrem ſuum neceſſe habere, & clauſerit viſcera ſua ab eo, qūo charitas Dei manet in eo? Ecce ſi pro fratribus debes ponere animā, quanto magis temporalē ſubſtantiam? Exemplo aūt Chriſti, non ſolū pro fratribus, immo pro Chriſto aīam ponere debemus, ſicut ipſe pro nobis eā poſuit: ſicut Petrus poſuit qñ dixit Io. 13. Animam meā pono ꝑ te. qui licet poſtea negauerit, tñ gallo cātante fleuit amare. O quot cū Petro, quotidie negāt Chrm: ſi nō ore, tñ ope. Ad Timo. 1. Confitētur ſe noſſe Deū, factis autē negant. Et non tantum ter Chriſtum ſicut Petrus, immo millies aliqui facinoribus ſuis negauerunt: & tamen cum Petro non flent. Gallus enim prædicator eſt. Iob trigeſimoctauo. Quis dedit gallo intelligentiam? H

Dominica II. poſt Paſcha. Ser. III.

ALias oues habeo, quæ non ſunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere. Ioann. 10. Iſtæ oues fuerunt genetes crediture, in Chriſtum, quæ non fuerunt de ouili Eccleſiæ, quas adduxit per fidem & vnum ouile per vnam Eccleſiam de Iudæis & gentibus fecit. O felices qui merentur eſſe oues Chriſti, non porci diaboli. O felices qui per Chriſtum adducuntur, & non per diabolum ſeducuntur. Conſiderandū ergo quòd Chriſtus oues ſuas adducit, deducit, perducit, educit, inducit. Adducit enim pœnitentes, deducit proficientes, perducit conſummantes, educit decedentes, inducit peruenientes ſcilicet ad patrem. De primo hic dicitur: Illas oportet me adduce- I

re .ſ. per conuerſionem. Ad Roma.2. Ignoras quòd benignitas Dei, te ad pœnitentiam adducit &c. De modo autem adducendi dicitur Ezec. 8. Eleuauit me ſpiritus inter cœlũ & terram, & adduxit me in Hieruſalem. Qui ergo in cœleſtem Hieruſalem voluerit venire, adduci debet per Spiritũ Sanctum, & ſic quòd neq; cœlum per præſumptionem, neque terram per deſperationem tangat. vel ſic. neque cœlũ tangat per ſuperbiam. Iob 20. Si aſcenderit in cœlum ſuperbia eius, & càput eius nubes tetigerit, quaſi ſterquiliniũ infine perdetur, neque terram per auaritiam vel concupiſcentiam. Apocaly. 8. Væh væh væh habitantibus in terra.

De ſecundo. Pſal. Deduxi ſicut oues populum tuum in manu Moyſi & Aaron. Hæc deductio fit per quotidianum in proficiendo bonorum operum augmentum. Pſalm. Deduc velut ouem Ioſeph quod interpretatur augmentum. Per manum Moyſi & Aaron, poteſtas eccleſiarum & ſecularium iudicum ſignificatur. Legitur autem Exod. 17. de manibus Moyſi, quòd licet graues eſſent, dum tamen eleuabantur vincebat Iſrael: dum remittebantur, Iſrael vincebatur: quia quando auctoritas iudicialis leuatur in correctione, ſubditi contra hoſtes infernales proficiunt. Si autem per negligentiam remittitur, deficiunt & vincuntur. Sed heu hæc manus ſæpe percutit innocentes. Actuum duodecimo.
K Miſit Herodes rex manus &c. De tertio. Pſalmiſta. Perduxit eos tanquàm gregem in deſerto. Gloſ. de Aegypto. Aegyptus autem mundũ ſignificat: deſertum vero religionem vel iuſtam vitam, qualem Chriſtus & Ioannes habuerunt in deſerto Pſal. Interrupit mare, & perduxit &c. Perduxit. i. ad perfectum duxit. Perducuntur autem electi, per Angelum de quo legitur Ezech. 17. Menſus eſt mille cubitos, & traduxit & perduxit me per aquam, vſque ad talos. Rurſumque menſus eſt mille, & traduxit me per aquam vſque ad genua. & menſus eſt mille, & traduxit ideſt perduxit me per aquam vſque ad renes: & menſus eſt mille per torrentem, quem non potui pertranſire, quoniam intumuerant aquæ profundi torrentis, qui non poteſt tranſuadari: & dixit ad me: Certe vidiſti fili hominis. Et eduxit me, &

con-

conuertit ad ripam torrentis &c. Aqua hæc, eſt gratia Spiritus ſancti, in qua incipientes minus profunde: proficientes profundius: perfecti profundiſſime ſunt. Vel de coniugatis, & viduis, & virginibus intelligi poteſt. Torrens autem qui tranſuadari non poteſt, eſt profunditas gratiæ in beatis, quam mortalis homo attingere non poteſt. Angelus autem menſurans & traducens, eſt Chriſtus, qui menſurat gratiam in meritis, & gloriam in præmijs gratiæ. De quarto Ioannis decimo. Proprias oues vocat nominatim, & educit eas. Inter vineas de Aegypto in doctrinam ſiue ad regnum &c. L
Ecce quotidie Dominus nominatim & ſingulariter vocat electos ſuos in morte ad ſeipſum, ſicut in ordinibus, vocãtur ordinandi ad Epiſcopum. Habet enim Dominus nomina eorum in ſcripto. Luc. 10. Nomina veſtra ſcripta ſunt in cœlis. Vocat illos Dominus nominatim de cœlis, qui non vocauerunt nomina ſua in terris. Beatus eſt cuius nomen dignatur noſcere Deus. Auguſtinus. Vt nouerit Deus nomina noſtra, hoc optare debemus, hoc agere, hoc ſatagere quantum poſſumus. Vocat ergo electos, vt educat de carcere ad regnum: de miſeria ad gloriam. Pſalm. Eduxit me de lacu miſeriæ .i. de mundo: & de luto fæcis, ideſt de carcere. De M
quinto Dominus loquens de ouibus ſuis, ait Ezech. 34. Inducam eas in terram ſuam, & paſcam eas in montibus Iſrael, in riuis, & in cunctis ſedibus terræ. Montes ſunt ordines Angelorum. Pſal. Fundamenta eius in montibus ſanctis Riui ſunt delectationes, de fonte ſummi boni effluentes, a quibus quilibet peruerſus longe erit. Iob 20. Non videat riuos fluminis torrentis mellis & butyri. In melle dulcedo diuinitatis: In butyro humanitas Chriſti ſignificatur. Sedes autem manſiones, de quibus Ioannis decimoquarto. In domo patris mei man. &c. Sic ergo Dñs humiles oues ſuas multipliciter ducit, & in vno ouili per charitatẽ ꝓximi: & vni paſtori Chriſto per charitatẽ Dei vnit, vt ſic fiat vnum ouile & vnus paſtor. Vnde in libro de ſpiritu & aĩa dr̃. Animam quã Dei pietas reſpicit, humilitas ſubijcit, pœnitentia reducit, iuſtitia deducit, obedientia conducit, perſeuerãtia perducit, deuotio introducit, puritas iungit, charitas vnit.

DOMINICA TERTIA poſt Paſcha.

SERMO PRIMVS.

A MOdicum & non videbitis me, & iterum modicum & videbitis me. Ioan.16. Modicum & non viderunt Deum diſcipuli, quando fuit in ſepulchro. & iterum modicum & viderunt eum poſt reſurrectionem, vſque ad aſcenſionem aliquotiens. Sed nũc conſiderandum, quomodo Deus videatur, in mundo a credentibus: in extremo a decedentibus: in cœlo a fruentibus: in iudicio a reſurgentibus. De primo myſtice intelligi poteſt quod dicitur hic: Modicum & videbitis. Modicum enim non tam duratione, quàm cognitione, imperfecta eſt enim viſio fidei, reſpectu viſionis æternæ. Modice enim & imperfecte videtur, quicquid modo tantũ in imagine, & a tergo, & a longe vr̃. Videmus enim Deum non in ſe, ſed per imaginem repræſentatam in creaturis. primæ Corinth. 13. Videmus nunc per ſpeculum. Gloſſa per imaginem obſcuram. Videmus enim aliquas creaturas, in quibus aliqua ſimilitudo Dei relucet. Vel videmus non facie, ſed a tergo incarnationis. Exodi. 33. Videbis poſteriora mea, faciem autem meam non videb. Poſteriora ſunt humiliora, quæ in carne geſſit. Item videmus Deum non in lumine, ſed quaſi in voce obſcuræ cognitionis, & intelligentiæ humanæ. Danielis 7. Aſpiciebam in viſione noctis, & ecce cum nubibus cœli, quaſi filius hominis veniebat &c. Tam obſcura enim ſunt naturalia, quòd quicquid de Deo cognoſcimus, quaſi in nocte videmus. De hac nocte dicitur. Cantic. 3. Per noctem quæſiui quem diligit anima mea. Grego. Per noctem quærimus, quia & ſi iam in illo mens vigilat: tamen oculus adhuc caligat. Item videmus nunc Deum non prope: ſed quaſi a longe, per diſtantiam diſſimilitudinis, vel auerſionis. Nume. 24. Videbo eum, ſed non modo:

do:intuebor illum, ſed non prope. De ſecundo. Actuũ. 7. Ecce video cœlos apertos, & Ieſum ſtantem, quaſi paratum B
ad ſuſcipiendum animam meam. ſicut de multis ſanctis legitur, qui viderunt Deum in extremis. Quomodo autẽ mereatur videre Deum ſignificatum eſt Gen. 28. vbi legitur, quòd Iacob ſupponens lapidem capiti, dormiuit, & vidit ſcalam tangentem cœlos, & Dominum innixium ſcalæ. Attende quid de lapide, & de ſcala, & de Angelis, & de Domino dicitur hic. Lapis, duram & grauem pœnitentiam ſignificat. Hunc lapidem diabolus in panem conſolationis carnalis vult verti. Matth 4. Dic vt lapides iſti, panes fiant. Dormitio, mortem ſignificat. Pſal. In pace in idipſum dormiam & requieſcam. Super lapidem ergo dormit, qui in pœnitentia dura decedit. Per ſcalam, virtutum gradus ſignificatur. In ſcala, duo ligna principalia, ſunt amor Dei & proximi. Gradus vero, omnes aliæ virtutes. Si hanc ſcalã fabricaueris dum viuis, tunc in ſomno mortis eam habebis: & Angelos pro tua ſalute aſcendentes, & Dominum tuam animam ſuſcipientem videbis. Sicut autem pij quandoque vident in morte ſua Dominum: ſic & impij quandoque in morte ſua vident Dominum, ſcilicet diabolum. Vnde de quodam, beatus Gregorius ait. Ecce iuuenis paruus, drachonem vidit, cui ſeruiuit in vita. De tertio. Matt. 5. Beati mundo corde &c. Auguſtinus. Tota merces eſt viſio. C
Notate chariſſimi, ſi tam ardentiſſime diligitur Deus in præſenti ab electis ſuis, quòd ferrum & ignem & omne genus tormentorum parati ſunt ſuſtinere pro ipſo, quod tamen nunc tam modicum videtur, quid erit in cœlo, vbi non per ſpeculum, ſed per ſeipſum videtur? primæ Ioan. tertio. Videbimus eum ſicut eſt. Item vbi non a tergo, ſed facie videbimus. primæ Corinhio. decimotertio. Tunc autem facie ad faciem. Heſter. decimoquinto. Vidi te domine quaſi angelum Dei, & conturbatum eſt cor meum præ timore gloriæ tuæ. Valde enim mirabilis es Domine, & facies tua plena eſt gratiarum. Item vbi non in tenebris, ſed in luce clariſſima. Pſalmiſta. In lumine tuo videbimus lu. &c. Item vbi non de loginquo, ſed de propinquo videbitur: quia electi

ćti non in remoto, ſed in eodem loco cum ipſo erunt. Ioannis 17. Pater quos dediſti mihi, volo vt vbi ſum ego, illic ſint mecum: vt videant claritatem meam. Penſate ex prædictis quàm incomprehenſibilis dulcedinis ſit, iſta viſio gloriæ. Vnde Fulgentius ait. Dei faciem ſi omnes damnati in inferno viderent, nullum dolorem, nullam pœnam, nullam
D triſtitiam ſentirent. De quarto. Apocalyp. 1. Videbit eũ omnis oculus, & qui eum pupugerunt. Certe oculus adulteri, & ſuperbi, & immundi, inuidi & aliorum peruerſorũ. Hæc autem viſio plenius nobis oſtenditur in illa viſione, de qua Danielis ſeptimo. Aſpiciebam in viſione, donec throni poſiti ſunt, & antiquus dierum ſedit. Fluuius igneus rapiduſque egrediebatur a facie eius. Millia millium miniſtrabant ei: & decies centena millia aſſiſtebant ei. Iudicium ſedit, & libri aperti ſunt &c. Significatur enim ibi per poſitionem thronorum, iudicum aſſeſſorum authoritas. Per fluuium igneum, ſententiæ extremæ ſeueritas Per millia millium miniſtrantium, executorum copioſitas. Per apertionem librorum, conſcientiarum nuditas.

Domenica III. poſt Paſcha. Ser. II.

E ITerum autem videbitis me &c. Ioannis 16. Valde conſolatorium eſt hoc verbum. Conſiderandum autem, quòd Dominus videt omnes ſimplici notitia generali: bonos in gratia ſpiritali: malos in ira iudiciali: beatos in gloria æternali. Videt omnes communiter: bonos amicabiliter: malos terribiliter: beatos ineffabiliter. De primo. Pſalmiſta. De cœlo reſpexit Dominus, vidit omnes filios hominum terræ (ſcilicet bonos & malos) in tenebris, & in luce, & in angulo, & in publico: bene vel male agentes. Ad Hebr. 4. Omnia nuda & aperta ſunt oculis eius &c. O ſi Sol eſſet oculus, quanta videret in hoc mundo? Et certe oculi Domini, Sole clariores ſunt in infinitum. Eccle. 23. Oculi Domini, multo lucidiores ſunt ſuper Solem, circunſpicientes omnes vias hominum, & profunditatem abyſſi,

& ho-

& hominum corda, intuentes in abſconditas partes. Væh ergo illis, qui occultas nequitias ſuas credunt celari poſſe à Domino: contra quos Pſalm. Non videbit Dominus &c. vſque qui finxit o. non conſi. &c. Impij autem non attendunt Dominum videre mala omnia, quia ſtatim non vindicat. Videt vtique omnia Deus ſapientiſſimus: ſed non ſtatim vindicat omnia patientiſſimus. Gregorius. Conditor noſter mira diſpenſatione conſilij, & culpas reſpicit, & viuendi tempora impendit, vt longiora vitæ temporalis ſpatia, aut conuerſo fiant ad adiutorium muneris, aut non conuerſo fiant ad augmentum damnationis. De ſecundo. Matthæi nono, & Lucæ ſexto. Vidit Ieſus ſedentem in Telonio &c. Matthæi quarto. Vidit duos fratres &c. & hoc per reſpectum gratiæ. Vnde ſecuti ſunt eum. Ergo eſt virtus Domini, qua ſtatim ſequuntur diſcipuli. O ſi vos videret Dominus, hoc miſericordiæ ſuæ oculo, vtique Deus veſtris oculis lachrymas educeret pro peccatis. Vnde Lucæ vigeſimoſecundo. Cum gallo cantante, Petrum reſpexit Dominus: Petrus fleuit amare. Nihil enim cantus galli, nihil clamor prædicatoris prodeſt, niſi reſpectus oculi miſericordiæ diuinæ, cor tangat: niſi paternis oculis, benigne filium ſuum reuertentẽ, pater reſpiciat. Lucæ decimoquinto. Cũ autem adhuc longe eſſet, vidit illum pater ipſius: & miſericordia motus eſt. &c. Ecce gratia huius viſus, quo pater miſericordia motus, tria facit. Accurrit, per gratiam præuenientem. Super collum cadit, per gratiam ſubſequentem. Oſculatur, per fiduciam de peccatorũ remiſſione conſolantem. De tertio. Matth. 22. Vidit ibi hominem non veſtitum veſte nuptiali. &c. Veſtis nuptialis, eſt bona vita. Eccleſiaſt. 9. Omni tempore, veſtimenta tua ſint candida. Bona enim vita, melius veſtit hominem, omni purpura, & panno precioſo. Sed quidam habẽt precioſas, quidam omnino ſordidas, quidam interciſas: qui partim Deo, partim diabolo ſeruiunt. Hi dominorum ſuorum veſtes accipiunt, cum tamen niſi alteri eorum deſeruire non poſſunt. Matthæi 6. Nemo poteſt duobus dominis ſeruire, aut enim vnum. &c. Terribili ergo viſu, carentes precio-

F G H

precioſa veſte, videbit Dominus in iudicio. O quàm ardentibus oculis. Apoc. j. Oculi eius, tanquàm flamma ignis. Hunc viſum faciunt crudelem, ſcelera hominum. Gene. 6. Videns autem Deus, quòd multa malitia eſſet in terra &c. Infra. Delebo inquit hominem. Sicut autem in diluuio, aquam nullus euaſit, niſi per archam: ita in iudicio ignis, nullus euadet, niſi per archam, ideſt Eccleſiam. Qui in ipſa fuerit, non tantum in numero, ſed etiam merito. De quar
I to, Ioann. 16. Vos quidem nunc triſtitiam habetis, iterum autem videbo vos. &c. Viſionis huius gaudium, non poteſt tolli. Viſio, hęc eſt tantum in patria. Bernar. Illud ſolum & verum gaudium, quod non de creatura, ſed de creatore concipitur: quod cum poſſederis, nemo tollet a te: cui comparata omnis aliunde iocunditas, mœror eſt: omnis ſuauitas dolor: omne dulce amarum: omne decorum fedum: omne poſtremo aliud quodcunque delectare poſſit, moleſtum. Videbo inquit vos &c. O quàm dilectores ſuos iocunde videbit, vbi nil in eis videbit, quod oculis diſplicebit. Eccle. 34. Oculi Dei, viderunt diligentes ſe. Quod non ſolū gratiæ, ſed etiam gloriæ poteſt intelligi. Quanto ergo plus diligimus Deum, tanto plus dilectiſſimi oculi Dei in nos, & certe oculi noſtri erunt in ipſum. Auguſt. Amore Dei, nihil ſuauius, nihil dulcius, nihil dignius, quòd quanto quis fuerit feruentior, tanto eius viſio erit ſuauior: quanto nunc deſideramus ardētius, tāto ipſum intuebimur clarius.

Dominica III. poſt Paſcha. Sermo III.

K TRiſtitia veſtra, vertetur in gaudium. Ioann. 16. Magna conſolatio eſt iſta. Conſiderare autem hic poſſumus quadruplicē verſionē. Vertitur enim quandoque triſtitia in lætitiam: lætitia in triſtitiam: triſtitia in triſtitiam: lætitia in lætitiam. De primo dicitur hic: Triſtitia veſtra vertetur in gaudium. Hoc ſignatum eſt in aquis amaris, de quibus Exod. 15. Oſtendit ei lignum quod cum miſiſſet in aquas, in dulcedinem verſæ ſunt. Aquæ amaræ, tri-

ſtitiæ

ſtitiæ ſunt,:vel lachrymæ tribulationis, vel pœnitentiæ.
Luc.22. Egreſſus foras,fleuit amare. Amaritudo ergo præſentis aduerſitatis, per lignum crucis,vertetur nobis in dulcedinem æternæ iocunditatis.hæc eſt dulcedo,de qua Iud. 14 Ecce examen in ore leonis erat,ac fauus mellis.Leo eſt quilibet p rſecutor,vel tubator proximorum. Apes aculeatæ,ſunt verba pungentia, & turbantia proximos. Quanto autem plures fuerint apes,tanto plus de melle habebis dulcedinis æternæ. Vult ergo nos ſuſtinere Deus apes in mundo,vt dulcedinem habere poſſimus in cœlo. Auguſt. Ideo Deus,terrenis felicitatibus,amaritudinem admiſcet, ne alia aliqua felicitas quæratur,cuius dulcedo nos fallat. Ecce pulchra verſio,Deut.23. Noluit Dominus Deus tuus audire Balaam,ſed vertit maledictionem ſuam,in benedictionem tuam. De ſecundo. Iob. 20.Panis eius in vtero illius vertetur,in fel aſpidum. Si panis vertitur guloſis in tantam triſtitiã,quid erit de voluptuoſiſſimis cibarijs? & certe non ſolum in triſtitiam gehennæ,vel penitentiæ, vertitur voluptatis guſtus:ſed etiam auditus. Iob 30. Verſa eſt in luctum cithara mea &c. & organum meum, in vocem flentium. Quidam vero, detractiones,turpia verba,mala conſilia,audiunt ita delectabiliter ſicut citharam, ſed in luctum vertetur hæc cithara. Item voluptas viſus. Gen. 19. Reſpiciensque vxor Loth poſt ſe, verſa eſt in ſtatuam ſalis. Quid erit de ijs,qui totiens nequiſſimo viſu peccant: ex quo ſemel reſpiciens, eſt ita punita?Per panem igitur,qui in fel aſpidum conuertitur, poteſt quælibet malorum conſolatio, vel voluptas ſignificari. In hunc enim panem,lapides ideſt duritias pœnitentiæ verti vult diabolus: Dominus autem, non lapides duræ pœnitentiæ in panes voluptatis,ſed voluptatis panes,vertit in fel aſpidũ æternæ amaritudinis. Ber.Via iniquitatis ingredientibus mel ſophiſticũ,;progredientibus fel & acetum,egredientibus execrabile venenum aſpidum. Qui hos panes comederit, omnes micæ ideſt cogitationes & deſideria, in fel triſtitiæ illi vertentur. Exod. 8. Omnis puluis terræ, verſus eſt in ciniphes. Et quia pungunt remorſiones conſcientiarum,æternas ſignificare poſſunt. Vides

des ergo quomodo ſicut dicitur Prouer. 14. Riſus dolore
M miſcetur. De tertio ſignificatum eſt Exo.4. vbi virga Moſi,verſa eſt in colubrum. Hæc eſt virga diuinæ correptionis. Pſalmi Viſitaui in virga &c. Virga ſæpe de corde lapideo, aquam contritionis & lachrymarum educit, ſicut in virga qua petra bis percutitur, ſicut ſignificatur. Nume.20. Per colubrum autem,horror damnationis ſignificatur. Vnde de vino carnalis delectationis dicitur,Prouer.23..In nouiſſimo mordebit vt coluber. Virga ergo,in colubrum vertitur,quando in obſtinatis, præſentem tribulationem,horror damnationis ſequitur, quando hic & in futuro affligimur. ſicut de Antiocho legitur 2. Macha.9. & Herode Actuum 12. Nota hiſtorias. Greg. Pœna præſens, ſi afflicti animum conuertit,finis eſt culpæ præcedentis. Si tamen ad timorem minime conuertit: initium eſt pœnæ ſequentis. Sed econtrario legitur Nu. 17. de virga Aaron arida, quæ flores, & fructus habuit: quia caſtigatio electorum, flores virtutum in præſenti, & fructus præmiorum producit in futuro.
N De quarto Heſter.10.Paruus fons creuit in fluuiũ,& in lucẽ ſolemque conuerſus eſt,& in aquas plurimas redundauit.Fons eſt charitas,vel conſolatio Spirituſancti.Ioa.4. Fiet in eo fons &c. Omne autem gaudium ſpirituale quod habetur, hic in amore Dei, & proximi, & in conſolationibus Spirituſancti,exiguum eſt, reſpectu conſolationis æternæ. Ideo dicitur fons paruus. Per fluuium autem, abundantia voluptatum æternarum ſignificatur. Pſalm.Torrente voluptatis, potauit eos. Per lucem vero, ſplendor animarum. Iſa. 58. Implebit ſplendoribus animam tuam. Per ſolem claritas corporum. Matth. 13. Tunc iuſti fulgebunt ſicut ſol. Per aquas plurimas, omnium gaudiorum accidentalium copia ſignificatur.

DOMINICA QVARTA poſt Paſcha.

SERMO PRIMVS.

CVm autem venerit ille, arguet mũdum de peccato &c. Ioannis decimoſexto. Qui nõ vult argui de peccato, ſequitur illum qui ait Ioannis octauo. Quis ex vobis arguet me de peccato. Conſiderandum autem quòd arguitur peccatum corde, ore, opere. Arguitur in corde quadrupliciter. Videlicet interius, exterius, inferius, ſuperius. Interius per conſcientiam. Pſalmiſta. Arguam te & ſtatuam contra te. fa.t. Gloſſa. Primo oſtendam te tibi, & diſplicebis tibi: ſicut ſerpens, & quælibet horribilis beſtia, diſplicet homini, & fugit dũ eam videt. Si peccator, animam propriam obhorreret, ſi eam videret. Eſt enim ſerpente horribilior. Matth. 23. Serpentes genimina viperarum &c. Quare ergo ſeipſum non fugit pœnitendo, niſi quia ſe non videt, & ſe ante faciem nõ habet, ſed a tergo? Augu. Omnis qui non videt peccata ſua, poſt dorſum ſeponit. Item exterius ꝑ ſcripturã. 1. Timo. 2. Scriptura diuinitus inſpirata, vtilis eſt ad docendum, & arguendum &c. O quomodo ſuperbos, auaros, fornicatores, & alios peruerſos, terribiliter arguit ſcriptura. Item inferius per infamiam. Hiere. 2. Arguet te malitia &c. Verecundia infamiæ, ex malitia perueniens ſæpe arguit impios, & hanc ſæpe arguitionem timent & fugiunt homines pluſquã Deum. Ioann. 3. Qui male agit &c. vſque non arguantur opera eius. Item ſuperius per gratiam, ſiue per inſpirationem diuinam, per Spiritum ſanctum. Vnde hic dicitur. Cũ venerit ille, arguet mundum de peccato, quod cõmiſerunt, de iuſtitia quam neglexerunt, & de iudicio, quod nõ timuerunt. Iſte ſpiritus arguit Magdalenam & Petrum, & multos alios pœnitentes, ita dure quòd fleuerunt. Arguitur etiã peccatum

A

B

peccatum, ore quadrupliciter. Videlicet ore iumentino, humano, angelico, & diuino. Iumentino, vt de Balaam dicitur 2. Pe. 2. Correptionem habuit veſaniæ ſuæ, ſubiugale mutum animal, hominis voce loquens, & prohibuit Prophetæ inſipientiam &c. Vere magna verecundia, quòd aſina arguit peccatorem. Item ore humano. 2. Tim. 4. Argue, increpa, obſecra &c. Sicut arguebat Herodem Ioannes pro inceſtu. Aug Qui errantem non corripuerit, de negligentia iudicabitur. Qui pro eo non orauerit, de pernicione iudicabitur. Hæc argutio, ad prælatos pertinet ex auctoritate. Vnde Hely qui non arguit filios, fractis ceruicibus expirauit. 1. Reg. 4. Ad omnes autem pertinet ex charitate. Matt. 18. Si peccauerit in te frater tuus &c. Item ore Angelico. Vnde Iacob ad Labam ait. Gen. 31. Afflictionem meã, & laborem meum reſpexit Dominus, & arguit te heri. Nota quòd dicit heri. Certe tu peccator, non ſolũ heri, immo quotidie ab Angelo tuo poſſes argui. Neq; mirũ de Angelo, etiã diabolus arguat impios, quod dolendũ eſt. Arguit vtiq; accuſando. Apo. 12. Proiectus eſt autem accuſator &c. Gre. Malignitas ſpiritus, cogitationi, locutioni, atque operi noſtro inſiſtit frequenter, ſi fortaſſe quid inueniat, apud examen æterni iudicis, accuſator exiſtit. Item in ore diuino .ſ. Chriſti iudicio. In canonica Iudæ. 3. ca. Ecce veniet Dominus in ſanctis milibus ſuis, facere iudicium contra omnes, & arguere oẽs impios, de operibus iniquitatis eorũ &c. Ecce patet quòd in iudicio arguentur impij, de impia operatione. Item de impia locutione. Vnde ſequitur. Et de omnibus quæ locuti ſunt. Item de impia cogitatione. Eccl. 17. Quid nequius quod excogitat caro & ſanguis, & ex hoc arguetur? Arguitur etiam peccatum opere quadrupliciter
C videlicet opere correctionis in mundo. Ad Heb. 12. & Prouer. 3. Fili mi, noli negligere diſciplinam Domini, neque fatigeris dum ab eo argueris. Certe non debes fatigari, quia ſignum eſt diuinæ dilectionis. Apocal. 3. Ego quos amo, arguo & caſtigo. Augu. Si exceptus es a paſſione flagellorum, exceptus es a numero filiorum. Itẽ opere paſſionis Chriſti in patibulo. Iob 2. Non eſt, vtique qui vtrumque valeat ar-

guere,& ponere manus in ambobus. ſicut olim conquereba tur Iob. ſed certe poſtea Chriſtus, in paſſione ſua ſatisfaciendo arguit vtrunque .ſ. pœnam & culpam, & manũ ambobus ſcilicet in patrem ſuum,& in hominem miſit, ambos reconciliando. Vel vtrunque arguit, ſcilicet diabolum & hominem: diabolum tanquam deceptorem: hominem. q. tranſgreſſorem: & manum in ambobus miſit, diabolum feriendo: hominem eripiendo. Item opere damnationis, vt in inferno. Item correctionis in purgatorio. De vtroque dicitur in Pſalmiſta. Domine ne in furore tuo arguas me, .ſ. in inferno: neque in ira tua corripias me, in purgatorio.

Dominica IIII. poſt Paſcha. Ser. II.

PRinceps mundi huius iudicatus eſt. Ioan. 16. Princeps amator mundi, diabolus eſt, ſub cuius principatu ſunt omnes iniqui. Qui quidem iam iudicatus eſt, & tamen quotidie operatur, vnde grauius iudicetur. Cum autẽ princeps debeat eſſe fidelis, pacificus, clemens, iuſtus: princeps tenebrarum, totum per contrarium habet. Fraudolentiſſimus eſt in promiſſione. Inquietiſſimus in tentatione, crudeliſſimus in perditione, iniuſtiſſimus in retributione. De primo Hierem. 6. Omnes iſti principes declinant, ambulantes fraudulenter &c. Principes iſti ſunt dœmones, qui vere fraudulenti ſunt: promittendo enim dignitates, voluptates, diuitias, longam vitam, finalem pœnitentiam, multos decipiunt. Grego. Diabolus modo aliorum facta grauiora, modo nil eſſe quod perpetratum eſt: modo miſericordem deũ loquitur, modo ſubſequens tempus ad pœnitentiam pollicetur: vt per hoc decepta mens abducatur ab intentione pœnitentiæ, & ſuſpendatur. Prouer. 12. Con ſilia impiorum fraudulenta &c. O quanta fraudulentia, cum maxime arrident homini, in proſperitatibus, vt fallãt laſciuijs, & vanitatibus, tunc maxime timendi ſunt. Cyprianus. Diabolus blanditur vt fallat, arridet vt noceat, allicit vt occidat. hoc ſignificatur 2. Reg. 20. in Ioab principe,

cipe,qui Amaſam oſculando interfecit. Oſculum diaboli falſa ſecuritas peccatoris. Libentius deberes à Chriſto caſtigari,quàm à diabolo oſculari. Prouerb. 27. Meliora ſunt
E vulnera diligentis,q̃ fraudulenta odientis oſcula. Econtrario Chriſtus,princeps fidelißimus eſt,qui cogitationes fraudis neſcit. Eſa. 32. Princeps vere ea,quæ digna ſunt prĩ
F cipi cogitabis. De ſecundo. Ad Ephe. 6. Induite bos armatura Dei,vt poſsitis ſtare aduerſus inſi. diaboli,quia non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem,& ſanguinem, ſed aduerſus princi pes,& poteſtates,&c. Bene indigemus, vt armemur virtutibus,quia principes iſti, ſemper nos armati impugnant,ſicut ſignificatum eſt. Ezec. 23. Dicitur, omnes principes principum,& nominati aſcenſores equorum inſtructi,veniunt ſuper te,inſtructi curru,& tota multitudo populorum,lorica,& clypeo,& galea, armabuntur contra te vndique. Principes principum, ſunt principes dæmonũ. Equi autem dæmonum,ſunt peruerſi,quos de vitio ad vitium nunc equitant,donec ſimul in infernum cadant. Exo. 15. Equum & aſcenſorem proiecit in mare. Currus aũt diaboli,eſt mala ſocietas,quæ voluntate,& operatione,& conſuetudine,& obſtinatione corrupta, quaſi quatuor rotis ſimul currit. Multitudo populorum,eſt multitudo impiorũ, per quos diabolus animas impugnat,qui armati ſunt lorica malę conſuetudinis,clypeo obdurationis,galea præſumptionis,qui præſumunt nimis de Dei miſericordia, vel finali pœnitentia. Econtrario Chriſtus eſt princeps pacificus Eſaiæ 9. Factus eſt principatus &c. vſque princeps pacis &c. De tertio. Prouer. 28. Leo rugiens,& vrſus eſuriẽs, princeps impius, ſuper populum pauperem. Peccatores vero,ſunt pauperes virtutibus,& bonis operibus. Ideo paucos habent amicos animæ. Prouerb. 19. Fratres hominis pauperis,oderunt eum:& inſuper amici procul receſſerunt
G ab eo. Prouer. 14. Etiam proximo ſuo pauper odioſus eſt. Nota ergo quid fratres, & amici, & proximus, ſpernentes ſemper pauperem virtutibus. Fratres ſunt ſancti, amici ſũt Angeli,proximus Chriſtus,talibus pauperibus, eſt diabolus ſicut leo rugiens,& vrſus eſuriens in morte. Gregor.

Magnis

Magnis cotidie fletibus cogitandum eſt, quàm ſeuerus, & terribilis, in die noſtri exitus princeps huius mundi veniat qui etiam ad Dominum in carne morientem venit. Econtrario Chriſtus, princeps clementiſsimus eſt. Apoca. 1. Princeps regum terræ, qui di. &c. De 4. Eccle. x. Eſt malum quod vidi ſub Sole, per errorem egrediens à facie principis, poſitum ſtultum in dignitate ſublimi, & diuites ſedere deorſum. Stulti enim ſunt peccatores, qui per principem malum, ſimonijs, vſuris, rapinis, & alijs iniuſtis modis, in honoribus, & rebus exaltantur, & diuites virtutibus humiliantur, ſicut Iob ſedens in ſterquilinio. Item princeps iſte, maxime ſeruientes ſibi, ad maxima tormenta rapit in futuro: quod licet iuſtum ſit ex parte hominis patientis: iniuſtum tamen eſt, ex parte diaboli agentis. Agit enim hoc, non iuſtitiæ, ſed inuidiæ zelo. Vnde grauiſsimum eſt ipſi ſeruire. Auguſtinus. Graue eſt offenſo ſeruire, qui nullo placatur obſequio. Econtra Chriſtus princeps iuſtiſsimus, qui ſibi ſeruientes, iuſte remunerat in futuro. 1. Pet. 5. Cum apparuerit princeps paſtorum, percipiatis immarceſsibilem gloriæ coronam. Nota de apparitione: quòd in ea Dauid ſatietatem, Ioan. ſimilitudinem, Paulus vitam, Petrus coronam immarceſcibilem promittunt. Ipſe erit nobis corona in æternitate, vita in charitate, ſimilitudo in cognitione, ſatietas in fruitione. H

Dominica IIII. poſt Paſcha.

Sermo III.

SPIRITVS veritatis, docebit vos omnem veritatem, Ioannis decimoſexto. Attende quis, quos, quid, doceat. Quis, non homo, non angelus, ſed Spirituſſanctus. Quos, non beſtias, non quoslibet in dignos, ſed vos Apoſtolos, vos humiles. Quid, non falſum, non vnam tantum, ſed omnem veritatem. Circa primum. nota, quòd pater nos I

docet. Ioannis ſexto. Erunt omnes docibiles Dei. Omnis qui audiuit a patre, & didicit, venit ad me. Si non vis diſcere a patre æterno, diſcas ſaltem a vili vermiculo: Prouerbio,6. Vade ad formicam o piger, & conſidera vias eius, & diſce ſa. &c. vſque congregat in meſſe cibum ſibi. Sic & nos bona opera,& bona merita, congregare deberemus, vnde æternaliter cibaremur. Item filius nos docet, Matthæi vigeſimoſexto. Cotidie apud vos eram in templo docens: non docet in ſtabulo, nec in cloaca diaboli .i. in corde ſordido, ſed in templo cordis deuoti, in quo adorationes, ac oblationes votorum, & deſideriorum bonorum ſiunt. Hieronymus. Bonum Chriſti templum, eſt anima credentis: illam exorna: illam veſti: in illa offer donaria, in illam Chriſtum ſuſcipe. Spiritus ſanctus docet nos,ſicut hic, dicitur, primæ Ioannis ſecundo. Vnctio eius vos docet in omnibus. Sed heu, vnctionem iſtam vanæ cogitationes, praua deſideria, ſeculares præoccupationes ſæpe impediunt. Eccleſiaſtici decimo. Muſcæ morientes, perdunt ſuauitatem vnguenti. Magna ſtultitia, pro muſca, dare
K columbam Spiritus ſancti. Circa ſecundum nota quòd dicitur docebit vos. Vos inquam tam habiles,vos vtique humiles,contra proſperitatem, vos mites contra aduerſitatē, vos ſpirituales contra ſenſualitatem. De primo. Iſaiæ trigeſimotertio. Vbi eſt doctor paruulorum .i. humilium. Matthæi vndecimo. Reuelaſti ea paruulis. Pſalmiſta. In-
L tellectum dat paruulis. De ſecundo. Pſalmiſta. Docebit mites vias ſuas. Spiritus ſanctus in columba apparuit, quæ eſt auis mitiſſima. Diſcipulos ergo eius, etiam columbinos & mites eſſe oportet, non contentioſos, non iracundos. Sed certe non ſufficit quòd ſis mitis ad tolerandum, niſi etiam ſis feruens ad operandum, mitis ſis contra iniuriam, feruens ad iuſtitiam. Gregorius. Spiritus ſanctus in igne demonſtrari debuit, & in columba: quia cor quod eius gratia tangitur, & maſuetudinis lenitate tranquillum,
M & zelus iuſtitiæ accenſum facit. De tertio. Eſaiæ vigeſimooctauo. Quem docebit ſcientiam, & quem intelligere facit auditum? ablactatos a lacte, auulſos ab vberibus.

Lac eſt carnalis delectatio. duo vbera, duplex concupiſcentia, ſcilicet exterior in ſenſu, & interior in affectu. De his lactantur peccatores. Thren. quarto. Lamiæ nudauerunt mammam: lactauerunt catulos ſuos. Lamia eſt ſenſualitas. Et dicitur lamia quaſi lania: dicitur enim laniare proprios catulos, ſic ſenſualitas carnalis. Vel catuli qui lactantur ab vbere exteriori, ſunt quinq; ſenſus, qui autem de interiori, ſunt deſideria praua. Circa tertium nota quòd docet triplicem veritatem, videlicet doctrinæ. Pſalmiſta. Qui corripit gentes &c. Docet te, vt a te doceatur proximus. Danielis duodecimo. Qui autem docti fuerint &c. Sicut autem qui ad iuſtitiam erudiunt alios, erunt quaſi ſtellæ lucentes in cœlo: ſic qui ad iniuſtitiā erudiunt alios. q. faculæ ardentes in inferno. Apocalyp. 8. Cecidit de cœlo ſtella magna, ardens tanquàm facula. hic eſt malus hæreticus, vel malus conſiliarius. Item docet veritatem vitæ. Sapien. 8. Sobrietatem enim .i. prudentiam docet, & iuſtitiam, & veritatem, quibus nihil vtilius eſt in vita hominibus. Sobrietatem pro temperantia, virtutem pro fortitudine ponit. Hæ ſunt virtutes cardinales, de quibus Iſido. Prudentia eſt bona virtus, qua bona a malis diſcernuntur. Fortitudo ea, qua aduerſa æquanimiter tolerantur. Temperantia eſt, qua libido concupiſcentiaque refrenatur. Iuſtitia eſt, qua recto iudicio, ſua cuiq; diſtribuuntur. Item docet veritatem iuſtitiæ. Ioelis 2. Lætamini in domino, quia dedit nobis doctorem iuſtitiæ. Spiritus malignus docet calumnias & iniquitates, quæ in iudicijs fiunt, non ſolum factis, ſed etiam verbis. Iob vigeſimoquinto. Docuit iniquitas os tuum &c. ſed ſpiritus ſanctus docet iuſtitias. tertij Reg. 3. Dabis ſeruo tuo cor docile, vt poſſit iudicare, & diſcernere inter bonum & malum. Item de doctrina huius triplicis veritatis. In Pſalmiſta. Bonitaem, & diſciplinam, & ſcientiam doce me. Scientiam doctrinæ, bonitatem vitæ, diſciplinam iuſtitiæ.

DOMINICA QVINTA poſt Paſcha.

SERMO PRIMVS:

A Petite, & accipietis, vt gaudium veſtrũ plenum ſit, Ioan 16. Si plenitudinem gaudij cœleſtis ſentiremus, ſtudioſiſſime eã peteremus. Nam ſi per petitionem plenum gaudium in cœlo, quis non obtinebit: ſine petitione plenum ſupplicium in inferno ſuſtinebit. Conſidera ergo quadruplicem plenitudinem. Plena enim miſericordia in mundo, plena iuſtitia in iudicio, plena lætitia in cœlo, plena miſeria in inferno. De primo. Pſalmiſt. Miſericordia Domini plena eſt terra. Miſericordia maxima nobis miſeris in mundo, remiſſio eſt peccatorum, de qua Pſalmiſta. Miſerere mei Deus. &c. Hac miſericordia tam plena eſt terra, vt etiã nulli quantumcunque pleno peccatis denegetur, ſicut patet in illo debitore x. millium talentorum. Matt. 18. Miſertus Dominus ſerui illius, dimiſit eum, & debitum di. ei. Aug. Nullus de miſericordia Dei deſperet. Maior eſt eius miſericordia, quàm noſtra miſeria. Tardius ſiquidem videtur ei veniam dare, quàm peccatori accipere. Hic dic quomodo in beneficijs naturalibus, & temporalibus, & ſacramentalibus, & ſpiritualibus, & quomodo non ſolum iuſtificando cõuerſos, ſed etiam in tolerando peruerſos, miſericordia Domini plena eſt terra: plurimos enim tolerauit, & adhuc tolerat in mundo, qui potius iam deberent ardere in inferno: ſi non miſericordia Domini plena eſſet terra, nonne, & maligni ſpiritus paſſim homines iugularent? ſicut olim ſeptẽ viros Sarræ: ſi non miſericordia Domini plena eſſet terra. Thren. 3. Miſericordiæ Domini, quia non ſumus conſumpti.
B De ſecundo. Pſal. Iuſtitia plena eſt dexeera tua. Iuſtitia vtique non ſolum impios damnare habet, ſed etiã

pios

pios coronare: ſecundi Timo.4. Repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ &c. vſque iuſtus iudex. Quis coronabit iuſtos? nunquid Abraam, vel Petrus, aut Ioannes? Non certe. Nunquid ergo Gabriel, aut Michael? Non certe. Nunquid regina cœli? Non vtique: immo iuſtus iudex manu ſua. Sapien.5. Accipient regnum decoris, & diadema ſpeciei de manu Domini &c. Vnde bene Apocalypſis 19. dicitur de illo, qui vocabatur fidelis, & verax, & cum iuſtitia iudicat, & pugnat, quòd habebat diademata multa in capite, & gladium ex vtraque parte acutum in ore, &c. Require feria 3. poſt Pentec. in expoſitione infra in ſermone. Oues illum.

De tertio dicitur hic, vt gaudium veſtrum ſit plenum. C Hanc plenitudinem neque oculus vidit, neque auris audiuit, neque in cor hominis aſcendit. Quam plenitudinem propheta cognoſcẽs ait. Replebimur in bonis domus tuę. O quàm gaudium eſſet mendico, ſi daretur ei domus plena omnibus bonis, quæ optare vellet? Et vere ſic in cœlo. Vnde intrantibus terram promiſsionis dicitur, Neemiæ nono. Poſſederunt domos, plenas omnibus bonis. Domos intellige illas, de quibus Ioannis decimoquarto. In domo patris mei, man. mul. ſunt. Nota quòd dicitur cunctis bonis. i. bonis totius trinitatis, maxime bonis Angelorum, bonis Prophetarum, & Apoſtolorum, bonis Martyrum, Confeſſorum, bonis Virginum, pleni erimus. Matthæi 24. Super omnia bona conſtituet eum, tunc ergo erit plenum gaudiũ. Anſelmus. Pleno corde, plena mente, plena anima, pleno toto homine illo gaudio? adhuc ſupereſt gaudium?

De quarto. Ezech. vigeſimotertio. Tollent omnes labores tuos, & dimittent te nudam, & ignominia plen., &c. D & infra. Dolore repleberis calice mœroris, & triſtitiæ, calice ſororis tuæ Samariæ. Vnde dicitur. Tollent. o. l. t. i. bona tuo labore congregata. Res enim tollent hæredes: corpus vermes, animam dæmones. Sola enim peccata animæ remanebunt. Nudus quoque dimittetur homo, peccatorum tegumento tegetur quod eſt ignominia, & confuſio: bene ergo erit ignominia, & confuſione plena. Væh, væh animæ damnandæ de calice, ignominiæ de quolibet in

inferno. Pſalmiſta. Ignis ſulphur &c. Duæ autem ſorores, ſunt anima & caro, quæ ſimul in vtero vnius matris fuerunt, vnde vna ſoror ſcilicet anima damnata, bibet calicem mœroris, vſque in diem iudicij: alia ſoror ſcilicet caro, poſt reſurrectionem incipit bibere de horribili calice, cum ſorore. Tunc infelices ſorores anima & caro, bibent generaliter in pœna, quod ſimul exhauſerant; ſeu commiſerant in culpa.

Dominica V. poſt Paſcha. Ser. II.

E IPſe enim pater amat vos &c. Ioan. 16. Si hoc dixiſſet nobis Propheta, vel Angelus, vel mater Chriſti, magna conſolatio eſſet: Sed ecce filius exiens de corde patris. Pſalmiſta. Eructauit cor meum verbum bonum, filius inquam, totum cor patris ſciens, ait: Ipſe pater amat vos. Hunc patrem, ſicut ipſe filius teſtatus eſt; habemus propiciatorem in mundo; ſuſceptorem in extremo, glorificatorem in cœlo, amatorem ab æterno. De primo Matthæi ſexto. Si dimiſeritis hominibus peccata. e. dimittet vobis &c. Vt autem pater iſte dimittat nobis; filius patrem pro nobis interpellat. 1. Ioannis 2. Aduocatum in cœlo habemus apud patrem. Gregorius. Non in fletibus; non in actibus noſtris confidamus; ſed in aduocati noſtri allegatione. Quid mirum ſi patrem exoret pro nobis in cœlo, qui pro crucifixoribus orauit in patibulo. Luc. 23. Pater dimitte illis, quia neſciunt quid faciunt. De hoc verbo ait Augu-
F ſtinus. Quem petit? pro quibus? quis? vbi? Petit patrem filius, pro impijs, crucifixus inter ipſas iniurias mortis illatæ, pendens in cruce. In his tibi datur exemplum, quàm integre, quàm magna voluntate, quàm cito debeas indulgere peccantibus in te. Integre quia amicos tuos volentes te vindicare, oportet te rogare vt dimittant, ſicut Chriſtus rogauit patrem. Magna voluntate, quia in mortis illatione. Cito, quia in eodem loco, vbi mortem patris, vel aliam iniuriam accipis. De 2. Luc. 23. Pater in manus t. c. ſ. meum.

Hoc

Hoc non ſolum in morte, ſed omni die orare debes. Securiſſimæ ſunt animæ, quæ hac manu ſuſcipiuntur in morte. Ioa. 10. Nemo poteſt rapere de manu patris mei. Sed attende ꝙ debent eſſe lucidi per gratiam, qui manu Dei ſuſcipiendi ſunt ad gloriam. Vnde bene. Apoca. 2. ſeptem ſtellas in manu habuit, quem beatus Ioannes in medio candelabrorum aureorum vidit. Quicunque enim ſunt tanquàm candelabra lucentia per iuſtitiam in mundo: eorum animæ erunt tanquàm ſtellæ clariſſimæ in manu Dei in cœlo. Sap. 3. Iuſtorum animæ; in manu Dei ſunt. Quare autem ſeptem ſtellæ dicuntur; require ſupra in ſermone, Stetit Ieſus. Econtrario ſeptem alia, per ſeptem vitia capitalia peruerſorum. Iſa. 19. Tradam ægyptum in manu dominorum crudelium. De tertio. Mat. 20. Sedere autem ad dexteram vel ad ſiniſtram, non eſt meum &c. Sedent ad dexteram in contemplatione diuinitatis: ad ſiniſtram vero in contemplatione humanitatis Chriſti. Et quia vna ſine alia nō eſt, ideo bene dicitur. Neſcitis quid petatis, cum per potum calicis i. tolerantiam paſſionum, & aduerſitatum, ad hanc ſeſſionem veniatur. Et ideo dicit. Poteſtis bibere calicem &c. 2. Cor. 4. Illud enim quod in præſenti eſt momentaneum, & leue tribulationis, &c. Leue ergo erit fratres quicquid in aduerſis & pœnitentijs ſuſtinemus; ſi gloriam iſtius ſeſſionis attendimus. Bernard. Non ſunt condignæ paſſiones huius temporis; ad præteritam culpam quæ remittitur, ad præſentem gratiam quæ immittitur, ad futuram gloriam quæ promittitur. De 4. Dicitur hic; ipſe enim pater amat vos. Quare? quia vos me amaſtis. Vnde Prouer. 8. Ego diligētes me diligo, hæc dilectio Dei patris, optime perpendi poteſt, per hanc parabolam. Quidam pater habuit duos filios, Vnum innocentem, alium inſolentem: Iſte inſolens pro furto ducebatur ad patibulum. Pater illius tradidit bonum filium ſuſpendio pro malo: qui ſtans ſub patibulo, in quo frater ſuus pro ipſo ſuſpendebatur, iterum furabatur. Nota ad patibulum. Nota iſte pater, Deus pater, duo filij ſunt, Chriſtus & homo. Sed homo pro ſcelere ſuo ducebatur ad patibulum inferni. Vnde Deus pater amans ineffabiliter G

homi-

hominem,miſertus, Chriſtum pro homine tradidit in patibulo crucis. Io tertio. Sic Deus dilexit mundum, vt vnigenitum daret &c. Auguſtinus. Suſpendendus erat, debitū eſt ſolutum pro eo, liberatus dicitur ſuſpendio. Et quia alte pendebat in cruce,alte leuatur corpus eius in miſſa, vbi quaſi patibulum repręſentant brachia Sacerdotis ipſum leuantia. Et tu peccator,ibi ſtans cum odio, & vſura,& alijs vitijs, quæ non relinquis, iterum furaris animā tuam, & fidem, & amorem, quibus teneris Deo. Et ideo in patibulo gehennæ ſuſpenderis. talis frater merito diligendus eſt nobis,vt nos pater diligat. Ioannis 14. Qui autem diligit me,diligetur à patre meo.

Dominica V: poſt Paſcha. Ser. IIIi

I NVnc ſcimus,quia ſcis omnia.Ioan. 16. Diſcipuli Dño loquuntur hic,de duplici ſcientia. Videlicet, humana: dum dicunt: Nunc ſcimus. Et diuina; cum addunt, Quia ſcis omnia. Conſidera ergo quinque, quæ homo de Deo: & quinque,quæ Deus de homine ſcit. Scit homo,vel ſcire debet,Dei poteſtatem, Dei veritatem,Dei bonitatem,Dei voluntatem,Dei ſeueritatem. De primo. Sapien.x. Certamen forte dedit illi,vt vinceret,& ſciret quoniam potentior eſt ſapientia.ſ.Chriſtus,omnium vtique cœleſtium,terreſtrium,& infernorum. Vere potentior. Omnes enim potentes non poſſent creare vnum vermiculum, vel oculum. Scitote ergo, quòd maxima eſt illa poteſtas, qua omnia bona condidit. Pſalm. Scitote quoniam Dominus ipſe eſt Deus, & qua infinita mala deſtruuntur. Matt.9. & Mar.2. Vt autem ſciatis,quòd filius hominis habet poteſtatem &c. De ſecundo. Mat.22. Magiſter,ſcimus, quia verax es &c. immo veritas eſt &c. Io.14. Ego ſum via,veritas, & vita. Hæc veritas,omnia nouit. Vnde hic dicitur: Nunc ſcimus,quia ſcis omnia. Nulla ergo bona,nulla mala, veritatem,vel ſcientiam Dei latere,vel fallere poſſunt. Eccleſi.

K (margin letter beside "ſtatem &c.")

L 24. Omnia videt oculus illius &c. De tertio. Ionæ.6. Scio

quia tu Deus clemens,& miſericors,patiens & multę miſe ricordiæ,& ignoſcens ſuper malitiam. Scire autem poſſumus bonitatem Dei,non ſolum ex propitiatione peccatorũ ſed etiam ex redemptione cunctorum vitiorum,primæ Co rin.8.Scitis gratiam Domini N I. C. quoniam propter nos egenus factus eſt &c.Item ex remuneratione electorum. 2. Timo.1.Scio cui credidi &c. De quarto.Sap.9.Mitte illam de cęlis ſanctis tuis,& à ſede magnitudinis tuę, vt mecũ ſit, & mecum laboret:vt ſciam quid acceptum ſit coram te. Sciam credenda,ſciam decem mandata,ſciam tuã in alijs voluntatem.Io.13.Si hęc ſcitis,beati eritis ſi feceritis ea. Sed vęh ſcienti,& non facienti. Ait n.Io.Chry.Non poteſt eſſe ijs excuſatio damnationis,ignorantia virtutis,quib.fuit inueniendi facultas,ſi fuiſſet quærendi voluntas. Væh etiã ſcienti,& non facienti.Luc.12.Seruus ſciens voluntatẽ Do mini &c. De quinto.Ezec.21.Sciat omnis caro, quia ego Dominus eduxi gladium meum de vagina ſua irreuocabilem.Gladius eſt ſententia dãnationis,qui de vagina miſeri cordiæ educitur,cum vlterius peccatori non parcitur. Iob 9.Verebar omnia opera mea,ſciens quòd non parceres delinquenti.Vides ergo nunc homo,quæ ſcienda ſunt tibi.Sed Bernardus ait. Multa ſcienda,non ſciuntur,aut ſciendi incuria,aut diſcendi deſidia,aut verecundia inquirendi. Et quidem huiuſmodi ignorantia,non habet excuſationem. M N O

Circa ſecundum attende,quòd Deus ſcit aduerſa,quæ ſuſti nemus:neceſſaria quibus indigemus:merita quæ habemus: tempora quæ timemus:ſtipendia quæ recipiemus. De primo Apoc.2.Scio tribulationem tuam,& paupertatem tuã. Sed diues &c.In omnibus quæ pateris manifeſte, & occulte,ſcit Dominus quantũ,quare,quo patiaris.Scit.n.an dura an ſuauia,an iuſte,an iniuſte,an impatiẽter,an patienter pa teris.Vnde Eleazarus ait.2.Mach.6 Domine qui ſanctã habes ſcientiam &c. De ſecundo.Matt.6.Scit.n. pater veſter, quia his omnibus indigetis.Scit vtiq.non ſolum,quæ corpo ri,ſed etiam quæ animæ ſunt neceſſaria.Scit quis fide, quis pœnitentia,quis patientia,quis charitate,& huiuſmodi indigeat. Sapien.9. Scit.n.omnia illa, & intelligit. De tertio. P

cuſare, qui non habet veniam : te accuſa, & accipis indulgentiam. Item vera, in confeſſione non mentiaris, nec de peccatis, nec de peccatorum circunſtantijs requiſitus a confeſſore, deneges veritatem. Valde enim ineruditus eſt, qui in confeſſione mentitur. Eccle. 4. De mendacio ineruditionis tuæ confundere. Non confundaris confiteri peccata tua. Eruditus vtique homo, magis de mendacio, quàm de veritate deberet confundi. Siue ergo propter verecundiam peccatum negando vel attenuando, ſiue propter humilitatem culpam fingendo, vel falſe aggrauando mentiaris, inerudita & inutilis eſt tua confeſſio. Noli ergo confiteri ſicut Caym, qui dum fratricidium humiliter debuit confiteri requirenti domino : Vbi eſt Abel frater tuus: reſpondit, Neſcio, nunquid cuſtos fratris mei ſum ego? Gen. 4. Item pura, vt in confeſſione tua intẽdas dimittere & emendare peccata tua, & facere de cœtero quod Deo placet. Vnde 1. Eſdrę. 10. Vos tranſgreſſi eſtis &c. Et nunc date confeſſionem domino Deo patrum veſtrorum, & facite placitum eius. L
Si ergo ante Paſcha confiteris, quod tamen poſt intendis facere ſicut ante; vel ſi infirmitate flagellatus a domino, non intendis ſi euaſeris, Dei placitum facere, ſed tuum: tunc tua confeſſio impura eſt. Noli ergo confiteri ſicut Pharao. Exod. 9. Qui flagellatus, dicit peccaui : & nunc dominus iuſtus: ego autem & populus meus impij, hac tamen confeſſione, Deo obedire non intendebat. Item integra, vt effundas in confeſsione quicquid culparum habes in corde. Pſalm. Confitebor tibi domine in toto corde meo. quod nõ ſolum de confeſsione laudis, ſed etiam peccatorum accipi poteſt. Si ergo nullam quantumcunque verecundam culpam in corde retinueris, tunc in toto corde confiteris. Thren. 2. Effunde ſicut aquam cor tuum. Non dicit effunde ſicut oleum, vel ſicut ſanguinem, vel ſicut lac, vel ſicut vinum. In his enim aliquid remanet de ſubſtantia, vel de colore, vel de ſapore, vel de odore dum effunduntur. Effunde integraliter ſicut aquam. Integritas etiam confeſſionis, in hoc attenditur, quòd non diuidatur. Vnde Aug. Quidam vni celant, quod alij manifeſtandum conſeruant,

quod

quod eſt ſe laudare,& ad hypocriſim tendere. Noli ergo confiteri ſicut Achor. Ioſue.7. Vere ego peccaui Domino Deo Iſrael &c. Confeſſus quidem fuit furtum,ſed quòd propter hoc occiſi erant.36.homines tacuit. Item nuda. Prou. 28. Qui abſcondit ſcelera ſua,non dirigetur,qui autem confeſſus fuerit,& reliquerit ea, miſericordiam conſequetur. Non debet ergo abſcondere peccata,neq. excuſare: ſed nude confiteri,& factum,& circunſtantias aggrauantes, tamẽ abſque turpibus verbis,& indecentibus. Vnde Auguſt. Os tuum,oſtium aperiatur,& claudatur. Aperiatur ad peccati accuſationem nudam: claudatur ad peccati excuſationem. Noli ergo facere pallium peccatis tuis. Noli confiteri ſicut Saul.1.Reg.15.Incuſatus.n.à Samuele de trauſgreſsione mãdati Domini,quod præcepaum fuit non parcere Amalechitis,& peccatoribus,quando debuit auaritiam,vel inobediẽtiam ſuam confiteri,culpam palliauit dicens: Pepercit populus melioribus ouibus,& armentis, vt immolarent Dño Deo tuo. Item pia,vt cum ſpe veniæ confitearis. Confeſſio.n.multis remiſsionem obtinuit peccatorum. Vnde.1. Io, 1. Si confiteamur peccata noſtra,fidelis,& iuſtus eſt, vt re. no.pe.ri. Noli miſer confiteri ſicut Iudas,qui ſicut dicitur, Matt.27. Pœnitentia ductus,retulit triginta argenteos principibus ſacerdotum,dicens- Peccaui tradens ſanguinem iuſtum. Vere fuit hæc confeſsio, ſed impia propter deſperationem: propter quam & laqueo ſe ſuſpendit.

In Rogationibus. Sermo II:

PEtite,& dabitur vobis. Luc.11. O quàm magna promiſſio,magna hic fiducia orandi. Sed circa petitiones orationum noſtrarum,attendere debemus noſtram neceſsitatem: petitionis dignitatem: diuinam largitatem. Circa primum notandum eſt,ꝙ homines orare neſciunt, quia proprias neceſsitates ignorant. Conſideranda eſt triplex neceſsitas. Prima eſt hoſtis ſeueriſſima impugnatio. Hæc figurata eſt in Holoferne obſidente filios Iſrael, ſicut dicitur Iudith

Iudith 6. Per totam noctem intrans eccleſiam orauit, petens auxilium à Domino Iſrael. Sicut obſeſsi ergo à Tartaris, vel à ferociſsimis inimicis: ſic inſtantiſsime oremus, quia obſeſsi ſumus à dæmonibus, in vili caſtello corporis. Secunda eſt hominis viliſsima defectio, & paupertas, quia neque hoſpitium habet homo niſi petat. Pſal. Vnam petij à Domino, hanc requiram, vt inhabitem in domo Domini. Item neque panem vitæ, & gratiæ, habet homo, niſi petat. Pſal. Vitam petijt à te. Luc. xi. Quis ex vobis patrem petijt panem &c. Item neque alias neceſsitates animæ habet, niſi petat non ſolum à Deo, ſed etiam hominibus ingredientibus templum gloriæ cœleſtis. i. à ſanctis: ſicut ſignificatum eſt in claudo illo, de quo Actuum 3. qnem ponebant quotidie ad portam templi, quæ dicitur ſpecioſa, vt peteret eleemoſynam ab introeuntibus templum &c. Sicut ergo, qui mendicant ante fores eccleſiarum, omnem dolorem, & deformitatem, quam habent in corpore oſtendunt: ſic & tu domino, & Angelis ſuis, infirmitatem animæ tuæ oſtendas in oratione, oſtendas in confeſsione. Tertia eſt iudicis grauiſsima oſtenſio. Vnde ſicut aliquis ſoſpendendus, ſtans coram iudice inſtantiſſime peteret vitam corporis: ita tu cũ maxima inſtantia, vitam animæ petere debes. Pſal. Vitam petijt à te. Vitam vtique ſpiritualem, & æternalem. Sed attende quid Gregor. ait. Aeternam vitam ſi ore petimus, nec corde deſideramus, clamantes taceamus. Circa ſecundum nota, petitionis congruitas eſt in tribus: videlicet, vt congruus, congrua, congrue: dignus, digna, digne petat. V
Primo ergo dignus debet eſſe petens. 1. Io. 3. Chariſsimi ſi cor noſtrum non reprehendit nos, fiduciam habemus ad Deum, vt quæcunque petimus, accipiemus à Deo. Vnde quem reprehendit corde omiſsis bonis, vel commiſsis vitijs, quæ non vult relinquere, non eſt dignus exaudiri. Pſal. Iniquitatem ſi aſpexi &c. Greg. Cũ is, qui diſplicet, ad intercedendum, mittitur petere animus irati ad duriora prouocatur, & maxime qui eſt in odio. Ecc. 28. Ipſe dũ caro ſit, ſeruat irã, & à Deo petit ꝓpitiationẽ. Secũdo digna, & cõgrua debet petere, primæ Ioann. 5. Quæcunque petierimus ſe-

In Rogationibus. Sermo III.

PEtite,& dabitur vobis. Luc.11. Quid dabitur? Reſpō det Propheta. Gratiam,& gloriam dabit Dominus. Dabit inquam certiſsime, copioſiſsime, prudentiſsime, frequentiſsime. Dabit indubitanter,& abundanter,prudenter,inceſſanter. De primo dicitur Io.16.Si quid petieritis patrem in nomine meo,dabit vobis,& hic dicitur, petite, & dabitur vobis. Ecce quis poteſt dubitare, quin detur,quod veritas dandum promiſit. Quis ergo non peteret? Io.Chryſo. Petentis negligentia reprehenditur,ſi de dantis miſericordia non dubitatur. maxime cum non ſolum promiſit dare,ſed etiam iurauit, Luc.1.Iurauit ad Abraam patrem noſtrum,daturum ſe nobis. Si tamen hoc non datur, quod petis,non tepeſcas. Bern.ait. Nemo paruipendat orationē ſuam. Dico enim vobis.antequam exeat de ore veſtro, ille conſcribi facit in libro ſuo. & vnum ex duobus indubitanter ſperare debemus: quia aut dabit, quod petimus, aut quod nobis ſcit eſſe vtilius. De ſecundo.Iac.1.Si quis indiget ſapientia,poſtulet à Deo: qui dat omnibus affluenter,& non improperat,& dabitur ei. Econtrario vero diabolus modica dat,& multa imperat. Exigua dabit,& multa imperabit. Eccl.xx. Exigua dabit in delectatione, & multa imperabit in exactione pœnæ. Greg. Momentaneum eſt,qđ delectat,æternum quod cruciat. Bene autem dicit affluenter: plus enim ſæpe dat,quàm petere præſumamus. Ad Ephe.tertio. Potens eſt omnia facere ſuperabundanter,quàm petimus,aut intelligimus. Hoc patet in petitione filij prodigi.Luc.xv. Maiora enim & plura accepit, quàm petiuit. Et certe,quàm ſuperabundans, & affluens dator ſit Deus, patet his verſibus. Plus dare,quàm tollat,rogitetur, polliceatur: Iob,Salomone,Deus virga florente probatur. De Iob patet,Iob.42.Dominus conuerſus eſt ad pœnitentiam Iob,cum oraret Ille pro amicis ſuis,& addidit Dominus omnia,quæcunque fuerant Iob duplicia. Require in præceden B

ti ſermone. De Salomone tertij Regum tertio. De Aaron virga, Numeri decimoſeptimo. vbi legitur, quòd tantum promiſit Dominus germinare: ſed poſtea, & germinaſſe, & floruiſſe, & fructificaſſe inuenta eſt. Ecce quàm liberaliſſimus dator eſt Dominus. Vide ergo apertius, ſi Dominus daret tibi omnia creata, quæ in cœlo, & in terra ſunt, tunc videretur vtique liberaliſſimus tibi: & certe plus dedit cum ſeipſum dedit. Auguſt. Nolumus omnia, quæ dedit, ſi non dat ſeipſum, qui omnia dedit. De tertio. Matth 25. Vni
C dedit quinque talenta: alij duo: alij vnum. Vnicuique, ſecundum propriam virtutem, quàm ſapienter dat Dominus, apparet ex hoc, quia ad lucra meritorum augenda, dat bona ſua. Vnde & ille ſeruus, qui talentum Domini ſibi à Deo collatum, ſine lucro tenuit, damnatus fuit Vel ex hoc, quia dat vnicuique, ſecundum propriam virtutem. Scit.n. cui dandum: cui non dandum: cui plus, cui minus dandũ. Si enim illi daret quinque, cui dat vnum, & ſic negligeret quinque ſicut vnum, maior eſſet eius damnatio. Nota er-
D go hic quinque datu Dei, quibus homo quaſi quinque talentis, lucra ſpiritualia cumulare debet. Primum eſt datum naturæ. Eſai.42. Hęc dicit Dominus Deus creans cœlos, & extendens eos, firmans terram, & quæ germinant ex ea: dans flatum populo, qui eſt ſuper eam, & ſpiritum calcantibus eam. Dat vtique Dominus flatum, & omnia bona naturalia corporis, & animæ. Secundum eſt datum fortunæ.ſ.temporalia. Iob.1. Dominus dedit, Dominus abſtulit. Tertium eſt datum potentiæ mundanæ, & eccleſiaſticæ. Sapient.6. Data eſt poteſtas à Domino nobis &c. Quartum eſt datum ſcientiæ. Pſal. Intellectum tibi dabo &c. Quintum eſt datum gratiæ. Iacob. 4. Humilibus autem dat gratiam. De quarto. Eccl.17. Numerum dierum, & tem-
E pus dedit illi. Quis tibi dat diem, quo hodie viuis: vel omnes dies quib. adhuc viues, vel vixiſti, niſi ſolus Deus? Quot ergo dies, aut horas vixeris, tot data Dei recipis. Quid ergo dicam de bonis, quæ per omnes dies, & horas vitæ tuę tibi dantur? De bonis inquam naturalibus, quæ & in anima, & in corpore, & in omnibus membris tibi dantur: & de tẽpora-

poralibus,& ſpiritualibus,& de ſacramentalibus. Quotidie enim corpus ſuum dat pro te offerendo.Io.6.Domine ſemper da nobis panem hunc.O dator æternæ Deus,quãta putatis dabit in cælo,qui tanta dat in mundo?Aug. Qui peccatori mortem donauit filij ſui,quid ſeruat ſaluato,per mortem filij ſui?Dominus ergo non ceſſat dare,ſi tu nõ ceſſes petere: ſicut dicitur hic,Petite,& dabitur vobis. Item ſi non ceſſas habere,ſ.bona merita.Mat.25.Oĩ haben.dab.&c.

In Rogationibus. Sermo IIII:

COnfitemini alterutrum peccata veſtra.Iaco.5.Chariſſime,vt eo libentius confitearis tuas iniquitates, penſare debes confeſſionis vtilitates. Attende ergo, ꝙ per confeſſionem, à malo liberamur: in bonum adiuuamur:in cęlo glorificamur.Per confeſſionem liberamur à malo ſpirituali,à malo temporali:à malo ęternali.Liberamur inquam à malo culpæ,miſeriæ,gehennæ.De 1.Io.1. Si confiteamur peccata noſtra,fidelis,& iuſtus eſt,vt remittat nobis peccata noſtra,& emundet nos ab oĩ iniquitate. O quã ſtultus eſſet leprofus,qui ſe proprijs verbis curare poſſet,& non faceret.Et certe peccator leproſus eſt,coram Deo, & angelis,qui propria confeſſione curatur: & qñq. deſiderio confitendi.Luc.16.Ite oſtendite vos ſacerdotibus.& factum eſt dum irent mundati ſunt.De 2.Leui.26. Propter peccata patrum ſuorum,& ſua,affligentur, donec confiteantur iniquitates ſuas &c.Vnde afflictis ꝑ infirmitates,& alias quaſcunq; aduerſitates,ſemper conſulendum eſt in princip. vt confiteantur ſyncere peccata ſua. Sępe.n.propter peccata affliguntur.Confeſſio autem non ſolum contra infirmitates corporis,ſed etiam animæ valet.Vc3, contra tentationes, deſperationes,varias animæ triſtitias Pſ. Quare triſtis es anima mea,& quare cont.&c.vſq: confitebor illi. De 3.Pſ. Ne tradas beſtijs animas confitentes tibi.Debent ergo confiteri ſalubriter,qui nolunt tradi beſtijs infernalib.ſ.dæmonibus æternaliter.Confiteantur ſyncere, qui pœnam æternam,& quandoq; temporalem,volunt euadere. Auguſt.Pcã

tua ſiue magna, ſiue parua ſint, impunita eſſe non poſſunt; quia vel homine pœnitente, vel Deo vindicante plectũtur.

Ceſſat autem diuina vindicta, ſi confeſsio præcurrat humana. G Circa ſecundum nota, Per confeſsionem adiuuamur in bono: adiuuamur vtique in tentatione ad triũphãdum: in oratione ad impetrandum. in operatione ad fructificandum. De primo. Pſal. Ex voluntate mea, confitebor illi, & in medio ſequetur Dominus, fortitudo plebis ſuæ. Ac ſi aperte dicat: Ex voluntaria confeſsione recipitur. Vnde bene legitur, quòd Iudas Machabæus, & Iudith, victorioſi. Iudas confitens interpretatur. Confeſsione enim vincimus diabolum. Auguſt. Neque facilius ab inimico deuincimur, quàm cum ſuperbiendo ipſum imitamur. Neque vehemẽtius eum proſternimus, quàm quum humilitate Deum cõſequimur. Neque ei dolores acriores infligimus, q̃ quum plagas peccatorum noſtrorum confitendo, & pœnitendo ſanamus. De ſecundo. Dan. 9. Cumque adhuc loquerer, & orarem, & confiterer peccata mea: ecce vir Gabriel &c. Vbi oſtenditur, quòd per Angelum in oratione conſolatur, qui peccata confitetur. Greg. Qui promereri vult bonum, quod expetit, debet malum confiteri quod fecit. De tertio. Oſeæ. x. Arabit Iudas: confringet ſibi ſulcos Iacob. Seminate vobis in iuſtitia, & metite in ore miſericordiæ. Iudas interpretatur confitens. Arare ergo eſt confeſsionis, cõfringere contritionis: ſeminare ſatisfactionis, & metere operationis. Si ergo fructum vitæ æternæ multiplicare vis ſemine boni operis, oportet quòd terra cordis in principio aperiatur vomere confeſsionis. Aug. Initium operum bonorum, eſt confeſsio malorum operum. H Circa tertium, conſidera quomodo per confeſsionem glorificamur. Per confeſsionem enim inuenimus faciem Chriſti placatam, portam cœli reſeratam, coronam regni magnificatam. De primo. Pſal. Præoccupemus faciem eius in confeſsione. i. in cõſpectu futuri iudicis. Bene dicit, præoccupemus faciem eius. Glo. Ne inimicus accuſando præueniat nos, & ne id tunc ſit diſcutiendum. Io. Chry. Habes accuſatorem acerbiſsimum, propera ſponte confitendo delicta. De ſecundo. Pſalm. Introite

troite portas eius, in confeſ. Portam cœli apertam inuenies ad introeundum in euolatione: ſi porta cordis tui os tuũ nunc plene apertum fuit in confeſsione. Aug. Oſtium aperiatur, & claudatur. Aperiatur ad confeſsionem peccati: claudatur ad excuſationem peccati. Per confeſsionem ergo peccati, introibimus ad portam cœli. De tertio. Pſalm. Confeſsio, & pulchritudo &c. Gloſſa. In confitendo fit homo pulcher. Bern. Vbi confeſsio, ibi & pulchritudo, ibi decor. Peccata in confeſsione lauantur: bona opera in confeſsione mundantur. Notentur tria, quæ hic in confeſsione innuuntur: videlicet, pulchritudo, ſanctimonia, & magnificentia. Per confeſsionem enim conſequimur pulchritudinem animæ, ſanctimoniam vitæ, magnificentiã gloriæ.

In Rogationibus. Sermo V.

QVærite, & inuenietis. Luc. xi. Quid quæremus? Reſpondet Propheta. Quærite Dominum, & confirmamini. & Matt. 6. Primum quærite regnum Dei. Deum ergo. & regnum ſuum quærere, bene viuendo debemus. Alliciunt autem nos ad quærendum, temporis opportunitas, loci amœnitas, quærendæ rei præcioſitas, inueniẽdi ſecuritas. De primo. Eſaia. 55. Querite Dominum dum inueniri poteſt. Quis enim in hyeme, florem: in nocte, Solem: in tenebris, faciem in ſpeculo quæreret? Hyems autem & nox, tenebræ erunt peccatoribus in morte, poſt hãc vitam etiam hyems, & nox, ſunt in corde gelido, & tenebroſo peccatoris. In die ergo, & æſtate huius vitæ, vel bonæ vitæ, quæramus Solem iuſtitiæ, flores virtutum. Cant. 2. Iam hyems. i. refrigeratio tranſijt. i. congelatio infidelitatis. Imber abijt, & receſsit. i. perſecutio: flores apparuerunt in terra noſtra: flores inquam virtutum, & bonorum operũ. Surge igitur amica mea, & veni, quòd pro te fluctus ſedaui, ſ. in cruce pro te moriendo. Item ad quærendum faciem in ſpeculo, temporis opportunitas. Hiere. 50. Flentes properabunt, & Dominum ſuum quærent in Sion, quod interpreta-

tur ſpeculum,& ſignificat cor mundum, in quo facies Dei quærenda eſt. Pſal. Quærite faciem eius ſemper. Opportunitas temporis, ex ordine conſideranda eſt. Mat.6.Primum quærite regnum Dei. Noli ergo tempus opportunum quęrendi negligere, ne forte contingat te fruſtra quærere. Ber. Quærentes fruſtrari ſolent, aut cum nō in tempore debito quærunt, aut vbi non oportet. De 2. Cant 5. Quo abijt di
K lectus meus &c. vſq; dilectus meus aſcendit in ortum.ſ. Pulchra multum eſt eccleſia, plena fide: pulchrior ſpe: pulcherrima charitate. Vel aliter pulchra in coniugatis: pulchrior in viduis: pulcherrima in virginibus. Vel aliter. Pulchra in incipientibus: pulchrior in proficientibus: pulcherrima in perfectis. Ortus autem eſt cor virtutibus floridum, & operibus luciferum. Delectabilius eſt quærere in orto: quàm in cloaca, in corde ſordido. In horto ergo virtuoſi cordis q̄rendus eſt Chriſtus. Vbi enim quærendus eſt ortulanus, niſi in horto? Ioan.xx. Mulier quid ploras, quem quæris? Illa exiſtimans quòd ortolanus eſſet &c. Grego. Annon ei ſpiritualiter ortulanus erat, qui in eius pectore, per amoris ſui ſemina virtutum virent a plantauit? Item vbi quærendus eſt ſponſus, niſi in thalamo? Cant.3. In lectulo meo, per noctem &c. Item vbi quærendus eſt ſacerdos, niſi in templo? Lucę.2. Dolentes quęrebamus te. In templo autem inuenerunt. Cor autem noſtrum, ortus eſt bonorum operum;
L in fructificatione: thalamus in dilectione: templum in oratione. In templo enim orandum eſt. De tertio. Matt.13. Simile eſt regnum cœlorum, homini quærenti &c: Precioſa margarita eſt Chriſtus, qui tanto precioſior eſſe cognoſcitur, quanto veracius quęratur. Grego. Sancti viri omnes, pręſentis vitæ copiam reputant inopiam: quia nihil extra Deum menti ſufficit, qui veraciter Deum quærit. Libenter & diligenter quæreret homo gemmam, valētem mille marchas: quanto magis quærere decet hanc margaritā, quæ melior eſt toto mundo? Bene dicit hic: dedit, omnia.ſ. & comparauit eam. Pro dilectione enim Dei, totus mundus contemnitur. Cant.8. Si dederit homo omnem ſubſtātiam domus ſuæ pro dilectione, quaſi nihil deſpiciet eam. Sicut
autem

autem in mobilibus, nihil precioſius vita: ita nihil precioſius quærere poſſumus, gemmis virtutum: de quibus hic dicitur, quærenti bonas margaritas. Item regnum gloriæ. Matth.6. Primum quærite regnum Dei. Item vitam animæ, quæ eſt Chriſtus. Pſalm. Quęrite Dominum, & viuet anima veſtra: quęritis panem, vt viuat anima veſtra.

De quarto dicitur hic: quærite & inuenietis. Aurum quęritur libenter vbi citius inuenitur. Et ecce gratia Dei, immo Deus omni auro precioſior, certiſsime inuenitur: ſi pure, ſi integre, ſi congrue quęritur. Pure ſine fictione. Sap. 1. In ſimplicitate cordis, quærite illum, quoniam inuenietur. Item integre ſine dimidiatione, vt non partim Deo, partim mundo, vel carni, vel Diabolo ſeruiatur, ſed totaliter Deo. Hierem.29. Quæretis me & inuenietis, cum quæſieritis me, in toto corde veſtro. Item continue ſine derelictione. Sapien. primo. Inuenitur ab his, qui quęrunt illum. Et.2.Paral.15. Si quæſieritis eum, inuenietis: ſin autem dereliqueritis eum, derelinquet vos. M

In Rogationib. Sermo VI.

QVærite, & inuenietis. Lucæ vndecimo. Si quæritis meditando, ſeu deſiderando, orando. bene agendo: inuenietis in mundo gratiam: in iudicio iuſtitiam: in cœlo gloriam. Vnde Prouerb.21. Qui ſequitur iuſtitiam, & miſericordiam, inueniet vitam, iuſtitiam, & gloriam. De primo. Ad Hebr.4. Adeamus cum fiducia, ad thronum gratiæ: vt miſericordiam conſequamur, & gratiam inueniamus, in auxilio opportuno. Triplex autem eſt inuentio gratiæ. Inueniunt enim boni, quærentes peccatorum indulgentiam. Eccleſiaſt 18. Ante iudicium interroga teipſum, & in conſpectu Dei, inuenies propitiationem. Interrogat ſeipſum homo, in conſcientiæ diſcuſſione, arguens ſeipſum, quare iſtas, vel alias iniquitates fecit. Facit enim ſic iudicium in corde ſuo. Gregor. Conſcientia accuſat, ratio iudicat, timor ligat, dolor cruciat. N

Interrogat quoque vicarius Dei in confeſſione. Interrogat & Deus in extrema examinatione. Sapientiæ ſexto. Interrogabit opera noſtra &c. Inueniunt virtutum opulentiam. Matt.13. Simile eſt regnum cœlorum, theſauro abſcondito in agro.&c. Theſaurus in agro, eſt opulentia virtutum in corde. Iſte theſaurus, etiam in ſepulchro religionis inuenitur, & pœnitentię; Iob tertio. Quaſi effodientes theſaurũ, gaudent vehementer, cum inueniunt ſepulchrum. Item inueniunt cognoſcendorum ſapientiam: quod etiam de Sapientia increata, quæ eſt Chriſtus, intelligi poteſt: qui per ſtellam veræ cognitionis inueniri poteſt. Matth.2. Inuenerunt puerum cum Maria matre eius. Sicut autem nec Sol in nocte, noc roſa in ſtabulo: ſic nec Chriſtus in carnali anima inuenitur Iob.28 Non inuenitur in terra ſuauiter viuentium. Bernar. Circuire poſsim cœlum, terram, mare, & aridam, & nuſquam te inueniam, in cruce, ibi dormis, ibi paſcis, ibi cubas in meridie. De 2. Eccleſiaſt.23. Qui timent Deum, inuenient iuſtum iudicium, hic viduæ, & pauperes, & Deum timentes, raro inueniunt iuſtitiam: ibi autem inuenitur, Auguſt. Ferto iniurias, ſecurus eſto, faciet enim Dominus miſericordias, & iudicium, omnibus iniuriam patientibus. Sed attende in die nouiſsimo, triplicem inuẽtionem timentibus Deum. Inuenient enim membra ſua in reſurrectione, ſiue lupi, ſiue canes, ſiue vermes comederint ea. Ad Heb.11. Alij diſtenti ſunt, non ſuſcipientes redemptionem, vt meliorem inuenirent reſurrectionem. Inueniũt opera bona, in manifeſtatione Eccl.xi. Mitte panem tuum ſuper tranſeuntes aquas. & poſt multa tempora, inuenies illum, inuenies certe panem eleemoſynarum tuarum, quando dicetur tibi illud. Matt. 25. Eſuriui, & dediſtis mihi ad manducandum. &c. Sic & alia bona ibi inuenies. Ecõtrario de quibuſdam dicitur. Pſal. Dormierunt ſomnum ſuũ, & nihil inuenierunt omnes viri diuitiarum, in manib. ſuis. In reſurrectione enim, de ſomno mortis ſurgent, & nihil inuenient in manibus ſuis. Auguſt. Vis aliud inuenire in manibus tuis poſtea: noli contemnere modo manum pauperis, & reſpicere manus inanes, ſi vis habere manus plenas. Itẽ

inuenitur

inuenitur iuſtitia in retributione. Eccle. 12. Bene fac, & iuſto, & inuenies retributionem magnam: & ſi non ab ipſo, certe à Domino. Econtrario impij inuenient malam retributionem. Pſal. Inueniatur manus tua, omnib. inimicis tuis.

De tertio. Prouerb. xi. Mulier gratioſa. i. anima ſancta, inueniet gloriam. In hac gloria, inuenient iuſti ſuper ſe, opulentiam, & diuinitatem. Prouerb. 8. Qui mane vigilauerit ad me, inuenient me. Mecum ſunt diuitiæ, & gloria, & opes ſupernæ, & iuſtitiæ. Bern. Additur iuſtitia, quia in mundo diuitiæ, & gloria, & opes, ſæpe cum iniuſtitia habẽtur. Vnde iniuſti diuites, iuſtos æternos attingere non poſſunt. Matt. 19. Facilius eſt camelum &c. Item inueniẽt intra ſe gratiſsimam iocunditatem. Eſa. 51. Gaudium, & lætitia inuenientur in ea, gratiarum actio, & vox laudis. Vnde dicit vtrumque. ſ. gaudium, & lœtitiam, propter vtrã que ſtolam, ſiue gloriam, corporis, & animæ: qui econtrario hic gaudent contra Deum, ibi gaudere in Deo non poſſunt. Prouerb. 14. Extrema gaudij, luctus occupat. Item inuenient extra ſe iocunditatem, ſ. angelorum & hominum. Ioannis. x. Ingredietur, & paſcua inueniet. Sicut in paſcuis multæ ſunt herbæ, quibus oues reficiuntur: ſic intra nos, tot erunt herbæ, quot merita noſtra: extra nos tot herbæ quot ſancti, vel potius, quot ſanctorum merita; & præmia, quibus æternaliter reficiemur. Eze. 34. In montibus excelſis Iſrael, erunt paſcua eorum, ibi requieſcent in herbis virentibus, Montes excelſi, ſunt ordines Angelorum. P

In Rogationibus. Sermo VII.

CONfitemini alterutrum peccata veſtra. Iac. 5. Beatus Iſidorus. Confeſsio ſanat: confeſsio iuſtificat: confeſsio peccati veniam dat, omnis ſpes in confeſſione, conſiſtit in miſericordia. Quia ergo tam neceſſaria eſt confeſsio, conſiderandum eſt, cui, quid, quando, quomodo, tu debeas confiteri. Attende ergo confeſſoris auctoritatẽ, ſceleris fœditatem, temporis congruitatem, cõfeſsionis qualitatem. Q

litatem. De primo Luc 17. Ite oſtendite vos ſacerdotibus. Auguſt. Præueniat homo iudicium Dei, per confeſſionem: præcepit enim Dominus mundatis, vt oſtenderent ſe ſacerdotibus. Sacerdos ergo debet eſſe, cui confitendum eſt: & talis ſacerdos qui tibi ſciat dare conſilium. Quidam autem, ſi in eadem parochia, ſciant ſedentes decem ſacerdotes, libentius accedunt ad ſimpliciorem. contra quos ait Auguſt. Qui confiteri vult peccata, vt inueniat gratiam, quærant ſacerdotem ſcientem ſoluere, & ligare: ne vt ſi negligens circa ſe extiterit, negligatur ab eo, qui miſericorditer monet, & petit, ne ambo in foueam cadant. Confitendum ergo eſt, habenti auctoritatem, & ſcientiam. In neceſſitate tamen laico confitendum, ſi ſacerdos haberi non poſſit. Au-
P guſtinus. Fit dignus venia, ex ſacerdotis deſiderio, qui crimen confitetur ſocio. Si autem nec laicum habere poſſis, confitearis Domino, confeſſori ſummo. Pſalmiſta. Dixi con-
Q fitebor Domino. De ſecundo. Prouerbio. vigeſimo octauo. Qui abſcondit ſcelera ſua, non dirigetur: qui autem confeſſus fuerit, & reliquerit ea, miſericordiam conſequetur. Ecce ſcelera debet confiteri homo, & ſua, non alterius ſcelera. Pſalmiſta. Confitemini aduerſum me, &c. Non ſolum autem ſcelera mortalia, ſed etiam venialia peccata, ſunt confitenda. Auguſtinus. Iſta aſſidua peccata, & quodammodo neceſſaria, aſſidue lauentur in confeſſione, aſſidua reſtaurentur iubilatione. Item ſuper illum locum, cõfitemini alterutrum peccata veſtra, ait Beda. Coæqualib. quotidiana, & leuia: & grauiora ſacerdotibus pandimus. Melius tamen eſt, & leuia, & grauiora ſacerdotibus confiteri. Poteſt autem homo confiteri ſcelera ſua, ſecundum trãſgreſſiones decem mandatorum, vel ſecundum ordinem ſeptem mortalium vitiorum, & filiarum eorum. Cõfiteri quoque debet circunſtantias peccatorum, de quibus verſus.
Aggrauat ordo, locus, perfecta ſcientia, tempus. Aetas, conditio, numerus, mora, copia, cauſa. Et modus in culpa, ſta-
R tus altus, lucta puſilla. De tertio. Eccleſia. 17. Viuus, & ſanus confiteberis. Ecce tempus confeſſionis dicitur viuus in mundo, quia non poteſt confiteri in inferno. Pſal. In inferno

ſernò autem, quis confitebitur tibi? Maxime autem tēpus confeſſionis eſt, dum ſanus es, dum pœnitentiam facere potes. Confitendum eſt ergò huius vitæ tempore, non tempore vno, ſed multis temporibus. Nee. 9. Confitebatur peccata ſua &c. vſque quater in die, & quater in nocte confitebantur. O ſi modo quater in anno confiteri velles. Semel quilibet tenetur, poſtquam ad annos diſcretionis venerit, & recipere corpus Domini: alioquin ſicut dicit canon de pœn. & re. c. omnis vtriuſque, ab ingreſſu eccleſiæ arceatur, & moriens eccleſiaſtica careat ſepultura. Quanto ergo ſæpius, & etiam pluribus, homo confitetur, tanto melius eſt. Auguſ. Quanto pluribus confitetur in ſpe veniæ, turpitudinem criminis: tanto facilius conſequitur gratiam remiſſionis. S

De quarto. Require primum in primo ſermone. Confitemini alterutrū peccata veſtra, per totum. vbi ſatis inuenies, qualiter homo debeat confiteri. De quò etiam nota verſus. Sit ſimplex, humilis, confeſsio, pura, fidelis. Vera ſit, accuſans, fortis, parere parata: O peccator, ſi confitearis, ad confeſsionem quoque te alliciat quod ait Augu. Credendum quòd omnes eleemoſynæ, opera iuſtitiæ, & operationes miſericordiæ, ſuccurrant recognoſcenti mortē ſuam ad conuerſionem.

In Rogationibus. Sermo VIII.

PVlſate, & aperietur vobis. Luc. 9. Magna gratiā ille hoc dicit, qui (ſicut dicitur Apo. j.) habet clauem Dauid, qui aperit, & nemo claudit &c. Conſiderandum autē quòd eſt pulſatio diuina, humana, diabolica. Pulſat Deus, pulſat homo, pulſat diabolus. De. 1. Apo. 3. Ego ſto ad oſtiū, & pulſo &c. vſque cœnabo cum illo. Oſtium cordis, eſt liberum arbitrium, ad quod pulſat Deus baculo crucis, tintinabulo prędicationis, malleo timoris damnationis. O infelix obſtinatio peccatoris: ſtatim aperis oſtium amico: & non vis aperire Deo tuo ſtanti ad oſtium. Intromittis adulterum turpiſsimum, ſcilicet Diabolum, & non pulſantem ſponſum ſpecioſiſsimum. Audiuit autem hunc ſponſum T

ſum,illa ſancta anima,quo ait.Cant.5.Vox dilecti mei pul-
ſantis,aperi mihi ſoror mea,amica mea , columba mea , &
immaculata mea. Quęcunque anima ſic pulſantem Domi-
num non audit,mortua eſt Bern. Pulſat Dominus volun-
tatem , & inuenit eam mortuam , vtpote veneno ſecularis
delectationis ſuffocatam. Pulſat ſenſualitatem , & inuenit
inſanam. Sed quia non auditur pulſans ſuauiter,pulſat tan
dem.& grauiter per infirmitates,& aduerſitates.Lu.12.Vos
ſimiles hominibus exp.&c. Vſque cum venerit, & pulſaue
rit. Gloſſa per ægritudines , mortem propinquam demon-
V ſtrando. De ſecundo.Dicitur hic pulſate,& ap.v.Pulſan-
dum eſt deſiderijs,& ſuſpirijs,lachrymis,orationibus , ca-
ſtigationibus,ad oſtium diuinę miſericordiæ. Diu autem ,
& alte pulſandum eſt,propter diſtantiam oſtiarij. ſ. Chri-
ſti,de quo.Io.x. Huic oſtiarius aperit. A quo homo tanto
plus diſtat,quanto plus peccat. Pſal. Longe à peccatoribus
ſalus. Aug.Non regionibus longe eſt quiſque à Deo, ſed af
fectibus. Amas Deum,prope eſt: odiſti Deum, longe eſt.
Eſa.55. Sicut exaltantur cœli à terra,ſic exaltatæ ſunt viæ
meę à vijs veſtris,cogitationes meę,à cogitationibꝰ veſtris.
Item propter periculum pulſantis,quoniam hoſtes ad occi
dendum ſequuntur.Heſter 14. Omnis Iſrael pari mente,&
obſecratione,clamauit ad Dominũ,eo quòd eis certa mors
impenderet.Heſter quoque regina,confugit ad Dominum,
pauens ad periculum quod imminebat. Nota hiſtoriam.
Heſter eſt anima: Aman eſt diabolus: quo perſequente ,
fugiendum eſt,pulſandum eſt in oratione ad Dominum,
Eſa 19.Clamabunt à facie tribulantis. Pulſate nunc cha-
riſsimi,quàm diu dies eſt miſericordię,oſtium nõ eſt clau
ſum,alioquin pulſabitis poſt mortem,vel in iudicio inutili
ter. Luc.13. Cum autem intrauerit pater familias, & clau-
ſerit oſtium,incipietis foris ſtare,& pulſare ad oſtium &c.
Gloſſa. Claudet oſtium,cum reprobis locum pœnitentiæ tol
let: qui foris ſtantes pulſabunt.i.à iuſtis ſegregati, miſeri-
cordiam,quam contempſerunt,fruſtra implorabunt.

X De tertio.Iudith 14.Nullus audebat cubiculum.i. taber-
naculum virtutis aſſyriorum pulſando, vel intrando aperi-

re. Ex hoc patet,quòd ad alia tabernacula, bene pulſabant Aſſyrij. Ex quo accipitur,quòd Aſſyrij ſunt dæmones, qui in negociationibus,frequenter nos circumueniunt. In tempore enim negociationis,pro vili precio emunt animas. Quidam enim vendunt eis animas ſuas,pro temporalibus, quidam pro luxurijs,qnidam pro alijs vitijs.Ioel.3.Puellã ideſt animam vendiderunt pro vino, vt biberent. pro vino carnalis.ſ.voluptatis. O quam infelix mercator, o quàm glorioſum eſt,quod amittitur,quam graue quod mercatur, quàm vile quod appetitur,quàm infelix commercium .fœda voluptate,ardorem mercari ſempiternum. Tabernacula dęmonum,ſunt peccatores.Iob.12. Abundant tabernacula prędonum.i.dæmonum,qui prędantur animam ab omni bono,vt crucietur in ęterno ſupplicio.Tabernaculum virtutis eorum,eſt magnus exercitus peccatorum,& obſtinatus, & multos ad decipiendum trahens peccatores. Pulſatio Aſſyriorum,eſt impugnatio dæmonum,qui non ſolum delectationibus pulſant, ſed quandoque aduerſitatibus: ſed quia capitalem quemlibet peccatorem inquietare, per aduerſitatem dęmones quandoque non audent,ne forte ad flagellum conuertatur. Ideo ad tabernaculum virtutis non pulſatur,vel quia non adeo ſecuri ſunt,propter illud Iob 21. Ducunt in bonis dies ſuos &c. Vnde de nullis quantumcũque magni peccatores fuerint,niſi deſperent,proſperãtur: de ijs autem qui ob ſucceſſus ſecuri ſunt, dici poteſt illud Gregorij.Continuus ſucceſſus rerum temporalium, certiſſimum æternę damnationis eſt indicium.

In Rogationibus. Sermo IX.

PVlſate,& aperietur vobis. Luc.xi. O quanta conſolatio eſſet,ſi carcer captiuo:theſaurus mendico: palatium expulſo: ſepulchrum mortuo, aperiretur: o q̃ libenter tales pulſarent pro apertione.Et ecce hic dicitur. Et aperietur vobis. Aperietur vtique carcer culpæ, ad euadendum: theſaurus gratiæ,ad accipiendum; palatium gloriæ, Y

riæ,ad ingrediendum : ſepulchrum miſeriæ, ad reſurgendum. De primo.Exo.61.Spiritus Domini ſuper me &c. vſq. eo quòd vnxerit me,ad annunciandum manſuetis miſit me, vt mederer contritis corde,& prędicarem captiuis indulgentiam,& clauſis apertionem. Mederi ad contritionem, apertio ad confeſsionem,indulgentia ad ſatisfactionem referri poteſt. Nota quòd dicit, vt mederer. Medetur enim de animabus,per contritionem,& pœnitentiam. O inſania ęgroti: anima tua languet in peccatis,vſque ad mortem ęternam,& non quęris medelam. Primo die quęris corporis medelam,& non animę triginta,vel quadraginta annis languentis. Io.Chryſo.Si forte in corpore,paruū aliquid morbi pulſauerit,ſtatim medicos adhibemus,& pecuniam profundimus: anima vero quotidie cum vulneretur, cum per ſingula lanietur,vratur,pręcipitetur,& modis omnibus patiatur,ne parua quidem pro ea nos cura ſolicitat.Item nota,quòd ait prędicarem captiuis indulgentiam ſolet maxime indulgentia,dedicationi templi,vel altaris,vel accipiētibus crucem prędicari. Sic certe ſi templum animę tuę, & altare cordis,Deo dedicatur, & ſi crucem pœnitentiæ acceperis,indulgentiam magnam habebis. Iudith.8. Indulgentiam eius,cum lachrymis poſtulemus. Itē notā, quòd ait. Clauſis apertionem. Diabolus tenet peccatorem clauſum, ſed ecce Chriſtus,clauem ad aperiendum, de cœlo portauit,& amico tuo reliquit. Matth.16.Tibi claues &c.Sed heu diabolus cauet,ne aperiatur. Eſa.14. Vinctis eius non aperuit carcerem. De 2.Num.20.Domine Deus, audi clamorem populi huius,& aperi eis theſaurum tuum, fontem aquę viuę. Certe theſaurum dicit,non aurum, non argentū, ſed fontem aquę viuę. Aquæ ſunt irrigationes gratiarum Spiritusſancti. Ioā.4.Fiet in eo fons aquę ſalientis in vitam ęternam. Aperit ergo Chriſtus theſaurum ſuum, vt tu aperias ei theſaurum tuum. Matt.2.Apertis theſauris ſuis &c. Solent reges aperire theſaurum, tempore belli, ſic & Chriſtus militibus ſuis, theſaurum gratiarum, ad danda ſtipendia aperit,quos fideles in bellis, contra hoſtes animæ noſcit.Pſalm. Aperis tu manum tuam &c. Auguſt. Mirabiliter

Z

ſuorum

ſuorum fidelium pauperiem ditauit, & in deficientibus bonis, theſaurus plenus ipſe permanſit. Sed heu econtrario diabolus, ſuis militibus, ſcilicet ſuperbis, auaris, luxurioſis, aperit theſauros illos, de quibus. Prouer. x. Nil proderunt theſauri impietatis. Vnde de Antiocho, qui diabolũ ſignificat. 1. Machab. tertio. Aperuit ęrarium ſuum, & dedit ſtipendia exercitui &c. De tertio. Pſalmiſt. Aperite mihi portas iuſtitię &c. vſque iuſti intrabunt in eam. Hęc autem apertio, facta eſt per clauem crucis Chriſti. de qua Eſa. vigeſimoſecundo. Domus Dauid dabo clauem ſuper humeius, & aperiet, & non erit, qui claudat, ſcilicet ante diem iudicij. O gratia magna, anima de proprio domicilio corporis expellitur, vt palatum cœli, ei aperiatur: ſicut patet de Stephano. Actuum ſeptimo. Video cœlos apertos & cęt. Sequitur. Et claudet, & non erit, qui aperiat, ſcilicet poſt diem iudicij. Nulli enim poſtea aperietur. Vnde Matth. vigeſim. quinto. Domine Domine aperi nobis &c. vſque neſcio vos. Gregor. Tunc regni ianua lugentibus claudetur, quæ modo quotidie aperitur, ſed heu ſicut cœlum apertum eſt prudentibus, & infernus fatuis, & charitatem non habentibus eſt apertum. Eſa. 5. Dilatauit infernus animam ſuam, & aperuit os ſuum, abſque vllo termino.

De quarto. Ezech. trigeſimoſeptimo. Ecce ego aperiam tumulos veſtros, & educam vos in terram Iſrael, ideſt in patriam cœleſtem. Quidam ſunt quorum ſunt corpora in ſepulchro, ſed animę in inferno. Clauem autem ad aperiendum, quod mors clauſerat in ſepulchro, & diabolus in inferno, ſibi retinuit Chriſtus. Apocalypſis primo. Habeo claues mortis, & inferni. Tunc certe aperietur terra, ad iudicium reſurgentibus, quę aperta eſt quandoque, ad infernum deſcendentibus. Pſalmi. Aperta eſt terra, & deglutiuit Datan.

IN

IN ASCENSIONE DOMINI.

SERMO PRIMVS.

A NVnquid ad præceptum tuum euolabitur Aquila.'& in arduis ponet nidum ſuum. Iob 39. Aquila Chriſtum ſignificat, qui hodie leuatus ad cœlos aſcendendo, in arduis nidum ſuum poſuit, ad dexteram patris ſedendo. Bene autem Chriſtus Aquilæ comparatur, propter ſanctiſsimam communionem, propter glorioſiſsimam reſurrectionē, propter ſubtiliſsimam Aſcenſionem, propter limpidiſsimam cognitionem. De primo. Iob 39. Pulli aquilę, lambunt ſanguinem, lambunt fideles ſanguinem de calice. Matt. 26. Bibite ex hoc omnes, hic eſt &c. Lābunt etiam in deuota paſſionis Chriſti recordatione. Certe nunquam fuit aquila ita liberalis, ſicut aquila noſtra Chriſtus. Aquila enim licet ſit tantę liberalitatis, quòd eſcam ſuam communicet alijs auibus, non tamen propriam carnem, vel ſanguinem corporis ſui, communicat: quod vtique Chriſtus facit. hic enim ſāguis, non ſolum pullos paſcit, ſed etiam pullos liberat, ſicut ſtruthio liberauit pullum ſuum. Require ſupra in ſermone. Sanguis hircorum. hic ſanguis hircorum, non ſolum pullos paſcit, non ſolum pullos liberat, ſed etiā pullos viuificat, ſicut de ſāguine pelicani dicitur, quòd pullos ſuos mortuos, tertia die viuificat. Pelicanus noſter eſt Chriſtus. Pſal. Si-

B milis factus ſum pelicano &c. De ſecundo. Pſal. Renouabitur vt aquila, iuuentus tua. Aquila noſtra. ſ. Chriſtus, renouatus eſt. Ad Phil. 3. Reformabit corpus humilitatis noſtræ, configuratum corpori claritatis ſuæ. tunc plumas antiquas miſeriarum præſentium proijciemus: tunc per dotē agilitatis celeriores omni aquila erimus. Eſa. 40. Aſſumēt pennas vt aquilæ, current, & non laborabunt &c. Reuera. n. corpus glorificatum, citius tranſiret mille miliaria, quàm Aquila vnum paſſum. Anſel. Velocitas agilitaſque tanta,

pos concomitabitur, vt ipſi angelis Dei ęquę celeres ſi vnus qui de cœlo ad terras, & econuerſo, dicto citius delabuntur. Nota quòd aquila, quia ſenectute prænimia, curuato roſtro, cibum ſumere non valet, langueſcit. Vnde cogente inedia, tandem vncum roſtri, ad petram decutit, & tunc ſumens cibum renouatur. Sed certe ſi renouari vis per glorioſam reſurrectionem, oportet te ad duram, & grauem pœnitentiæ petram, curuitatem roſtri. i. detractiones, periuria, mendacia, & alia peccata labiorum deponere, immo omnium peccatorum curuitatem. Pet. 2. Deponentes omnem malitiam: ſic enim cibum doctrinæ, & eucharistiæ, ſpiritualiter ſumere poteris. De tertio dicitur hic. Nunquid ad præceptum tuum &c. Eleuatus vtique fuit Christus, ſuper 9 choros Angelorum, aſcendit ſuper Cheru. &c. Nidum ſiue ſedem habet ad dexteram maieſtatis in excelſis. Pulli huius, debent addiſcere alte volare, pennis virtutum: ad hoc enim aquila noſtra Chriſtus, ſuper nos volauit. Deute. 32. Sicut aquila prouocans &c. Alæ autem quibus volandum eſt, ſunt charitas Dei, & proximi. Auguſtin. Quiſquis dilexerit Deum, & proximum, animam ſuam habet pennatam liberis alis, ſancto. ſ. amore volante ad Dominum, quicunque alarum iſtarum carueris, ad cęlum non volabis. his autem alis, non ſ lum volamus ad Dominum, ſed etiam effugimus diabolum Apoc. xij Datæ ſunt mulieri duæ alæ aquilę magnæ, &c. His alis, draconem ſeptem capita habentem i. diabolum, cum ſeptem capitalibus vitijs euadis. De 4. Nota quòd aquila acute videt. Iob 39. De longe oculi eius proſpiciunt. Ita Chriſtus acutiſsime videt. Ad Heb. 4. Omnia nuda, & aperta ſunt oculis eius. Vnde neq. in tenebris, neque in angulis occultiſſimis, aliquid ſit, quod non videat: immo & cogitationes cordis noſtri. Item ſicut ille, qui malum non videt, & deteſtatur, quandoque dicit facienti, Væh tibi, quid facis: ſic Chriſtus acutiſsime videns mala hominum, in terra, clamat peccatoribus, vęh væh væh. Apo. 8. Audiui vocem aquilæ volantis p medium cœli, dicentis magna voce væh. Aquila eſt Chriſtus. habitantes in terra, terreni peccatores ſunt, quibus di-

C

D

cit, Væh pro peccato cordis, væh pro peccato oris, væh pro peccato operis. Vel væh in mortis extremo, væh in iudicio, væh in inferno.

In Aſcenſione Domini. Sermo II.

E HIc Ieſus, qui aſſumptus eſt in cœlum à vobis &c. Act. 1. Conſiderandum eſt, quando ierit in cœlum Ieſus, & ſic videbimus, quomodo in die nouiſſimo veniet, quemadmodum iuit in cœlum. Iuit ergo in cęlum hodie Ieſus, in voce tubæ, & ſuſcipiente nube, & comitatu turbæ, & data benedictione. Sic vtique veniet cum tuba, iudicandos excitante: cum nube, iudicem præſentante: cum turba, iudicium approbante: cum benedictione, electos lætificante. De primo. Aſcendit Ieſus in iubilis, vocem tubę, vocem angelorum credimus, Deum laudantium. ſic vtique veniet in tuba. primę ad Theſſal. 4. Ipſe Dominus, in iuſſu, & in voce &c. Glo. Tuba magna Dei, erit vox angelorum. Item ſecundum Glo. Ideo ait in tuba: quia ſicut tuba vtimur in bellis, & in feſtis: ita ĩ iudicio, inimicis Domini, ſcilicet peccatoribus, graue bellum inſtabit. Sapien. 5. Acuet iram diram in lancea, & pugnabit cum eo orbis terrarum contra inſenſatos &c. Vere inſenſati ſunt peccatores. Item in iudicio, amicis Domini. ſ. bonis, inſtat æterna ſolennitas in cœleſti Sion. Eſa, 33. Reſpice Sion, ſolennitatis noſtrę ciuitatem &c. O felices, qui ad hanc perueniunt ſolennitatẽ. Bern. Aeterna omnium bonorum erit ſolennitas, faciem ad faciem intueri eam dulcedinem, ſine faſtidio ſatiari
F eius viſione, ſine defectu perfrui. De ſecundo. Actu. 1. Nubes ſuſcepit eum ab oculis eorum, ita ad iudicium reuertetur in nube. Matth. 24. Videbunt filium hominis, venientem in nubibus cœli, cum virtute magna, & maieſtate. Nubes protegit ab ęſtu Solis. In nube ergo Dominus veniet, quoniam bonos ab ardore iudicij obumbrabit. Vnde & boni, vmbram nubium intrabunt, primæ Theſſal. 4. Simul rapiemur cum illis in nubibus &c. Væh tunc impijs, qui

qui non in obumbratione, ſed in ardore erunt. ſicut ſignificatum eſt Exod. 13 & 14. vbi legitur, quòd Dominus præcedet Iſrael, in die, in columna nubis, in nocte, in columna ignis &c. Dies eſt vita iuſti: nox vero, vita peccatoris. Ephe. 5. Eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino. In die ergo in nube, in nocte vero in igne apparuit Dominus, quia ipſe in iudicio proteget bonos, & vret malos. Vnde & Dan. ſeptimo legitur, quòd vidit ipſe Daniel thronum igneum, & nubem, in qua venit Dominus, ideſt filius hominis. De tertio. Pſalmiſta. Currus Dei decem millibus, multiplex millia lætantium, Dominus in eis, in Synai, in Sancto, aſcendiſti in altum, cepiſti captiuitatem. Currus Dei aſcendentis, dici poteſt exercitus angelorum: currus vtique, non neceſſitatis, ſed dignitatis. Aug. Sublatus eſt Chriſtus &c. Require ſupra in ſermone. Tunc aſſumpſit. Quod autem dicit decem millibus, hoc ad angelos: Quod dicit millia lætantium, hoc ad animas cum Chriſto aſcendentes, referri poteſt. An autem ad litteram decem millia, cum Chriſto aſcendant angelorum, an numerus certus pro incerto ponatur, Deo committamus: cum multis, cum millibus lætãtium angelorum, & animarum, Chriſtus aſcendit. Ita vtique ad iudicium cum multis millibus veniet. Vnde in Can. Iudæ. Ecce veniet Dominus in ſanctis millibus ſuis, facere iudicium contra omnes, & redarguere omnes impios, de omnibus operibus impietatis eorum &c. Multa erunt millia, quę adducet Dominus, vt ipſis præſentibus, & approbantibus, faciat iudicium. Multa certe millia, quæ adducet Dominus, non ſolum ſanctorũ, ſed & angelorum, cuſtodum animarum noſtrarum, qui trãſgreſſionum teſtes eſſe poſſunt, & vitiorum. Danielis ſeptimo. Millia millium &c. Notabile eſt, quòd in Aſcenſione decem millia deſcribuntur. Gregorius. Ardente cęlo ardente terra, coruſcantibus electis, cum angelis, & archangelis, cum thronis, & dominationibus, cum principib. & poteſtatibus, tremendus iudex apparebit. De 4. Lucæ 24. Eleuatis manibus, benedixit eis. Et factum eſt dum

benediceret illis,receſsit ab eis, & ferebatur in cœlum. Ita vtique veniet ad iudicium,cum benedictione. Matt.25. Venite benedicti pa.m.&c. Benedixit illis,ſuper quos leuauit manum dexteram,ad benedicendum. Væh illis, ſuper quos eleuabit ſiniſtram manum, ad percutiendum, quam iam leuauit ad percutiendum paratus. Ezech.36.Ego leuabo manum meam,vt gentes quæ in circuitu veſtro ſunt,, & ipſæ confuſionem ſuam portent. Scitis autem, quanto altius manus leuatur,tanto fortius percutit. Quàm horribiliter ergo putas,in iudicio Dominum percuſſurum, qui tam altiſsime leuabit manum? Deut 32 Leuabo ad cœlum manus meas.

In Aſcenſ. Domini. Sermo III.

I HOmo quidam nobilis, abijt in regionem longinquã accipere ſibi regnum,& reuerti. Luce.19. Pulcherrime in uerbis Chriſti, ad cœlum aſcenſio, & Chriſti ad iudicium reuerſio,oſtenditur. Primum in verbo abeundi,ſecundum in verbo redeundi. De primo,nota quòd abijt Chriſtus ad regnum accipiendum: abijt ad hoſpitium diſponendum; abijt ad ſpiritum ſanctum emittendum: abijt ad deſiderium accendendum. De primo dicitur hic. Homo quidam nobilis.&c.Nobilis eſt Chriſtus &c.Aug.Nobilitas fuit naſcentis,in virginitate parientis. Nobilitas autẽ parientis,in diuinitate naſcentis.Nobilis eſt Chriſtus,ſecũdum carnem: nobilior ſecundum animam: nobiliſsimus ſecundum diuinitatem. Iſte nobilis,abijt in aſcenſione,in regionem longinquam patriȩ cœleſtis, accipere ſuper angelos,& archangelos,& omnes ſanctos,& ſanctas,regnum gloriæ: & ita accepit regnum. Quod omnes de manu eius accipiant. Sap.5 Accipient regnum decoris, & diadema ſpeciei,de manu Domini. Merito ſuper omnes eſt exaltatus, qui fuit ſuper omnes vilificatus.Phil.2. Humiliauit ſemetipſum,factus obediens vſque ad mortem &c.O vere felices huius regni hæredes,cuius pulchritudo,tam incomprehenſibilis.

ſibilis. Aug. In pulchritudine huius ſeculi, prope iam ineffabili, viuunt tecum mures, ſerpentes, & vermiculi, quale ergo decus eſt illius regni, vbi tecum non viuent niſi angeli? Nobilis autem iſte, accepto tam nobili, & glorioſo regno, reuertetur cum ſenatoribus ſuis Apoſtolis, in die nouiſsimo. Prouer. 31 Nobilis in portis, vir eius, quando ſederit cum ſenatoribus terræ. O vere bona ſponſa eccleſia, bona anima, quæ tam nobilem habet virum. Ciues qui oderunt iſtum nobilem, non ſolum Iudæi, ſed etiam Chriſtiani ſunt: qui bene ciues eius ſunt, quia in ciuitate eius. i. in eccleſia morantur. Hi perfidam legationem peccatorũ mittunt, quibus Dominum ſuum Chriſtum abijciunt, & ſuper ſe regnare nolunt. Quot enim mala faciunt opera, tot nuncijs Chriſto contradicunt. Sed Chriſtus ad iudicium reuertens, ipſos interfici faciet. De ſecundo. Io. 14. Si abiero, & præparauero vobis locum: Iterum veniam, & accipiam vos ad meipſum, vt vbi ſum ego, & vos ſitis. Quamuis enim locus gloriæ, ab æterno ſit electis præparatus Matth. 25. Venite benedicti &c. tamen Chriſtus ſpecialiter locũ præparauit, quantum ad effectum, quia obſtaculum remouit, quia placauit patris offenſam, mũdauit noſtram conſcientiam, & aperuit cęli ianuam. In hoc loco, non omnes cum ipſo erunt, quia non niſi electi. Vnde de reprobis dicitur. Baruc 3. Vbi ſunt, qui in auibus cœli ludunt, &c. Quære in ſermone. Volo pater. Si omnis amœnitas, & oblectatio, quã in locis omnibus habent piſces in mari, & in aquis: volucres in aere, & ramis: animalia in ſyluis, & paſcuis: homines in hortis, & in cellarijs, & in choreis, & in omni loco, quibus homo in mundo vnquam fuit, libentius ſimul, & ſemel eſſet in vno loco: O quam delectatio ingens eſſet. O quanto ingentior erit cuilibet, oblectatio ex colle cœli delicioſiſsimo: in quo iocundius eſt manere vno die, quàm omnibus diebus ſeculi in loco prædicto. Pſalm. Melior eſt dies vna in atrijs tuis, ſuper millia. Aug. Tanta eſt pulchrido iuſtitiæ &c. Require ſupra in ſermone, Catelli edunt de micis. Nec certe arctus erit habitatoribus locus iſte. Baruc. 3. O Iſrael, quàm magna eſt domus Dei, & ingens lo-

K

L

eus poſſeſſionis eius. Magnus eſt, & non habens finem: excelſus, & immenſus. Nec ſolum paratus locus, immo parata omnia. Matth. 22. Veh vobis miſeris. Quære in ſermo. Venite ad me. Ibi paratus eſt locus ſpatioſus: cibus delitioſus, cętus copioſus. Væh autem illis, quibus paratus eſt locus in inferno: de quo Lucæ 16. Rogo igitur te pater, vt mittas Lazarum in domum patris mei: habeo enim quinque fratres, vt teſtetur illis, ne ipſi veniant ad locum hunc tormentorum. Diues ille in inferno, nuncium habere non potuit, ad quinque fratres ſuos. Quilibet ergo in hac vita, amicum ſuum præmoneat, quem in periculo videt: qui in inferno non poteſt ſuccurrentem aliquem inuenire.

M De tertio. Io. 16. Si enim non abiero, paraclitus non veniet ad vos. Ac ſi diceret. Niſi dederitis quod amatis, non habebitis quod deſideratis. Luc 6. Date, & dabitur vobis. Bernar. Gratum quoddam commercium, inter cœlum, & terram exiſtit celebratũ, vt illis daretur caro Chriſti, iſtis conſolatio parakliti, eſſetque in terra ſpiritus, caro in cœlis: ac deinceps omnia eſſent communia in æternum. Nota, quòd dixit, niſi ego abiero. Non enim ante aſcenſionem ſuam, miſit eis paraclitum, non propter ſuam impotentiã, ſed quia ipſi, corporali præſentia Chriſti contenti erant. Bernar. Delicata eſt diuina conſolatio: non datur omnino admittentibus alienam. Item non decuit ipſum miſerum dotare ſeruos ſuos, ſecundum Glo. Ioann Spiritus nondum &c. Si autem abiero: non enim ante mittam eum ad vos. Ac ſi aliquis diceret. Si non abiero in cellarium, non habebitis vinum. Gratia enim Spiritus ſancti, vinum eſt. Act. 2. Muſto pleni ſunt iſti. Item ac ſi diceretur. Si nubes non aſcenderit, pluuia non deſcendet. ſ. gratia Spiritus ſancti. 3. Regum 18. Ecce nubecula parua, quaſi veſtigium hominis, aſcendebat de mari: ideſt, humilis caro Chriſti, de mundo. Item ac ſi diceretur, ſi Sol non abierit in altum, non ſenties calorem. Calor autem, eſt virtus Spiritus ſancti. Pſalm. Occurſus eius vſque ad ſummum &c. Dicit non eſt, qui ſe abſcondat, quod eſt ſignum præſentiæ eius. Ber. Nullum ſignum certius præſentiæ Spiritus ſancti, quàm deſide-

deſiderium amplioris boni. Item ex motu cordis eius intel-
lexi præſentiam eius. Cœpi enim euellere, & deſtruere, plantare, & ædificare, rigare arida, tenebroſa illuminare, clauſa reſerare, & frigida inflammare. Hoc mihi ſignum, videlicet aſcendentis: triſtis inquam ſit anima mea, donec reuertatur in terram ſuam, & ſolito incaleſcat cor meũ. N

De quarto. Cant.5. Quo abijt dilectus tuus, o pulcherrima mulierum? quòd eclinauit dilectus tuus, & quæremus eum tecum? Pulchra fuit eccleſia illa, ante legem, pulchrior illa ſub lege, pulcherrima iſta, ſub Euangel. poſt legem, & tempore gratiæ Huius ſponſus dilectus, dulcis, nobilis, precioſus, abijt in aſcenſione. Prouer.7. Non eſt vir in domo. i. Chriſtus, per pręſentiam viſibilem: abijt via longiſſima, in aſcenſione: longa ſuper primam Hierarchiã: longior ſuper ſecundam, longiſſima ſuper tertiam. Saccum pęnitentiæ. ſ. corpus, in quo eſt diuinitas, ſecum tulit, in die plenæ lunę reuerſurus: hoc eſt, in die iudicij, qñ Luna. i. eccleſia erit plena, completo numero ſaluandorum. De tali dilecto dicitur. Et quæremus eum tecum. Talis dilectus, ex quo abijt, eſt maiori deſiderio quærendus. Ber. Occultat ſe Deus, vt ardentius quæratur. Require ſupra, in ſermone, Pater tuus, & ego. &c.

In Aſcenſione Domini. Ser. IIII.

ASCendit Deus in iubil. &c. Inuenimus in ſcripturis, quòd aſcẽdit Deus, angelus, homo, diabolus. Aſcẽdit Deus glorioſe: Angelus officioſe: homo delitioſe: diabolus præſumptuoſe. Aſcendit Deus in iubilatione: angelus in miniſtratione: homo in euolatione: diabolus in ambitione. De primo. Pſal. Pſallite Deo noſtro pſallite &c. Chariſſimi, aſcendente Deo, pſallite: pſallendo cum ipſo, corde aſcendite. Pſalm. Aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit, in valla. Sed nota, quòd aſcendit Deus in paſſione. Cantic.7. Aſcendam in pal. &c. Item in reſurrectione. Pſalm. Iter facite. ei, qui aſcendit ſuper occaſum i ſuper mortem. Item in aſcenſione. Pſal. Aſcendit ſuper Cher. &c.

Primo modo aſcendit Deus, Iudæis inſultantibus s [ſecũdo dęmonibus trepidantibus: tertio angelis iubilantibus: [Apoſtolis admirantibus: liberatis in communi cantantibus. Pſ. Aſcendit in altum, captiuam duxit. De ſecundo figuratũ eſt Gen. 28. vbi legitur, quòd Iacob vidit angelos Dei, aſcẽdentes per ſcalam. Nota hiſtoriam. Angeli aſcendunt, ea quæ noſtra ſunt, ad Deum offerentes: deſcendunt autem, ad ea quæ Dei ſunt, ad nos deferentes. Patet hoc in Raphaele qui cum aſcendit, dixit. Thob. 12. Quando orabas cum lachrymis &c. Nota quæ ibi dicuntur. Propter hoc bene dicitur Io. 1. Videbitis cœlum apertum, & angelos Dei aſcendẽtes ſuper filium hominis ſ. qui eſt caput eccleſiæ, cuius mẽbra ſunt omnes fideles. Aſcendunt ergo angeli quotidie, de membris ad caput, & deſcendunt de capite ſuper membra: præcipue in morte cuiuslibet iuſti, apud quem ſcalam virtutum inueniunt. Huius ſcalæ duo ligna ſunt principalia. Amor Dei, & proximi. Gradus verò ſunt timor, caſtitas, patientia, veritas, & cętera virtutes: per qnas hic de miſericordia. iu hac ſcala Dominum innixum videbis, quando cũ Iacob ſuper lapidem duræ pęnitentię obdormieris: ſicut ẽt Stephanus, quando inter lapides obdormiuit in domino, vidit cœlum apertum, & Ieſum ſtantem ad ſuſtin ndum. Si ſic ergo moriendo obdormieris, ſi talem ſcalam præparaueris angelos pro anima tua deſcendentes habebis. Bernar. Non ambigo, quin angeli gratanter in palatio colligant; quem dignanter in ſterquilinio viſitant. De tertio. Hiere. 17. Ingredientur per portas ciuitatis huius, reges & principes, aſcendentes in curribus, & in equis. Reges coronam portãtes, & principes ſunt omnes iuſti, in ciuitate cœleſti regnãtes: per cuius portas, delitioſę aſcendunt animæ volantes: ſicut de illa ſancta anima dicitur. Cant. 8. Quæ eſt iſta, quæ aſcendit de deſerto, delitijs, &c. Currus ſunt boni fructus, & ſtatus bonorum hominum. Aſcendunt ergo quidam in curru coniugali: quidam in viduali: quidam in virginali. Sed quatuor rotæ ſunt neceſſariæ in curru, ad aſcendendum, de quibus Pſal. Quis aſcendet in montem Domini? Certe innocens manibus. ecce vna rota. Et mundo corde:

ecce

ecce alia rota. Qui non accepit in vano animam ſuam. ecce tertia. Nec iurauit in dolo proximo ſuo. ecce quarta. Oportet ergo currum bonæ vitę, igneum eſſe per dilectionem: vt legitur 4. Regum. 2. quòd Helias in curru igneo aſcendit. Aſcendunt ergo in curribus euolantes: in equis autem, reſumptis corporibus ſurgentes. Omnes enim de equis. i. corporibus, eijciemur in morte. Sed ad equos omnes redìemus in reſurrectione: boni quidem ad albos. Apo. xix. Sequebantur eum in equis albis. De quarto. Eſa. 14. In cœlum conſcendam, ſuper aſtra cœli exalta. &c. Adhuc autem diabolus, & membra eius, omnes ſuperbi, aſcendere quærunt per ambitionem. Pſal. Superbia enim, qui te oderunt, aſc. ſem. Contra quod dicitur, Iob. xx. Si aſcenderit in cœlum ſuperbia eius, & caput eius, nubes tetigerit, quaſi ſterquilinium in finem perdetur. Quantum enim aſcenderunt mali, per ambitionem in mundo, tantum deſcendent, per damnationem in inferno. Pſal. Aſcendunt vſque ad cœlos, & deſcendunt vſque ad abyſſos &c. Et quantum nunc ꝑ triginta, vel quadraginta annos, aſcendunt: tantum in momento deſcendent. Bern. Paulatim aſcendes: ſed non paulatim deſcendes. Lucę x. Videbam enim ſathanam, ſicut fulgur cadentem de cœlo. Q

DOMINICA INFRA OCTAVAM Aſcenſionis.

SERMO PRIMUS.

VOS teſtimonium perhibetis &c. Io. xv. Perhibet homo teſtimonium de Chriſto, de ſeipſo, de proximo. Primum eſt teſtimonium ſapientiæ: ſecundum conſcientiæ: tertium iuſtitiæ. De primo dicitur modo in Euangelio. Cum autem venerit paraclitus &c. vſque. Et vos teſtimonium perhi- A

perhibebitis. Quærit Dominus teſtimoniũ, non propter ſe, ſed propter mundum. Legimus autem Domino perhiberi teſtimonium ſuæ credibilis veritatis, honorabilis poteſtatis, amabilis pietatis, terribilis ſeueritatis. De. 1. Io. 1. Hic venit in teſtimoniũ, vt teſt &c. Luminis diuinæ veritatis, nõ ſolum doctores, ſed etiam omnes fideles debent teſtes eſſe, per fidem Vnde fides catholica, eſt illud altare mirificę magnitudinis, quod vocatur teſtimonium noſtrum, quòd Dominus ipſe ſit Deus: ſicut dicitur Ioſue 22. Hoc altare, tot habet lapides, quot credentes. Et vere mirificæ magnitudinis eſt hoc altare, tam in longitudine, quàm in latitudine, & profunditate: quia fides attingit inacceſſa: deprehendit ignota: comprehendit immenſa, apprehendit nouiſſima: ipſam denique æternitatem, ſuo illo latiſſimo ſinu, quoquomodo circunducit. Si ergo chariſſimi teſtimonium perhibetis de lumine, non in tenebris, ſed in lumine ambulate. Sed multi non luminis, ſed tenebrarum: non veritatis, ſed falſitatis teſtimonium Deo dant, qui incõuenientia de Deo affirmant. ſicut hæretici, ſortilegi, blaſphemi, periuri, quæſtuarij, & huiuſmodi: qui non vera, ſed falſa contra Deum teſtantur. Vnde adhuc hodie dici poteſt Domino, illud Matth. 27. Non audis quanta aduerſum te dicunt teſtimonia? Talibus teſtimonijs ſe lædunt, non Deum: ſi pugno, columnam ferias, te non columnam lædes. Sic quando blaſphemia Deum percutis, teipſum diſrumpis. Sed certe licet nunc Deus taceat ſicut in paſſione, ipſe tamen verum teſtimonium feret contra impios in iudicio, qui falſum contra ipſum dicunt teſtimonium in mundo. Malac. 3. Accedã ad vos in iudicio, & ero teſtis velox maleficis, & adulteris periuris &c. De 2. Io. 12. Teſtimonium perhibebat ei turba, quæ erat cum eo, quando Lazarum vocauit de monumento, & ſuſcitauit eum à morte propterea, & obuiam venit ei turba. ſ cũ ramis. Magna certe potentia, aĩam de ĩferis corpus de mortuis educere. Multa certe maieſtatis diuinæ tribuit Chriſto teſtimonia, nõſolũ adultus, ſed adhuc ĩfans, vtpote à Io. in vtero: à Magis in ſtabulo, à Symeone in templo. Aug. Hæc ſunt teſtimonia tua Dñe Ieſu Chriſte, anteq̃

B

tibi

tibi ſubſterneretur fluctus maris, campi cederent imperati, ante quàm ventus te iubente ſiluiſſet, vel mortui te vocante reſurrexiſſent: Sol te moriente palluiſſet: te reſurgente terra tremuiſſet: cœlum te aſcendente patuiſſet. Nota, ſi ramis honoratur, qui à morte corporis ſuſcitauit Lazarum, quanto magis ramis bonorum operum honorare debes eum, qui à morte animæ ſuſcitat teipſum? Item ſi ſic pro vno ſuſcitato, cum ramis obuiam itur Chriſto, quantis ergo ramis bonorum operum, neceſſe eſt ei obuiam eatur, qui totum mundum in die nouiſſimo ſuſcitabit? Sed certe ramus boni operis, acceptus Chriſto non eſt, niſi per ſpiritum ſanctum: ſicut figuratur Gene. 8. vbi ramus per columbam. i. per ſpiritum ſanctum, offertur Noe. i. Chriſto. C

De tertio. Io. 19. Vnus militum, lancea latus eius aperuit, & continuo exiuit ſanguis, & aqua: & qui vidit, teſtimonium perhibuit &c. Ecce teſtimonium diuinæ pietatis. Quæ enim maior eſt pietas, quàm mori pro impijs, & pia morte, impios facere pios? Huius autem pietatis, quæ eſt in iuſtificatione impiorum, teſtimonium magnum eſt. Act. x. Huic omnes prophetæ teſtimonium perhibent, remiſſionem peccatorum recipere per nomen eius, qui credunt in illum. Qui credunt, certe fide viua, non mortua. Iac. 2. Fides ſine operibus, mortua eſt. Nota magna pietas eſſet, ſi vni ignoſceres, qui domum tuam cremaſſet: filium tuum occidiſſet: ſponſam tuam violaſſet. Hoc totum peccator, ſpiritualiter fecit contra Deum. Ipſe enim eſt filius Dei: cor eius domus Dei: anima eius ſponſa Dei, & tamen non vnus de huiuſmodi accipit remiſſionem, ſed omnes, qui credunt in illum. D De 4. Iudith. 13. Deus Iſrael, cui tu teſtimonium dediſti, quòd vlciſcatur de inimicis ſuis &c. Hanc vltionem, & temporaliter, & æternaliter exercet Deus, nō ſolum in teſtimonium ſuæ iuſtitiæ, ſed etiam in teſtimoniū humanæ malitiæ. Sicut in Sodomitis apparet. Sap. x. Quibus in teſtimonium nequitiæ, fumigabunda conſtat deſerta terra &c.

Domi-

Dom.intra oct: Aſcenſ.ſermo 2.

VOs teſtimonium perhib.&c.Ioan. xv. Dicto hodie quomodo homo teſtimonium perhibet Deo : nunc
E dicendum,quomodo ſibi,& proximo. Perhibet ergo homo ſibi teſtimonium, per propriam conſcientiam : & hoc tripliciter. Apud Deum in cogitatione : apud ſacerdotem in confeſſione : apud omnes in extrema examinatione. De primo.2.Cor.1.Gloria noſtra hæc eſt,teſtimonium conſcientiæ noſtræ. Sicut facies pulchra,& ornata, eſt gloria ſponſæ apud ſponſum : ſic facies rugata,eſt ignominia. Iob.16.Rugæ meæ,teſtimonium contra me. Rugæ animæ
F Chriſtianæ,ſunt duplices. Ruga prima, eſt bonum oſtendere, & malum intendere : bonum exterius oſtendere, & malum, & hypocriſim interius habere. Omnis, qui ſic rugatur,turpis eſt,quia mendax eſt.Ambroſius.Mendacium eſt,Chriſtianum ſe dicere,& opera Chriſti non facere. Secunda ruga eſt,ſe confiteri quod non eſt : & maxime in illis,qui dati ſunt in exemplum.Vnde Ambro. Mendacium eſt,ſe ſacerdotem, vel clericum confiteri, & contraria huic ordini operari. Sed huiuſmodi rugas,ſi in facie cõſcientiæ habueris,Chriſti ſponſa non eris. De ſecundo.
G Matth.8.Oſtende te ſacerdoti,& offer munus tuum, quod præcepit Moyſes,in teſtimonium illis.Hoc munus eſt confeſsio,quæ eſt teſtimonium mundationis tuæ, à lepra peccatorum. Hoc autem præceptum diuinum, vt oſtendat ſe ſacerdoti,nihil aliud ſignificat,niſi quòd in cõfeſsione ſua, omnia quę commiſit, plenarie pandat, habendo interius contritionem,pandendo exterius per oris apertionem, ſatisfaciendo poſterius per debitam operationem:& tunc poterit dicere cum Pſ. Mirabilia teſtimonia tua Domine,quæ hodie feciſti in me : ideo ſcrutata eſt ea anima mea.

De tertio.Ad Rom.3.Oſtendunt opus legis ſcriptum in cordibus ſuis,teſtimonium reddente illis conſcientia ipſorum,& inter ſe inuicem cogitationum accuſantium, aut etiam defendentium,in die cum iudicabit Deus occulta hominũ.

O q̃

O quàm grauiſsimum teſtimonium, quando ſcriptura, propriæ conſcientiæ conuincet hominem, coram omnib. Dan. 7. Iudicium ſedit, & libri aperti ſunt. i. conſcientiæ manifeſtæ erunt. Quid ergo de illis, qui non ſolum ſcripturã cõſcientiæ, ſed etiam ſapiẽtiæ, in corde, contra ſeipſos tenẽt: ſicut literati, & alij qui multa bona ſciunt, & mala faciũt? Tales quanto meliorem habent ſapientiam, tanto magis habent ſuæ damnationis teſtimonium. Vnde Deut. 31. Tollite librum iſtum, & ponite eum in latere archę fœderis Domini Dei noſtri, vt ſit tibi contra te, teſtimonium. Liber in archa, eſt ſapientia in corde. Perhibet homo quoque teſtimonium proximo triplex: videlicet, cauſale, morale, finale. Primum perhibetur in cauſis quotidianis, ſecundũ bonæ opinionis: tertium iudicij finalis. Primũ in cauſis quotidianis. Sed heu ſæpe falſum. Prouer. 25. Iaculum, & gladius, & ſagitta acuta, homo qui loquitur contra hominem falſum teſtimonium. Iaculum contra proximum: gladius contra ſeipſum: ſagita contra Deum. In hoc teſtimonio exigitur nõ ſolum teſtimonij veritas, ſed etiam teſtimonij pluralitas. Deuter. 19. Non ſtabit teſtis vnus, contra aliquẽ. Sed valde timendum eſt, quod Iſido. ait. Ille apud Deum condemnatur, qui aduerſus innocentem falſum teſtimonium, vel dicit, vel dicentibus credit. Nam non ſolum reus eſt, qui falſum de aliquo profert, ſed is, qui cito aurẽ dat. Secundum eſt teſtimonium bonę opinionis. Act. 6. Conſiderate ergo ex vobis viros boni teſtimonij, &c. Ecce quale teſtimonium habere debent, qui ad officia ſumendi ſunt. Si ergo prelatum, vel iudicem, ſi conſulem, ſi vxorem, ſi maritum, ſi Dominum tuum, ſi ancillam, ſi ſocium aſſũmis, ſi boni teſtimonij ſint attendas. Quidam enim valde turpe habent teſtimonium, ſicut ſunt mendaces, latrones, raptores &c. de quibus Ti. 1. Cretenſes mendaces malę beſtię, ventres pigri. teſtimonium hoc verum eſt. Attendenda autem eſt non ſolum teſtimonij veritas, ſed etiam teſtiũ honeſtas. Honeſtus teſtis fuit, qui dixit ad Gal. 4 Teſtimonium perhibeo vobis, quòd ſi fieri poſſet, oculos eruiſſetis, & dediſſetis mihi: nam hiſtrionum, & infamium, & perſecutorum

cutorum iuſtitiæ, & veritatis, parum curandum eſt teſtimonium. Sæpe enim laudant vituperandos, & vituperant laudandos. Prouer.28 Qui relinquunt legem, laudant im-
K pium &c. Tertium teſtimonium perhibebitur in iudicio finali, ab angelis, & ſanctis. Io.x Inſtauras teſtes tuos contra me &c. Vnde Matth.25. Et omnes angeli eius. Glo. Teſtes humanorum actuum, ſub quorũ cuſtodia bene, vel male egerunt. Non ſolum autem angelorum, ſed & totius orbis terrarum teſtimonio, confundentur reprobi. Sapien.5. Pugnabit enim cum eo orbis terrarum, contra inſenſatos. Ioan.Chryſ. In illo die, nihil eſt, quod reſpondeamus, vbi cœlum & terra, aqua, & Sol, & Luna, & dies, & noctes, & totus mundus, ſtabit aduerſum nos, in teſtimonium peccatorum noſtrorum, & ſi omnia taceant, tamen ipſę cogitationes, & opera ipſa, ſtabunt ſpecialiter ante oculos noſtros, accuſantes nos ante Deum. Non ſolum autem totius orbis, ſed orbem iudicantis teſtimonio conuincentur. Malach.3. Ego teſtis velox, maleficis, & adulteris, & periuris.

Dom. intra oct. Aſcenſ. Sermo III.

k AB initio mecum eſtis &c. Io.15. Chriſtus olim dixit Apoſtolis, qui ſecum erant corporaliter. Sed certe bene, quibus adhuc quotidie dicere poteſt. Mecum eſtis. Mecum vtique cohabitando ſpiritualiter: perſeuerando finaliter: congregando æternaliter. Circa primũ
M dic, quòd beati ſunt conuerſantes cum Domino, quibus poteſt dicere: Mecum eſtis. Mecum eſtis inquam conuiuãdo interius, per deuotionem: fructificando exterius, per operationem: expectando ſuperius, per retributionem. De primo. Apoc.3. Ecce ſto ad oſtium, & pulſo, &c. vſque cœnabo cum ipſo, & ipſe mecum. Hæc eſt ſpiritualis cœna refectionis, in qua ſicut dicitur Ioan.12. Maria vnxit Ieſum vnguento deuotionis. Cœnatur cum Deo, non ſolum ſpiritualiter, ſed etiam ſacramentaliter. Sed etiam mali, quandoque ſunt in cœna, & tales ſimiles ſunt Iudæ, Lucæ viceſimoſecundo. Ecce manus tradentis me, mecum eſt

in

in menſa. Auguſtinus. Quam multos Iudas implet ſathanas, indigne ſumentes bucellam ad iudicium ſuum.

De ſecundo. Pſalmiſta. Pulchritudo agri mecum &c. Pulcher ager, eſt iuſtus quilibet, qui fructum bonorum operum affert. O Domine Deus, quanto labore colitur ager, pro fructu temporali vnius anni? quanto plus ager cordis pro fructu in æternum manente? Ioannis decimoquinto. Fructus veſter manebit &c. Econtrario ager diaboli, qui ſpinas, & tribulos vitiorum profert, pulcher non eſt. Prouerbio. viceſimo quarto. Per agrum hominis pigri, tranſiui &c. Talis ergo non eſt tecum Domine, ſed tecum diabole. De tertio. Matthæi viceſimo. Nonne denario conueniſtis mecum? Qui denarium æternæ mercedis affectat, in vinea eccleſiæ, vel conſcientiæ laborare, & botros meritorum colligere, non negligat. Lucæ vndecimo. Qui non colligit mecum, diſ. &c. Circa ſecundum quòd Dominus fateatur electos perſeuerare ſecum in conuerſione pœnitentiali: in tribulatione temporali: in dilectione finali. De primo. Matthæi decimoquinto. Miſereor turbæ, quia iam triduo, perſeuerant mecum. Triduo, ſcilicet contritionis, confeſſionis, ſatisfactionis. Hoc triduo, perſeuerare debet cum Domino, qui recedere vult à diabolo. Vnde cum filij Iſrael recedere vellent à Pharaone, qui diabolum ſignificat, dixerunt, Exod. tertio. Ibimus viam trium dierum in ſolitudine. Per hoc triduum, Chriſtus in corde pœnitentis, tanquam in ſepulchro quieſcit. N O P

De ſecundo. Lucę vigeſimoſecundo. Vos eſtis, qui permanſiſtis mecum in tentationibus &c. Nota, quòd dicit meis. Omnes enim tribulationes, quas fideles Chriſti ſuſtinent, Chriſti ſunt, Chriſto inferuntur. Vnde qui viduas, vel pupillos, vel pauperes hic opprimunt, Chriſtum perſequuntur. Vnde & Paulo non dicitur, Quid fideles meos, ſed quid me perſequeris? Certe ſi in tribulatione perſeueras, tecum erit Dominus, Pſalmiſta. Cum ipſo ſum in tribulatione &c. Require ſupra in ſermone, Cras egredie. &c. Sed certo ſi vis cum CHRISTO perſeuerare in tentatione, debes valde vigilans eſſe in circunſpectione, ne Q

impro-

improperet tibi. Matth. 26. Non poteſtis vna hora vigilare
R mecum? De tertio. Luc. 15. Fili tu ſemper mecum es &c.
Glo. in æterna beatitudine, & omnium ſingula, & ſingulorũ
omnia, noſtra ſunt, ſuperiora ad videndum noſtra, æqualia
ad conuiuendum noſtra, inferiora ad dominandum noſtra
&c. 1. Corin. 3. Omnia noſtra &c. Si ergo omnia: ergo & angeli, & mater Chriſti, ergo ciuitas beata: certe ſic. Roma. 8.
Qui etiam proprio filio non pepercit &c. vſque omnia nobis donauit. Ecce enim Deus donauit homini omnia, & homo pro Deo, non dat de omnibus modica: ſicut patet in diuite illo. Luc. 16. Qui ergo omnia bona paterna habere voluerit, ſemper per amorem cum patre ſit.
S Circa tertium nota, quòd fatetur Dominus electos fore ſecum in gloria celeriter, familiariter, honorabiliter. Dicat ergo Dominus, mecum erunt electi celeriter Luc. 23. Hodie mecum eris in paradiſo. Ecce latro iſte, tarde ad conuerſionem, celeriter venit ad requiem. Aug. De facinore ad iudicium, de iudicio in lignũ, de ligno in paradiſum venit. Item familiariter. Ioan 17. Pater quos dediſti mihi, volo vt vbi ego sũ, & illi ſint mecum: vt videant claritatem meam. Item honorabiliter. Apoca. 3. Qui vicerit, dabo ei ſedere mecum, in throno meo, &c. ſed certe tunc cum Domino, in omnib. prædictis non erit, qui modo à ſordibus vitiorum lotus non fuerit. Ioan. 13. Si non lauero te, non habebis partem mecum.

IN DIE PENTECOSTES.

SERMO PRIMVS.

NOLITE contriſtare Spiritum ſanctum, in quo ſignati eſtis. Ad Eph.4. Vere nobilibus ſignis, nobilis ille Spiritus ſanctus, nobiliter nos ſignauit. Et ideo noſtrum ſignatorem nolimus contriſtari.i.à nobis p mala opera fugare: ſicut dicit Gloſſ. Signat autem Spiritus ſanctus electos, ſigno veritatis credendorum: ſigno honeſtatis morum: ſigno paupertatis terrenorum: ſigno charitatis Dei, & proximorũ. De primo ſigno, quod eſt fidei, dicitur Ephe.1. Credentes ſignati eſtis ſpiritu promiſſionis ſancto. Hoc ſigno diſcernũtur fideles ab infidelibus, poſt baptiſmum: ſicut ſignificatum eſt Ioſ.4. vbi tranſgreſſis filijs Iſrael Iordanem, præcepit Ioſue.12. viris, quos elegerat de filijs Iſrael, ſingulos de ſingulis tribubus, portare de Iordane ſicco. xij. lapides in humeris ſuis: vt ſint inquit ſignum inter vos. Duodecim lapides, xij. articulos fidei ſignificant, qui in Symbolo continentur. qui xij dicuntur, ſecundum traditionem. xij. Apoſtolorum. Vnde xij viri. xij. Apoſtolos ſignificant, qui articulos fidei, per mundum prædicando portabant. Iordanis autem, in quo ipſe ſaluator baptizatus eſt, baptiſmum ſignificat. In cuius tranſitu, huiuſmodi ſignum, & diſcretionem fideles accipiunt. Super hos duodecim eccleſia fundatur, qui bene in humeris portari iubentur. In humeris .n. onera grauia quæque portamus. Quicunque ergo onera laborum, vel grauamina aduerſorum, per fidem, ſeu per fidei articulos tolerant, ipſi quaſi in humeris, lapides Dei portant. Et ſicut in humeris leuius feruntur grauia: ſic vtique omnia grauamina feremus leuiter, ſi fidem viuam habemus. Ber. Quid eſt, quod non operamur etiã per medios enſes, ſi oporteat declinare tantam miſeriam, & ad tãtam accelerare gloriam? Aaron ſummus ſacerdos. xij. lapides

ſcilicet gemmas, in pectore portabat, ſicut legitur Exo. 39. Apparet ergo, ꝙ duodecim lapides, hoc eſt, duodecim fidei articulos, in pectore, & in humeris. i. in corde, & opere portare debemus. In pectore quidem, vt corde recte ſentiamus: In humeris autem, vt in laboribus, & grauaminibus, fidem oſtendamus. Vnde Eccl. 6. Subijce humerum tuum, & porta illam, ſ. ſapientiam, quæ eſt per fidem veram. Sed heu, humeros proprios multi ſubſtrahunt, & humeris alie-
B nis, multa imponunt. Matt. 23. Alligant, onera grauia, &c.

Signantur etiam electi, ſigno religioſitatis, vel honeſtatis morum. Hoc ſigno, mali à bonis deſignantur, per opera. Iob. 37. In manu omnium hominum ſignat, vt nouerint ſingula opera ſua. In manu vtiq;. i. in opere bono, apparet hoc ſignum, vt ſinguli operantes, & opera videntes, cognoſcant opera ſua, vtrum. ſ. à Deo, an à diabolo: vtrum carnalia, an ſpiritualia ſint. Glo. Fidei noſtræ veritatem, in vitę noſtræ conſideratione oportet cognoſcere, Et quia fides ſine operibus mortua eſt, ideo hoc ſignum ſemper debet eſſe annexum ſigno fidei. Matt. vlt. Signa eos, qui credunt, hæc ſequentur. In no. meo &c. Dæmonia ſunt peccata, quæ de corde eijcere debemus. Vnde de Magdalena deiecta ſunt ſeptem dęmonia. i. ſecundum Greg. vniuerſa vitia, atq; peccata. Linguis nouis loquentur. Linguæ nouæ, ſunt verba ædificatoria, & ſancta Linguæ enim antiquæ, fuerunt verba nociua, & praua, ſed recedant vetera de ore veſtro &c. Serpẽtes ſunt motus, ſiue concupiſcentiæ ſenſualitatis. Væh ei, qui ſerpenti conſentit, quia paradiſum perdit: ſicut Eua, & Adam. Serpentes ergo tollimus, quando concupiſcentias reſtringimus. Et ſi mortiferum quid biberint &c. Mortiferum eſt quodlibet ſcandalum, quælibet iniuria, quæ nõ ſolum in facto, ſed etiam dicto nobis infertur. Vnde Iac. 3. De lingua dicitur: eſt. n. inquietum malum, plena mortifero veneno. Si ergo accepta iniuria, non inflammamur per ſuperbiam, non ſuffocamur per inuidiam, non diſrumpimur per iracundiam: tunc mortiferum bibimus, & non nocet nobis. Bibe pro proximo, quod pro te bibit Chriſtus. Mat. xx. Poteſtis bibere &c. Greg. Quicquid afflictionis terrena ꝓpi-

nat aduerſitas, leue erit, ſi inſpicimus quid bibit in crucis patibulo, qui nos inuitat ad cœlum. Manus impoſitiones, ſunt adiutoria charitatis, & remedia impietatis, ex quibus ſæpe conualeſcunt, qui vel ſpiritualiter, vel corporaliter ægri ſunt. Vides ergo, quòd dæmonia ſunt, vitia volũtatis. linguæ nouæ, ſunt verba vtilitatis. ſerpentes ſunt concupiſcentiæ ſenſualitatis. mortifera ſunt iniuria aduerſitatis. manuum impoſitiones, ſunt adiuuatio charitatis.

In feſto Pentecoſtes. ſermo II.

NOlite contriſtare Spiritum ſanctũ &c. Nunc de tertio, & quarto ſpiritus ſancti ſigno videamus. De 3a Eſa. xx. Ambulauit ſeruus meus Eſaias, nudus, & diſcalciatus, trium annorum ſignum, & portentum erit. Conſiderandum autem, ꝙ quidam nudi ſunt, & diſcalciati. Quidam neq; nudi, neq; diſcalciati. Quidam nudi, & non diſcalciati. Quidam vero diſcalciati, ſed non nudi. Nudus, & diſcalciatus eſt, qui caret temporalium tegumento, & affectione. Nudus quidem eſt, qui caret rerum poſſeſſione. Diſcalciatus autem, qui caret cupiditatis affectione. Pedes enim ſunt, animæ affectus. Neq. nudi, neq. diſcalciati, ſunt diuites mundi, qui neq. poſſeſſione rerum, neq. cupiditatis affectu, exuti ſunt, & rebus abundant, & adhuc cupiditatib. inhiant. Nudi autem, & non diſcalciati, ſunt pauperes mundi, qui ẽt ſi res non habent, cupiditate tñ habendi non carent. Diſcalciati vero ſunt, & non nudi, diuites boni, qui ſecundum Pſal cũ eis diuitiæ affluunt, ipſi tñ, per auaritiam cor non apponunt. Amicti quidam ſunt tꝑalibus, ſed diſcalciati ſunt cupiditatibus. Nudi inquam & diſcalciati ſunt, qui & rebus, & cupiditatibus exuti ſunt, qui nec proprietatem in aliqua re, nec cupiditatem in corde habent. Ecce ſignum trium annorũ. Prima perfectio renũciationis tꝑaliũ, eſt relinquere ſuperflua, ſed non neceſſaria ſecundũ euang. habentes duas tunicas ſ. neceſſariam, & ſuperfluã, dent ſuperfluam non habẽti, qui ad hanc ꝓfectioné ꝑueniũt, quaſi vnius anni ſignũ hñt. Secũda vero ꝓfectio pauꝑtatis, eſt re C

linquere non ſolum ſuperflua,ſed etiam neceſſaria. Relinquere inquam in ſpeciali,ſed non in communi : ſicut multi religioſi,qui licet manſiones,& prędia,& multa bona habeant communiter,tamen non habent ſingulariter, & iſti duorum annorum ſignum habent. Tertia perfectio,vel con ſummatio paupertatis,eſt relinquere omnia ſuperflua , & neceſſaria : relinquere etiam in communi, & in ſpeciali . Iſta perfectio fratres chariſſimi, ad nos pertinet ſecũdum regulam Vnde nobis eſt datum ſignum trium annorum. Et certe vſque ad tempora beati Franciſci,fere omnes in tertio ſigno defecerunt.Sed ecce ſeruus Domini Franciſcus , ambulauit nudus,& diſcalciatus,vt nobis trium annorum, hoc eſt extremæ perfectionis paupertatis ſignum eſſet . Hoc vtique paupertatis ſignum,ipſe ſaluator, in ſua nobis natiuitate oſtendit.Lucæ.2.Hoc vobis ſignum,inuenietis in
D fan.&c. De quarto ſigno,accipi poteſt illud.Pſalmi. Fac mecum ſignum in bono,vt videant,qui me oderunt,& confundantur Qui nos oderunt,dęmones ſunt, peruerſi homi nes.Quod autem eſt ſignum,quo maxime odientes alios cõ fundantur? Vtique charitas eſt. Nam ſi tu benedicis ei,qui tibi male dicit,vtique confunditur,ſi pro ſignis ſui rancoris,accipit ſigna tui amoris,vtique confunditur,hoc eſt ſignum ſalutis Raab,quod in funiculo coccineo, in feneſtra ligato accepit,ſicut dicitur Ioſue.2.Quid in funiculo cocci neo,qui ignei coloris eſt:niſi charitas ſignificatur ? Nã charitas,ignea & ardens debet eſſe,& ſicut funiculo , naues ad portum trahuntur,ita charitatis vinculo,trahũtur ad por tum ſalutis æternæ. Oſeæ.11.In funiculis Adam , traham eos,in vinculis charitatis. Per trahemur vtique ad portũ, ſi funiculus amoris fortis fuerit. Ecc.4.Funiculus triplex, difficile rumpitur. Triplex debet eſſe amoris funiculus,qa & Deum,& amicum,& inimicum debemus diligere. Greg. Ima,& ſumma eſt præparatio charitatis , ſi & ipſe diligitur,qui aduerſatur . hinc eſt,quòd veritas , & crucis patibulum ſuſtinet, & tamen ipſis ſuis perſecutoribus,affectionem dilectionis impendit,dicens : Pater ignoſce illis &c. Si non diligis inimicum,non habes hunc triplicem funiculum.

lum. Si ergo Hierico. i. mundo damnatione æterna pereunte, in feneſtra cordis funiculum charitatis non habueris, tu ſimiliter cum mundo peribis. Ecce chariſſimi, quibus virtutum ſignis, nos ſignauit. ſſ. Si autem ſigna virtutum, ſigna ſſ. habetis, tunc nequaquam ſigno humilitatis caretis. Greg. Mens quæ diuino ſpiritu impletur, habet euidentiſſime ſigna ſua, virtutes. ſ. humilitatem, & charitatem: quæ ſi vtraque, vna mente perfecte conuenerint, liquet quòd de præſentia. ſſ. teſtimonium ferunt.

In feſto Pentec. ſermo 3.

Nolite contriſtare. ſſ. &c. Contra prædicta quatuor ſigna. ſſ. ſignificantur peruerſi, quatuor ſignis ſpiritus maligni Signis vtique infidelitatis, carnalitatis, cupiditatis, doloſitatis. Nolite ergo contriſtare ſpiritũ Dei, in quo ſignati eſtis, vt pro ſigno ſſ. accipiatis ſignum ſpiritus maligni, pro ſigno fidelitatis, ſignum infidelitatis. de quo Ezec. 16. Ad omne caput vię, ædificaſti ſignum proſtitutionis tuæ. Anima proſtituitur, quando dolis, vel errorib. corrumpitur. hoc autem ſignum, ad omne caput viæ ponitur, quando error talis publicatur. Item noli contriſtare ſpiritum. ſ. Dei, accipiendo pro ſigno religioſitatis, ſignum carnalitatis, vel leuitatis. de quo Sap. 2. Nemo veſtrum exors ſit luxuriæ noſtræ, vbique relinquemus ſigna lætitiæ noſtræ. heu quàm miſerabile verbum carnalitatis, vbiq: dicunt relinquamus ſigna. q. ſigna relinquunt quocunque venerint, tantum hoc, vtinam ab amicis, & non etiam inimicis perciperetur, vbique dicunt, vbique in mundo, ſed nunquam in cœlo. Hieron. Difficile eſt, immo impoſſibile, vt pręſentibus quis, & futuris fruatur bonis, vt hic ventrem, ibi mentem impleat, vt de delitijs tranſeat ad delicias, vt in vtroque ſeculo primus ſit, vt & in cœlo, & in terra appareat glor[illegible]. Item noli contriſtare. ſſ. Dei, accipiẽdo pro ſigno pau[illegible]tatis, ſignum cupiditatis. de quo Gen. 4. Poſuit ſignum Dominus in Cayn, hoc eſt ſignum auaritiæ, quod in E F

cupida poſſeſſione, vel acquiſitione temporalium conſiſtit. Cayn enim, poſſeſſio, vel acquiſitio interpretatur. Væh habentibus hoc ſignum. In Canonica Iudæ. Væh eis, qui in viam Cayn abierunt. Item nolite contrauenire. ſſ. Dei, accipiendo pro ſigno charitatis, ſignũ doloſitatis. de qua. Mat. 26. Qui tradidit eum, dedit eis ſignum dicens &c. Heu heu quot adhuc ſunt Iudæ imitatores, qui in facie yngunt, à tergo pungunt, ore ſimulant amorem: corde tenent rancorem. Contra quos dicitur. Rom. 12. Dilectio ſine ſimulatio-
G ne. Hoc ſigno contriſtatur maxime. ſſ. Contra hęc ſigna quatuor ſpiritus maligni, ſignati debemus ſupradictis quatuor ſignis ſpiritus ſancti, quæ bene ſunt ſighificata, Apoc. 12. vbi dicitur. Signum apparuit in cœlo, mulier amicta Sole, & Luna ſub pedibus eius, & in capite eius, corona ſtellarum duodecim, & in vtero habens, & clamauit, vt pariat. Bene magnum dicitur hoc ſignum, quod quatuor ſigna cõprehendit. Mulier ergo iſta, ſic ſignata, eccleſiam, vel perfectam animam ſignificat. Signum autem credulitatis in corona ſtellarum 12. ſignificatur. Corona. n. ſtella eſt catholicæ eccleſiæ, fides, quam ſynagoga perdidit. Thren. 3. Cecidit corona ca. noſ. Duodecim ſtellæ, duodecim articuli fidei ſunt, qui ſupra, per 12. lapides ſignati ſunt, qui tanq̃ ſtellæ lucidæ, eccleſiam illuminant. Signum autem claritatis morum, in amictu ſolari ſignificatur. Quid. n. eſt ſancta conuerſatio, niſi luminoſus amictus? Apo. 19. Vidi vnum angelum ſtantem in Sole. Angelus in Sole, eſt ſpiritualis homo, in lucida conuerſatione, Mat. 5. Sic luceat lux veſt. &c. Signum vero paupertatis, in luna ſub pedibus ſignificatur. Luna. n. quæ creſcit, & decreſcit, eodem ſiſtere neſcit, temporalium inſtabilitatem ſignificat. & ſicut à luna intemperies, & turbatio aeris, tonitrui, & grandinis generatio ducitur, ita & turbationis totius mundi cauſa ſunt temporalia. Multi. n. iuſtitiam, & pacem bene ſeruant, donec temporalibus eorum parcatur, vel temporalia non auferantur. Pſal. Orietur in diebus Dñi &c. Hæc luna eſt ſub pedibus, per contemptum omnium temporalium, quando conculcando tanquam vilia reputantur, Pſal. Omnia ſubieciſti ſub
ped.

ped.eius &c.Signum quoque charitatis cordis, per hoc ꝙ dicitur habens in vtero ſignificatur. Quid enim eſt, quòd in vtero cordis habendum eſt,quod ad pariẽdum cruciat, niſi amor? Nihil enim ad partum boni operis, ſic hominẽ vrget,ſicut amor Dei,in cordis vtero conceptus. Quia fœtus ergo amoris,non poteſt eſſe,niſi in vtero cordis, tanꝗ in vtero virginali, ideo,bene de hoc ſigno dicitur. Eſa.7. Dabit Dominus ipſe vobis ſignum &c. Sicut ergo chariſſimi,per ſpiritum ſanctum,ſignificantur electi.Leo papa.Cõſignauit animas noſtras,pro prio ſpiritu,& membra corporis noſtri,ſuo ſanguine precioſo. Nolite contri. ſl.&c.

In feſto Pentec. ſermo IIII.

Aſcendit ignis de petra. Iud.6.dicitur.1 Corin.10.Petra autem erat Chriſtus. Ignis ergo de petra aſcendit,quando Spiritus ſanct. in igne, à Chriſto,miſſus fuit diſcipulis.& bene dicitur aſcendere, quia nos facit aſcendere. Conſiderandum autem, quòd de petra aquam, oleum,ignem mel legimus miniſtrata, quibus ſpiritus ſanctus figuratur,qui per effectum gratiæ ſuæ., aqua eſt incipientibus, oleum proficientibus, ignis conſummantibus, mel regnantibus. Aqua vtique eſt gratia ſpiritus ſancti in iuſtificatione, oleum in deuotione, ignis in dilectione., mel in fruitione. De primo Pſalm.Percuſſit petram, & fluxerunt aquę. Aquæ vtique gratiæ.ſl.Ioan.7. Qui credit in me(ſicut dicit ſcriptura) flu. de ven eius flu. aquę viuæ, hoc autem dicit de ſpiritu ſancto.&c.Aqua iſta abluit incipientes à peccatis.Vnde de Magdal.Gregorius ait. Quia turpitudinis ſuæ maculas aſpexit, lauanda ad fontem miſericordiæ cucurrit. Huius enim fontis, aqua,per intrinſecus baptiſmum,mundatur homo in anima. Ezech.36. Effundam ſuper vos aquam mundam &c.Noli ergo in ſtercus carnis proijcere animam tuam,precioſa aqua mundatam &c.Sicut autem in deſerto,petra bis virga percuſſa,aquam dedit: ſic petra noſtra dilecta,ſ.virga crucis, quaſi bis percutitur,dum ligno crucis affigitur,vt ſufficienter no

bis aqua.ſ.effluerēt.in cuius figura aqua de Chriſti latere
I exiuit. De ſecundo.Iob.29.Petra fundebat mihi riuos o-
lei. hoc eſt oleum.ſ.oleum gratiæ, quo in deuotione vn-
guntur proficientium animæ.Pſal.Vnxit te Deus &c.Riui
K huius olei,ſunt illi,de quib.1.Cor.12.diuiſiones gratiarum
ſunt &c.Nota quòd ex quo mollia ſemina; ad dandum o-
leum,tam fortiter comprimuntur,quanto magis petra er
go noſtra,fortiſſime compreſſa eſt,in cruce, vt ex eo liqua
retur oleum,in noſtram mentem hoc oleum nō ſolum cru
cis tormento exprimitur : ſed etiam crucis beneficio con-
ſeruatur.Vnde mulieri colligenti duo ligna, dicit Helias
L 3.Regum 17 Hydria farinæ, non deficiet, & lechitus olei;
nō minuetur &c.Mulier eccleſiam,duo ligna,crucem Chri
ſti,farina eucharistiam;oleum,gratiam ſignificat. Eccleſiæ
ergo colligenti fidem,& deuotionem,ligna crucis Chriſti;
M nec corpus Domini,neque oleum gratiæ.ſ. vnquam defi-
ciet. De tertio dicitur hic. Aſcendit ignis de petra, hic
eſt ignis.ſ.qui hodie ſup Apoſtolos venit, ī linguis igneis,
ſicut legitur Act.2.hic ignis de petra Chriſto,datur homi
nibus,quando non ſolum incipientes,per aquam ſpiritus,
lauantur à contagione peccatorum, non ſolum proficien-
tes,vnguntur oleo.ſ.in deuotione operum piorum; ſed &
perfecti,inflammantur,in amore æternorum. longe eſt ab
iſto igne,qui adhuc durus eſt in corde.Auguſt.Nihil enim
tam durum eſt,atque ferreum,quod non amoris igne vin-
catur. Quid mirum ſi hęc petra Chriſtus,dat ignem, cum
ſæpe videmus,ferro,vel calibe, ignem de petra excuti? ſic
nimirum petra noſtra Chriſtus,ferro lanceæ in latere, fer
ro clauorum in pedibus,ac manibus,percuſſus eſt: vt nobis
ignem miniſtret. Sicut autem ignis, appoſitione lignorum
augetur,& conſeruatur ne deficiat; ſic nos ardorem ignis
ſ.lignis crucis Chriſti,per deuotam, & iugem recordatio-
nem,conſeruare debemus,& nutrire.Leui.6.Ignis in altari
meo ſemper ardebit,quem nutriet ſacerdos, ſubijciens li-
gna mane,per ſingulos dies. Altare,cor,ſacerdos ſpiritum,
N ligna crucem ſignificant. De quarto.Pſalm.De petra mel
de ſaxo,hoc eſt mel dulcedinis.ſ.quem hæreditabunt ele

&i in cœlo. Eccleſi.24. Spiritus meus ſuper mel dulcis, & hære. Bene dicit ſuper mel. Si enim totius mellis, quod in toto mundo fuit, eſt, & erit, dulcedo in ore, ſiue in gutture, in guſtu tuo eſſet, o quanta eſſet. Et tamen ſuper hanc dulcedinem, inęſtimabiliter eſt dulcedo æterna. Sed ad ipſam non poterimus venire, niſi per virgam crucis, per quam ét nunc, viri perfecti, paululum huius mellis dulcedinē prægustant, ſicut ſignificatum eſt. 1. Regu. 14. vbi legitur, quòd Ionatas intincta virga, guſtauit de melle, & illuminati ſūt oculi eius.

In feſto Pentecoſtes, ſer. V.

FActus eſt repente de cœlo ſonus, &c. vſque ſedit ſup. ſingulos eorum &c. Act. 2. In his verbis Spiritus ſanc. oſtenditur repētinus, ſonorus validus, repletiuus, linguoſus, igneus, quietus. Eſt autem repentinus in feſtina cō uerſione, ſonorus in laude, & oratione, validus in temporalium renunciatione, repletiuus in bona opinione, linguoſus in facunda prædicatione, igneus in ardenti dilectione, quietus in ſanctā contemplatione, repentinus vtiq; in cōuerſione Vnde dicitur. Factus eſt repente &c. Ambro. Neſcit tarda molimina. ſſ gratia. Eccleſi. 5. Ne tardas conuerti ad Dominum. Suſcipiamus ergo nunc repentinum ſpiritū, ad conuerſionem, ne accipiamus repentinum interitum, ad damnationem. 1. Timo. 5. Cum enim dixerint pax, & ſecuritas, tunc repentinus eis ſuperueniet interitus. Secundo Sonorus in laude, & oratione. Vnde dicitur. De cęlo ſonus. Cant. 2. Sonet vox tua in auribus meis. Vox enim tua dulcis, & facies tua decora. Facies animæ, conſcientia eſt. Pſa. Arguam te &c. Tua ergo vox, in orando, & laudādo dulcis eſt in auribus Dei, ſi facies decora eſt. Bene autem vox tua, non vox vicarij. Bene etiam ait in auribus meis, non in auribus hominum, ad vanam gloriam. Debet quoq; nō ſolum in auribus Dei, ſed etiam angelorum, vox tua sonare. Can. 8. Quæ habitas in hortis, amici auſcultant, fac me audire

audire vocem tuam. Amici ſunt angeli. Tertio validus eſt ſpiritus ſanctus, & vehemens, in temporalium renunciatione. Vnde ſequitur, tanquam aduenientis ſpiritus ve-
Q he. Pſalm In ſpiritu vehementi, conteres naues tharſis, id-eſt vehicula temporalium, quibus ſeculares in marib. mundi, tanquam nauibus innituntur. Sapien. 5. Tranſierunt omnia, tanquam vmbra, & tanquam nuncius præcurrens, & tanquam nauis, quæ pertranſit fluctuantem aquam. Nota, quòd dicit tranſierunt. Aug. Nonne omnia fumus, & ventus, nonne omnia tranſeunt, & currunt. Væh his, qui adhæſerunt tranſeuntibus, quoniam ſimul tranſeunt. Tharſis exploratio gaudij interpretatur. ſtulti enim, gaudium in temporalibus quærunt. Sapien. 2. Venite fruamur bonis, quæ ſunt &c. Naues ergo tharſis in ſpiritu vehementi conterũtur, quando temporalia inſtinctu. ſſ. contemnuntur.

R Quarto repletiuus eſt ſpiritus ſanctus in bona opinione. Vnde additur, repleuit totam domum. Cum enim poſtea dicatur repleti ſunt omnes. ſſ. illa repletio ad virtutes, & dona. Iſtius vero domus repletio, ad bonam famam partium Ioan 12. Domus repleta eſt ex odore vnguenti. In odore bona opinio ſignificatur. 2. Cori. 2. Chriſti bonus odor ſumus Domini. i. Domus ergo impletur quando clauſtrum, vel eccleſia, bona opinione reſpergitur. Econtrario alij replent domum fœtore infamiæ. Io. 11. Ecce iam fœtet &c.

S Quinto linguoſus eſt. ſſ. in prædicatione. Vnde ſequitur. Apparuerunt illis diſpertitæ linguæ. 1. Corin. 13. Si linguis hominum loquar, & angelorum &c. Ibi oſtenditur, quòd neque prædicatio neque aliquod bonum opus, ſine charitate ſufficit. Bene autem dicitur, diſpertitæ linguæ, quia non vnomodo, ad omnes habendus eſt ſermo. Nunc enim de pœna, nunc de gloria, nunc autem de vicijs, & virtutib. & aliter infirmis, aliter perfectis loquendum eſt. 1. Theſſa.
T 5. Rogamus vos fratres, corripite inquietos. Sexto. Igneus eſt ſpiritus ſanctus in dilectione. Vnde ſequitur. Tanquam ignis. De quo igne dicitur Leui. 6. Ignis in altari meo, ſemper ardebit: id eſt in corde. Lucæ vltimo. Nonne cor noſtrum ar. Iſte ardor, eſt amor. Aug. Bonum eſt hominibus,

vt ardeant ſancto igne, Deus, vt fœno conſumpto ſplẽdeat precium quo redemit Christus. Bene autem dicitur, Sẽper. Prouer. 17. Omni tempore diligit, qui amicus eſt, ligna ſunt exempla ſanctorum, vel ligna crucis. 3. Reg. 17. En colligo duo ligna. Talib. lignis, inuitatur amoris ignis. V
Septimo quietus eſt. ſ. in contemplatione. Vnde, ſeditq́. ſupra ſin. eorum. Sedet enim. i. ſedentes nos facit, per quietẽ contemplationis. Thren. 3. Sedebit ſolitarius, & tacebit &c. poteſt tamen & melius in ſeſſione ſ. ſignificari, quòd ipſe ſit manſionarius in perſeuerantibus. Pſalmi. Deus ſedet ſuper ſedem ſanctam ſuam.

In die ſancto Pentec. ſer. VI.

FActus eſt repente de cœlo ſonus &c. Supradictæ. 7. ſ. operationes, ſignificari poſſunt in ſeptenario ſanctorum, in Euangelio, in quibus euidenter, & notabiliter ſpiritum. ſ. inueniemus, videlicet in Eliſabeth, i Zacharia, in Ioanne, in Symeone, in diſcipulis, in Maria, in Chriſto. A
Repentinus eſt. ſ. in conuerſione. hoc in Eliſabeth ſignatũ eſt. Luc. 1. Factum eſt, vt audiuit ſalutationem Mariæ Eliſa. exultauit infans in vtero eius. Eliſabeth repleta eſt. ſ. ſalutante Maria. Spiritu. ſ. repletur, quicunque præueniente gratia conuertitur. Tria autem hęc conſideranda ſunt. Salutat Maria, exultat Ioãnes, repletur Eliſabeth. Maria præuenientem gratiam, qua primo illuminamur ſignificat. Interpretatur. n. illuminatrix. Ioannes autem voluntatem ſignificat. Interpretatur enim in quo eſt gratia. Cum ergo Maria. i. gratia præueniens ſalutat, & tunc in vtero animæ, Ioannes. i. voluntas conſentiendo exultat. Eliſabeth vero repletur, quando gratia ſubſequens, ad efficaciter operandum habetur. Aug. Noſtrum eſt velle. Sed voluntas ipſa admonetur, vt ſurgat, & ſanatur, vt valeat, & dilatatur, vt capiat: & impletur, vt habeat. Sonorus eſt: ſ. in laude, & oratione, & confeſſione, hoc in Zacharia ſignatur. Lucæ. 1. B
Zacharia pater eius, impletus eſt ſ. & prophetauit. Dauid.

Benedictus Dominus Deus Iſrael.&c. Attende in his verbis, videlicet quis eſſe, quid habere, quid agere debeat, qui per.ſ. ſonorus eſſe deſiderat. Debet enim eſſe Zacharias opere, debet habere, ſ. in corde, debet gratias agere, & benedicere ore. Vt ergo per gratiam ſonorus fias, ſis per iuſti-
C tiam in opere Zacharias Lucæ.1. Erant autem ambo iuſti &c. Item validus eſt.ſſ.in temporalium renũciatione, hoc in Ioanne ſignificatur. Luc.1. Spiritu ſuncto replebitur, adhuc ex vtero matris ſuæ. Thre.3. Bonum eſt viro, cum portauerit &c. Ioannes forma eſt, ſeculum & temporalia relinquentium. In tribus. In ciborum & potus parcitate. Luc.1. Vinum & ſiceram non bibet: comedebat etiam locuſtas, & mel ſylueſtre. In veſtimentorum vilitate, & aſperitate. Matthæi.3. Erat Ioannes veſtitus pilis camelorum &c. In ſolitudinis raritate. Luc.1. Erat in deſerto, vſque ad diem oſtẽ-
D ſionis ſuæ ad Iſrael. Item repletiuus eſt. ſſ. in bona opinione, hoc in Symeone ſignatur. Luc.2. Homo iſte iuſtus, & timoratus, expectans conſolationem Iſrael &c. & erat in eo. Ecce quam ſanctæ opinionis fuit iſte ſenex. Sed heu hodie de ſenibus dici poteſt illud Danielis. 13. Iniquitas egreſſa eſt de babylone à ſenioribus, &c. Talium ergo opinio fœtida. Symeonis autem & ſimilium odorifera eſt. Greg. Virtutes proficientium, in notitia cęterorum, quaſi ſuauitates fragrant odorum. In tribus autem debet eſſe bonæ famæ, in eo, quòd ſit iuſtus, timoratus, pius. Pietas enim oſtẽditur in hoc, quòd expectabat redemptionem aliorum. Iuſtus ſit, hoc ad ſeipſum, timoratus ad Dominum, pius ad
E proximum. Item linguoſus eſt.ſſ.in prędicatione, hoc innuitur cum dicitur: quòd apparuerunt illis diſpertitæ linguæ, hoc ſignificatur in diſcipulis, quibus euidenter in Euãgelio inuenimus.ſ. promiſſum, immo datũ. Datus eſt enim ante paſſionem. Matth.x. Conuocatis vero duodecim diſcipulis ſuis, dedit poteſtatem immundorum ſpirituum. Item pòſt reſurrectionem. Io xx. Sufflauit, & dicit. Accipite ſpiritum ſanctum. Item poſt aſcenſionẽ. Act.2. Repleti ſunt omnes ſpiritu ſancto, & cœperunt loqui. Primo ergo datus eſt eis, ad miraculorum operationem. Secundo ad peccato

rum

rum remiſſionem. Tertio ad veritatis inſtructionem. Item igneus eſt. ſſ. in dilectione, hoc ſignificatur in Maria. Luc. 1. Spiritus ſanctus ſuperueniet in te &c. vſq. filius Dei. Quis vnquam ardentius dilexit, quàm Maria? Quæ etiam virtus. Ieſum. i. ſalutem parit, vbi charitas. In prædictis nota de. ſſ. ſuperuentione, de Mariæ obumbratiõe, de filij Dei generatione. In his enim ſignificatur, quòd anima, cui ſſ. charitas ſuperueniens datur, ipſa contra æſtum vitiorum obumbratur, à portu ſalutis æternæ fœcundatur. Item mãſionarius eſt. ſſ. in perſeuerantię duratione. hoc ſignificatur in Chriſto, de quo. Io. 1. Vidi ſpiritum deſcendentem, quaſi columbam de cœlo, & manentem ſuper eum. In quibus verbis tria oſtenduntur, quæ maxime ad perſeuerantiam in bonis operibus, neceſſaria ſunt, humilitas, mititas, ſtabilitas, humilitas. In proſperitate. Vnde dicit ſpiritum deſcendentem, non aſcendentem. Mititas in aduerſitate, vnde dicit. q columbam, in qua manſuetudo ſignificatur. Stabilitas in voluntate. Vnde ait, & manentem ſuper eum. G

In die ſancto Pentecoſtes, ſermo. 7:

PAraclitus autem Spiritus ſanctus, quem mit. p. in no. meo, &c. Io. 14. O quàm maxima miſſio. Magnus eſt, qui mittitur: magnus à quo mittitur: magnus cuius nomen mittitur. Ecce amicum tuum reputas, qui tibi ſcutellam, ſeu vas eſcarium, vel vinum ſuum, in quadam magna curia mittit. Quantus ergo amicus ille, qui olim filiũ ſuum, & nunc ſpiritum ſanctum mittit. Mittitur ergo. ſſ. ad oſtendendam veritatem, ad arguendam iniquitatem, ad attendendam voluntatem, ad faciendam ſecuritatem. H

De primo nota, quòd de agno tanquam occiſo dicitur, Apoc. 5. quòd habebat oculos ſeptem, qui ſunt ſeptem ſpiritus Dei, miſſi in omnem terram. O quam magnum eſſet, qui nobis in ſignum dilectionis, vnum oculum mitteret. Et ecce noſter agnus, nobis ſeptem oculos. i. ſeptem dona. ſſ. mittit, quibus videre poſſumus veritatem, & omnia ad ſalutem

tem neceſſaria.Vnde dicitur hic. Paraclitus autem ſpiritus ſanctus &c.Dona.ſ.oculi nobis ſunt ad cognoſcédum: cornua vero ad defendendum animam. O Domine, mitte nobis ſeptem oculos iſtos agni,contra ſeptem oculos diaboli:de quibus dicitur Eccleſi.xx.Datus inſipientis,nõ erit vtilis tibi,oculi enim illius ſeptemplices ſunt. Exiguá dabit,& multa improperabit.diabolus inſipiens eſt ad bonũ, & ſagaciſſimus ad malum.Iſte inſipiens quicquid tibi dat, per rapinam,per vſuram,& quamcunque iniuſtam acquiſitionem:ideo tibi dat,vt ipſum adores.Matt.4. Hæc omnia tibi dabo,ſi cadens adoraueris me.huius datus,non erit tibi vtilis. Exigua enim dat in mundo,& multa improperat in inferno. Exigua in delectatione:multa in punitione.Gregorius. Momentaneum eſt,quod delectat, æternum quod cruciat. Oculi diaboli,ſunt ſubtilitates,& aſtutiæ,quibus animabus inſidiatur,per ſeptem vicia capitalia,& ideo ſeptemplices dicuntur. De ſecundo. Ioannis decimoſexto.

I Si non abiero,paraclitus non veniet ad vos &c. Cum auté venerit ille,arguet mundum de peccato &c.Miſit dominus ſpiritum ſanctum,contra mundum,ad arguendum, ſicut ſagitta mittitur contra hoſtem ad feriendum.Vnde Hierem. quarto. A voce equitis,& mittentis ſagittam, fugit omnis ciuitas. Mundus eſt quædam ciuitas, de qua Matthæi. 22. Miſſis exercitibus ſuis.i.angelis,perdidit homicidas illos, & ciuitatem illorum ſuccendit.hoc fiet in die iudicij, qñ cremabitur mundus.hęc autem ciuitas, fugere debet ad cauernam pœnitentiæ,vel ad vrbes refugij.ſ. ad religionem, vel ad aliquem ſtatum ſalutis.Vnde Bernar. Conuolate ad vrbes refugij, vbi poſſitis, & de prçteritis agere pœnitentiam,& de præſentibus obtinere gratiam, & futuram gloriam fœliciter præſtolari. Fugere autem debet homo, ꝓpter duo: propter vocem,& ſagittam.Eques Chriſtus eſt, cuius equus eſt eccleſia,vel quilibet fidelis,qui tribulatione,& carnis caſtigatione, quaſi calcaribus ſtimulatur, vt equus ad currendum,& prouocandum in pugnam. I. Corinth.nono. Ego autem ſic curro, non quaſi in incertum, ſic pugno,non quaſi aerem verberans, ſed caſtigo corpus meum

meum &c. O quot equos diabolus aufert Deo ſæpe? Vox eſt prædicatio, quam Chriſtus per ſe, vel per prædicatores emittit. Pſalm. A voce tonitrui tui formidabunt. Sagitta autem eſt inſtinctus Spiritus ſancti. Fruſtra enim vox doctrinæ extra terreret, niſi Spiritus ſanctus intus cor, in contritione, ad modum ſagittæ vulneraret. Vtinam hæc ſagitta, nunquam exeat de cordibus noſtris. Tres ſunt autem ſpirituales ſagittæ, quas mittere ſolet Chriſtus, videlicet timoris, doloris, amoris. timor pœnam, dolor culpã, amor gloriam reſpicit. De his poteſt accipi quod ait Ionatas, qui Chriſtum ſignificat. 1. Regum vigeſimo. Tres ergo ſagittas igneas mittam. Sed heu contra igneas ſagittas Spiritus ſancti, ſunt igneæ ſagittæ ſpiritus maligni. Epheſ. 6. In omnibus ſumentes ſcutum fidei. Sagitta enim diaboli, mala lingua eſt. Hieremia. 9. Sagitta vulnerans, lingua eorum. K

In die Pentec. ſermo 8.

PAraclitus autem Spiritus ſanctus q. m. in nom. meo. Ioann. 14. Quot hodie de tertio, & quarto membro dimiſimus, compleamus. De tertio. Lucæ duodecimo. Ignẽ veni mittere in terram &c. Ignis iſte Spirit. ſancti eſt, qui nos ad bonum accendit. Vidi quandoque ignem de ſole capi, in vitro lucido, aqua impleto. Ita fit in baptiſmo. Vnde bene dicitur, Apocal. decimo quinto. Vidi tanquam mare vitreum, mixtum igne &c. Intelligi poteſt mare vitreum, vitreum vas continens aquas, ſicut mare æneum, dicebatur vas æneum. Mare ergo vitreum, ſignificat baptiſmum. Sicut enim per vitrum, radius ſolis, ita per baptiſmum, lumen gratiæ diffunditur, in domum eccleſiæ, vel credentis animæ. Item ſicut vitrum cito frangitur, ſed non cito reparatur: ita medicina baptiſmalis. Ignis autem commixtus mari vitreo, ſignificat virtutem Spirit. ſancti qua purgatur in baptiſmo anima. E

Sol

Sol autem à quo ignis iſte concipitur, Chriſtus eſt, de quo 2. Mach. 1. Tempus affuit, quo ſol refulſit, qui prius erat in nubilo, & accenſus eſt ignis magnus. hoc autem factũ eſt, quando ſacrificium ſecundum iuſſum Neemiæ aſpergebatur aqua craſſa, hoc modo et ſacrificium Deo in baptiſmo, vbi aqua baptiſmi, craſſa per gratiam. ſ. purgans animam, in Chriſto accenditur. Cuiuſcunque vitrum fractum eſt, illi ignis. ſ. extinctus eſt: oportet ergo iſtum ignem ferro duræ pœnitentiæ. q. excutere de lapideo corde, ſecundi

M Mach. x. De lapidibus ignitis, igne concepto, obtulerunt ſacrificia. Sed dicis. Heu non poſſum iſtum ignem excutere, verum eſt, molli caſeo, ex colliſione autem duri ad durũ ſ. duræ pœnitentiæ, ad durum cor, ignis concipi poteſt. Ergo cor durum eſt, quo nulla caſtigatio, nulla comminationum, & terrorum colliſio, vnam ſcintillam. ſ. poteſt generare.

N De quarto. Ioannis 15. Cum venerit paraclitus, quem ego mittam &c. vſque ille teſtimonium perhibebit de me: Teſtimonio ſuo nobis ſ. facit fidem, & ſecuritatem, quòd Chriſtus verus Deus eſt. quòd fides noſtra de Chriſto, vera eſt, & labores n ſtri pro Chriſto aſſumpti, non fraudabuntur, promiſsa hæreditate cœleſti, ſicut teſtimonium ſigilli, vel pignoris, fidem & ſecuritatem ſolet facere ſic. ſ. Spiritus enim ſanctus, quaſi ſigillum, & pignus, eſt nobis. Ephe. 1. Signati eſtis ſpiritu promiſſionis ſancto, qui eſt pignus hereditatis noſtræ, ſi ſpiritu ſancto ſignamur: Spiritus ſanctus ergo ſigillum eſt. De hæreditate ergo æterna non timeamus, qui pignus, & ſigillum. ſ. pro ipſa tenemus.

O Literæ ergo, huiuſmodi ſigillo munitę, ſunt bonę conſcientiæ: in quibus omnia bona opera, & verba, & deſideria noſtra, ſcripta ſunt. Sed ſicut litera ſine ſigillo, ſic ſunt omnia bona opera ſine charitate, qua corda noſtra ſigillat Spiritus ſanctus. De hoc ſignificatum eſt Heſter octauo: vbi legitur, quando per literas ſignatas annulo regis, vita data eſt Iudæis, qui per literas veteres, Aman interfici debebant. Literæ Aman. i literæ diaboli, ſunt malę conſcîẽtię, in quibus omnia opera, & verba, & deſideria mala, ſcripta ſunt. Sigillũ aũt diaboli, obſtinatio eſt, literæ aũt Aſueri

literæ ſunt Chriſti,conſcientiæ bonæ. Cum autem ſpiritusſanctus,digitus Dei dicatur,annulus huius digiti, donū eſt ſpiritus ſancti,quo mens noſtra ſigillatur. Hæ literæ,& Dei,& diaboli,in morte cuiuslibet aperientur, & maxime in iudicio. Danielis ſeptimo. Iudicium ſedit, libri aperti ſunt. O, quomodo ſigillum tunc iudex examinabit cuius ſit? Matthæi vigeſimo ſecundo. Cuius eſt imago hæc,& ſuperſcriptio? Item teſtimonium pignoris eſt nobis ſpiritus ſanctus. Quicquid enim facimus ſuper hoc pignus, domino mutuamus. Prouerbio.decimonono. Fœneratur domino,qui miſeretur pauperis. Mutuemus ei: pro minimo enim merito,recipiemus plus in cœlo, quàm ſi pro vno denario,mille marchas reciperemus in mundo. Stulti autem Iudæi,hoc pignus recipere noluerunt. Tu autem Chriſtiane,quàm diu hoc pignus habes in archa cordis, ne timeas de bonis tuis,domino accommodatis, pro hæreditate ęterna. Ait Auguſtin. Non dimittit pignus ſuum: Si enim nos non amaret,talia pignora non daret.

In die ſancto Pentec. ſer. IX.

O Quam bonus, & ſuauis eſt domine ſpiritus tuus, in nobis. Sapien. 12 Vt videamus bonitatem,& ſuauitatem huius ſpiritus,in nobis,ſcire debemus, ꝙ per hunc ſpiritum, habemus veniam peccatorum, victoriam inimicorum, gratiam donorum, gloriam præmiorum. De primo. Ezech. trigeſimoſexto. Effundam ſuper vos aquam mundam,& mundabimini ab omnibus inquinamentis veſtris,& ab vniuerſis idolis,& dabo vobis cor nouum,& ſpiritum nouum ponam in medio veſtri, ideſt venia peccatorum in hac mundatione conſiſtit. Hæc autem mundatio,per aquam,& ſpiritum, non ſolum fit in baptiſmo, ſed etiam in contritione,per aquam lachrymarum,& ſpiritum cor compungentem. Pſalm. Cor mundum cr. &c. Specialiter autem duo tangit,à quibus mundari debemus.

Videlicet ab inquinamentis luxuriæ.2.Cor.7. Mundemus nos ab omni inquinamento carnis,& ſpiritus, perficientes ſanctificationem in timore Domini. Item ab idolis auaritiæ.1.Cor.5.& ad Ephe.5.Omnis fornicator, aut immundus,aut auarus.&c. O auare,quare non es auarus hæreditatis ęternæ potius,quàm terrenæ? Aug. Ecce accendatur auaritia noſtra,argentum incertum,cum fine, vitam ęternam deſiderans ſine fine. De ſecundo Iud.14.Irruit in
P Sanſon ſpiritus Domini,& dilacerat leonem. Nota hiſtoriam quomodo Sanſoni,cum ad vineam veniſſet,leo occurrit.Hęc vinea,vel pœnitentiam,vel religionem ſignat, vel quamlibet bonam vitam: cuius flores virtutum, odorem bonæ oppoſitionis reddunt.Can.2.Vineæ flo.odo. ſu.ded. In hac vinea carnales,& delicioſi, & anhelitu detractionis fœtidæ,ſunt vulpes.Can.2.Capite nobis vulpes. Leo ſæuus,& rugiens,diabolus eſt.1.Pet.5. Aduerſarius veſter diabolus,tanquam leo rugiens &c.Hic occurrit,ad vineam accedenti bonę vitæ. Iuxta illud,Eccl.2.Fili accedens ad ſeruitutem Dei,ſta in iuſtitia,& timore, & præpara animam tuam ad tentationem.Sed ſſ.irruente in nos, hortamur, & confirmamur.Pſalm.Spiritu principali confirma me.Et ſic leonem vincimus. Hic eſt.ſſ.quo duce dominus in deſertũ ducitur,nec ab accedente tẽtatore vincitur, ſicut dicitur, Matth.4.Nota ergo,quòd hæc vinea, ad quam venit Sanſon,deſertum ſignificat,in quo fuit dominus, ſed leo inuen
Q tus iuxta vineam,tentatorem.i.diabolum, qui Chriſtũ tentauit,ſed in vanum,quia non potuit præualere. De tertio. Eſa.xi.Egredietur virga &c.vſque & requieſcet ſuper eum ſpiritus Domini &c.vbi huius ſpiritus dona enumerantur. In virga rectitudo fidei,in flore bona voluntas ſignificatur. Io Chryſ. Voluntates bonæ, ſic ſuaues ſunt apud Deum, quemadmodum odoriferi flores. Vnde virga Aaron,florẽ, & fructum ſimul habuit,quia in rectitudine fidei, flos bonæ voluntatis,non eſt ſine fructu boni operis. Sicut autem ſine Solis operatione,flos fructum non poteſt producere: ſic nec voluntas ſine ſpiritu ſancto,fructum vllum. de quo Eſa.5.Fructus autem ſpiritus ſancti,eſt charitas, gaudium,

pax, patientia, longanimitas, bonitas, benignitas, manſuetudo, fides, ſpes, modeſtia, continentia, caſtitas. Vnde bene de flore iſto dicitur: requieſcet ſuper eum ſpiritus Domini.

De quarto effectu ſpiritus ſancti in nobis. Rom. 14. Non eſt regnum Dei eſca, & potus, ſed iuſtitia, & pax, & gaudiũ in ſpiritu ſancto. Ecce qualis eſt ſpiritus ſanctus, in animabus bonorum. Quid enim in corpore operetur, ad glorificationem noſtram, idem ſpiritus, dicitur Ezec. 37 A quatuor ventis veni ſpiritus, & inſuffla ſuper interfectos, vt reuiuiſcãt. A quatuor ventis, veniet corpora ſuſcitare. i. quatuor dotibus, veniet corpora glorificare. In iſto effectu ſpiritus, gloria præmiorum, maxime bonus eſt in nobis ſpiritus ſanctus. Pſal. Spiritus tuus bonus, deducet me in terram rectã ſ. viuentium. Secundum hos quatuor effectus, in quibus bonitas, & ſuauitas ſpiritus ſancti manifeſtaẽ, inuenimus ſpiritum ſanctum in Euangelio ſignificari per aquam, per digitum, per ignem, per vnguentum? Per aquam Io. 7. Flumina de ventre e. f. a. vi. Hoc autem dixit de ſpiritu &c. Itẽ per digitum. Luc. xi. Si in digito Dei &c. Item per ignem. Lucæ 12. Ignem veni mittere &c. Item per vnguentum. Lucę. 4. & Eſa. 61. Spiritus domini ſuper me, eo quòd vnxerit me. Adapta ſingula ſingulis. Spiritus enim ſanctus, eſt aqua mundans per veniam peccatorum. Digitus eijciens, per victoriam inimicorum: Ignis accendens, per gratiam donorũ: Vnguentum conſecrans ad regna cœlorum, ſiue ad gloriam præmiorum. Vnguntur enim reges, ad regnandum. Vnctio ergo ſpiritus ſancti ſignum eſt futuri regni.

In die ſancto Pentecoſtes, ſermo X:

QVam bonus, & ſuauis eſt Domine ſpiritus tuus in omnibus. Sapiẽ. xij. Vere bonus eſt ſpiritus ſanctus in nobis. Bonus vtique in peccatorum remiſſione: in virtutum collatione: in ſenſuum illuminatione: in animarum eleuatione. Primo modo bonus eſt incipientibus: ſecundo proficientibus: tertio conſumantibus: quarto

to in peruenictib. De primo dicitur hic: O quam bonus &c. Quam autem iſtud de bonitate remiſſionis accipiatur, patet ex textu. Sapien. 11 Sic enim dicitur ibidem. Parcis autem omnibus, quoniam tua ſunt domine, qui amas animas: & immediate additur. O quàm bonus, & ſuauis &c. Suauitas Dei triplex eſt. ſ. naturalis, ſpiritualis,
S æternalis. Naturalis patet in inanimatis, patet in vegetabilibus, patet magis in ſenſibilibus, patet maxime in rationalibus: ſi quis diligenter in ſingulis contempletur. Sed multi iſta ſuauitate non vtuntur, ſed abutuntur: & ideo vera ſapientia carent, de qua Iob. 28. Non inuenitur in terra ſuauiter viuentium. Item ſpecialiter non ſolum eſt in remiſſione peccatorum, ſed etiam in vnctione donorum. Eccle. x. Muſcæ morientes, perdunt ſuauitatem vnguenti. i. gratiæ ſpiritus ſancti: de qua Aug. Suauis es domine: confe ſuauis eſt tibi gratia tua. Muſcæ volantes, pungentes, mel ſequentes, ſunt ſuperfluæ, & curioſæ cogitationes, vanoſæ affectiones, carnales delectationes. O miſeri, ecce muſcas corpori importunas, abigimus diligenter, & muſcas animæ ſuſtinemus nociuas negligenter. Item ęternaliter, eſt in beatis abundanter. Pſa. Memoriā abundantię ſ. t. &c. Bene dicit abundantiæ. Tanta enim ęternæ ſuauitatis abūdans eſt copia, quód etiam ad capiendam eam, non ſufficiunt cordium noſtrorum vaſa Anſel. Sic gaudebunt toto corde, tota mente, tota anima, vt ſufficiat plenitudini gaudiorum Huius abundantiæ vix ſcintillam capiunt, etiā ſancti in hoc mundo, & tamen de eius memoria eructāt nobis
T mirabilia. De ſecundo Lucæ xi. Si vos cum ſitis mali, noſtis bona dare filijs veſtris: quanto magis pater de cœlo dabit ſpiritum bonum petentibus ſe? Præmiſſa enim ſimilitudine de patre dante piſcem, ouum, panem: in quibus ſecundum Bedam, fides, ſpes, charitas figurantur, concludit dicens: Si ergo vos cum ſitis mali. &c. quanto magis pater veſter, dabit ſpiritum bonum petentibus ſe? Manifeſta hac ſimilitudine, innuit per ſpiritum bonum dari hoc datum in corde, in ore, in opere: Perpenditur in corde per dilectionem: in ore per confeſſionem: in opere per conuerſationem.

nem.Perpenditur in corde per dilectionem.Rom.5. Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus veſtris,per ſpiritum ſanctũ, qui datus eſt nobis. In quorundam cordibus non eſt charitas diffuſa,ſed confuſa eſt ibi carnalitas.Perpenditur etiã hoc datum in ore,per confeſſionem fidei,& laudis,nõ tantum peccatorum. Matth.x Dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini: Non enim vos eſtis,qui loquimini,ſed ſpiritus patris veſt.&c. Quoties ergo vtilia, & ædificatoria loquimur,ſpiritus patris cœleſtis eſt in nobis.In eis autem qui detractoria,& increpatoria,contentioſa,& ſcurrilia,carnalia verba loquuntur,patris infernalis ſpiritus loquitur,Io.Chryſoſt.Omnis ſermo,vanus qui dicitur,immũdo ſpiritu dictante profertur.Ille ergo in eis loquitur,qui olim in ſerpente loquebatur.Spiritus ſanctus enim per linguam ſerpentis, vel viperæ,quomodo loqueretur? Lingua enim praua,vtique lingua viperina eſt. Bern. Nunquid nõ viperea eſt, lĩgua detractoris,quæ tres interficit modico afflatu oris? Perpenditur hoc quoque datum in opere,& sãcta conuerſatione.1.Io.3.Qui ſeruat mandata eius, in illo, manet,& ipſe in eo:& in hoc ſcimus quoniam manet in nobis de ſpiritu,quem dedit nobis. Dat ergo Deus nobis ſpiritum,vt mandata eius ſeruando,in ipſo maneamus, & ipſe in nobis: vt ſic per bonum ſpiritum, boni ſimus. Augu. Tanto magis quiſque filius bonus, quanto magis ei datur à patre ſpiritus bonus: ſed quibus dat hunc ſpiritum? vtique petentib. ſe. Ecce fratres orationis noſtræ vtilitas. Vnde etiam Apoſtolis,qui erant perſeuerantes in oratione,cum Maria matre Ieſu,datur ſpiritus ſanctus in igne. V

In die S. Pentecoſtes.ſerm.XI.

O Quàm bonus,& ſuauis.&c.Nũc de tertio effectu bonitatis ſpiritus ſancti videamus.De tertio,Neemię. X nono. Spiritum tuum dediſti eis,qui doceret eos. Suũ docere,eſt ſenſus illuminare.Tria autẽ nos docet ſpũs

ſanctus: intelligere, vincere, facere. Docet intelligere omnem veritatem. Io. 16. Cum autem venerit ille. ſ. v. do. vo. omnem veritatem, ſaluti neceſſariam. nõ illam de qua Act. 1. Non eſt veſtrum noſſe tempora &c. quod eſt contra quoſdam de Antichriſto, & temporibus eius ſuperſtitioſe garrientes. Item docet vincere mundi vanitatem. Pſalm. Qui docet manus meas ad prælium &c. In manibns operationes. In quinque digitis, ſenſuum diſcretiones ſignificãtur. Dum ergo bene operando, & ſenſus refrenando, contra vanitates reluctamur, tunc manibus, & digitis præliamur. Præliemur ergo viriliter, vt ab ipſo coronemur perenniter. Greg. Certamen cordis noſtri aſpicit, & qui poſt vincentes remunerat, nunc decertantes iuuat. Item docet facere Dei voluntatem. Pſalmi. Doce me facere voluntatem tuam &c. Bene dicit, tuam. Quidam enim tantum quærũt facere ſuam, quia Dei voluntatem non attendunt 1. Timo. 4. Hæc eſt voluntas Dei. ſ. v. &c. Hæc tria deſiderabat doceri, qui dicit. Bonitatem, & diſciplinam, & ſcientiam doce me. Bonitatem, faciendi tuam voluntatem: diſciplinam fugiendi vanitatem: ſcientiam intelligendi veritatem.

Y De quarto. Pſalm. Spiritus tuus bonus deducet me in terram. &c. Terram vtique de qua Pſalm. Portio mea Domine, in terra viuentium. Non ergo ſolum angelico, ſed etiam diuino ſpiritu, euolantium animæ deducuntur. Grego. In æternum ſpiritus manet cum ſanctis, quos in hac vita ſemper inuiſibiliter intus illuſtrat, & in futuro ad contemplandam perpetuo ſpeciem ſuæ maieſtatis introducit. Bene autem dicit deducet. ducuntur enim euolantium animæ, deducunuur, & diriguntur. Ducuntur ne timeant: deducuntur ne cadant: diriguntur ne circueant. Pſalm. Tenuiſti man. dex. &c. Tunc per manũ nos fortiter tenet in morte, ſi nunc eum per amorem fortiter tenemus in mente. Can. 3. Inueni quem diligit anima mea, tenui illum, neque dimittam. Bene autem dicitur dominus, animam tenere, per manũ dexteram. In dextera enim vita bona: In ſiniſtra peruerſa vita ſignificatur. Per manum ergo dexteram, anima euolans deducitur, quando per bonæ vitæ opera ſubuehitur. Per

manum

manum autem ſiniſtram, anima illa a diabolo tenetur, quę per prauæ vitæ opera, ad infernum deducitur. Deducuntur etiam animæ euolantes, vt dirigantur, ne circueant ꝑ purgationem. Boni enim, per duplicem viam vadunt ad regnũ per latam, & ſemitam. Per viam latam tranſeunt, qui ꝑ purgationem tranſeunt. Per ſemitam deducuntur, qui ad regnum ſine purgatorio tranſeunt. Pſal. Deduxit me per ſemitas iuſtitiæ. Si ergo volumus fratres ad cœlum cito venire, per ſemitam itineremus perfecte viuendo, & patrum noſtrorum antiquas perfectiones ſequendo. Hier. 6. Interrogate de ſemitis antiquis, & quæ ſit via bona, & ambulate in ea, & inuenietis refrigerium animabus veſtris. Refrigeriũ illę animæ inueniunt, quæ per æſtum purgatorij non tranſeunt. Quid autem mirum, ſi perfecti per purgatorium nõ tranſeant, qui purganda omnia vitant, & fugiunt? Iſido. Sicut falſitatis crimen, à proficientibus pertimeſcitur, ita ocioſa verba à perfectis viris vitantur. Deducuntur quoq; euolantium animæ, vt conducantur ne timeant diabolũ: Z qui licet non poſſit perfectorum animas in exitu detinere: nihilominus tamen libenter eas deterreret, ſi non in pace ſpiritus ſancti deducerentur. Eſa 55. In lætitia ingrediemini, & in pace deducemini. Hæc pax quam ſanctæ animæ habent, in egreſſu de corpore, & de mundo, longe eſt à reprobis, in ipſorum egreſſu 2. Paralypo. 15. In tempore illo non erit pax egredienti, & ingredienti, ſed terrores vndique &c. Egredienti mundum, ingredienti infernum non erit pax.

Sermo primus.

A SIC Deus dilexit mundum, vt filiũ ſuũ vnigenitum daret. Io. 3. Conſideremus chariſſimi dilectionis diuinæ immenſitatem, ſtabilitatem, communitatem, ſiue generalitatem. Dilectio enim Dei eſt immenſiſſima, ſtabiliſſima, communiſſima. De primo dicitur hic: Sic Deus dil. &c. Super omnia enim, maxima fuit hæc dilectio. Poteſt enim immenſitas dilectionis Dei, perpendi ex beneficijs corporalibus, ſpiritualibus, æternalibus. Immenſa. n. eſt dilectio, quam dominus exhibet corporaliter. Deute. 7. Si poſtquam audieris hæc iudicia, cuſtodieris ea, & feceris cuſtodiet dominus Deus tuus, pax tibi, & miſericordia, quam iurauit patribus tuis: & diliget te, & multiplicabit. Benedicet fructui ventris tui, & fructui terræ tuæ. &c. Quis omnia temporalia, & naturalia diuinæ dilectionis beneficia, enumerare valet, quę nobis de cœlo, de aere, de aquis, de terra exhibentur? Item immẽſior eſt dilectio, quam nobis exhibet ſpiritualiter. Io. 14. Si quis diligit &c. vſq; manſionem apud eum faciemus. Quis omnia beneficia dilectionis diuinæ enumerare poſſit, quæ in ſacramentorum perceptione, in peccatorum remiſſione, in virtutum, & donorum collatione, in patris, & filij, & ſpiritus ſancti miſſione exhibentur, ſeruantibus ſermonem domini? Vere ergo beati ſunt. Luc. xi. Beati qui audiunt verbum Dei. &c. quaſi dicat: Si beatus venter in quo manſit filius corporaliter, vere certe beata eſt valde nunc mens, cuſtodientis ſermonẽ meum, in qua manet pater, & filius, & ſpiritus ſanctus ſpiritualiter. Nec mirum etiam cũ de beata Virgine dicat Auguſt. Beatior fuit Maria, fidem Chriſti percipiendo, quàm concipiendo carnem Chriſti. Item immenſiſſima eſt dilectio, quam exhibet æternaliter. Pſal miſt. Diligit dominus

B (margin, at "cat: Si beatus venter")

C (margin, at "concipiendo carnem")

portas

portas Sion &c. Sion eccleſiam cœleſtem plus diligit in effectu, quàm tabernacula eccleſiæ militantis. Auguſtinus. Minus diligit miſerum, quàm beatum Portæ Sion, Apoſtoli dici poſſunt. Apoc. 21. Habentem portas duodecim. &c. Si tantum diligit portas, quantum putas ergo diligit totã ciuitatem? Circa ſtabilitatem dilectionis Dei, attende principium, finem, medium. Attende, quòd ante omnẽ tempus: per omne tempus: ad omne tempus vitæ præſentis diligit Dominus electos. De primo Hierem. trigeſimo primo. In charitate perpetua dilexi te &c. Bene dicit perpetua. Dilexit enim te, antequam tu, vel aliquis, vel homo, vel angelus vel cœlum, vel terra eſſet. Et certe antequam eſſes, tibi regnum præparauerat, filium mori fecerat. primæ Ioan. quarto. Ipſe prior dilexit nos, & miſit filium ſuum propitiationem pro peccatis noſtris. Auguſtin. Nimis durus eſt animus, qui dilectionẽ ſi nolebat impendere, noluit rependere. Bene dicit prior. Qui Prior ſub iſto Priore vult eſſe, debet ordinem charitatis initiare, de quo ordine, Can. 2. Ordinauit in me charitatem. De ſecundo Prouerb. 17. Omni tempore diligit, qui amicus eſt. Conſidera à natiuitatis tempore, vſque ad tempus mortis, ſi vnquam aliqua hora ſine diuinæ dilectionis beneficijs vixeris. Ipſum viuere enim, Dei beneficium eſt: & certe ſi tẽpus dilectionis negligis in mundo, tempus odij ſenties in inferno. Eccl. 3. Temporis dilectionis, & tp̃s odij. De 3. Nota quòd reginã Saba, Salomoni dixit. 2. Paral. 9. Quia diligit Deus Iſrael, & vult ſeruare eum in æternum: id circo poſuit te regem ſuper eum. Salomon Chriſtum, Iſrael autem electos Chriſti ſignificat. Hos Deus pater ex dilectione vult ſeruare in æternum, in vita æterna. Vnde ex dilectione eis conſtituit regem pacificum, Ieſum Chriſtum. De quo Cantic. tertio. Egredimini filiæ Sion &c. Regina Saba, eſt anima ſancta, quæ veniens in cœleſtem Hieruſalem, ad cœleſtem Salomonem: laudat hanc æternam dilectionem. Circa qualitatem dilectionis Dei, attende, quòd dilectio Dei cõmunis eſt, communior, cõmuniſſima.

D

E

F

G

Commu-

Communis vtique omnibus amic is ſuis.Prouerb.8.Ego diligentes me diligo. Dilige ergo vt diligaris, ne anathemate ęterno feriaris.1.Cor.16,Si quis non amat Dominum Ieſum Chriſtum,ſit anathema.Item communior eſt Dei dilectio,amicis & inimicis.Vnde Matth.5. Diligite inimicos veſtros &c.vſque & pluit ſuper iuſtos,& iniuſtos. quaſi dominus dicat : Diligite inimicos veſtros, quia & ego diligo inimicos,Solem & Lunam & alia bona eis communicãdo, immo etiam Solem ęternum filium ſuum,inimico communicauit.Vnde dicitur. Sic Deus dilexit mundum &c. Rom. 5.Cum inimici eſſemus &c. Bern. Quid glorioſius nobis, q̃ quòd tanti æſtimauit nos Deus? quæ illa maior gloria, q̃ tanta dignatio?ea vtique dulciſſima : nam pro impijs mortuus eſt.Item communiſſima eſt dilectio cum omnib. creaturis.Vnde dicitur hic.Diligis omnia,quæ ſunt,& nihil
B odiſti eorum,quæ feciſti.Non odit dominus, quæ fecit, ſed odit,quæ non fecit. Prouer.6.Sex ſunt, quę odit dominus, & ſeptimum deteſtatur anima eius : oculos ſublimes, linguam detrahentem,manus effundentes innoxium ſanguinem,cor machinans cogitationes peſſimas, pedes veloces ad currendum in malum,proferentem mẽdacia, teſtem fallacem,& eum qui ſeminat inter fratres diſcordias.

Feria ſecunda Penteco.ſer.II.

1 SIc Deus dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitum daret.Io.3.O dilectio,o liberalitas Dei patris,ſic nos diligentis,vt vnigenitum daret pro nobis. Daret inquam corporaliter in incarnatione : daret ſacramentaliter in communione : ſpiritualiter in iuſtificatione: ęternaliter in fruitione. De primo.Eſa.9 Filius datus eſt nobis. Filius vtique,non angelus,non homo purus. Ad Roman.8. Qui etiam proprio filio ſuo non pepercit &c. Prætereà nõ
C dicit manus, vel pes filij,ſed filius. Et vere magnum fuiſſet,ſi digitum filij nobis dediſſet : ſed ecce filius datus eſt, totus datus eſt.Bernar.Totus mihi datus eſt,in vſus meos expenſus

penſus eſt, filius datus eſt nobis. Nobis vtique non amicis, ſed inimicis. Ad Rom.5. Cum inimici eſſ.&c. Ecce Deus dedit tibi filium ſuum: & tu merito debes dare Deo filium tuum: Ipſum ſemper ad bonum inducẽdo: ſicut Thobias filium ſuum, vel ad Dei ſeruitium, ipſum offerendo Chriſto, exemplo Abrahæ. Vnde & Anna de Samuele filio ſuo dixit, primi Regum 1. Dabo eum cunctis diebus vitę eius. Sed heu, quàm miſerabile eſt, Deus dedit tibi filios, & tu dediſti diabolo filios tuos, quando eis iniuſtam hæreditatem reliquiſti, vel in vitijs eos educaſti. Pſal. Immolauerunt filios, & filias ſuas dęmo.&c. De ſecundo. Ioannis.6. Pater meus dat panem. verum vobis, de cœlo.&c. Verum dicit, non illum figuralem, ſcilicet manna: quæ figura fuit huius panis. Sicut enim manna, mirabilem habuit ſaporem, ſecundum deſiderium vniuſcuiuſque: ſic corpus Chriſti. Item ſicut manna, ad Solem liquefiebat, ab igne vero indurabatur: ſic corpus Chriſti, ad Solem gratiæ liqueſcit tibi ad ſalutem: ad ignem vero concupiſcentię, induratur tibi ad damnationem. Sic ergo mirabilia, quę erant in mãna, nunc in eſca corporis Chriſti habemus. Pſalm. Memoriam fecit mirabilium ſuorum, &c. vſque timentibus ſe. Sic datur diabolus eſca, in peccato permanentibus. Pſalm. Tu cõfregiſti capita draconis, dediſti eum eſcam populis Aethiopum. Abſit à nobis fratre venenum draconis, vorare. De tertio. Sap.9. Da mihi domine ſedium tuarum aſſiſtricem Sapientiam.&c. Sapientia eſt filius Dei, qui ad illuminandum ignorantias, & omnes animarum noſtrarum tenebras, datus eſt nobis. Eſa.49. Dedi te in lucem gentium. Sedes autem ſunt animæ iuſtorum. Anima enim iuſti, ſedes eſt ſapientiæ. Heu multi hanc ſedem Deo ſubtrahunt, & diabolo per diuerſa vitia ſupponunt. Apoc.2. Scio vbi habitas vbi ſedes eſt ſathanæ. Sequitur. & noli me reprobare à [illegible] tis tuis. A pueris reprobantur, quibus hęreditas neg[illegible] de quibus Ephe.5. Omnis fornicator, aut immundu[illegible] uarus, quod eſt idolorum ſeruitus, non habet [illegible] in regno Chriſti et Dei. De 4. Apoc.2 V[illegible] dere de ligno vitæ, quod eſt in paradiſ[illegible]

gnum eſt Chriſtus. Qui de hoc ligno in cœleſti paradiſo guſtauerit, ſemper immortalis erit. Huius ligni fructus, quanto in fruitione plus editur, tanto plus deſideratur. Eccleſiaſtici vigeſimoquarto. Qui edunt me, adhuc eſurient. Auguſtinus, Satietas erit inſatiabilis: nullum faſtidium generans: ſemper eſuriemus, & ſemper ſaturati erimus. Rami huius ligni ſunt extenſiones illuminationum, & gratiarum, à Chriſto procedentium, in quibus volucres, id eſt, angeli, vel animæ bonę quieſcunt. Lucæ decimotertio. Volucres cœli requieuerunt in ramis eius.

Penſa homo ex prædictis, quàm totaliter, & multipliciter, quàm vtiliter, quàm æternaliter datur iſte vnigenitus Dei filius. Penſa diligenter, & videbis, quàm nihil ſit, quicquid impendere potes. Cum enim meminero, ac cogitauero, quicquid ei rependere poſſim: nonne ſic eſt ſicut ſtella ad cœlum? lapis ad montem? gutta ad fontem? riuus ad flumen? granum ad aceruum? Sic ergo Chriſtus, quatuor modis datur nobis, & ex dilectione datur. Sic enim Deus dilexit mundum, vt filium &c. Vnde ſicut dilectio, ſolet oſtendi in dando, in cibando, in viſitando, in manifeſtando, ſcilicet ſecreta: ſic dilectio diuina, nobis in quatuor prædictis eſt exhibita: videlicet, in dando nobis filium corporaliter, Vnde hic dicitur: Sic Deus dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitum &c. In cibando nos per filium ſacramentaliter. Oſeæ decimo quarto. Diligam eos ſpontanee &c. vbi quibuſdam interpoſitis ſequitur. Viuent tritico, id eſt corpore Chriſti. Item viſitando nos per filium ſpiritualiter. Ioannis decimo quarto. Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus. &c. Item manifeſtando filium æternaliter. Ioannis decimo quarto. Qui diligit me, diligetur à patre meo, & ego diligam eum, & manifeſtabo ei meipſum.

Feria

Feria ſecunda Pentecoſtes, ſermo III.

REpleti ſunt omnes ſpiritu ſancto.&c. Actuum.2. Sicut replentur nubes humido: camini foco: archæ theſauro: vaſa vino: ita, Apoſtoli repleti ſunt ſpiritu ſancto, tanquam aqua irrigante in prædicatione: tanquam igne inflammante in dilectione: tanquam theſauro locupletante in virtutum aggeratione: tanquam vino lætificante in conſolatione. De primo. Eccleſi.11. Si repletæ fuerint nubes, imbres ſuper terram effundent. Nubes sũt doctores. Eſaiæ ſexageſimo. Qui ſunt iſti, qui vt nubes volant: quia poſtquam aquis ſalutaris ſapientiæ repleti sũt, quaſi tot ſtillas ſuper terram cordis humani pluunt, quot Dei verba cordibus infundunt. Eccleſiaſt. triceſimonono. Si dominus magnus voluerit, ſpiritu ſapientię replebit eũ: & ipſe tanquam nubes mittet eloquia ſapientiæ ſuæ. Væh illi terræ, væh homini, qui poſt tot doctrinarum nubes, non profert fructus bonorum operum. Ad Hebræos ſexto. Terra ſæpe venientem ſuper ſe bibens imbrem, & germinans herbam opportunam illis à quibus colitur, accipit benedictionem.&c. De ſecundo. Abacuc ſecundo. Laborauerunt populi in multo igne, & gentes in vacuum, & deficiunt: quia replebitur terra, vt cognoſcat gloriam domini. Ignis iſte, ſicut exponit Gloſſa, ille eſt de quo Lucę duodecimo. Ignem veni mittere in terram. &c. Hic eſt ignis ſpiritus ſancti, qui terram cordis, vel eccleſiæ, ita replet, vt per eius ſplendorem, gloria domini cognoſcatur in mũdo Nolebat enim mundus cognoſcere dominum, ſcilicet Deum verum. Vnde tantæ inter dominum, & mundum, ſunt inimicitię, vt nullus amicus mundi, poſſit Dei eſſe amicus. Iacobi quarto. Quicunque voluerit eſſe amicus huius ſeculi, inimicus Dei conſtituitur. Ideo dominus, Apoſtolos igne ſancti ſpiritus, tanquam incendiarius contra mundum miſit, vt hoc igne, mundi vitia, tanquam diaboli ædificia cremarentur, per fidem, & pœnitentiam. Zach.12.

Ponam duces Iuda,ſicut caminum ignis, in lignis.&c. Aug. Igne ſpiritus ſancti,inflammati Apoſtoli, cœperunt ire p mundum,inflammare,& incendere in circuitu inimicos. O ſic ego hodie diabolum in vna hara porcorum.i. vnam luxuriam cremare poſſem. Cum ergo mundus ita incenderetur,per incẽdiarios principes populi,ignem extinguere
Q laborauerunt,ſed etiam in vacuum. De.3.Prouer.8.In vijs iuſtitiæ ambulo,vt ditem diligentes me,theſauros eorum repleam.Theſauri iſti ſunt bona voluntas, virtutes,& merita: quibus per ſpiritum ſanctum repletur archa cordis.Greg. Ante Dei oculos,nũquam eſt vacua manus à munere: ſi archa cordis repleta eſt voluntate.O cęcitas, triſtatur homo ſi perdit theſaurum mundi: & non curat ſi p dit fidem,charitatem,iuſtitiam,& patientiam, precioſum theſaurum ſpiritus ſancti. O ſi cogitaremus, cum quanta driſtrictione,theſaurus iſte ponderetur in die redditionis, ideſt mortis, vel iudicij, antequam in domum theſaurorũ cœli recipiatur,quàm diligenter eum cuſtodiremus.1.Eſd. 8.Vigilate,& cuſtodite donec appendatis coram principibus ſacerdotum,& ducibus familiarum Iſrael in theſaurũ domus Domini.Statera in qua appendetur theſaurus iſte, eſt Dei iuſtitia,vel iudicium. Prouerb.16.Pondus,& ſtatera,& iudicia Domini ſunt. In hac,ex vna parte exponẽtur omnia merita tua: ex altera parte corona,propter hoc sẽper time. Dicitur enim Danielis 5.Appenſus eſt in ſtatera &c.Principes autem & duces,coram quibus merita in iudi
R cio ponderabuntur,ſunt Apoſtoli: qui cum domino in iudicio præſidebunt. De quarto. Prouerb. 24. In doctrina replebuntur cellaria. Duo ſunt cellaria: vnum eccleſiæ militantis: alterum eccleſiæ triumphantis. Vtrunque replet in doctrina illius doctoris ſpiritus ſancti,de quo Ioannis 14. Ille vos docebit.&c. Vaſa primi cellarij ſunt fideles eccleſiæ. Hæc dominus in doctrina veritatis,replet gratia bonitatis Aug.Vaſa quæ creatrix ſapientia format,ſic adiutrix gratia replet,ne vacua ſint,ſi ſtrenuum operarium inuenerint.Magna autem huius cellarij vaſa,ſunt doctores & præcipue Apoſtoli,vino ſpiritus ſancti repleti. Actuũ.2.
Muſto

Muſto pleni ſunt. De his vaſis propinatum eſt toti mundo. In cellario autem primæ, quot ſunt ſpiritus, tot ſunt vaſa, vino ſpiritus ſancti plena. Si autem de vno vaſe, ideſt, de vnius ſancti gloria inebriis, gaudio ſpiritus ſancti: quid ergo erit, quando de mille, immo de mille millibus, immo de omnibus vaſis plenis, ideſt de omnibus ſanctis ſimul, in te vinum influet? Itē quid ergo quando de illo pleno hauſeris vaſe, de quo Lucæ.j. Aue Maria gratia plena? &c. Itē quid ergo quando de illo immenſiſſimo vaſe beatæ trinitatis, erit continua inebriatio? Pſalm. Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ. &c.

FERIA TERTIA PENTECOSTES.

SERMO PRIMVS.

OVES illum ſequentur &c. Ioan. x. Oues Chriſti ſunt fideles: qui quadrupliciter ſequuntur dominum. Videlicet, in ſancta conuerſatione: in ſecura euolatione: in beata reſurrectione: in æterna cō manſione. Primo modo in mundo, ſecūdo in extremo: tertio in iudicio: quarto in cœlo. De primo. Danielis 3. Nunc ſequimur te in toto corde, & timemus te, & quærimus faciem tuam. Toto corde ſequi debemus dominum, non dimidio: ſicut quidā qui dominum, & diabolum ſequuntur. Quidam enim bona opera facientes, ſe de illis laudari volunt: ita diabolum ſequuntur. Matth. 6. Nemo poteſt duobus dominis ſeruire. De iſtis, tertij Regum. 18. Vſquequo claudicatis in duas partes: ſi dominus Deus eſt, ſequimini eum: ſi aūt Baal. &c. Baal interpretatur deuorator: & ſignificat diabolum, qui multas quotidie deuorat animas. primæ Pe. 5. Circuit quęrens quem deuoret. Pòpulus ille claudicans in duas partes, cœpit ſequi dominum in toto corde, quando ignis de cœlo dabatur: ſicut ibidem legitur. Ignis iſte ſpiritum ſan- A

ctum ſignificat. Lucæ 12. Ignem veni mittere in terrã. &c. O ſi ignis iſte ad nos deſcenderet, toto corde nos ſe qui dominum faceret. De ſecundo intelligi poteſt, quòd tranſi-
B turus per crucem de hoc ſeculo dominus, Petro dicit, Ioannis 13. Quo ego vado, non potes me modo ſequi: ſequeris autem poſtea. Securus autem erat Petrus, quando per crucem tranſiuit ad eam vitam, ad quam Chriſtus ad crucem præceſſit. Primus autem qui Chriſtum ſequebatur, fuit latro, cui dixit: Hodie mecum eris in paradiſo. Quicunque ergo euolando de morte ad vitam, Chriſtum vult ſequi, debet de cruce eum ſequi Crux autem pœnitentia eſt. Ad Galatas 5. Qui autem ſunt Chriſti, carnem ſuam crucifixerunt. Item de cruce ſequuntur, qui cruce ſignati, contra paganos, in certamine moriuntur. Sed valde metuẽdum eſt, quia non omnis, qui in cruce moritur, Chriſtum ad requiem ſequitur, ſicut patet in malo latrone, cum Domino crucifixo. Qui enim vel iniuſtas poſſeſſiones, vel quãquam voluntatem malam relinquere nolens, moritur ſub cruce, ibit cum malo latrone. Non enim ſequitur Chriſtũ de cruce, qui non ſequitur Chriſtum in crucem. Bern. Væh ſemel, & væh iterum portantibus crucem Chriſti, & non ſequentibus Chriſtum. De tertio, Apoca. 19. de illo, qui
C habebat in capite diademata multa, & in ore gladium ex vtraque parte acutum, dicitur ſic: Vocabatur nomen eius verbum Dei: Exercitus qui ſunt in cœlo, ſequebantur eũ in equis albis. Verbum Dei Chriſtus eſt, qui in iudicio habebit diademata gloriæ, ad coronandum beatos: gladium autem ſententiæ, ad feriendos malos. Tunc homo, vel ad coronam, vel gladium ibit. Auguſtinus. Nunquid iudicium Dei, tantummodo formidandum malis propter pœnam? Et non amandum bonis propter coronam?

Exercitus autem ſanctorum tunc de cœlo, vel etiam de ſepulchris ſequentur ad locum iudicij: & iterum de loco iudicij ad cœlum. Equi albi, ſunt corpora, quæ ſancti reſument in reſurrectione. In his equis ſignificatur militia vitæ præſentis. Iob ſeptimo. Militia eſt vita hominis ſuper terram &c. Quicunque in hoc equo, bonus miles Chriſti

fuerit, diadema prædictum accipiet. Multi autem fortiter agunt in debilibus equis, ideſt cordibus: & multi viles ſunt, in fortibus equis: Pſalmiſt. Non in fortitudine equi &c. Non præſumat ergo, qui habet hunc fortem equum, corpus ſcilicet robuſtum: multi enim credunt ſe fortiter in cella ſedere, qui forte intra paucos dies per mortē eijcientur. Omnes enim nos, de his equis eijciemur in morte, quum lanceam (ſcilicet mors) in cor noſtrum fixerit. Lancea enim tam audacter transfigit equum Imperatoris, ſicut paſtoris. Bernardus. Quid in rebus humanis certius morte? quid hora mortis incertius? non miſeratur inopiam: non diuitias reueretur. Non gratiæ cuiuslibet, non moribus, non ipſi denique parcit ætati: ſed in reſurrectione omnes ad equos redibimus, boni ad albos, mali ad nigros. Naum ſecundo. Facies omnium ſicut ingredo ollæ. De quarto, Apocalypſis decimoquarto. Hi ſunt, qui ſequuntur agnum, quocunque ierit. Et poſt pauca dicitur. In ore ipſorum non eſt inuentum mendacium: ſine macula enim ſunt ante thronum Dei. Ecce quales eſſe debent, qui Chriſtum volunt ſequi in cœlum. Si ergo agnum ſine macula ſequi volueris, oportet te cœlum intrare ſine macula. Pſal. Qui ingreditur ſine macula. D

Feria tertia Pentecoſtes, ſermo II.

FVr non venit niſi, vt furetur, & mactet, & perdat. Ioannis decimo: Sicut peruerſus paſtor dicitur Diabolus, ita etiam fur dicitur, qui furatur noſtra merita, mactat in culpa, perdit in gehenna. Perduntur autem peccatores à Deo, ab angelo, à proximo, à diabolo. Perduntur à Deo iudicante, Ab angelo exequente, à proximo ſcandalizante, à diabolo tentante. De primo. Iacobi quarto. Vnus eſt legis lator, & iudex, qui poteſt perdere, & liberare, hic autem eſt Chriſtus. Eſaiæ trigeſimotertio. Dominus iudex noſter, Deus legifer nē, B

Dominus Rex noſter. Legifer noſter in mundo, iudex in iu dicio, Rex in cœlo. Bene autem dicit, Perdere & liberare. Perdet enim, non reddentes per bona opera fructum legis ſuæ. Liberat autem reddentes. Matth. 21. Malos male perdet, & vineam ſuam locabit alijs agricolis, qui reddant ei fructum temporibus ſuis. Sicut enim in diluuio, aliqui iuſti per archam liberati, iniuſti extra archam perditi ſũt: Lucę 17. Venit diluuium, & perdidit omnes: Ita in iudicio ignis, Pij a dextris liberabuntur, Impij vero à ſiniſtris perdentur, cum occiſoribus Chriſti, & alijs homicidis contra quos orat Pſal. Ne perdas cum impijs &c. vſq; vitā meā.

F De ſecundo dicitur Matth 22. Rex vero cum audiſſet, iratus eſt, & miſſis exercitibus ſuis, perdidit homicidas illos, & ciuitatem illorum ſuccendit, hic dicitur de illis, qui ad nuptias Chriſti, & eccleſiæ, per fidem & amorem nõ venerunt Homicidæ autem ſunt, non ſolum qui facto, vel verbo, ſed etiam animo, proximum occidunt. 1. Io. 3. Qui odit fratrem ſuum, homicida eſt. Item vel gladio malitiæ ſeipſos. Sap. 16. Homo autem, occidit per malitiam animã ſuã. Sed heu non ſufficit peruerſis occidere ſe, vel proximum, quin etiam quantum in ſe eſt, occidere tentant agnum illum, de quo Apoc. 13. Qui occiſus eſt ab origine mundi. Et ad Hebr. 6. Rurſum crucifigentes, &c. Tales ergo perdũtur in iudicio, miſſis exercitibus angelorum. Matth. 13. Mittet filius hominis angelos. &c. Perduntur per angelos peruerſi, non ſolum in iudicio, ſed etiam in mundo. Vnde de Sodomitis dixerunt angeli, Geneſis 19. Delebimus locum iſtũ, eo quòd increuerit clamor illorum domino, qui miſit nos

G vt perdamus illos. De 3 ad Rom 14. Noli cibo tuo illum perdere, pro quo Chriſtus mortuus eſt. Quocunque modo alius, alium, exemplo, verbo, blanditijs, terroribus, negligẽtijs ad peccandum inducit, animam ſuam perdit. Quàm periculoſum ſit, per ſcandalum perdere proximum, oſtẽdit Eleazarus, 2. Mach. 6. Legitur enim quòd perdidit ſe corporaliter, ne proximos perderet ſpiritualiter. Augu. Eleazarus maluit vitam ſuam tormentis obijcere, quàm cuiq̃ magiſter perditionis exiſtere. Sed heu de prælatis conqueri-

ſtur dominus, Hierem. 50. cap. Grex perditus, factus eſt po pulus meus, paſtores eorum ſeduxerunt eos. Perdis ergo p ximum, ſcandalizando, ſed quod eſt miſerabilius perdis te ipſum, mortaliter peccando. Lucæ 9. Quid proficit homini, ſi vniuerſum mundum lucretur, ſe autem ipſum perdat? Inſanus autem eſſet, qui ſeipſum laqueo perderet corporaliter: magis autem inſanus, qui ſe vitio perdit æternaliter. Greg. Nulla maior intelligitur inſania, quàm pro delectatione momẽtanea, obligare ſe ad ęterna ſupplicia. Audi ergo conſilium Sapientis. Eccle. 9. Ne des fornicarijs animam tuam in vllo: ne perdas te, & animam tuam, & hæreditatem tuam. Te æternaliter, hæreditatem temporaliter &c. De 4. Pſal. Me expectauerunt peccato. vt perde. me. Peccatores ſunt dęmones, quorum omne ſtudium eſt peccatum. Bene autem dicit. Expectauerunt. Sicut enim aucupes, ſicut venatores, ſicut latrones, ſic illi ad perdendum hominem expectant in inſidijs. Pſal. Sedet in inſidijs, cum diuitibus. &c. Sicut enim diuites denarijs, ſic dęmones animabus inſidiantur. Sed quare crudeles iſti venatores, & fures, non expectant? certe vt macerentur in culpa, & perdant comedendo in pœna. Ambr. Amat gluto porcellum, vt comedat: ſed nunquam crudos comedit. Illos certe comedit, & perdit in inferno, quos igne auaritiæ aſſauit, vel aqua feruente luxuriæ, coxit in mundo. Matth. 9. Frequenter eum in ignem, & in aquam miſit, vt perderet. Qui ergo cum tribus pueris, de iſto igne, & cum Petro, de aqua non fuerit liberatus, manebit ęternaliter in ignis ardore: & aquæ frigore. Iob. 24. Ad calorem nimium, tranſiet ab aquis niuium. H I

Feria tertia Pentecoſtes. ſermo III.

Repleti ſunt omnes ſpiritu ſancto. Act. 2. Repletio ſpiritus ſancti, eſt purgatiua, illuminatiua, perfectiua, & conſummatiua. Purgat defectum: illuminat intellectum: perficit affectum: confirmat perfectum. De primo K

Lucæ primo. Spiritu ſancto replebitur, adhuc de vtero matris ſuæ. In hac repletione, purgatus fuit Ioannes à culpa originali in vtero. Myſtice autem mater iſta, eſt eccleſia, vel religio, quæ nos in viſceribus charitatis, quaſi in vtero portat. De hoc vtero, Apocalypſis duodecimo. Mulier amicta ſole, &c. vſque in vtero habens, &c. Amicta ſole, in lucida conuerſatione. Matthæi quinto. Sic luceat lux veſtra &c. Tunc perfecte contemnimus, quando in proſperitate non extollimur: In aduerſitate non deijcimur: ſicut ſtulti mundi amatores mutantur, ſecundum mutabilitatem temporalium. Eccleſiaſtici vigeſimoſeptimo. Stultus vt luna mutatur. Vnde talis non ſuper Lunam, ſed ſub luna eſt. Item corona duodecim ſtellarum in capite eius, in æternorum contemplatione, quæ in duodecim articulis fidei fundatur. Sed heu multi coronam ſub pedibus, Lunam in capite habent, quando æternis temporalia præponunt. Filius de vtero huius mulieris naſcitur, quando in luce vitæ æternæ, ſpiritus boni hominis transfunditur. Vnde bene dicitur ibidem: raptus eſt filius eius ad Deũ, & ad thronum eius. Draco diabolus eſt, qui perfidia in exitu de mundo maxime inſidiatur. Gregorius ſcribens peruerſo, de quo in Homilia, ait. Ecce iuuenis prauus, draconem vidit in morte, cui ſeruierat in vita. Non autem ſolũ malis, ſed & bonis inſidiatur in morte. Patet hoc quia etiã illi inſidiatur, qui ad thronum rapiebatur. De ſecundo,
L Sapientiæ primo. Spiritus domini repleuit orbem, &c. Quòd continet omnia, eſt homo, ſecundum Gregorium in Homilia Aſcenſionis, qui ait. Commune habet cum omni creatura. Sed quidam habent ſcientiam ſine voce, qui multa ſciunt, & parum docent. Quidam vocem ſine ſcientia, qui multum clamant, & parum ſciunt. Quidam ſcientiam, & vocem, & hos repleuit ſpiritus ſanctus, dans aquã ſapientiæ, cum imbre eloquentiæ, quot verba, tot ſtellas
M pluunt. De tertio, ad Rom. 15. Deus autem ſpei, repleat vos omni gaudio, & pace, in credendo, vt abundetis in ſpe, & virtute ſpiritus ſancti. Ecce talibus vnctionibus, replete animam ſpiritus ſanctus. Pſalm. Sicut adipe & pinguedi-

ne, repleatur anima mea. Quare repletio, optime figurata eſt in vaſis, oleo miraculoſe repletis, quarti Regum. 4. Quære expoſitionem in octauo Paſchæ, in ſermone, Accipite Spiritum ſanctum. Debes enim clauſuram ſeruare in teipſo, quærere vaſa exemplorum in proximo, repleri oleo donorum à Deo. Sed ſi non vis ſequi exempla ſanctorum, ſit tibi turpe, non ſequi exempla paganorum, à quibus de contemptu mundi, & de ſobrietate, & de alijs virtutibus, multa mutuari poſſes: ſicut filij Iſrael, vaſa Aegyptiorũ. Exo. 12. Sed diligenter attende, quòd licet vaſa multiplicentur, non tamen replentur, niſi oſtia ſenſuum claudantur. Sed præcipue claude oſtium oris. Ambroſ. Ingreditur mors per oſtium tuum, ſi falſum loquaris, ſi turpiter, & procaciter. Clauſæ ſint ergo fores labiorum tuorum, & obſeratum maneat vocis veſtibulum. De quarto, Mich. 3. Repletus ego ſum fortitudine ſpiritus domini, iudicio, & virtute. Fortitudine ſcilicet reſiſtendi in tentatione. 1. Pet. 5. Aduerſarius veſter diabolus, &c. vſq; fortes in fide. Item iudicio corrigendi, in prælatione. Honor enim regis ideſt prælati, iudicium diligit. Talis fuit repletio, de qua Actuum 13. Paulus repletus ſpiritu ſancto, intuens in eum dicit. O pleni omni dolo, &c. Certe prælatus qui modo peſtilenti corripiendo diceret eum filium diaboli, & tanta animaduerſione puniret, vix putaretur hoc facere ex ſpiritu ſancto, ſed maligno. Et ecce Paulus repletus ſpiritu ſancto, tam dure corripuit, & cæcitate puniuit. Bene ergo fuit pœnitentia in opere, & correptio in ore. Sed ſpiritus ſancti repletio, fuit in corde. Item virtute perſiſtendi in bona conuerſatione. Gregorius. Virtus boni operis, perſeuerantia eſt. hanc virtutem ſpiritus ſanctus cœleſtibus, & ſpiritualibus, qui per cœlos ſignificantur, confert. Pſalmiſta. Verbo Domini. &c. vſque Dominus. N

FERIA IIII. PENTECOSTES.

SERMO PRIMVS.

A

NEMO poteſt venire ad me&c.Io.6.Venire ad Dominum debet homo,qui inuitatur verbi exhortatione, allicitur præmij ꝓmiſſiõe, iubetur pręcepti obligatione, trahitur beneficij exhibitione.De primo. Io.7.Si quis ſitit,veniat ad me, & bibat. Ecce ſi ſitis ſalutẽ, inuitatus es venire ad ſalutem. Quomodo enim ad ſalutem veniret,quem ſaluator non inuitaret. Aug. Nullum ad ſalutem credimus, niſi Deo inuitante venire: nullum inuitatum,ſalutem ſuã niſi Deo auxiliante operari: nullum niſi orantem, auxiliũ promereri. Ait ergo. Si quis ſitit,&c.Sitire,eſt vehemẽter deſiderare.Pſal.Quemadmodum deſiderat ceruus, &c. vſque ſitiuit anima mea. Vbi dicit Gloſſa quòd ceruus ſenio grauatus,excreſcentibus pilis,atque cornibus, ſerpentem naribus haurit,quo hauſto veneno æſtuat. Vnde fontem ad bibendum ardentiſſime deſiderat,vt ſic cornua, & pilos deponat: Ita volens reuerti ad dominum, veneno viciorum contractorum à ſerpente diabolo, vel carne ſe æſtuare cognoſcens,fontem gratiæ deſiderat, vbi vitiorum pilos, & cornua ſuperbiæ deponat: & ſic reuiuiſcit factus nouus homo. Ephe.4. Deponite vos ſecundum priſtinam conuerſa-

B tionem,veterem hominem &c. De 2. Marci 5.Sinite paruulos venire ad me,&c.Paruuli ſunt humiles: Humilitate enim ad Chriſtum venitur. Aug. Humiliter ad humilem venite,venite ſi amatis,ne diſcedatis ab illo, &c. Si allicit te venire ad amicum tuum refectio corporalis, quanto magis ſpiritualis? Matt.xi.Venite ad me omnes, qui laſſati eſtis &c.Et ſi allicit te promiſſio regni,eſtote humiles,taliũ eſt enim regnum cœlorum. Libenter poſſumus eſſe paruuli, id eſt humiles in oculis noſtris,vt regnum conſequamur.Mat

thæi 18. Niſi conuerſi fueritis, & efficiamini ſicut paruuli, &c.quod etiam ſignificatur in Saul,cui ait Samuel, primi Reg.15.Nonne cum eſſes paruulus in oculis tuis, caput in tribubus Iſrael factus es? Vnxit quoque te Deus in regem. Bene dicit in oculis tuis, non in oculis aliorum: multi.n. parui,& contemptibiles ſunt,in oculis aliorum:qui magni ſunt in oculis proprijs Item in oculis tuis dicit, non in oculis Dei. Aug Eſto paruus in oculis tuis,vt ſis magnus in oculis Dei. Tanto enim apud Deum eris precioſior, quanto fueris ante oculos tuos deſpectior. De.3.Matt.14.Domine ſi tu es,iube me venire ad te, ſuper aquas. Quidam inter aquas veniunt,ſicut filij Iſrael, per mare rubrum. Quidam ſuper aquas,ſicut Petrus.Primi,imperfectos,& ſeculares ſignificant,qui terrenis inhiantes,mare huius ſeculi,licet tranſeant,tamen pedibus affectuum terram tãgũt, Sed ſecundi,perfectos & glorioſos ſignificant,qui mare ſeculi contemnentes,ſub pedibus calcant. Tertij autem, in mare ſeculi intrantes ſubmerguntur.ſ.Aegyptij.i peccatores per vitia tenebroſi. Aegyptus.n.tenebroſa, interpretatur infernus.O quam miſerabilis eſt ſubmerſio,vanitas cor rapit,curioſitas ſeducit,cupiditas allicit, voluptas deducit,luxuria polluit,torquet inuidia,turbat iracundia, cruciat triſtitia: & ſic miſer talibus ſubmergitur in vitijs omnibus. De 4.Ioan.6.Nemo poteſt venire ad me,niſi pater meus,qui miſit,me traxerit eum. Ne dicas quòd ſolus filius ſolicitus eſt pro nobis. Ecce nos,filius & pater trahit. Quotiens enim beneficia Dei recipimus,totiens tracti ſumus,inter quæ tamen,nos maxime trahere debet, paſſionis Chriſti beneficium,quod tam magnum ipſe Chriſtus iudicauit,ꝙ merito totum mundũ trahere deberet.Vnde ait Io.12.Ego ſi exaltatus fuero à terra,omnia traham ad meipſum.Sed poteſt dicere aliquis. Ecce nemo poteſt venire ad Chriſtum,niſi tractus.Si ergo per gratiam non trahor, quomodo venire poſſum? Attende homo. Ecce ſi modo igne,vel aqua,vel hoſtibus,repleta eſſet hæc ciuitas,& nullo modo euadere poſſes,niſi per turrim altiſſimam trahereris,&amicus tuus ſtans ſuper turrim,fune dimiſſo inferius,

paratus eſſet te,& quemlibet volentem,trahere ſurſum. Si ergo tu manum ad funem non mitteres,vel ſi non traxeris, vel in media via funem relinquens,caderes,tunc certe,tua culpa eſſet,quòd non euaderes.Sic enim de fune gratiæ, & charitatis,per quam Deus amicus verus,paratus eſt omnes trahere ad alta,qui per manum boni operis,funem gratiæ fortiter tenent. Vnde bene dicit.Si exaltatus fuero &c. Et certe non nouus amor,quo nos trahit,ſed antiquus. Hier. 31. In charitate perpetua dilexi te,ideo. &c.

Feria 4. Pentecoſtes. ſermo 2.

E NEmo poteſt venire ad me, niſi pater qui miſit me, traxerit illum.Io.6.Trahit hominem Deus, trahit diabolus,trahit proximus.Trahit Deus ad bonum: diabolus ad malum: trahit homo ad vtrunque. Trahit Deus hominem, à malo ad bonum: à bono ad bonum: à mundo ad cœlum. Primo trahit incipientes. Secundo proficientes.Tertio peruenientes. De.1.Io.12.Ego ſi exaltatus fuero,omnia &c.Glo.omnia genera hominum, de quibus diabolus eijcitur.Trahit autem quandoq. per flagella, quandoq; per beneficia.Vnde Oſeæ.11.In funiculis Adã, traham eos,in vinculis charitatis.Funiculi Adam ſunt flagella,quia & ipſe primus,& per eum nos flagellati ſumus. Vincula vero charitatis Dei,ſunt beneficia. De.2. Cant.
F 1.Trahe me poſt te. Curremus in odorem vnguentorum tuorum. Currere eſt in virtutis,& bonis operibus proficere.1.Cor.9.Sic currite,vt compre.Vel currere, eſt feruenter diligere. Bern.Qui amat ardentius, currit velocius, & peruenit citius.Vnguenta ſunt gratiarum chariſmata, quibus Deus fideles vnxit.Odor eſt bona fama.In odore ergo vnguentorum Dei,currimus, quando per famam virtutũ, & exempla ſanctorum proficimus Vt vero ſic currere poſſimus, nos per gratiam trahi petimus.Auguſtinus. Trahe
G Domine in amorem tuum,hoc ipſum quod ſum. De tertio.Iob.34. Si direxerit ad eum cor ſuum; ſpiritum illius

& flatum, ad ſe trahet: deficiet omnis caro ſimul, & homo in cinerem reuertetur. Ecce quando caro in morte deficit, tunc ſpiritum dominus ad ſe trahit. & certe qui nunc cor ſuum ad dominum dirigit. ſſ. ad ſe trahit. Tunc certe Dominus, ſpiritum tuum ad ſe trahet, ſi nunc per orationem, & per confeſſionem, ſpiritum ſuum ad te trahit. Pſalm. Os meum aperiam, & attraxi. ſ. Trahit quoque diabolus hominem, de bono ad malum, de malo ad malum, de mundo ad infernum. De. 1. Apoc. 12 Miſit ſerpens ex ore ſuo poſt mulierem, aquam magnam, tanquam fluuium, vt eam faceret trahi à flumine. Præmittitur etiam ibidem, quòd cauda eius trahebat tertiam partem ſtellarum. Os ſerpentis diaboli ſuggeſtionem. Cauda vero, humanam imitationem ſignificat. Vel os diaboli, eſt os hæretici, os mali conſiliarij, os ſeminatoris diſcordiæ, os allicientis ad fornicationem, & ſimilium. Flumen eſt abundantia iniquitatis. Cauda vero, quæ tegit turpitudinem, eſt quælibet ſententia, vel appetentia alterius, iniquitatem iniuſte occultans, vel defendens, vel pallians. H

De ſecundo. Abacuch primo. Totum in hamo ſubleuauit: traxit illud in ſagena ſua. Hamus diaboli, eſt reatus æternæ mortis, quem abſcondit ſub eſca momentaneæ voluptatis. Sagena verò, eſt conſuetudo peccandi. Sicut enim ſagena multis nexibus, ſic conſuetudo ex multis malis actibus conficitur, quando homo de vtero ad vitium trahitur. Sed heu, Diabolus piſcem quem ſagena de mundo extraxit, ſuper carbones inferni mittit. I

De tertio Prouerbior. vigeſimo quarto. Erue eos, qui ducuntur ad mortem, qui trahuntur ad interitum, liberare ne ceſſes. Quod non ſolum de interitu temporali, ſed etiam æternali poteſt accipi: ad quod Diabolus trahit. Gregorius. Maligni ſpiritus, egrediente anima, opera ſua requirunt, mala replicant, quæ ſuaſerunt, vt ſociā ad tormenta trahant. Ab hoc tractu, quilibet amicum ſuum conſilio, & auxilio liberare debet. Trahit etiam homo hominem ad culpam, ad gratiam, ad pœnam. K

De primo, dicitur de iuuene, qui ſequitur mulierem vagā: Prouer.7 Ignorans quòd ad vincula ſtultus trahitur: Vęh ei, qui ad fornicationem, ad rapinam, ad quodcunque vitium, vel de vitio ad vitium trahitur. Eſa.5. Væh qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis, &c. Tales ſimiles sūt diabolo. Amb. Tales qui alios trahunt ad iniquitatem, in ſemetipſis dęmonum myſterium ſunt, quamuis per naturā
L dæmones non ſint. De ſecundo. Ioā.21. Aſcendit Simon Petrus, & traxit rete &c. Homines i. piſces, per rete trahūtur ad terram viuentium. Trahendi ſunt homines, non ſolum verbis, vel conſilijs, ſed etiam exemplis, & adiutorijs. Act.9. Ad manus autem trahentes illum &c. Nota quòd dominus, eum ſpecialiter diligit, qui ad bonum alios trahit. Greg. Ille apud Deum magis in amore Dei eſt, qui magis ad amorem Dei plurimos trahit. De tertio. Luc.21. Inij
M cient vobis manus, & perſequentur trahentes in ſynagogas ad reges, & præſides, propter nomen meum. Væh eis, qui alios iniuſte ad iudicia, & ad pœnas trahunt.

DOMINICA IN OCTAVA PENTECOSTES.

De Sanctiſsima Trinitate, Ser. I.

A SANCTVS, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus exercituum &c. Eſa.6. In vetere quoque teſtamento, gloria Trinitatis prędicatur. Attendite chariſſimi, quòd Dominus Deus, ter ſanctus ab angelis proclamatur. Sanctus enim eſt in ſeipſo: ſanctus in homine Chriſto: ſanctus in opere ſancto. Sanctus inquam eſt in tribus perſonis: in trib. ſubſtantijs vnius perſonæ: in tribus operibus vnius eſſentiæ, ſ. bonitatis diuinæ. De primo Leui.19. Sancti eſtote, quia ego ſanctus ſum, Dominus Deus veſter. De hac ſanctitate, bene

bene hic dicitur,ſanctus, ſanctus, ſanctus, dominus Deus exer.Interli.Sanctus Pater,ſanctus Filius, ſanctus Spiritus ſanctus. Sanctus vtique eſt pater.Iob.17.Pater ſancte, ſerua eos in nomine tuo; in vita bona; ne pereant in nomine diaboli, in via mala.dicitur enim Apoca.14.quòd qui habuerit characterem beſtiæ.Interli.i. ſignum nominis eius, cruciabitur igne,& ſulphure.Item ſanctus eſt Filius.Vnde pſalm.Semel iuraui in ſancto meo.Gloſſ.in homine Chriſto. Quid iuraſti Domine. Iuraui inquit, quòd ſemen Filij mei.i.chriſtiani,manet in regnum in æternum, & iuraui q thronus eius.Glo.i.illi in quibus inſidet,& dominatur, ful gebunt ſicut ſol in regno Patris.Ecce vides quomodo dominus iurauit in ſancto ſuo,quòd omnes pios glorioſiſſime glorificabit in regno. Et certe etiam iurauit in ſancto ſuo, quòd omnes impios ſæuiſſime damnabit in inferno. Amos 4.Iurauit dominus Deus in ſancto ſuo, quia ecce dies venient ſuper vos,& leuabunt vos in contis; & reliquias veſtras in ollis feruentibus.Item ſanctus eſt ſpiritus ſanctus. Eſa.x.Erit lumen Iſrael in igne,& ſanctus eius in flamma. Spiritus ſanctus eſt lumen illuminans,& ſanctus eſt ſanctificans,flammaq; inflãmans alas noſtras,& in linguis igneis inflammauit Apoſtolos.Per hanc certe flammam, vitatur illa,de qua Luc.16.Crucior in hac flamma.Sanctus eſt ergo Deus,in tribus perſonis. Exo.15.Quis ſimilis tibi, magnificus in ſanctitate &c. Terribilis eſt Pater in poteſtate, laudabilis Filius in veritate,mirabilia faciens: Spiritus ſãctus in bonitate. De ſecundo Luc.1.Quod ex te naſcetur &c. De hac Chriſti ſanctitate,etiam bene dicitur. Sanctus, ſ.dominus Deus,ſanctus in corde,ſanctus in anima,ſanctus in diuinitate.Sanctus eſt Chriſtus in corpore. Pſal. Sanctũ eſt templum.t.Templum vtique corporis; de quo. Ioan.2. Soluite templum hoc &c.Solutum fuit hoc templum vulneratione,& ſeparatione ab anima,non corruptione. Pſal. Nec dabis ſanctum t.videre corruptionem. Glo.i.putrefactionem.Item eſt ſanctus Chriſtus in anima. Pſal. Cuſtodi animam meam,quoniam ſanctus ſum.Glo. proprie hoc cõuenit Chriſto.Cuſtodit dominus animas ſanctorum.ſ. &c.
B
C

Et quia anima Chriſti, præ omnibus eſt ſancta, ideo præ omnibus deteſtatur quicquid ſanctitati contrariũ eſt. Prou. 6. Sex ſunt, quę odit dominus, & ſeptimum deteſtatur anima eius. Item ſanctus maxime eſt Chriſtus, in diuina natura. Pſ. Domini eſt aſſumptio noſtra. Glo. i. carnis noſtræ, & ſancti Iſrael regis noſtri. Ecce quia carnem noſtram aſſumpſit ſanctus, & rex dicitur. Sanctificat. n. & regit nos aſſumptio, in vtero virginis, per quam ſanctus ſanctorũ ad nos venit. ille vtiq; ſanctus, de quo Heb. 7. Talis decebat, vt eſſet nobis pontifex, ſanctus, & innocens. Sanctus in bono: & innocens eſt in corpore, in anima, in diuinitate. Ideo bñ additur, impollutus. Glo. corde. Item ſegregatus à peccatorib. Glo. Immunis ab omni vitio. hoc quoq; ad animã. Itẽ etiam excellẽtior cœlis factus. Glo. Quia eũ angeli adorãt.
D hoc diuinitatis eſt. De. 3. Pſ. Sanctus in oĩbus operib. ſuis. De hac ſanctitate, ẽt bene dicitur. Sanctus, S. S. dñs &c. Scũs in opere creationis, ſanctus in opere redemptionis, ſanctus in opere glorificationis. De, 1. Eſa. 43. Ego Dñs ſanctus veſter, creans Iſrael, rex veſter. Sanctus in creatione eſt dñs, quia nullam iniquitatem, nullum ad iniquitatem creauit dñs, nec dęmonem, nec hoĩem. Ge. 1. Vidit Deus cuncta, q̃ fecerat &c. Aug. Bona valde, quæ fecit, q̃to melior ille fuit qui fecit. De. 2. Eſa. 43. hæc dicit dñs redẽptor veſter, ſctũs Iſrael. Propter vos emiſi babylonẽ, & detraxi vectes vniuerſos, & Chaldæos in manib. ſuis gloriantes. Redẽptor noſter per paſſionem eſt Matt. xx. Filius hoĩs non venit miniſtrari, ſed miniſtrare, & dare animam ſuam in redẽptionem ꝓ multis. Amb. Plus debeo dñe Ieſu tuis iniurijs, ꝙ redemptus ſum, q̃ tuis viribus ꝙ creatus ſum. redemptor iſte emiſit. ſ. Apoſtolos, & doctores in babylonem Interli In mũdum peccato confuſum, & detraxit veſtes viciorũ, & Chaldæos in ira ſua gloriantes. i. dæmones, per fluctus huius ſeculi, miſeras animas circunducentes, & inde gloriantes.
E De. 3. Eſa. 6. Adducam filios tuos de longe, argentum, & aurum eorum cũ eis, nomini domini, & ſancto Iſrael, quia glorificabit te. Hieruſalem, cui glorificatio hic promittit, ſignificat, quæ ſancto Iſrael, in cœlo glorificabitur. Ille au-

tem amplius cum eccleſia ædificabitur in cœlo, qui argento fidei,& auro charitatis,amplius in eccleſia abundauerit in mundo. Aug. Ille apud Deum plus habet loci,qui plus attrahit,non argenti,ſed fidei. Sanctus ergo eſt Deus, in tribus operationibus. Apoc.4. Sanctus, Sanctus, Sanctus, domin⁹ Deus oſps,qui erat,& qui eſt,& qui venturus eſt. Qui erat in princi pio mundi creator,qui eſt in medio redẽptor,qui venturus eſt, in extremo remunerator.

De eadem ſacro ſancta Trinitate, Ser. II.

QVis appendit tribus digitis molem terræ? Eſa. 40. Tribus digitis. Interli.i.poteſtate Trinitatis. Terra,ſicut ait beatus Greg. ſignificat eccleſiam, quæ fide trinitatis,quaſi tribus digitis appendit. Conſiderandum autem, ꝙ fide trinitatis.4.triplici funiculo trahimur,quaſi tribus digitis appendimur,quaſi tribus palmitibus reficimur,& inebriamur. Trahimur in cõuerſione,appendimur in conuerſatione, reficimur in fruitione. Trahimur de profundo culpæ. Appendimur in ſolido gratiæ. Inebriamur mero gloriæ. G

De primo Eccleſiaſt.quarto. Funiculus triplex, difficile rumpitur. Funiculus triplex,eſt fides trinitatis. Gloſſa. Si fides Patris,& Filij, & Spiritus ſancti aduenerit, non facile rumpitur iſta ſoliditas. hoc funiculo trahimur de cloaca diaboli,de lacu peccati. Hieremiæ trigeſimooctauo. Extraxerunt Hieremiam funibus, & adduxerunt eum de lacu. Sed certe per funem fidei,extrahi non poteris, niſi manus per bona opera,ad funem miſeris. Iacob. ſecundo. Fides ſine operibus mortua eſt. Funiculus fidei, difficile rumpitur,qui nec gladio,nec igne, nec vetuſtate conſumitur. primum patet in beato Paulo, & in multis alijs, qui in occiſione gladij,pro fide mortui ſunt,quorum fides ferro ſcindi non potuit,ſecundum patet in beato Laurentio, & in beata Hagnæ,& Lucia, & quinquaginta oratoribus, qui pro fide ignem ſuſtinuerunt. Tertiũ patet in tota eccl. H

Eccleſia

Eccleſia Abrahæ fides vetuſtiſſima, ad hęc recens eſt, & erit in credentibus, vſque ad finem mundi. Funiculus enim fidei Trinitatis, nunquam conſumitur, cum tamen non ſit nouus, ſed antiquiſſimus, ſicut patet in antiquiſſimis iuſtis. Aug. Fides patriarcharum, prophetarum, atque Apoſtolorum, vnde Deus, prædicat eſſe Trinitatem. Antiquiſſimus enim patriarcha Abraham, tres vidit, & vnum adorauit. Antiqſſimus ꝑpheta Dauid, ait. Benedicat nos Deus, Deus noſter &c. Antiquiſsimus etiam Apoſtolorum. 1. Ioann. 5.
I Tres ſunt, qui teſtimonium dant in cœlo &c. De ſecũdo dicitur hic. Quis appendit tribus digitis molem terræ? Terra ſignificat Eccleſiam. Terra enim ſuper aquas eſt, ſic & eccleſia ſuper aquas babylonis. pſal. Ipſe ſuper ma. fun. eam &c. Fundata eſt enim tribus digitis, in poteſtate, & fide trinitatis. Matt. vlt. Baptizantes in nomine pat. & filij, & ſpiritus ſancti. Item terra eſt ſtabilis, ſic & eccleſia. Eccl. 1. Terra vero in æternum ſtat. Itẽ terra diuiſa eſt in tres partes. ſ. Aſiam, Aphricam, & Europam Vnde digitis bene tribus appenſa eſt. Sic & eccleſia tres habet ſtatus. ſ. coniugatorum, viduarum, & virginum. Item terra fructificat: ſic & eccleſia meritis Pſal. Terra dedit fructum ſuum. Non tamen hæ tres inſulæ æqualiter fructificant. Inſula enim cõiugatorum trigeſimum: viduarum ſexageſimum: virginum centeſimum fructum dat. Vnde tertia inſula optima eſt. Aug. Bonum Suſannæ in coniugali caſtitate laudamus: ſed tamen ei, bonum Annæ viduæ, ac multo magis Marię virginis anteponimus. Hæ tres terræ eccleſiæ, fide Trinitatis quaſi tribus digitis appenduntur. O fortiſſimus, & ſapientiſsimus Deus, qui totam fidem eccleſiæ, ſic appendit. Appendit inquam continendo in gratia, ſine qua nihil poſſumus. Iob. 26. Appendit terram ſuper nihili. appendit, & ponderando merita. Iob. 31. Appendat me in ſtatera iuſta. Aug. Interior inſpector eſt dominus: illi appendit, illi
K examinat. De tertio Gen. 40. Videbam coram me vitem, in qua erant tres propagines. Vitis hæc eſt fides Trinitatis: de qua bene creſcit vinum ęternæ iocunditatis. Pſal. Vinũ lætificat cor hominis. Hoc mero lætificamur in fruitione

beatæ

ꝑatæ Trinitatis. Aug. Res quibus fruendum eſt, ſunt Pater & Filius, & Spiritus ſanctus. Hoc vinum precioſum, in vaſis precioſis, & ſpecioſis appone. In regia vinum erat abundans, & precipuum ponebatur, & præmittitur ibi. Bibebãt autem qui inuitati erant, aureis poculis. Require expoſitionem in ſermone, Deficiente vino.

De eadem ſanctiſs. Trit. ſermo III.

TRes ſunt qui teſtimonium dant in cœlo. &c. 1. Ioã. 5. Glo. Per hoc apparet, quòd Ieſus eſt veritas, verus Deus, & verus homo. De vtroque certum habemus teſtimonium. O vere magnum id teſtimonium. tres inquit ſunt, qui teſtimonium dant &c. Tres vtique credendi certiſsime: tres metuendi iuſtiſsime: tres diligendi veraciſſime: tres colendi digniſſime. De primo. Exod. 3 Ibimus viam trium dierum, in ſolitudine. Via noſtra eſt fides noſtra, trium perſonarum, quam vt rectius teneamus, ipſam nobis per variam ſcripturam, ipſam per apertam figuram, ipſam per rationalem naturam, ipſam per omnem creaturam oſtendit. Dico, quòd Trinitas oſtenditur per ſcripturam, tam veteris, quàm noui teſtamenti. Vnde Pſal. Verbo Domini &c. hic dicitur, Tres ſunt &c. Item oſtenditur per figuram. Gen. 18. vbi legitur quòd Abraam tres vidit, & vnum adorauit. Item per naturam oſtenditur animæ rationalis. propter quam dicitur Gen. 1. Faciamus hominem ad imaginem &c. Secundum Aug. anima per memoriam, per rationem, per voluntatem, eſt imago Patris, & Filij, & Spiritus ſancti Patris per memoriam, Filij per rationem, Spiritus ſancti per voluntatem. Væh ergo eis, qui imaginem iſtam ſummæ Trinitatis vitiant. Item oſtenditur per omnem creaturam, quòd in omnibus creaturis, veſtigium eſt Trinitatis. Sap. xi. Omnia in menſura, & numero, & pondere diſpoſuiſti. Glo. In his tribus, dominus inſtituit, & gubernat, & iudicaturus eſt. De tertio. 1. Regum. 20. Ego tres ſagittas mittam. Ionathas, qui hoc verbum dicit, ſignificat

Chriſtum

L

M

N

Chriſtum. Sagitta vero animam penetrans, eſt timor Domini. Tres ſagittæ timorem ſignificant: de quo Pſalm.66. Benedicat nos Deus Deus noſter &c. & metuant eum omnes fines terræ. Nota quòd dicit Ambro. Trina Dei confeſſio; trinitatem indicat perſonarum: timorem autem ſanctę trinitatis iuſte habere debemus, propter eius potentiã inſuperabilem: propter eius ſapientiam inſcrutabilem, propter eius iuſtitiam indeclinabilem. Potentia vtique ſanctę Trinitatis inſuperabilis eſt. Eſa.6. Sanctus, Sanctus, Sãctus dominus &c. Et quis poſſet ſuperare Dominum exercituũ, cum etiam vnum de exercitu totus mundus ſuperare non poſſet? Eſt & dominus iſte tam inſuperabilis Pater, & Filius & Spiritus ſanctus, ꝓpter quod ter Deus, ſanctus dicitur. Item ſapientia ſanctæ trinitatis, inſcrutabilis eſt: quæ nos, & extra, & intra agnoſcit. & ab æterno cognouit. Rom. xi. O altitudo diuitiarum. &c. vſque quoniam ex ipſo ſunt omnia. Aug. Ex ipſo ait, propter patrem: per ipſum dicit, propter filium ſuum: & in ipſo, propter ſpiritum ſanctum. Item iuſtitia beatæ trinitatis, indeclinabilis eſt, licet quidam falſi conſolatores, falſam ſpem ingerant impijs. Hiere.14. A.a.a. domine Deus, prophetæ dicunt eis, non videbitis gladium. Quid eſt ſeueritas diuinæ iuſtitiæ, niſi gladius timoris? Propheta gemens, ter clamabat a: quaſi dicat: A iuſtiſſime Pater Deus: a iuſtiſſime Fili Deus: a iuſtiſſime Spiritus ſancte Deus &c. Item iniuſtitia noſtra inexcuſabilis eſt, & pœna, quia ipſa timenda ineuitabilis eſt. Apoc.8. Væh væh væh habitantibus in terra. i. in terrenis vitijs. Væh qui offendunt Patrem, væh qui offendunt Filium: væh qui offendunt Spiritum ſanctum. Væh eis quia dicit Aug. Qui in pace non fuerit inuentus, abdicatur à Patre: exhæreditatur à Filio: nihilominus à Spiritu ſancto efficitur alienus. De tertio. Luc.xi. Amice commoda mi-
O hi tres panes &c. Amicus iſte ſecundum Glo. eſt Deus: panis confortans eſt amor Dei. Tres autem panes ſunt, quia tres perſonæ amandæ ſunt. Amanda eſt beata trinitas, propter beneficium creationis, incarnationis, glorificationis, iuſtificationis. Iſta enim ſunt quatuor beneficia. ſ. trinita-

tis.

tis. Patet in primo opere creationis. Gen.1. vbi dicitur. ❡ In principio creauit Deus &c. Patrem intellige, cum dicitur Deus: filium, cum dicitur in principio. ſſ. cum dicitur, & ſpiritus dñi ferebatur &c. Item patet in opere incarnat. Lucæ primo, vbi dicitur Spiritus ſ. ſuperueniet in te, & virtus altiſſimi obumbrabit tibi. Ideoque & quod naſcetur ex te, vocabitur filius Dei. Ecce hic apertiſſime exprimuntur tres perſonæ. Item patet in opere iuſtificationis. Mar. vltimo. vbi dicitur. Baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Vnde etiam in baptiſmo Chriſti, apparuit trinitas perſonarum. Item patet in opere glorificationis Matt. 16. vbi in transfiguratione apparuit Spiritus S. in nube candida. Sed quare in baptiſmo in columba: & hic in nube? Ad hoc reſpōdet hæc Gloſ. Spiritus ſanctus in baptiſmo apparuit in columba, hic in nube lucida: quia qui modo ſimplici corde, fidem ſeruauerint, aperta viſione contemplabuntur. Penſa ergo chariſſime, quàm beatiſſima Trinitas amanda ſit, quæ ſic tota nobis intendit, immo quæ ſe totam nobis impendit. Auguſtinus. Pater filium dedit, in precium redemptionis: Spiritum ſanctum, in priuilegium adoptionis: ſe denique totum ſeruat hæreditatem adoptatis. De quarto Apocalypſis vigeſimo primo. Ab oriente portæ tres & cætera. Portæ cœleſtis ciuitatis, ſunt virtutes, quibus Deo deſeruitur. Porta ergo orientalis, eſt prudentia in eligendis. Per hanc portam non caro, ſed Spiritus inducere nos debet: vt non carnalem, ſed ſpiritualem prudentiam ſequamur. Ezechiel. vndecimo. Eleuauit me Spiritus, & introduxit me ad portam orientalem &c. Hic autem ſunt tres partes, quia per prudentiam colendæ ſunt tres perſonæ. Item porta Aquilonis, eſt fortitudo in aduerſis. Actuum duodecimo. Venerunt ad portam ferream &c. Hic quoque tres ſunt portæ, quia fortitudine tres perſonæ colendæ ſunt. P

Item porta auſtralis, eſt temperantia in proſperis, quæ heu ſæpe ſuccenditur igne voluptatis, & cupiditatis. Neemiæ ſecundo. Portæ combuſtæ ſunt igni. Q

Hic etiam tres ſunt portæ: quia per temperantiam tres colendæ ſunt portæ. Itẽ porta oculi, eſt iuſtitiæ porta &c. Hic ſimiliter ſunt tres portæ: quia per iuſtitiam, colendæ ſunt tres perſonæ.

De eadem ſanctiſs. Trit. ſermo IIII.

R Benedicat nos Deus, Deus noſter, benedicat nos Deus. Pſal. 66. Conſuetudo eſt apud fideles, quòd tranſitum faciente Pontifice, petit populus benedictionem. Sed ecce Pontifex matris eccleſiæ, paradiſi, præbendarum cœleſtium diſpenſator, Deus Trinitas, qui æternam habet in cœlo manſionem, hodie quaſi tranſitum facit per terrã noſtram, dum ante oculos mentis noſtræ tranſitorie reducitur, per temporalem recordationem, quam beati Spiritus in cœlo iugiter contemplantur, per beatam viſionem. Hier. Conuenienter petit eccleſia benedictionem dicens, Benedicat nos &c. In quibus verbis eccleſia duo tangit. Quid petat, quoniam benedictionem: cum dicit, Benedicat nos &c. Et hoc prudenter petit, quia eſt tale, quod decet Deum dare, & nobis prodeſt accipere. Tangit etiam à quo petat, quoniam à Deo trinitate. non enim eſt alius, qui hoc põt dare. Et hoc tangitur cum dicitur, Deus Deus noſter: & iterum Deus. Vnitas enim nominis quod eſt Deus, ſignificat vnitatem diuinæ eſſentiæ. Eiuſdem autem nominis trina repetitio, notat ſacramentum trium perſonarum, in vnitate eſſentiæ: vt ſit ſenſus. Benedicat nos Deus pater: benedicat nos Deus filius (hic enim proprie noſter eſt nobis
S datus. Eſa. 9. Filius datus eſt nobis.) benedicat nos Deus. ſ. Deus ſpiritus ſanctus. Hic enim eſt ſacratiſſimus perſonarũ ternarius: quæ tres perſonæ, ſunt vnus Deus: cuius & ſi non ſit exemplum conueniens in creatura, propter eius nimiam inferioritatem, reſpectu beatę Trinitatis: ſicut nec eſt exemplum conueniens de milite picto carbone, & milite armato in acie: Videmus tamen tria in vno Sole. ſ. lucem, ſplendorem, & calorem: & vnus eſt Sol, qui lucet, &

ſplendet,

ſplendet, & calet: quoniam non dicitur lux, ſplendor: neç vterque calor, ſed à luce ſplendor manat coæternus luci. Ita Pater non eſt filius, ſed à patre filius, coæternus patri, & luce, & ſplendore. Nec calor eſt à luce tantum, nec à radio tantum: ſed à luce, & radio. Pariformiter Spiritus ſanctus, nec à patre tantum, nec à filio tantum, ſed a patre, & filio. Hinc dicitur filius oriens, ſplendor lucis æternæ. Spiritus ſanctus vero, ignis, ſiue amor procedens ab vtroque: & iſti tres, quamuis tres ſint perſonarum diſtinctiones, tamen nõ ſunt niſi vnum in deitate, quia tres ſunt, qui teſtimonium dant in cœlo: Pater, Verbum, & Spiritus ſanctus: & hi tres vnum ſunt. 1. Io. 5. Quod notat eccleſia cum dicit, Benedicat nos Deus &c. T Cum autem eccleſia ter Deum repetat non tamen dicit niſi bis benedicat: vt innuat, quòd à trino Deo, dnplicem benedictionem exoptet. videlicet benedictionem gratiæ, & gloriæ. Nam eſt alia duplex benedictio, quam non curat: videlicet, benedictio adulationis, & benedictio fortunæ. Nota ergo per totum quadruplex genus benedictionum. Eſt namq; benedictio, adulatio deceptionis. de qua Pſal. Quoniam laudatur peccator in deſi. &c. Hæc eſt benedictio, quæ peccatores conſecrat diabolo. Hæc eſt vnctio extrema peccatorum, qua præparantur igni æterno, vt melius ardeant. de qua Pſal. Corripiet me iuſtus in miſericor. &c. Nota quòd amplius diligit, qui hominem, de igne extrahit per crines, quàm qui oleum infundens, ignem accendit. Hęc eſt benedictio mala, qua qui ſibi benedicunt, à Deo maledicuntur. Mal. 2. Maledicam benedictionibus veſtris. quod erit in iudicio, cum dicetur: Ite maledicti &c. Eſt benedictio fortunæ, & hæc eſt benedictio vana, quia eſt ſecundum vulgi opinionem tantum. V Pſal. Promptuaria eorum plena &c. Sequitur. Benedixerũt populum. &c. Veruntamen, vſque beatus populus cuius dominus Deus eius. Beatum inquit dixerunt. Hæc eſt benedictio, ſecundum dici, non ſecundum eſſe: quia plus nocet, quàm proſit, quia hominem à vera beatitudine auertit. Exemplum de tigride, & ſpeculo. Cum enim ſpeculum frãgitur, abijt pulchritudo hæc, in nihilum. Pſal. Anima eius

in vita benedicetur ipſius.ſequitur. Introibit in progenies patrum &c. Ideo Eſa.tertio. Popule meus,qui te beatum dicunt,ipſi te decipiunt &c. Eſt benedictio gratiæ, de qua Eccleſ.40. Gratia Dei ſicut paradiſus in benedictionibus. & bene,quia conformat animam cum paradiſo: quia ibi ſerenitas aeris, tranquillitas loci, fertilitas conſcientiæ,decor terræ,vbertas vitæ,ipſius temporis congruitas, ibi ſplendor cognitionis Dei,ardor dilectionis, ros deuotionis. Eſa.18. Ego quieſcam, & conſiderabo in loco meo. Sicut meridiana lux clara eſt, & ſicut nubes roris in die meſſis. Hanc petit eccleſia, cum dicit: Saluum fac populũ tuum domine,& benedic hæreditati tuæ &c. Eſt benedictio gloriæ. Pſalmiſta. Quoniam illic mandauit dominus benedictionem,& vitam &c. De qua Prouerb x. Benedictio Domini diuites facit &c. Hæc eſt benedictio dexteræ,quã accipient quibus dicetur. Venite benedicti patris mei &c. Nota, quòd ſolenne fit feſtum,vbi tantus eſt,qui cantat Inuitatorium. Ad illam eſt ſuſpirandum. Ephe.4. In hoc vocati eſtis,vt benedictionem hæreditate poſſideatis. No-
X tandum autem,quòd pluribus generibus hominum, ſolet dari benedictio. Primo confitentibus quando abſoluuntur, & hi ſunt pœnitentes. Prouer.x. Benedictio domini ſuper caput iuſti. Illius iuſti,de quo Prouerb.18.Iuſtus in principio accuſator eſt ſui,qui facit iuſtitiam.de quo Eccle. 17. Ante iudicium para iuſtitiam: quæ conſiſtit in pondere contritionis: & in numero confeſſionis: & in menſura ſatisfactionis. Sequitur in eadem authoritate. Os autẽ impiorum,operit iniquitatem: ſcilicet,mali timoris,vel amoris,vel pudoris. Itaq; peccatum vel celant,vel negãt,vel excuſant: ſed tamen qui abſcondit ſcelera ſua, non dirigetur. Prouerb.28. Secundo benedicitur offerentibus, cũ eorum munera recipiuntur. Offerentes ſunt,deuotione domino ſeruientes, quia exhibent Deo hoſtiam ſanctam viuentem. Rom.12. Iſti benedicuntur exemplo Abrahę, qui volens filium offerre,benedictionem aſſequutus eſt. Geneſ. 22. Per me metipſum &c. Et nota, quòd Deus voluit filiũ in benedictionem ſibi offerri,ſed non occidi: ſed arietem

occidi voluit. Exemplum etiam in Iacob, qui cibos offerens patri, ab eo benedictus eſt. Gen. 27. Et nota, quòd con ſilio matris inuenit Iacob domi, quæ placita ſunt patri. Eſau vero proprio conſilio venatur, & non prodeſt ei. Itē offerentes, ſunt eleemoſynam largientes. Eccle. 7. Pauperi porrige manum tuam, vt perficiatur propitiatio, & benedictio tua. Tertio militantibus, cum bellum fidei ingrediuntur, vt à legato, vel papa. Hi milites ſunt, tentationibus reſiſtentes, vel in tribulationibus patientes. 1. Petr. 3. Si quid patimini propter iuſtitiam. Infra cap. 4. Si exprobramini in nomine eius, beati eritis &c. Exemplum de Iacob, qui fortiter luctando, benedictionem meruit. Vnde dixit Gen. 32. Non dimittam te, niſi benedixeris mihi. Et benedixit ei, in eodem loco. Quarto datur benedictio nubentibus, ſecundum quod dicit Raguel filiæ ſuæ, cum daret eam Tobiæ. Deus Abraam, Deus Iſaac, & Deus Iacob, ſit vbiq; &c. & impleat benedictionem ſuam in vobis. Tobiæ octauo. Per nubentes intellige etiam virgines conſecratas, & animas religioſas, quæ propter amorem Chriſti, regnum mūdi contempſerunt, & ea quæ mundi ſunt. Quibus dicitur illud Ruth. 3. Benedicta es à Domino filia, quę non es ſecuta iuuenes pauperes, ſiue diuites. Noli ergo metuere, ſed quicquid dixeris mihi, faciam tibi. Nota totam authoritatem.

SERMONES DE TEMPORE ESTIVALI, LIBER SECVNDVS.

DOMINICA PRIMA POST *Trinitatem.*

SERMO PRIMVS.

A HOMO quidam erat diues &c. Lucæ 16. Dicitur Eccleſi. 31. Beatus diues, qui inuentus eſt ſine macula. Certe diues de triplici macula hic reprehenditur de quibus,& moderni diuites reprehendi poſſunt: videlicet, de vanitate in veſtiendo: de guloſitate in edēdo: de impietate in non miſerando. De primo 4. Regum. 5. de Naaman dicitur, quòd erat vir fortis,& diues, ſed leproſus,& quòd tulit ſecum decem mutatoria veſtimentorum. O auare, diues es in ſubſtantia, ſed leproſus in anima. Ecce pro diuitijs omnibus Imperatoris nolles eſſe leproſus corporaliter. Et tu ſtulte pro parua mū di ſubſtantia leproſus es ſpiritualiter, quod multo abominabilius eſt. Timiendum eſt diuitibus, quòd lepro[illegible] fuit, qui tantam veſtium ſuperfluitatem habuit. Sed nota, q̃
B quinque modis diuites exceduut in veſtib. Videlicet ſumptuoſitate. In præſenti Euangelio induebatur purpura,& byſſo. Gregorius. Si cultus precioſarum veſtium culpa nō eſſet, ſermo Dei tam vigilanter non exprimeret, quòd diues, qui torquetur apud inferos, byſſo, & purpura indutus fuiſſet. Item ſuperfluitate: ſicut dictum eſt de Naaman: contra quod dicitur Lucæ 3. Qui habet duas tunicas debet vnam non habenti. Item carnalitate, ſeu mollitię. Matt. 11. Ecce qui mollibus veſtiuntur &c. Contra quod Matth.

Matth.3.Ioannes habebat veſtimentum de pilis camelorum.Glo.Seruus Dei non debet habere veſtimenta ad decorem,vel ad delectationem, ſed tantum ad tegendam nuditatem. Item curioſitate,vel ſingularitate,quæ eſt in texturis futilibus,vel in ſciſſionibus,vel in coloribus, quæ fieri ſolent propter ſolam gloriam.Eccl.11. In veſtitu ne glorieris. Greg.Nemo exiſtimet in luxu,atque ſtudio precioſarum veſtium deeſſe peccatum. Item deformitate, quæ reſpicit ſtatum,vel ordinem,vel ſexum. Deutero.22.Non induetur mulier veſte virili,neque vir vtetur veſte fœminea. De ſecundo.Eccle.5.Saturitas diuitis non ſinit eum dormire. Poſſunt tamen propter laborem, vel propter debilitatem, vel propter aliam honeſtam cauſam quandoq; homines melius refici. Væh autem ei,qui ſemper vult eſſe ſatur, & plenus, ſicut iſte de quo hic dicitur: 'Epulabatur quotidie ſplendide'. Sed nota quòd quinque modis excedunt diuites in gula: ſicut exprimitur per hos verſus.Pre, propere,laute,nimis,ardenter,ſtudioſe: Mel Ionathæ,caro deſerti,panes Sodomitæ; Lens Eſau Phinees comprobat olla gulam. De melle Ionathæ.1.Regum.14. De carnibus in deſerto. Num.xi.De panibus Sodomæ Ezec.16. De lente Eſau.Gen.25. De olla Phinees.1.Regum.2. In quali autem periculo ſint qui in cibis delicioſi, ſtudioſi, copioſi, impetuoſi ſunt,patet exemplis prædictorum.Nam Ionatas vix a morte liberatur. Item contra carnales in deſerto furor domini incenditur.Item Sodoma igne, & ſulphure cōcrematur. Item Eſau primogenitis priuatur. Item Phinees & Ophin occiduntur. Sed grauiora guloſi æternaliter patientur. Iſidor.Cui abſtinentia:&c.Require in ſermone,Filij autem regni &c. De tertio. Pſal.Dormierunt ſom.&c. Nota glo.Quia nihil poſuerunt in manibus.&c. videlicet, pauperibus nihil dando: ſicut neque iſte diues Lazaro. Sed nota,quòd quinque modis excedunt diuites circa eleemoſynam videlicet,cum nulla mouentur miſeratione, ſicut iſte diues,qui neque micam dedit. Item cum dant de iniuſta poſſeſſione. Eccleſia. 34. Qui offert ſacrificium de ſubſtantia pauperis.&c.Iſidor.Nihil proficis,ſi alium inde

C

D

E

vnde alium inanem facis. Condemnat miſeratio iſta non propitiatur. Contra quod Prouer. tertio. De primitijs frugum tuorum (non aliorum) da pauperib. Item cum dant corrupta intentione. Matthæi ſexto. Cum facis eleemoſynam noli ante tu. ca. &c. Corrupta vero eſt intentio non ſolum in eo, qui propter laudem hominum, ſed etiam in eo, qui propter vitandum tædium. Auguſtinus. Qui dat, vt careat tædio interpellantis, non vt reficiat corpus indigentis, & rem, & meritum perdit. Item in nimia protractione, ſeu dilatione. Eccleſiaſt. quarto. Cor in opis non afflixeris, & ne protrahas datum anguſtianti. aliquando enim protrahendo plures eleemoſynas negligere faciunt, vel amittere. Item dando cum nimia perturbatione. Confundunt enim pauperes in tantum, quòd melius eſſet nihil dare, quàm ſic dare. Contra quod Eccleſiaſtici decimooctauo: In omni dato non des triſtitiam verbi mali. Hi ergo fratres huius diuitis ſunt oẽs in quinq. modis. In veſtium vanitate: vel in quinque modis in guloſitate: vel in quinque modis in impietate excedentes conditiones quas ſecum arſuri præſumunt.

DOMINICA PRIMA POST TRIN.

Sermo ſecundus.

Mortuus eſt diues, & ſepultus eſt in inferno. Lucæ 16. Ab hoc loco vſque ad finem in præſenti Euangelio deſcribitur pœna damnati diuitis quadrupliciter: videlicet, ab inferiori in profunditate tormentorũ:
F
à ſuperiori in viſione bonorum: ab interiori in deſperatione remediorum: ab exteriori in condemnatione amicorũ.
G
De primo dicitur hic: Sepultus eſt in inferno. Gl. Sepultura inferni eſt pœnarum profunditas, quæ ſuperbos, & immiſericordes poſt hanc vitam vorat. Ibi: ergo ſepelietur anima, ſicut faber ſepelit ferrum in igne. Sed nota ꝙ anima moritur, effertur, ſepelitur. Moritur q. propter peccatum

in

in mundo. Vnde de vidua dicitur. 1. Tim. 5 quæ etiam in delicijs viuens mortua eſt. Viuens corpore, moritur ſpiritu. Aug. Sicut vita corporis eſt anima: ſic vita animæ Deus. quoniam ſi anima corpus deſerat, moritur corpus: ſic anima moritur ſi eam deſerat Deus. In pomo.n. terrenæ voluptatis anima mortem comedit. Gene. 2. In quacunque die &c. Item exportatur à dęmonibus in extremo. Eſa. 22 Ecce dominus exportari te faciet, ſicut aſpernatur gallus gallinaceus. Peccator ad ſimilitudinem huius galli pedibus ligatis portabitur. Plumæ enim illi temporalium abſtrahentur: interiora omnium conſolationum extrahentur: in igne gehennæ aſſabitur. Item poſt aſportationem ſepelitur in inferno: ſicut corpus ab hóminibus, ſic anima à dæmonibus. Hieremię viceſimoſecundo. Sepultura aſini ſepelietur. &c. Sicut enim aſino fieri ſolet, vt detracta pelle cadauer eius in ſterquilinium proijciatur: ſic pelle temporalium, vel corporis abſtracta, cadauer, id eſt peccatrix anima canibus, & auibus, ideſt dęmonibus proijcitur. Ezech. triceſimenono. Beſtijs terræ, & volatilibus cœli dedi te ad deuorandum. De ſecundo. Nota, vidit Abraam longe, & Lazarum in ſinu eius. Hoc auget pœnam reproborum. Sed nota, quòd reprobis triplex pœna eſt: videre bonos, ſcilicet in mundo, in iudicio, in inferno. In mundo vtique. Sapien. ſecundo. Grauis eſt nobis ad videndum quoniam diſſimilis eſt alijs vita illius. Vnde peruerſi nec in conſilijs, neq. in officijs, neque in cauſis, neque in ſocietatibus ſuis libenter vident bonos. Ioannis tertio. Qui male agit &c. Item in iudicio. Sapientiæ. 5. Videntes turbabuntur timore horribili. &c. Tunc certe vltimo reprobi bonos videbunt. Pòſt enim illum diem nec ſaluatum patrem, neq; matrem, neq: vxorem, neq; filium, neq: filiam, damnatus, videbit ineternum. Tolletur.n. impius, ne videat gloriam Dei. Econtrario de electis dicit Greg. Iuſti in tormẽtis ſemper intuentur iniuſtos, vt hinc gaudiũ eorũ creſcat: quia malum inſpiciunt, quod miſericorditer euaſerũt. Itẽ in inferno. Sic hic vidit diues Lazarũ in ſi. &c. In hũc ſinũ nullus niſi ꝑ humilitatẽ, & manſuetudinẽ locabitur. Eſa. xl.

H

Congre-

Congregabit agnos in ſinu ſuo leuabit &c. De tertio dicitur ibi: Inter nos, & vos chaos magnum firmatū eſt. &c. I
Hæc firmatio figurata eſt Geneſis 1. Fiat firmamentum in medio aquarum, & diuidat aquas ab aquis: per quas homines ſignificantur. Apoc. 17. Aquæ quas vidiſti, populi ſunt, & gentes. Sed per aquas quæ ſunt ſub firmamento, reprobi: per aquas quæ ſuper firmamentum, electi ſignificātur. Sicut enim aquæ ſolidatæ ad modum cryſtalli, cœlum cryſtallinum dicitur: ſic electi beatitudine ſolidati. Et ſic illę aquæ æterno lumine vndique ſunt pellucidæ ad modum cryſtalli, & ſicut perſpicue per cryſtallum videtur quicq̄d in ipſo interius continetur: ita conſcientiæ ſanctorum manifeſtæ erunt omnibus ad inuicem. Bernardus. Ciuitas illa Hieruſalem, puriſſimo vitro ſimilis erit, vt ſicut per vitrum lucidiſſime cernimus, ſic aliorum conſcientias clariſſime videamus. Firmamentum autem eſt immutabilitas diuinæ iuſtitiæ. Pſal. Firmetur manus tua. ſ. in damnatione reproborum. O quanta firmatio, quę neque ad dandam vnā guttam aquæ flecti poteſt. Sequitur. Et exaltetur dexte. tu. ſ. in glorificatione electorum. In hoc firmamento ſunt Sol, & Luna. Sol diebus, & Luna noctibus lucet. Sunt enim dies electi, noctes reprobi ſunt. Sol eſt lumen diuinæ iuſtitię in electis: Luna vero reprobis apparens. De quarto dicitur hic: Habeo quinque fratres, vt teſtetur illis ne, & ipſi veniant in locum hunc tormentorum. Licet iſte Lazarus non fuerit miſſus teſtari in mundo, tamen noſter Lazarus plenus noſtris vulneribus ante ianuam cordis noſtri iacēs mittetur teſtari in iudicio. Malac. 3. Accedam ad vos in iudicio, & ero teſtis velox maleficis, & adulteris, & periuris, & qui calumniantur mercedem mercenarij, & humiliant viduas, & pupillos, & opprimunt peregrinū. Ecce hic quinque genera reproborum: videlicet malefici, adulteri, periuri, calumniatores, oppreſſores. Sunt etiam fratres contra quos teſtabitur Chriſtus.

K

Dominica

Dominica prima poſt Trinit. Sermo III.

MItte Lazarum, vt intingat extre.di.in a.vt re.lin.m. quia crucior multum in hac flamma. Lucæ 16. Miſera lingua inflammabitur igne in inferno, quæ malitia inflammabatur in mundo. Conſiderandum ergo ꝙ inuenimus in mundo linguam inflammatam, ſiue ignitam quadrupliciter: videlicet per malitiam, per gratiam, per iram, per gehennam. Prima in malignatione ardet: ſecunda in dilectione: tertia in indignatione: quarta in damnatione. De primo Iacobi 3. Ecce quantus ignis, quàm magnam ſyluam incendit. Et lingua ignis, eſt vniuerſitas iniquitatis. Lingua conſtituitur in membris noſtris, quę maculat totum corpus, & inflammat rotam natiuitatis noſtrę inflammata à gehenna: ſicut paruus ignis quandoque magnam ſyluam, ſic parua lingua quandoque per detractionem, per mala conſilia, & huiuſmodi, magnam ciuitatem illam tranſturbando incendit. Vnde ibidem. Lingua modicum quidem membrum eſt, & magna exaltat. Lingua vero hæretici, & mali conſiliarij, & contentioſi, & detractoris, & huiuſmodi ignita. Tales ergo incendiarij ſunt diaboli per linguam, & ſpecialiter luxurioſi. Vnde de muliere praua dicitur Eccle. 9. Colloquium illius quaſi ignis exardeſcit. Vnde praua lingua ignita, venenata, armata eſt. Ignita eſt ad accendendam malitiam, ſicut dictum eſt. Item venenata eſt ad ſuffocandam gratiam. Pſal. Acuerunt linguas &c. Itē armata ad vulnerādam naturam ipſius animæ. Praua enim lingua quandoque facit vulnus in corde alterius, quod nūquam ſanabitur. Contra hoc bonum conſilium dat Iſidorus, dicens: Contra linguę gladium, patientiæ pone ſcutū. Lingua eſt gladius vulnerando præſentes: ſagitta vero vulnerando abſentes. Hierem. 9. Sagitta vulnerans lingua eorum. De ſecundo Act. 2. Apparuerunt illis diſpertitę linguæ tanquam ignis in prædicatione, in oratione, in confeſſione, in correptione, & ſimilibus. Linguæ noſtræ per amorem charitatis, per zelum iuſtitiæ, & veritatis, ignitæ debent

bent

bent eſſe. Noſipſi igne ſpiritus ſancti in talibus ferueamus, & proximos ad omne bonum per linguam accendamus: ſicut ille Luc. 24. Nonne cor noſtrum ardens &c. Ecce lingua ardens cor ardere facit. Nota ergo, ꝙ ignẽ ſancti ſpiritus in corde, in lingua, in manu habere debemus. In corde. vt ibi: Nonne cor noſtrum ardens &c. Item in manu per operationem Gen. xx. Ipſe vero in manibus portabat ignem & gladium. Item in operatione oſtendit gratiam, & doctrinam. De tertio dicitur hic: vt refrigeret lin. meam, quia crucior in hac flãma. Væh malæ linguæ, quæ in iniurijs, & falſis teſtimonijs, in malis conſilijs, in mendacijs, in detractionibus, in contentionibus, in luxurijs, in gula, in alijs vitijs ardet. Væh quia æternis ignibus cremabitur cum iſto diuite. Si ergo vis quòd lingua tua non ardeat in ſupplicio caue ne ardeat in vitio. O linguoſe, caues linguæ tuæ de cibo nimis calido, & non de ardenti vitio? Augu. Maligne ſicut eligis quo veſtiaris, ſic elige quid loquaris. Item pro prijs dentibus manducabitur. Apoc. 16. Manducarunt linguas ſuas præ dolore, & blaſphemauerunt Deum cœli prę doloribus, & vulneribus ſuis. Item à dęmonibus laceratur multitudine tormentorum 2. Mach. 15. Linguam impij Nicanoris iuſſit particulatim auibus tradi. Aues ſunt dęmones. Deu. 32. Deuorabunt eos aues morſu amariſſimo, quibus lingua peruerſi particulatim dabitur pro ſingulis vitijs ad torquendum. De quarto. Eſaiæ 30. Ecce nomen Dñi venit de longinquis, ardens furor eius, & grauis ad portandum: labia eius repleta ſunt indignatione: & lingua eius quaſi ignis deuorans. Ecce furor importabilis in iudicis viſione. Sap. 5. Videntes turbabuntur. &c. Item labia indignantia erunt in diſceptatione. Matt. 25. Eſuriui & non dediſtis mihi &c. Vel lingua erit quaſi ignis deuorans in ſententiæ prolatione. Diſcedite à me mal. in ignem æter. O ꝙ horribilis erit iſta deuoratio ſententię vltimæ? certe horribilior quàm ſi aliquis à fulmine deuoraretur. Aug. Nõne mallent à fulmine incendi, quibus dicetur. Ite maledicti in ignem æternum.

Dominica

DOMINICA SECVNDA POST *Trinitatem*.

SERMO PRIMVS.

HOMO quidam fecit cœnam magnã.&c. Luc. 14.dicitur Apoc. 19. Beati qui ad cœnam nup.agni vocati ſunt. Duplex eſt cœna,videlicet gratiæ,& gloriæ. Prima eſt eccleſiæ militantis.Secunda triumphãtis. De prima.Cum veniſſet Ieſus in Bethania dicitur Io.12. Fecerunt autem ei cœnam ibi. Bethania eccleſiam ſignificat militantem . interpretatur.n.domus obedientię. Cœna.n in Bethania eſt ſpiritualis refectio gratiæ in eccleſia. Quatuor autem perſonas in dicta eccleſia ſingulariter deſcribit Euang. Martham, Mariam. Lazarum,Iudam:Martham miniſtrantem,Mariã cõtemplantem,& vngentem,Lazarum infirmantem, & diſcũbentem,Iudam murmurantem. Hæc.n quatuor genera hominum ſpiritualiter in cœna eccleſiæ inuenies. Martha actiuos,Maria contemplatiuos,Lazarus tepidos,Iudas maleficos ſignificat. De Martha dicitur hic. Martha miniſtrabat. Actiui miniſtrare debent per bona opera, & hoc ſolite,& frequenter,Luc.10. Martha ſatagebat circa frequẽs miniſterium. Libenter miniſtrare debet quis domino in mundo, quia excellenter honorat ſuos minoſtros in cœlo. Ioannis duodecimo. Si quis mihi miniſtrauerit, me ſequatur. Miniſtret ergo libenter vnuſquiſque, vt honorificetur à Deo,& honorificet Deum. primæ Petr. quarto. Si quis miniſtrat tanquam ex virtute, quam adminiſtrat Deus,vt in omnibus honorificetur Deus. De Maria dicitur ibidem,quòd accepit libram vnguenti, & vnxit pedes Ieſu. Vnguentum eſt deuotio contemplatiuorum. Sed heu dicitur Ecc.x.Muſcę morientes perdunt ſuauitatẽ vnguẽti. Muſcę volãt,& ideo volatiles, & malas cogitationes ſign.

A B C

Item lædunt, & ideo rancoroſas affectiones. Item vilia ſequuntur, & ideo carnales delectationes ſignificant. Hæ ſũt muſcæ, quę non fuerunt in terra Ieſſen cum muſcis grauiter plagaretur Aegyptus. Exod.8. Ieſſen inſula holocauſti interpretatur, & ſignificat religionem quæ in mari huius mundi eſt tanquam inſula, in qua naufragi recipiunt ſe, & holocauſtum Deo offerunt, hic non erunt muſcæ prædictę ſed in Aegyto.i.in ſeculo. De Lazaro dicitur ibidem. Lazarus
D vero erat vnus ex diſcumbentibus, non ex adminiſtrantibus: ſicut & Martha, non ex vngentibus, ſeu cõtemplãtibus ſicut Maria. Vnde tepidos, & pigros ſignificat, qui neque miniſtrant actione, nec vngunt contemplatione: ſed ſunt in numero diſcumbentium.ſ.carnaliter viuentium. Iſti ſunt diſcumbentes in cœna, in qua Ioannes capite priuari iubetur. Matth.6. Propter ſimul diſcumbentes noluit eam contriſtare &c. Gratia enim Dei in tepidis virtutem admittit. Lazarus tamen ſuſcitatus fuit à domino lachrymante, ſic & multi inutiliter videndo ingrati ſunt, qui per
E Dominum ad vitam gratiæ reuocati ſunt. De Iuda ibidẽ legitur quòd dicit quare vnguentum non venditur tercentum denarijs &c. Hi ſunt malitioſi, qui vnguentum deuotionis in cupiditatem vertere volunt, & ad murmurationẽ conuertuntur. Malum eſt conſilium Iudæ, & ſimile conſilio ſathanæ. Iudas vnguentum in denarios: Sathanas lapides in panes vult conuerti.i.pœnitentiæ auſteritatem, &
F carnalitatem. Matth.4. Dic vt lapides iſti pa.fi. De ſecũda cęna dicitur hic, homo quidam fecit cœnam magnã &c. Dñs in hoc euangelio oſtendit, ꝙ conuiuæ huiusmundi vocandi ſunt, cõpellendi ſunt, introducendi ſunt, ĩplendi ſunt. Vocãtur in prædicatione, cõpellũtur in tribulatione, intro ducuntur in euolatione, implentur in ruinarum cœleſtium impletiõe. De primo dicitur ibi, Vocauit multos. Sed heu multi ſunt vocati, pauci vero electi. Vocantur autem electi verbo doctrinæ ad lumen gratiæ, & ad lumen gloriæ. 1. Pet.2. De tenebris vos vocauit in admirabile lumen ſuum. Illi ergo tanquam electos ſe vocatos ſemper ſe putare poſſunt, qui tanquam ſtellæ cœli per bonam vitam lucidi ſũt.

Baruch.3.Stellæ dederunt lumen ſuum in cuſtodijs ſuis,vo catæ ſunt,& dixerunt,aſſumus. Nota quòd non ſolum mul ti ſunt qui vocantur,ſed etiam multi ſunt per quos vocan- G
tur. Ecce Deus vocat per ſe,vocat per angelos , vocat per patres,vocat per prophetas,vocat per paſtores , vocat per miracula,vocat per flagella,vocat per proſpera , vocat p aduerſa. De ſecundo dicitu ibi,compelle intrare. Grego. Mala quæ nos hic premunt, ad cœlum ire compellunt,Lu cę.8.Compellebantur fluctibus,& periclitabantur:accedẽtes autem ſuſcitauerunt eum &c. Ecce ad Dominum accedunt quos tribulationum fluctus compellunt. Pſal. Imple facies eorum ignominia &c. De tertio dicitur hic.Cęcos & claudos Introduc huc. Sed o quomodo templum glo- H
riæ intrabit,qui eſt cęcus in intellectu,vel claudus in affectu? vel qui cæcus in fide,vel claudus in moribus eſt,cum dicitur.2.Reg.5. Cæcus & claudus non intrabunt in templum. Oportet ergo cæcam , & claudam animam ante ſanari,quàm ad ſpiritualem,ſiue ad æternalem refectionem debeat introduci. Aug. Anima prius ſanatur,ſanata introducitur,introducta reficitur. Habemus autem ad introducendum nos non ſolum miniſterium humanum , ſed etiam angelicum. Exod.23 & 33.Ecce ego mittam angelum , qui præcedat te,& cuſtodiat in via , & introducat ad locũ quẽ præparaui tibi. De quarto dicitur ibi, vt impleatur do- I
mus noſtra. Domus enim domini implebitur, quando ruinæ angelorum implebuntur. Pſal.Impleuit ruinas.Domus implebitur etiam quando numerus ſaluandorum implebitur.Apoc.6.Dictum eſt illis,vt requieſcerent adhuc modicum,donec compleantur conſerui eorum.Bernar.Currite fratres,currite non ſolum angeli,ſed ipſe creator angelorum vos expectat. Nondum plena eſt domus, adhuc expectantur de quibus nuptiæ impleantur.

K IAm parata ſunt omnia. Lucæ. 14. Parauit dominus tormentum pœnę in inferno, oppidum eccleſiæ in mundo, thronum iuſtitię in iudicio, conuiuium glorię in cœlo. De 1. Prouer. 19. Parata ſunt deriſoribus iudicia, & mallei percutientes ſtultorum corporibus. Vere ſtulti ſunt peccatores. Stultus enim eſſet qui pro denario ſe faceret cremari in cruce. Stultior eſſet, qui pro aliquo ſeculari faceret ſe cremari ęternaliter. Sed tales multi ſunt. Eccl. 1. Stultorũ infinitus eſt numerus. Mallei percutientes ſunt dura infernalium tormentorum genera. Sed vide quando ferrũ ignitum eſt tũc à fabro malleo percutitur. Ita peccatores igne inferni infuſi, & perigniti, tormentis varijs malleãtur à diabolo, qui eſt faber horribilis. Eſa. 54. Ecce ego creaui fabrũ
L &c. De ſecundo Apoc. 21. Vidi ciuitatem nouam Hieruſalem à Deo paratam &c. Ciuitas eſt eccleſia in qua dominium diaboli vincimus, vel euadimus. Vnde. 1. Eſdr. 4. Nunc igitur notum ſit regi, quoniam ſi ciuitas illa ędificata fuerit, & muri eius inſtaurati, poſſeſſionem trans fluuium non habebit. Rex iſte diabolus eſt. Iob. 41. Ipſe eſt rex ſuper omnes filios ſuperbiæ. Fluuius eſt baptiſmus. Pſal. Fluminis impetus &c Merito enim ita debet eſſe, quòd trans fluuiũ baptiſmi nullam haberet diabolus poteſtatẽ. Sed heu poſt baptiſmum in hac ciuitate multos poſſidet, quia ipſam per multos annos obſidet. Eccle 9, Ciuitas parua, & pauci viri in ea. Venit contra eam rex magnus, & vallauit eam extruxitque munitiones per gyrum, & perfecta eſt obſidio, inuẽtusque eſt in ea vir pauper, & ſapiens, & liberauit urbem ꝑ ſapientiam ſuam. Et nullus deinceps recordatus eſt hominis illius pauperis. Nota quæ ibi de hac ciuitate dicuntur, vſque ibi nullus deinceps record. &c. Sed quia ſine victualibus teneri non poſſet, ideo non ſolum parata eſt nobis ciuitas, ſed etiam eſca in ciuitate indeficiens. ſ. corpus Chriſti. Sap. 16. Paratum panem de cœlo pręſtitiſti nobis, &c. Hiere. 19. Vnuſquiſque carnem amici ſui comedet in obſidione.

dione. Amicus eſt Chriſtus. Nullus ergo extra hanc Ciuitatem ſaluari poteſt, ſicut ſignatum eſt Geneſ. decimonono. Vbi legitur quòd Loth in ciuitate Segor ſaluatur, quatuor alijs ciuitatibus igne, & ſulphure ſubuerſis. Require in expoſitione in ſecundo ſermone. A ſummo cœlo.

De tertio, Pſalm. Parauit in iudicio thronum ſuum, & ipſe iudicabit orbem terræ in æquitate. Vere in æquitate. Nam æquè iudicabit populum, & clericum, æquè Imperatorem, & paſtorem. Nam potentes, & impotentes, magni & parui æquè ante thronum iſtum ſtabunt. Apoca. vigeſimo. Vidi mortuos magnos, & puſillos ſtantes ante thronũ Dei, & libri aperti ſunt, ideſt conſcientiæ, quarum occulta in die iudicij manifeſta erunt, ibi leget vir in libro vxoris, ibi, & econuerſo, quam fidem ibi inuicem ſeruauerunt, ibi quis alium tradiderit, quis in tenebris enormia fecerit detegetur. Auguſtinus. Cum venerit Dominus, & illumiuauerit abſcondita tenebrarum, & manifeſtauerit cogitationes cordis, tunc nihil latebit proximo in proximum, neque erit quod ſuis quilibet aperiat abſcondatque alienis. Vnde dicitur ibidem, quòd iudicati ſunt mortui ex his quæ perſcripta erant in libris. De quarto dicitur hic, homo quidam fecit cœnam magnam &c. vſque iam parata ſunt omnia. Parata vtiq;, iam enim ſupra mẽſam poſita sũt fercula, de qua menſa Luc. 22. Vt edatis, & bibatis. Nota ꝙ delicioſos cibos, & potus dominus dat hominibus in menſa materiali, & ꝙ delicioſores cibos, & potus gratiarũ dat in menſa cordis ſpirituali, & ꝙ delicioſiſſimum cibum corporis, & potum ſanguinis ſui dat in menſa ſacramentali. N

Penſa nunc homo, ſi tanta bona à Deo habes in mẽſa tua, in carcere, in exilio: quanta bona habebis in menſa Dei in regno. Auguſtinus. In patria ipſa quomodo ſaturabit, qui in peregrinatione ſic pauit? Quia vero in nouem ordinibus angelorum omnes inuitati diſtribuentur: ſecundum has nouem mensas in hac cœna diſtinguere poſſumus.

Prima menſa plena eſt delitijs, de qua infimus ordo, & qui in ipſo ſunt reficiuntur, ſecunda menſa ditior eſt, & abundantior, de qua ſecundus ordo cũ iuſtis amplioris me-

riti in ipſa locati reficientur.ſic progreſſum facias vſq; ad menſam noui ordinis,plus ſemper menſæ ſuperioris commendando. Sed quid valeret multa conuiuis eſſe parata,ſi locus ſedendi paratus non eſſet quando venirent? Ideo ait dominus Ioannis 14. Vado parare vobis locum. In eadem enim menſa, alius habebit locum digniorem,ſecundum quod ſtella differt à ſtella in claritate,ſicut dicitur.1. Corin.15.

Dominica II poſt Trinit. Sermo III.

O COmpelle intrare,vt impleatur domus mea.Luc.14. Domus quandoque dicitur impleri hominib. quandoque ſonis,& clamoribus, quandoque poſſeſſionibus,quandoque odoribus. Sic domus eccleſiæ debet impleri familiæ abundantia,doctrinæ reſonātia, gratiæ opulentia famæ fragrantia. De primo dicitur hic. Compelle intrare,vt impleatur domus mea. Si intraueris hanc domum,porta munera. Matth.2.Et intrantes domum,&c.Sed nunquid ſoli reges,aut diuites intrabunt? immo pauperes, & debiles cęcos,& claudos introduc huc. Pauperes ſunt, qui non habent diuitias virtutum,&donorum.Debiles,qui non habent vires portandi onus tribulationum. Cæci, qui non habent oculos cogitationum. Claudi qui non habent rectum greſſum operum,ſignificantur. Heſter.1.vbi dicitur quòd Aſuerus,qui Chriſtum ſignificat, inuitauit populum à maximo vſque ad minimum.i.à Ioanne Baptiſta, quem inuitauit in ventre,vſque ad illum latronem in cruce.Mar-
P ci.22.Congregauerunt omnes quotquot inuenerunt bonos & malos,& imple.ſunt nuptię. De ſecundo.Act.2. Factus eſt repente de cœlo ſonus &c. Hic eſt ſonus prædicationis. Pſal. In omnem terram &c. Sonus prædicationis fit de cęlo in terram ad aures hominum. Sonus autem orationis fit de terra ad cœlum ad aures domini. Cant.2. Sonet vox tua in auribus meis. Vterque autem ſonus fit adueniente ſpiritu vehementi,ſicut ſonus in tuba fit adueniente ſpiritu de ore. Sonus in organis fit adueniente ſpiritu de folle.

Sonus

Sonus vero tubæ, ſonus eſt prædicationis. Sonus autẽ orga norum ſonus orationis. Primus de ore procedit dum verba Dei de ore prædicamus. Secundus de follibus. Tres autem folles ſunt, claues, ſufflatoria, & habent organa orationis. ſ. timoris, doloris, & amoris: tot quoque habent claues quot ſunt in oratione dominica petitiones. Sed nota, quòd in organis, & claues, & folles mãnu præmuntur, vt ſonus reddatur, ſic neceſſe eſt vt manus bonæ operationis adiuuet ſonum orationis. Greg. Vt ad aurem Dei viã præcibus faciatis, vigilantius ſtudendum eſt, vt voces ab actib. adiuuentur. Nam inanis fit oratio vbi praua eſt exactio. quanto autem vehementior eſt ſpiritus, tanto validior eſt ſonus. de his ſonis dicitur ſecundi Paral. 5. De tubis, & organis ſonitus longe audiebatur. Primus longe in mundo ſecundus longius in cœlo. Si ergo tu à ſono Dei aures cordis auertis, tunc Deus à ſono tuo aures ſuas auertet. Prouerbi. 28. Qui declinat aures ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis. De tertio Iob. 22. Quaſi nihil poſſit facere omnipotens, æſtimabant eum, cum ille impleſſet domus eorum bonis. Domum ſynagogæ, & domum eccleſię, Deus bonis temporalibus ſacramentaliter, & ſpiritualiter impleuit, & tamen Iudæi crucifigendo, & mali Chriſtiani actualiter peccando ſic faciunt, quòd exiſtimant Dominum nihil poſſe facere. Si enim ipſum poſſe impios damnare exiſtimarent, plus timerent. Matth. 10. Timete eum, qui poteſt, & animam, & corpus perdere in gehennam. Si Dominum exiſtimarent aliquid poſſe in iudicio, ipſum non tantum offenderent in mundo. Greg. Si dominum pręſentem & omnia videntem iudicaturum de omnibus crederemus, vix aut nunquam peccaremus. O quantis bonis gratiarũ Deus eccleſiam ſuam repleuit. Pſal. Reple. in bo. do. t. De quarto. Io. 12. Domus impleta eſt ex odore vnguenti, id eſt ex bona fama proueniente ex tractione. ſ. Cant. quarto. Odor vnguen. tu. ſuper omnia aromata. Fama enim virtutum, & exemplorum ſanctorum implet, & ædificat totã eccleſiam. O quam ſuauis eſt iſte odor ſanctorum. Grego. Virtutes proficientium innocentia cæterorum hominum,

Q P R S

quaſi ſuauitates fragrantium odorum. Econtrario mala fama hominum in peccatis mortuorum fœtor eſt inficiens. Io.xi.Domine iam fœtet,quatriduanus enim eſt,ſcilicet in corde,ore, opere, conſuetudine peccando. Sed nota, ꝙ

T vnguentum quo Maria Chriſtum vnxit cuius odor domũ impleuit. libra fuit. Legitur autem Io.x.quòd myrrha, & aloes qua Nicodemus dominum mortuum condiuit, centum libræ fuerunt. Libra igitur vnguenti precioſi ad deuotionem,libra vero myrrhę,& aloes ad contritionem pertinet. Vnde hic vna,ibi centum libræ fuerunt, quia plurima contritione indigemus in corde, cum Chriſtus crucifixus,& mortuus ſit pro magnitudine peccatorum.

DOMINICA III. POST *Trinitatem*.

SERMO PRIMVS.

A INVENI ouem,quam perdideram Lucæ 15. Bonus inuentor eſt Dominus. Bene.n. ſcit inuenire electos ad iuſtificandum, ſeruientes ad remunerandum, odientes ad pdendum,mortuos ad reſuſcitandum. De.1. dicitur hic. Inueni ouem, quam perdideram. Quod dominus perdidit,diabolus inuenit per culpã. tertij Regum.13. Inuenit eum oleo in via,& occidit. Deus autem inuenit per gratiam. Pſal.Inueni Dauid &c.Sed vbi inuenit. Certe quoſdam in cloaaa diaboli, & fœtidorum peccatorum,quoſdam in ore leonis.i.diaboli per obſtinationem. Pſal. Salua me ex ore leonis, quoſdam in profundo maris,per peccatorum multitudinem.Pſal Eripe me de luto,vt non infi.quo ad primum. Libera me ab ijs, qui oderunt,quo ad ſecundum. Et de profundo aquarum, quo ad tertium.Inueniuntur autem boni non tantum ad ſuam,ſed etiam ad malorum vtilitatem.Gen.18. Si inuenero in Sodomis

domis.50.iuſtos,dimittam omni loco propter eos.Sed heu neque.x.inuenti ſunt. De.2.Luc.12. Beati ſunt ſerui illi quos cum venerit &c. Greg. Vigilat qui ad aſpectum veri luminis oculos aperte tenet. Vigilat qui à ſe torporis, & negligentiæ tenebras expellit Et ſi in ſecunda, & tertia vigilia venerit,& ita inuenerit,beati ſunt ſerui illi.Glo.Prima vigilia cuſtodia pueritiæ eſt,& ſecunda iuuentutis,tertia ſenectutis.Si quis vero in pueritia vigilare neglexerit, non tamen deſperet,ſed in iuuentute, vel ſaltem in ſenectute reſipiſcat.In quacunq. vigilia dominus venerit, & ꝑ ægritudines pulſauerit, ſi te dormientem inuenerit, væh tibi: ſi vigilantem ad Dominum,beatus es.Non ſolum aũt noſipſos,ſed & omnium meritorum, & demeritorum noſtrorum pondus per iudicij ſui ſtateram dñs inueniet. Daniel.5.Appenſum eſt in ſtatera,& inuentum eſt minus habens. De 3. Pſa. Dextera tua inue.omnes,qui te oderũt, pones eos,vt clibanum ignis.Qui ſunt infelices, qui odio habent dñm? certe peccatores.Io. 15. Oderunt me, & patrem meum.Qui.n.diligit mendaciũ,odit veritatẽ: qui diligit mortem,odit vitã:qui diligit tenebras, odit lucẽ. Io.3. Qui male agit,odit lucẽ.Qui diligit adulterum,odit ſponſum. Aug. Quõ non poteſt adultera coniunx eſſe,niſi inimica viro ſuo: Sic anima adultera eſſe amore rerum ſecularium,vel temporalium non potes,niſi inimica eſſet Deo, non ſolum autem Deum,ſed & ſeipſum odit peccator.Pſa. Qui diligit iniquitatem odit animam ſuam. Nonne ſeipsũ odit,qui ſeipſum iugulat? Hoc peccator facit peccando. Sap.16.Homo per malitiam occidit quidem animam ſuã, ſed vltrix dextera Dei bene inueniet tales ad dãnandum, & non ad coronandũ.Pſ.Dextera tua inueniet omnes, qui te oderunt. pones eos,vt clibanũ ignis,&c. Apocap.20.Qui non eſt inuentus in libro vitæ ſcriptus, miſſus eſt in ſtagnum ignis. Bene dicit in clibanum. Sic timendum eſt tibi peccator. Sicut enim in clibano pleno igne vbicunque ſciſſura, vel foramen,fuerit,flamma erumpit, quia flamma gehennæ erumpet in inferno,per os,per oculos,per nares, quibus nunc peccas in mundo. De quarto, Ioannis

B

C

D

vndecimo. Inuenit eum quarta dies in monumento habentem. Lazarus iſte de quo hic dicitur, humanum genus ſignificat: quod Deus quatuor die ſuſcitabit in generali reſurrectione. Primus dies tempus ante legem, ſecundus, tẽpus ſub lege, tertius poſt legem hoc eſt tẽpus gratiæ, quartus eſt ſupra legem dies futuri ſeculi, qui incipit in reſurrẽctione mundi, quarto die fecit cœlum, & lunam, & ſtellas ſignificans, quòd in hac quarta die reſurrectionis cœlum ornabitur luminoſis ſanctorum corporibus. 1 Corin. 15. Alia claritas ſolis, alia lunæ, & alia claritas ſtellarum. Stella. n. à ſtella differt in claritate, ſic & reſurrectio mortuorum. O quanta claritas vbi tot milia ſanctorum, ſolaribus lucebunt corporibus? Hac vero die, ille ſapientiſſimus Inuentor, inueniet omnes mortuos, immo omnes crines. Luc. 21. Capillus de capite veſtro non peribit. Augu. Times ne animam perdas, qui capillum non perdes? Deo omnia numerata ſunt, omnia reintegrabit, qui omnia creauit.

Dom. III. poſt Trinit. Sermo II.

INueni drachmam, quam perdideram. Lucę. 15. Drachma ſicut dicit Glo. eſt nummus certæ quantitatis, habẽs imaginem regis. Nouem ergo drachmas refert ad nouem ordines angelorum, decima vero eſt homo ad imaginem vtique Dei factus, ſed decima eſt perdita cum humanum genus in Adam lapſum eſt. Conſiderare autem poſſumus quadruplicem perditionem hominis. Prima eſt per corruptionem originalem, ſecunda per tranſgreſſionem actualẽ, tertia per exercitationem corporalem, quarta per damnationem gehennalem. De prima. Tobiæ. 4. Superbiam nunquam in tuo ſenſu, aut in tuo verbo dominari permittas. In ipſa enim initium ſumpſit omnis perditio. Superbia. n. in paradiſo commiſſa omnes perditi ſumus: nec mirũ cum ſuperbia perditi fuerint angeli in cœlo. Ezec. 28. Perdidi te o Cherub. Signatur autem hominis perditio, in duobus perditis, ſ. oue, & drachma. Per ouem ſignificatur homo ex-

E

F

pler

pter innocentiam originalem. Per drachmam vero propter imaginem naturalem. Gen. 1. Faciamus hominem ad imaginem. &c. Sed homo perditus per lucernam Euangelij inuenitur de qua. Pſal. Lucerna pedibus meis verbũ tuũ. Adhuc certe indiget lumine ſapientiæ, qui in tenebris culpæ perdidit drachmam animæ ſuæ. Aug. Feciſti nos Domine ad imaginem, & ſimilitudinem tuam: mitte radium ſapientiæ tuæ, vt expellat tenebras noſtras, & fulgeat in nobis imago tua. De ſecundo. Hierem. 50. Grex perditus factus eſt populus meus, paſtores eorum ſeduxerunt eos, feceruntque vagari in montibus. Perditus eſt populus Dei mortaliter peccando. A Deo quidem peccator perditur, ſed à diabolo inuenitur. Paſtores ſunt curam animarum habentes, ſeducentes alios verbis, & exemplis ad perditionem. Sed valde timendum eſt, quòd homo non ſolum malis, ſed & bonis ſuis perdit animas aliorum. Io. Chryſo. Da indigenti, & non ſaltanti, vt non pecunijs tuis perdas animam illius. tu enim cauſa es perditionis illius. Montes ſunt excellentia vicia in quibus vagamur. Apoc. 17. Septem capita, ſeptem montes ſunt, ſuper quos ſedit mulier. Super ſeptem capitalia vicia ſedet mulier. i. vanitas mundana. Habuit autem hæc mulier poculum aureum in manu, plenum abominatione, & immunditia fornicationis. Quicunque enim per pulchritudinem, & delectationem creaturarum allicitur ad peccatum, quaſi de auro bibit venenum. Bene autem dicitur potus malæ delectationis immundiciæ fornicationis, quia dum anima in peccatis delectatur, à vero ſponſo. ſ. Chriſto fornicatur, amando plus creaturam, quàm creatorem. Aug. Creatura non ob aliud pernicioſa eſt amatori, niſi quia præponitur creatori, & ideo ab ipſo perditur. Pſal. Perdidiſti omnes, qui fornicantur abs te. Perduntur certe non ſolum ſpiritualiter, ſed etiam corporaliter fornicantes. Prouerb 6. Qui autem adulter eſt propter cordis inopiam, perdet animam ſuam. De tertio. Iob 12. Qui multiplicat gentes, & perdit eas, & ſubuerſas in integrum reſtituit. Perditio iſta fit in morte Iob. 20. Si aſcenderit vſque ad cœlum ſuperbia eius, & caput eius nubes te-

G

H

tigerit,quaſi ſterquilinium in fine perdetur. Beatus,qui pro pter Deum perditur temporaliter, quia æternaliter inuenitur. Matth.x.Qui perdiderit animam ſuam &c. Perditi enim per mortem reſtituentur in integrum per reſurrectionem. Vnde ſecundi Mac.7.Tu quidem ſceleſtiſſime in præſenti vita nos perdis,ſed rex mundi defunctos nos pro ſuis legibus in æternæ vitæ reſurrectione reſuſcitabit. Bene autem dicitur in integrum,quia neque pes quem lupus comedit,nec oculus quem coruus effodit, neque aliquod membrum negligetur. Auguſt.Times ne perdas animam,qui capillum non perdes? Deo omnia numerata ſunt,omnia reintegrabit,qui omnia creauit. De quarto.Matth.x.Timete eum,qui poteſt, & corpus, & animam perdere. Animæ peccatorum quotidie perduntur in morte, ſed corpus, & anima ſimul perdentur in iudicio, Nunc quidem particulariter, ſed tunc omnes reprobi perdentur vniuerſaliter. Quam perditionem diabolus exhorret,cum tamen iam ſit perditus.Marci.1.Quid nobis,& tibi Ieſu Nazarene? Veniſti ante tempus perdere nos. Perditur autem homo, non ſolum pro malis factis,immo pro verbis. Pſal. Perdes omnes qui loquuntur mendacium.

Dom.III. poſt Trinit. ſermo III.

K Gaudium eſt Angelis Dei ſuper vno peccatore, pœnitentiam agente. Lucæ xv. Ecce ſi vis curiam cœleſtem lætificare,pœnitentiam age. Ad pœnitentiam autem mouere te poteſt periculi immenſitas,loci opportunitas,Dei benignitas,pœnitendi vtilitas. De primo, nota quòd de ſacrificantibus quos Pilatus occiderat, & de quibuſdam ſuper quos turris ceciderat,dicitur, Lucæ decimotertio. Putatis quia ipſi peccatores fuerint præomnibus? non dico vobis, ſed ſi pœnitentiam non habueritis, omnes ſimul peribitis. Certe adhuc frequenter audis, quòd alius ſuſpenditur,alius ſubmergitur,alius lepra, alius cæcitate percutitur: putas quòd ipſi plus te peccauerunt? tu for-

tè centies plus peccaſti. Quid autem dicam de ſanctis, ſ. Ioanne Baptiſta, de Petro, de Laurentio, de alijs ſanctis: qui tanta paſſi ſunt, putas quòd plus te peccauerint? non certe: ſed niſi pœnitentiam egeris, tu æternaliter patieris.

Sed nota, quòd ſecundum Gloſſam, Pilatus diabolum, turris vero Chriſtum ſignificat. Pſalmiſta. Factus eſt ſpes L
mea turris fortitudinis à facie inimici. Qui ergo pœnitentiam non agit, iugulabitur à diabolo ſpiritualiter. Opprimentur autem à Chriſto damnante æternaliter. Item flagellat ſæpe temporaliter, à quo flagello liberati fuerunt Niniuitæ propter pœnitentiam. Et quia Niniuitæ per prædicationem vnius hominis conuerſi ſunt, gratiam habuerunt. Sed moderni peccatores per centum, vel mille prædicatores non conuertuntur. Ideo poteſt dici de eis illud Lucæ vndecimo. Viri Niniuitæ ſurgent in iudicio cum generatione hac, & condemnabunt eam, quia in prædicatione Ionæ pœnitentiam egerunt. De ſecundo, Iob. 24. M
Dedit ei dominus locum pœnitentiæ, & ille abutitur eo in ſuperbia locus pœnitentiæ non eſt in cœlo. Ait enim Gregorius. Pœnitentia eſt ante acta flere mala, & flenda non committere. in cœlo autem non poteſt eſſe fletus. Apocal. 21. Abſterget Deus omnem lachrymam &c. Item locus pœnitentiæ non eſt in inferno niſi illiuſmodi de quo Sapient. 5. dictum. Intra ſe pœnitentiam agentes, & præ anguſtia ſpiritus gementes. Sed illa pœnitentia eſt gaudium Angelis ſathanæ, quia infructuoſa eſt. Vnde Gregorius. Nequaquam tunc veniam inuenit, qui modo tempus veniæ perdit. Eſt locus pœnitentiæ in mundo, non omni tempore, ſed tempore præſentis vitæ. Apocalypſis ſecundo. Dedit illi tempus, vt pœnitentiam ageret, & non vult pœnitere &c. O miſer peccator age pœnitentiam modo, quia neſcis quàm diu locum, vel pœnitentiæ tempus habeas, an cras, an hodie veniat, qui de pœnitentia neglecta te iudicet. Apocalypſis ſecundo. Pœnitentiam age: ſi quo minus, veniam tibi cito, & pugnabo cum illis gladio oris mei. Vere cito, quia forte hodie, vel cras. Gregorius. Qui pœnitenti veniam ſpopondit: peccanti diem craſtinum nó promiſit.

De

N De tertio Ad Rom.2.An ignoras, quòd benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit.Secundum autem duritiam tuã & impœnitens cor, theſaurizas tibi iram &c De hac benignitate ait Aug. Quæcunque neceſſitas cogit peccatorem ad pœnitentiam : neque criminis immenſitas, neque vitæ enormitas,neque horæ extremitas excludit veniam, ſi pura fuerit voluntatis permutatio. De criminis immenſitate patet in Petro negante,Lucæ 22.De vitæ enormitate, patet in Magdalena Luc.7. De horæ extremitate,patet in latrone. Lucæ 23. Magna benignitas, quòd peccata ex toto corde pœnitentis non ſolum non vindicat opere, neq. improperat ore : immo nec recordatur corde ad odiũ. Ezec. 17.Si impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccat. ſuis &c.vſque non recordabor. Hanc benignitatem male pœnitens Iudas ignorauit : de quo Matt.27. Pœnitentia ductus retulit triginta argenteos.&c.vſque laqueo ſe ſuſpendit.

O De quarto.2.Corin.7. Quę enim ſecundum Deum triſtitia eſt,pœnitentiam in ſalutem ſtabilem operatur. O magna pœnitentiæ vtilitas. Per pœnitentiam enim non ſolũ malum culpæ,ſed etiam miſeriæ,& gehennæ declinãtur.Hiere.18.Si pœnitentiam egerit gens illa à malo ſuo, agam & ego pœnitentiam à malo,quod cogitaueram, vt facerẽ eis. Item bonum gratiæ præſtatur. Act.xi. Ergo & gentib. pœnitentiam dedit Deus ad vitam.ſ gratiæ. Item regnum gloriæ acceleratur. Matt.4.Pœnitentiam agite, appropinquabit vobis regnum cœlorum Vnde tota illius regni curia lætificatur: ſicut hic dicitur,Gaudium eſt angelis Dei &c. Væh ei, qui modo gaudium angelis non facit pœnitendo. Væh ergo,qui ſuo gaudio angelos ſuos priuant, pœnitentiam relinquendo. Bernar. Exclamauerunt angeli cum ad pœnitentiam venimus tanquam ſuper ijs quos ab ipſa inferni porta cernebant reuocari. Quid vero erit,ſi ab ipſa porta paradiſi reuerti viderint,& abire retrorſum eos,qui iam vnum pedem habebant in paradiſo?

Dominica

DOMINICA QVARTA POST Trinitatem.

SERMO PRIMVS.

ESTOTE ergo miſericordes, ſicut & Pater veſter miſericors eſt. Luc.6. Miſericordia vtiliſſima qua homo in mundo gratiã, in extremo fiduciam, in iudicio miſericordiam, in cœlo gloriam meretur. De primo. Prouerbio.3. Miſericordia, & veritas non deſerant te, & inuenies gratiam corã hominibus. Exemplum de Cornelio. Act.x. Miſereri autem debes tui ipſius pereuntis Eccl.30. Miſerere animæ tuæ placens Deo. certe immiſericordior es animæ tuæ, ipſam per peccatum occidendo, quàm Iudas corpori ſuo ipſum iugulando. Item miſereri debes Chriſti patientis, in cuius perſona dicitur Iob.19. Miſeremini mei &c. Item proximi tui indigentis. Vnde hic. Eſtote (inquit) miſericordes. &c. non tantum benefaciendo, ſed etiam ignoſcendo. Et Epheſ. 4. Eſtote benigni, inuicem miſericordes, ſicut & Deus in Chriſto donauit nobis. Alioquin time illud Mat.18. Nonne oportuit, & te miſereri. Aug. Duo ſunt opera miſericordiæ, quæ nos nunc habere debemus: Dimittite, & dimittetur: date & dabitur vobis. Qui has miſericordiæ regulas non ſequuntur, non ſunt imitatores patris miſericordiæ: ſed patris diaboli, qui nullam habet miſericordiã. Hierem 6. Crudelis eſt, & non miſeretur. De ſecundo. Tob.4. Quomodo potueris ſic eſto miſericors &c. vſque fiducia magna erit coram ſummo Deo eleemoſyna in die neceſſitatis, quæ erit dies mortis, in qua eleemoſyna erit fiducia magna ad euolandum; ſicut fiducia aquilæ ſunt alę duæ. Apoc.12. Datæ ſunt mulieri duæ alæ aquilæ magnæ &c. Aquila liberaliſſima eſt. Sic igitur anima miſericors communicet ſubſtantiam ſuam indigentibus: ſicut aquila

eſcam ſuam auibus. Per duas alas duplex miſericordia ſignificatur. Vna ex ſeptem operibus ſpiritualibus, quę ſex pennis conſtat, de quibus verſus.
Conſule, caſtiga, ſolare, remitte, fer, ora.
Alia ex ſex operibus miſericordiæ corporalibus, quaſi ſex pennis conſtat, de quibus Matthęi vigeſimoquinto. Eſuriui &c. ſeptima tamen additur in Tobia. ſ. ſepelire mortuos. Vnde verſus. Colligo, poto, cibo, redimo, tego, viſito, cōdo. His alis anima miſericors in morte, draconem diabolū euadit in morte. Amb. Sola miſericordia comes eſt defunctorum.
C De tertio. Iacob. ſecundo. Iudicium ſine miſericordia fiet ei qui non fecerit miſericordiam, Miſericordia ſu perexaltat iudicium. Tunc certe beati miſericordes quoniam ipſi miſericordiam &c O vere optima aduocatrix miſericordia. Nota, quòd quandoq; reus euadit iudicium humanum, vel per bonum aduocatum, vel munus abſconditum, vel preces amicorum: ſic etiam in iudicio diuino miſericordia eſt optima aduocata. Miſericordiæ enim opera, ſunt quaſi pro nobis allegantia. Pſalm. Iocundus homo, qui miſeretur. glo. Hæc facta, ſunt quaſi ſermones quibus defendetur in iudicio. Ecce miſericordia nō ſolum eſt in dando, ſed etiam in commodando, ſed ſine vſura. Pſ. Tota die miſeretur, & con quæ benedictio pro operibus miſericordiæ dabitur. Matt. 25. Venite bened. pa. &c. Item miſericordia eſt munus precioſum. Prouer 21. Munus abſconditum extinguit iras. Hoc munere redimimur de manu iudicis. Aug. Redime te dum viuis, redime teipſum dum potes, redime te dum precium habes in manibus, redime te, ne dū mors amara te præuenit, & vitam ſimul, & preciūm pdas. Item miſericordia eſt optima interuentrix. Eccl. 29. Conclude eleemoſynam in ſinu pauperis, & hęc pro te orabit ad dn̄m. Tunc certe plus valent preces miſricordiæ, quàm omnium ſanctorum. Prouerb. 6. Nec acquieſcet cuiuſq̄ precibus.
D De 4. j. Mach. 2. Dauid in ſua miſericordia conſecutus eſt ſedē regni in ſecula. Ecce miſericordia facit nos reges cœleſtes. O ambitioſe, o auare, quàm libenter emeres denario, vel coronam Imperij, vel Franciæ. Certe melius

lius forum habes de corona æterna, q̃ acquiris ſola bona voluntate, ſi aliud non habes: q̃ etiam ſi mille marchas auri pro ipſa expenderes in opera miſericordiæ. Incomparabiliter enim plus valet corona gloriæ, q̃ tot coronæ mundanæ, quot denarij ſunt in mille millibus marchis. Hæc autem per miſericordiam comparatur. Pſal. Qui coronat te in miſericordia. &c. Bern. O quanta beatitudo, pro paruis magna recipere · æterna pro breuibus: pro perituris ſemper viuentia, & habere Deum debitorem.

Dominica quarta poſt Trinitatem.

Sermo ſecundus.

EAdem menſura, qua menſi fueritis, remetietur vob. Lucæ.6 Sicut pro bona bonam, ſic pro mala menſura malam recipietis. Eadem menſura qua menſi fueritis proximis veſtris bonum, vel malum in mundo, remetietur vobis bonum, vel malum in iudicio. Eſa. 28. Ponam in pondere iudicium, & iuſtitiam in menſura. Conſiderãdum autem q́ eſt menſura naturalis, vſualis, criminalis, virtualis, doctrinalis, æternalis. De prima, Sap. xi. Omnia in mẽſura, & numero, & pondere diſpoſuiſti. Vnde anima eſt menſura capaciſſima, numero vnica, & ſimpliciſſima, pondere leuiſſima: peccando autẽ fit arctiſſima, quæ ea pacior fuit cœlo, & mundo, quoniam capax fuit Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Matthæi decimonono. Qui poteſt capere capiat. In peccatis vix capit miſericordiam Spiritus ſancti. Item peccando fit diuerſiſſima. Fit enim leo per auaritiam; lupus per ſuperbiam: porcus per luxuriam. ſic adapta de ſingulis. Pſalmi. Comparatus eſt iumentis inſi. & cæte. Ioann. Chryſoſtom. ſuper Ioanne. Excogita quantum eſt malum CHRISTO volente nos ex hominibus pares Angelis facere, noſipſos ex hominibus ad feras tranſponere. Ventri enim ſeruire, & pecuniarum

cundum capacitatem auditorum, & temporum menſurandum eſt. Legitur autem Gen. 41. quòd tanta erat abundantia tritici, vt copia menſuram excederet. Ita nunc verbũ Dei ſine menſura datur: ſed timendum eſt, quòd fames Aegyptiaca ſequatur, maxime in tempore Antichriſti.

De ſexto. In præſenti Euangelio. Menſuram bonã. &c. K
Bonam vtique in animæ fruitione. & confertam in corporis glorificatione. & coagitatam in ſanctorum ſocietate. & ſupereffluentem in gaudiorum æternitate. Nota quòd dicit in ſinum veſtrum. ſi enim bonum nunc menſuras in ſinum proximi, menſurabitur in ſinum tuum in cœlo. Si autem menſuras in ſinum proximi tui malum in mundo, mẽſurabitur malum in ſinum tuum in inferno. Eſa. 27. In mẽſura contra menſuram cum abiecta fuerit iudicabit eam.

DOMINICA V. POTS TRIN.

SERMO PRIMVS.

NVNQVID poteſt cæcus cæcum ducere? nonne ambo in foueam cadunt? Lucæ ſexto. Cæcus ductor eſt ſtultus rector, vel malus conſiliarius. Fouea profunditas culpæ, vel gehennæ. Cadunt autem homines per mentis infidelitatem, per rerum cupiditatem, per carnis voluptatem, per ſuperbiæ vanitatem. De primo. Matth. 21. Qui ceciderit ſuper lapidem iſtum, confringetur. Glo. Qui credit, & tamẽ peccat, cadit ſuper lapidem, & frangitur, & nõ conteritur. Qui autem negat penitus, conteritur: vt nec teſta remaneat: & ſic olla ruit ſi petra ruit in ollam. Sed heu multæ ollæ. i. animę offendunt in lapidem Chriſtum. Eſa. 8. Offendent ex eis per infidelitatem, & cadent per prauam voluntatem, & conterentur per conſuetudinem. Item irretiẽtur per multiplicem ſurgendi difficultatem, per damnationem æternam capientur. Bene autem dicit plurimi. Pſalmiſta. A

Cadent

pam offendendo. Cadit autem lapis ſuper hominem ꝑ ſententiam damnando. Caueamus ergo ollæ noſtræ de iſto lapide. Item cadunt auari in foueam. Matt.12. Quis enim ex vobis homo, qui habet vnam ouem, & ſi ceciderit ſabbatis in foueam, nonne tenebit, & leuabit eam? In fouea profunda terrenorum cupiditas ſignificatur. Mat.8 Vulpes foueas habēt &c. Conqueri poteſt dominus, ꝙ ouem ſuam homo ita cito extraxit, & animam ſuam in fouea perditionis reliquit. Item cadunt luxurioſi in aquam .i. in fluxum concupiſcentiæ. Ezech.27. Viri bellatores in medio tui cadent in corde maris. Hoc eſt mare in quo porci .i. luxurioſi à dæmonibus agitati ſubmerguntur. ſicut dicitur Luc. & Matt.8. Item cadūt ſuperbi in ignem &c. Vnde de lunatico dicitur Matth.17. Sæpe cadit in ignem. &c. Bene autem ſuperbia in igne deſignatur: natura enim ignis eſt ſurſum ferri, & aſcendere, ſicut & ſuperbiæ. Pſalm. Superbia eorum, qui te oderunt, aſcendit ſemper.

Dom. V. poſt Trinit. ſermo II.

NVnquid poteſt cæcus cæcum ducere? Nonne ambo in foueam cadunt? Luc.6. Legitur. 1.Cor.12. Qui ſe æſtimat ſtare, videat ne cadat. Cadunt enim peruerſi, non ſolum in culpam, ſed etiam in damnationem æternam. Solent autem corporaliter ſæpe cadere quatuor genera hominum: videlicet, cæci, illaqueati, ebrij, impulſi: Sic peccatores cadunt ſpiritualiter, & æternaliter, tanquam excæcati tenebris infidelitatis: irretiti laqueo cupiditatis: inebriati vino voluptatis: impulſi ventoſ ſuperbiæ, & vanitatis. De primo dicitur hic, & Matthæi decimo quinto. Cæcus ſi cæco ducatum præbet, ambo in foueam cadunt, ſcilicet in infernum. Nota, quòd oculus dexter fidelis animæ, eſt fides de diuinitate: ſiniſter vero fides de humanitate Chriſti. Vere ergo cæcus eſt, qui verę fidei oculos nō hñs, in tenebris infidelitatis ambulādo, nō ſi-

ne grauibus vulneribus animæ cadit. Cadentes enim, ſæpe crus, vel brachium frangunt, vel aliter grauiter vulnerantur. Ezech. 32. Dabo tenebras ſuper terram, ceciderũt vulnerati. vulnerantur autem, & frangunt crura affectuum, & brachia operationum, quando in eis perſtiterunt vulnerati: perditur meritum, immo & collum frangitur cadenti, quãdo ſæpe vita gratiæ penitus ſuffocatur. Vnde de Hely dicitur primi Regum 4. Cecidit de ſella retrorſum iuxta oſtium, & fractis ceruicibus mortuus eſt. Oſtium eſt fides. Gen. 44. Apparuit dominus Abraæ ſedenti in oſtio tabernaculi. i. in fide eccleſiæ. Iuxta oſtium cadit, qui circa fi-
G dem errat. De ſecundo. Pſal. In laqueum cadat in ipſo. primæ Tim. 6. Qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationes, & in laqueum diaboli. Ecquam peſſima eſt huius laquei natura. Quandiu enim in ipſo aliquis tenetur, ſemper ſiti cruciatur. Iob. 18, Tenebitur planta illius laqueo, & exardeſcet contra eum ſitis. Auarus ergo hydropicam habet animam. quanto enim plus bibit, tanto plus ſitit per auaritiam. O auare immo peccator qualiſcunque; ſi cadere humanum dicas: tamen non reſurgere diabolicum ſcias. Si cecidiſti per culpam, reſurge per pœnitentiam. Bernar. Septies cadit iuſtus, & ſepties reſurgit. ſi tamen in die, vt ſe cadere videat, & cecidiſſe ſe ſciat, & reſurgere cupiat, & requirat manum adiuuantis. De tertio, Hier. 25. Inebria-
H mini, & vomite, & cadite. Quis autem eſt potus quo luxurioſi inebriati cadunt? dicitur Apoc. 14. Cecidit Babylon illa magna, quæ à vino iræ fornicationis ſuæ, potauit omnes gentes. Nota enim, quòd dicit omnes. Luxurioſis enim non ſufficit, quòd ſoli cadant, quoniam ſecum multos inuoluunt. vnde luxurioſi ad vinum inuitant. Vnde Sap. 2. Vino precioſo, & vnguento nos impleamus. Vere precioſo, quoniam cum eo precioſa anima emitur. Prouerbi. 6. Mulier viri precioſam animam capit. Pro hoc vino cauponi diabolo anima inpignoratur: quæ ſi vſque ad diem præfixum, ſ. mortis, ſatisfactione non redimitur, ex tunc cauponi diabolo perpetuo remanebit. Ecce miſera venditio. Ioel. 3. Poſuerunt puerum in proſtibulo, & puellam vendiderũt

pro

pro vino, vt biberent. Puellam, ideſt animam. De quarto. Pſalmiſta. Impulſus, euerſus ſum &c. Bernardus. Impulſor diabolus, impulſor mundus, impulſor homo. Quis iſte ſit ſi quæritis: impulſor quiſque ſui eſt. Impellitur autem vento ſuperbiæ, ſicut folium de pulchra arbore cadens in lutum. Eſaiæ ſexageſimo quarto. Cecidimus quaſi folium vniuerſi: & iniquitates noſtræ, quaſi ventus abſtulerunt nos Cadunt autem ſuperbi coæquando ſe ſuperioribus, ſicut Lucifer volens eſſe ſimilis altiſſimo. Eſai. 14. Quomodo cecidiſti &c. Cadunt & dominando inferioribus. Pſal. Inclinauit ſe & ca. &c. Malus eſt iſte ventus ſuperbiæ, quo impellente cadit quæcunque domus, ſi ſupra petram Chriſtum fundata non fuerit. Vnde Matth. 7. dicitur de viro ſtulto, qui ædificauit domum ſuam ſuper arenam, & deſcendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in eam, & cecidit. Quatuor hic ponuntur propter quæ domus cecidit, in quibus quatuor prædicti modi cadendi ſignificantur. In pluuia enim hæretica prædicatio: In arena, temporalium congregatio. Per flumina, concupiſcentiæ delectatio: Per ventos, ſuperbię inflatio ſignificatur: quibus domus animæ, vel congregationis malorum cadit in culpam, cadit in damnationem æternam. Cadit ergo per hanc pluuiam, domus infidelium: per arenam auarorum: per flumina luxurioſorum: per vētos ſuperborum. Qui per tales impulſores non vult cadere, debet ſuper petram Chriſtum, per fidem, & amorem fundatus eſſe. Bernardus. Fremit mundus, tremit corpus, inſidiatur diabolus, non cado. Fundatus enim ſupra firmam petram. K

DOMINICA VI. POST Trinitatem.

SERMO PRIMVS.

A ASCENDENS autem in vnam nauim, quæ erat Simonis &c. Luc. 5. Nauis Simonis eſt eccleſia Simoni commiſſa. Conſiderãdum autem, quòd quadruplex eſt nauis: videlicet, crux triumphalis, mens rationalis, pœnitentia ſalutaris, eccleſia vniuerſalis. De prima. Matth. 8. Aſcendente eo in nauiculam, ſecuti ſunt eum diſcipuli eius. Et ecce motus magnus &c. Glo. Nauicula eſt crux Chriſti, cuius beneficio ad littus patriæ cœleſtis venimus. Vnde Sap. 14. Exiguo ligno credunt homines animas ſuas tranſeuntes mare: & per ratem liberati ſunt. Iſidor. Quocunque metu procellis mundi inuolueris, lignum aſcende crucis: vt a mari, ideſt tempeſtate ſeculi libereris. In hac naui Chriſtus obdormiuit moriendo. De tempeſtate circa hanc nauim orta, dicitur Matth.
B 27. quòd tenebræ factæ ſunt, petræ ſciſſæ ſunt, & velum tẽpli &c. Nota, quòd in tempeſtate ſolent homines iniuriantibus ignoſcere: ſicut & Chriſtus. Lucæ. 23. Pater dimitte illis &c. In quo exemplum dedit nobis ignoſcendi alijs. Item ſolent Chriſtum inuocare: ſic & Chriſtus. Matthæi vigeſimoſeptimo. Deus Deus meus &c. Itẽm ſolent homines ſe exonerare: ſic & Chriſtus veſtem, & ſanguinem, & animam Sicut enim Ionas de naui ad ſalutem aliorũ proiectus, in ventrem ceti venit: ſic anima Chriſti de naui cru-
C cis, in ventrem inferni deſcendit. De ſecundo, Iob nono. Dies mei tranſierunt ſicut naues poma portantes. Dies, & naues ſunt mentes, vel animæ fideles: poma ſunt virtutes, & opera redoleſcentia. Nota, quòd exoneranda eſt hæc nauis ab omni peccato, & iniuſta poſſeſſione, ne mergatur in damnationem. Act. 27. Sequenti die iactum fecerunt, & ter

tia

tia die ſuis manibus armamenta nauis proiecerunt, Augu. Naufragium fugis, & plumbum amplecteris. Item effundenda eſt aqua concupiſcentiæ in confeſſione, quæ per rimas ſenſuum intrat. Threnorum ſecundo. Effunde ſicut aquã cor tuum. Item regenda eſt, cum ſolicitudine propter diuerſa pericula. Pſalmiſta. Hoc mare magnum &c. vſque illic naues pertranſibunt. Ambroſius. Valde nobis pertimeſcendum eſt, ne nauem noſtram, aut procella tempeſtatis abripiat, aut fluctibus abſorbeat, aut in æternam prędam pirata crudelis abducat. De tertio. Eſaiæ ſexageſimo. Me expectant inſulæ, & naues maris in principio, vt abducam filios tuos de longe. Peccatores ſunt longe elongatione culpæ, morantur in inſulis falſæ ſecuritatis, adducuntur per naues pœnitentiæ, vt fiant filij eccleſiæ. Eſaiæ ſexageſimo. Filij tui de longe venient. Nota, quòd ſicut homo, qui relinquit nauem: ſic qui relinquit pœnitentiã ſubmergitur: immo cum Iona a piſce diabolo deglutitur. Teneat ergo ſe in pœnitentia, qui non vult ſubmergi in culpam. Hieronymus. Pœnitentia eſt ſecunda tabula poſt naufragium. Item ſicut motus nauis, ſic motus pœnitentiæ vomitum prouocat in confeſſione. Eccleſiaſtici triceſimoprimo. Vome, & refrigerabit te. Item ſicut in vltimo periculo nauis, quando iam aqua intrat nauem: ita conſtanter pœnitentes clamare debent in oratione. Pſalmiſta. Saluum me fac &c. De quarto. Prouerbiorum triceſimo primo. Facta eſt quaſi nauis inſtitoris &c. In hac Chriſtus adoratur. &c. Matthæi decimoquarto. Qui autem in nauicula erant, venerunt & adorauerunt &c. De hac in præſenti Euangelio dicitur. Vidit duas naues &c. quæ ſignificant eccleſiam, & ſynagogam. D E

Nota, quòd nauis Eccleſiæ habet gubernaculum fidei dirigentis. Iacobi tertio. Naues cum magnæ ſint, modico gubernaculo circumferuntur, vbi impetus dirigentis voluerit. Magnæ Naues ſunt omnes Eccleſiæ. Mirabile gubernaculum eſt fides, quæ nauem Eccleſiæ per mare, & per terram, ideſt per aduerſa, & proſpera dirigit. Ad Hebræos vndecimo. Fide tranſierunt mare rubrum, F

brum,tanquam per aridam terram. Item habet anchoram ſpei ſtabilientis. Ad Hebræos 6. Firmiſſimum ſolatium habeamus, qui confugimus ad tenendam ſpem, quā ſicut anchoram habemus animæ tutam,& firmam. Grego. Quamuis adhuc rerum perturbationibus animus fluctuetur, tamen ſpei veſtræ anchoram in æternam patriam figite, intentionem æterna luce ſolidate. Item habet velum charitatis trahentis. Ezech.27. Byſſus varia de Aegypto texta eſt in velum,vt poneretur in malo.i.in Chriſto. Ad modū enim velaminis quando charitas malo.i. Chriſto fortiter adhæret,quanto magis ventis tribulationum impellitur, tanto citius ad portum ſalutis æternæ peruenitur.

Dom. VI. poſt Trin. ſer. II.

G CONcluſerunt multitudinem piſcium copioſam, ſcilicet Petrus,& ſocij eius. Lucæ 5. Multitudo piſciū, eſt multitudo hominum concluſa per rete fidei. Conſiderandum autem, quòd eſt quadruplex multitudo hominum. Quędam in culpa: quædam in gratia: quædā in gloria: quædam in gehenna. Prima eſt multitudo impiorum: ſecunda iuſtorum: tertia beatorum: quarta dānatorum. De prima, Io.5. In his iacebat multitudo lāguentium. Nota hiſtoriam. Piſcina eſt pœnitentia,qua lauamur à ſordibus peccatorum: quæ aqua gratiæ, & lachrymarū, per aquæductum timoris,vel amoris reſpicit. Vnde & ibi diabolus maxime inſidiatur. Vnde bene de Rapſace,id eſt de raptore animæ dicitur Eſa.36 Stetit in aquæductu piſcinæ ſuperioris. Piſcina inferior eſt pœnitentia, quæ timore gehennæ: Piſcina vero ſuperior eſt, quæ amore patriæ eſt. Quinque porticus, ſunt quinque ſenſus, in quibus iacet per carnalia deſideria multitudo languentium in mala conſuetudine: & cęcorum, qui lumen veritatis non habent in cognitione: & claudorum, qui greſſum æquitatis non habent in operatione: & aridorum, qui humorem pietatis non habent in affectione. Angelus autem eſt ductor,

ctor, qui mouet aquam dum mouet ad compunctiones, vel ad lachrymarum gratiam. Hier. 9. Quis dabit capiti meo aquam &c. Hieron. Et ille ductor eccleſiaſticus eſt, qui lachrymas non riſum mouet. Flendum certe eſt, quòd tanta multitudo iaceat in porticibus & tam pauci deſcendant in piſcinam. Multi enim heu ſunt peccantes, & pauci pęnitentes. De ſecundo Actuum. 4. Multitudinis credentiũ erat cor vnum &c. O quam diſſimilis eſt nunc multitudo credentium quorum non eſt cor vnum. Alius enim ſuperbũ, alius auarum, alius luxurioſum habet cor. Tales tamẽ christiani nominantur. Bene ergo ſunt nomine non corde: ſicut vulpes Sãſonis, coniunctæ caudis, faucibus diuiſæ erant. H

Multitudo credentium hic per rete fidei concluditur: & duas nauiculas implet, ſ. eccleſiam de Gentibus, & Iudęis. Ad Rom. xi. Donec plenitudo gentium intraret, & ſic omnis Iſrael ſaluus fieret. Vel prima nauis eſt innocentia: ſecunda pœnitentia. Hieron. Pœnitentia eſt ſecunda tabula poſt naufragium. His nauibus fideles tanquam nobilia poma de arbore crucis collecta, ad patriam ducuntur. Iob 9. Dies mei tranſierunt, quaſi naues poma portantes. O quanta etiam rubra martyrum poma, ad patriam ſunt portata? Aug. In cœleſtem menſam ſpiritus martyrum: tanquam de horto dominico, multa, & ſuauiſſima poma tranſierunt. Hortum dominicum dicit eccleſiam. De tertio. Pſalmi. I

Qui numerat multitudinem ſtellarum &c. Stellæ ſunt ſancti in cœlo. Quid mirum ſi numerat illos quorum numerat capillos? Lucę 12. Capilli capitis &c. O fœlix multitudo in qua eſt tanta vnio. Anſelm. In illa perfecta charitate innumerabilium angelorum, & hominum, vbi nullus diligit alium aliter, quàm ſeipſum: nec aliter gaudebit quiſq; pro ſingulis, quam pro ſeipſo Omnibus autem ſtellis dominus nomina vocat, quia nominatim omnium ſanctorum notitiam habet. Lucæ. x. Gaudete, quoniam nomina veſtra ſcripta ſunt in cœlis. &c. Econtrario dominus non vocat nomina impiorum approbando. Pſal. Nec memor ero no. eo. &c. Patet hoc. Lucę 16. in Lazaro, quem nominauit: & in diuite, cuius nomen tacuit. Multi ergo per tyrannidem, & ma- D

litiam,& vanitatem vocauerunt nomina ſua in terris,quo-
rum nomina deleta ſunt in cœlis. Pſalmiſta. Nomina eo-
rum dele in æternum. De quarto,Ezech.32. Ibi Aſſur,
K & omnis multitudo eius. vbi enumerauit propheta deſcẽ-
dentes ad terram vltimam,ideſt ad locum inferni, dicens,
quòd ibi Pharao, Aſſur, Elam, Moſſot, Tubal, Idumæa, &
omnes principes Aquilonis,& omnes multitudines eorum.
Pharao denegans, & diſſipans interpretatur, & ſignificat
hæreticum,qui veritatem negat, & fideles diſſipat.

Aſſur interpretatur nemus, & ſignificat cumulatorem
L peccatorum,qui abundant peccatis, ſicut nemus lignis.
Sicut nemus horribiliter ardet,ſic talis peccator in infer-
no. Elam interpretatur ſuperliminare. Oſtium autem
M diaboli in infernum luxuria eſt,cuius limẽ eſt ſimplex for
nicatio: Poſtes autem adulterium: ſuperliminare pecca-
tum contra naturam. Moſſot interpretatur capiens, & ſi-
N gnificat deceptorem animarum,ſicut malum conſilium
vel meretricem,& huiuſmodi,qui capiunt animas. Tu-
bal interpretatur deferens,& ſignificat apoſtatam, vel quẽ
O libet deſertorem fidei,vel profeſſionis,& huiuſmodi.
Idumęa interpretatur ſanguinea,&ſignificat quemlibet ho
P micidam,& quemlibet conſilio, vel facto fundentem ſan-
guinem humanum. Principes aquilonis ſunt,qui in omni-
bus generibus viciorum ſunt excellentes.

Dominica ſexta poſt Trinitatem.
Sermo tertius.

Q EX hoc iam eris homines capiens.Lucæ quinto. Vti-
nam ego miſer peccator, hodie vnum piſciculum,
vnum hominem Domino meo Ieſu Chriſto capere
poſſem. Conſiderandum autem quòd capiuntur homi-
nes à diabolo: a proximo: a Deo. De primo.Pſal. Cepe
runt animam meam.Nota ꝙ capturæ fiunt,retibus, denti-
bus,manib. ſic diabolus capit homines retibus,vel laqueis
malarum cogitationum.Eſa.8.Irretientur,& capientur.ir-
retitur

retitur homo cogitationibus,capitur conſenſu.Prouerb.5. N
Iniquitates ſuæ capiunt impium &c. Vnde ſicut piſces, & aues,& mures eſca decipiuntur, vt capiantur: Sic anima eſca voluptatum,vel rerum temporalium. Augu. Res cum vis capere peris in muſcipula,cum enim tenes alienum, teneris a diabolo. O quàm hoſtiles venatores ſunt dęmone. Thren.3.Venatione ceperunt me, quaſi auem inimici mei gratis. Item dentibus malarum locutionum, ſicut Lupus,vel Leo prædam.Ezec.19.Leo factus eſt, & didicit capere prædam,hominesq́. deuorare. Quid enim ſunt detractiones,contentiones,proditiones,blaſphemiæ, periuria, mendacia,& verba luxurioſa,niſi dentes diaboli?Pſal.Benedictus dominus,qui non de.nos in cap. &c. Magis deflendi ſunt,qui a diabolo,q̃ a lupo rapiuntur.Hiere.13.Deducet oculus meus lachrymã,quia captus eſt grex domini.Itẽ capiuntur manibus malarum operationum.Ezech. 21. Manu capiemini. Qui autem viuentes capiuntur manu diaboli ad culpam, ipſi morientes capiuntur manu diaboli ad gehennam.Sedechiæ(ideſt peccatori)dicitur. Hiere.34. Comprehenſione capieris,& in manu eius traderis,& oculi tui oculos regis babylonis videbunt.i. diaboli in egreſſu animæ de corpore. Hie.5.Omnis qui egreſſus fuerit ex eis capietur &c. De ſecundo.Nota quòd capit homo hominem tripliciter,videlicet calumniando.Matthæi vigeſimoſecundo.Conſilium inierunt, vt caperent Ieſum in ſermone: immo ceperunt eum etiam corpore. Thre.4.Chriſtus dominus captus eſt in peccatis noſtris. Sed certe multi ſocij Chriſti capiuntur ab iniquis,vel calumnia, vel corporali violentia innocenter,ſicut de quibuſdam iniquis conqueritur dominus.Ezech.22. Sicut leo rugiens, & rapiens prædam animas deuorauerunt: opes, & precium acceperunt,viduas multiplicauerunt &c. Item ſcandalizando. Prouerbior.ſexto.Mulier autem viri, precioſam animam capit. Non ſolum laſciuæ mulieres,immo hæretici, mali conſiliarij,iniqui ſocij,prædicatores quæſtuarij, adulatores,& omnes ad peccatum trahentes,capiunt animas hominum.Vel tales ſunt venatores,vel laquei diaboli. Hiere.5. R

Iniquitates

Iniquitates veſtræ prohibuerũt bonum à vobis: quia inuenta ſunt in populo meo impij, inſidiantes, & aucupes laqueos ponentes, & pedicas ad capiendos viros. De talibus autem Iſidorus. Deteriores ſunt, qui ſuis doctrinis, ſiue exẽplis mores bonorum corrumpunt, ijs qui ſubſtantiam prædamque diripiunt. Item prædicando, vt hic dicitur. Ex hoc iam eris homines capiens, & quia conuerſi ad dominũ ſocios, qui ſe traxerunt ad culpam, ſæpe retrahunt verbo, vel exemplo ad pœnitentiam: ideo dicitur, Eſa. 14. Erunt capientes eos: qui ſe ſeperãt. Re vera enim qui hic alios capiunt, vel corrumpunt per culpam, dominus vult capi ꝑ
S pœnitentiam. Cant. 2. Capite nobis vulpes &c.

De tertio. Nota, quòd dominus capit homines tripliciter, videlicet in inferno per animam ſuam deſcendentem. Pſalm. Cepiſti captiuitatem Item in mundo per gratiam attrahentem. Iob. x. Propter ſuperbiam, quaſi leænã capies me. Nota, quòd ouis ad lignum ſuper foueam profundam ligatur, vt leæna currens ad prædam cadat in foueam. Ouis innocens Chriſtus eſt. Eſa. 53. Sicut ouis ad occiſionem ducitur. Propter ſuperbiam ergo commiſſam in paradiſo, vel quæ quotidie in tranſgreſſione mandatorum Dei committitur in mundo, hæc ouis ligatur ad lignum crucis, vt ſuperbus tranſgreſſor ad gratiam crucifixi currẽs cadat in foueam pœnitentiæ. Eſa. 2. Abſcondere in foſſa humo, à facie timoris domini. O quam miſerabile eſt, quòd peccator non poteſt capi hamo mortis, quem diabolus euadere non potuit Iob. 40. Quaſi hamo capiet eum. Item in iudicio per ſententiam conſtringentem, vel in extremo ꝑ mortis laqueum. Eccl. 9. Sicut piſces capiuntur hamo, & ſicut aues capiuntur laqueo: ſic capiuntur homines in tempore malo. Interlinearis, iudicij, vel mortis. Poteſt autem hoc verbum non ſolum de Deo, ſed etiam de diabolo capiente intelligi.

DOMINICA QVINTA POST *Trinitatem.*

SERMO PRIMVS.

SI ERGO offers munus tuum &c. Mat. 5. Conſiderandum eſt quid, cui, quãtum, quomodo, vbi, quando, offerre debemus. Quid, quia tuum non alienum. Vnde hic. Si offers munus tuum. Alioquin time tunc quod dicitur Eccle. 34. Qui offert ſacrificium de ſubſtantia pauperum, quaſi qui mactat filium in conſpectu patris ſui. Grego. Quicquid in Dei ſacrificio ex ſcelere offertur, omnipotentis non placat iracundiam, ſed irritat. Non autem tua deteriora, ſed optima offerre debes, ſicut Abel, alioquin Cayn imitaris. Vnde ſecundum aliam tranſlationem dicitur Gen. 4. Nonne ſi recte non offeras, ſi recte non diuidas peccaſti? recte non obtulit Deo ſua: quia recte non diuiſit, quia ſeipſum diabolo, vel quia viliores ſpicas Deo obtulit. Sed heu id hodie faciunt multi, viliſſimum denarium ſacerdoti: viliſſimum quod eſt in ſcutella pauperi, viliſſimam prolem religioni offerunt. Contra quod dicitur Matt. 1. Si offeras claudum, vel languidum, nonne malum eſt? Item cui, Deo. Malach. 3. Erunt domino offerentes ſacrificium in iuſtitia. Quicquid enim boni, amore Dei facis, offers Deo. Eccl. 14. Bene fac tecum, & domino offer dignas oblationes. Sed heu multi plus ventri, quàm Deo: plus ſimoniacis, meretricibus, hiſtrionibus, cauponibus, & ſimilibus offerunt, q̃ Deo, immo certe diabolo offerunt per manus talium eorũ oblationes recipientium. Vnde offerenti dijs alienis. i. dæmonibus dicitur Eſa. 57. Effudiſti libanum, obtuliſti ſacrificia. Nunquid ſuper his non indignabor? Sed heu, non ſolum res, ſed filios etiã diabolo offerunt, ipſos in vicijs educando; vel iniuſtam eis hæreditatem relinquendo: per q̃

A B C

ſemper

ſemper diaboli erunt.Pſal. Immolauerunt filios ſuos &c.
D Item quantum. Quilibet enim ſecundum ſuam facultatē. Deuteron. 18.Offeret vnuſquiſque ſecundum quod habuit iuxta benedictionē domini Dei ſui.Cui enim dominus plus benedixit in naturalibus,vel ſpiritualibus, vel temporalibus donis,plus merito ipſi ſeruire debet. Tob.4. Si multū tibi fuerit &c.quod eſt contra auaros diuites, qui ſæpe in eleemoſynis minus offerunt,quàm alij valde pauperes in rebus Et tamen quadrans quandoq; pauperis eſt aptior, q̃. marcha diuitis:Lucæ.21.Vere dico vobis, quia vidua hæc pauper,plus q̃ omnes &c. Greg.Cor namq.& non ſubſtantiam penſat Deus. Nec perpendit quantum in eius ſacrificio,ſed ex quanto offeratur. Item Quando.quia frequen
E ter.Num.28.Offerre debetis agnos anniculos immaculatos quotidie duos in holocauſtum ſempiternū. Per duos agnos duplex innocentia ſignificatur.ſ.animæ,& corporis, quam cum alijs bonis operibus quotidie offerre debes. Leuit.23. Omne opus ſeruile non facietis in eo, & offeretis holocauſtum &c.Sed heu feſtiuis diebus multipliciter multi peccā do plus offerunt diabolo,q̃ Deo.Ideo ait dominus Amos.
F 5. Odi,& proieci.feſti.5.Non ſolum autem frequenter,ſed etiam primum offerendum eſt Deo.Leui.23. Non comedetis ex ſegete vſq.in diem quo offeretis ex eo Deo veſtro.
G De hoc cogita in menſa. Item Vbi,quia ad altare.Vnde hic, Si offers munus tuum ad altare. Sed heu multi hodie plus ad aleam,&ad ſimilia offerunt,q̃ ad altare.Altare tuū Chriſtus eſt,quod in paupere,vel in tua mente vbique inuenies.Ideo.Matth.1.In omni loco ſacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda. Econtrario peruerſi vbiq; offerunt diabolo in mundo. Sapient.2. Vbique relinquemus
H ſigna &c. Item Quomodo.quia ſyncere.i.ſine rancore,ēt mala affectione.Vnde hic.Vade prius reconciliari fra. t.& tunc &c.Si non eſt acceptabilis oblatio tua,ſi habes odium in corde: quanto minus ſi exerces crudelitatem in opere? Vnde Eſa.1.Ne offeratis vltra ſacrificium fruſtra, & cau-
I ſam ſubiungens ait.Manus enim veſtrę,ſanguine plenę sūt. Quidam autem vitam ſuam non corrigentes, in oblatio-

nibus,& eleemoſynis nimis prǫſumunt. Contra quos dicitur, Eccleſiaſt.7. Ne dicas,in multitudine munerum meorum reſpicit Deus, & offerente me altiſſimo,munera mea accipiet. Certe omnes oblationes,& eleemoſynæ, quas totus mundus facit,non ſufficerent, vnam animam ſaluare, vel vnicum animæ peccatum mortale purgare, quam diu eadem peccatum nollet vitare. Vitet ergo peccata, qui dominum vult ſuſcipere ſua pro peccatis munera. Iſidorus. Verum eſt,ꝙ peccata,diuinæ miſericordiæ operibus expurgantur, ſed ſi iam caueat peccare cui miſericordia impertitur.

Dom. VII. poſt Trin. Sermo II.

SI offers munus tuum ante altare &c. Matthæ.5. Quatuor ſunt,quæ vtiliter in recordatione ſunt offerenda. Videlicet multiplicitas peccatorum,largitas Dei beneficiorum,neceſſitas proximorum, diuerſitas æternorum ſtipendiorum. Recordatio ergo peccatorum allicit ad confitendum, proximorum neceſſitas ad ſubueniendum, beneficiorum largitas ad gratias agendum, ſtipendiorum diuerſitas ad bene viuendum. De primo.Leuiti.26. Affligentur donec confiteantur iniquitates ſuas: & recordentur malorum quibus præuaricati ſunt in me. Ecce cauſa, quare Deus flagello infirmitatis, vel cuiuslibet aduerſitatis quandoq. affligit homines.ſ.vt recordentur peccatorũ, & cõfiteantur. Vnde ſemper primo medicus debet infirmo conſulere,vt cõfiteatur,vt ceſſante cauſa peccati,ceſſet flagelli effectus.non ſolũ aũt recordare præuaricationis tuæ in Deum,ſed ẽt in proximum. Deo autem reconciliari digne non potes,q̃ diu offenſo proximo reconciliari cõtemnis.Vnde bene dicitur hic.Si offers munus tuum &c. Iſido. Qui ſibi fratrem tardius reconciliat, Deum placari ſibi tardius ſciat,fruſtra.n. propitiari ſibi Deum quærit, qui cito placari in proximo negligit.Recordari debes ſaltem peccatorum,qñ audis gallum.i.prædicatorem.Matt.26. & Matt.

24.

Super flumina babylo.illic &c. Flumina babylonis ſunt miſeriæ,& concupiſcentiæ,ſuper quas ſedentes debemus flere. Sion ſpeculatio,vel ſpeculum interpretatur, & ſignificat patriam æternam,in qua ſpeculamur beneficia in ſpeculo ęternitatis.de quo Sap.7. Candor lucis æternæ,& ſpeculum ſine macula &c. O quando nos miſeri naufragi ad illam cœleſtem Sion tranſibimus? quando flumina babylonis euademus? Aug. O ſancta Sion vbi totum ſtat,& nihil fluit,quis nos inde in iſtam præcipitauit? Ecce influentia, & labentia conſtitui,quiſque raptus à flumine, ſi tenere lignum potuerit euadet. Recordari autem debes non ſolũ æternæ ſpeculationis,quæ eſt ſtĩpendium bonorum, ſed ẽt æternæ damnationis,quæ eſt ſtipendium malorum.Iob.21. Ego quando recordatus fuero,pertimeſco &c. Quid pertimeſcit Iob? Certe ibi enumerat. ſ. proſperitates multas malorum,& poſtea infert,ſic ducunt in bonis.d.ſ.& in pũc. ad in.deſcendunt.

Dom. VII. poſt Trinit. Ser. III.

VAde prius recon.fratri.t.&c.Mat.5. Quadruplicem fratrem habemus,videlicet Chriſtum, angelum, hominem,diabolum. Chriſtum cui reconciliamur pœnitendo. Angelum cui reconciliamur acquieſcendo. Hominem cui reconciliamur indulgendo. Diabolum cui nunquam reconciliari debemus. Frater noſter Chriſt. eſt. Heb.2.Non confunditur fratres vocare eos &c. Bernar. Tu trepidas ad Chriſtum accedere,frater tuus eſt,& caro tua, per omnia tentatus abſque peccato,vt miſericors fieret. Hic ergo eſt frater noſter Ioſeph,de quo legitur.Gene.45. quod plurimum miſertus flendo oſculatus eſt omnes fratres ſuos,qui tamen nudauerant,& vendiderant eum. Primo autem maxime ſuper collum minimi fratris.i Beniamin fleuit. Ioſeph Chriſtũ ſignificat,cui fratres ſunt chriſtiani,qui tanquam fratres eius ſunt cohæredes. Roman.8. Hæredes quidem Dei,cohæredes autem Chriſti. Hi totiés

Chriſtum

bemus.Item frater noſter eſt diabolus, quia creatorē vnū patrem habemus.Iob.30.Frater fui draconū,& ſocius ſtruthionum. Dracones ſunt dęmones, quiper aquas baptiſmi,& lachrymarum euaduntur.Pſ.Contribulaſti caput draconum in aquis.Dæmonum capita,ſunt vicia capitalia. Q
Diabolus eſt ergo ille iniquiſſimus frater Abimelech'. de quo legitur Iud.9.qui occidit 70.fratres ſuper vnum lapidem,ne aliquis eorum regnaret. Abimelech patris noſtri regnū interpretatur,& bene ſign.diabolum, cuius eſt hæc præſumptio,ꝙ regnum in cœlo deberet eſſe patris ſui Luciferi, ſicut adhuc diligunt Luciferum hæretici Septuaginta ſunt ſepties decem 70.ergo fratres diaboli ſunt oēs peccatores,qui per ſeptem vicia in decem mandatorū trāſgreſſione,a diabolo iugulantur. Lapis aūt ſign.cordis obdurationem,ſub quo peccator niſi tollatur, reſurgere non poteſt ad gratiam.Io.xi.Tollite lapidem &c. Primo fratri reconciliemur,pœnitendo.Eſa.6.Indignatione mea percuſſi te,& in recon.m.miſertus ſum tui.Secundo fratri reconciliemur acquieſcendo.Col.1. In ipſo complacuit omnem plenitudinem inhabitare,& reconciliari omnia in ipſum, pacificans per ſanguinem crucis Chriſti,ſiue quę in terris, ſiue quæ in cœlis.i.homines,& angelos. Illis certe prodeſt reconciliatio per ſanguinem Chriſti, qui angelicis cōſilijs acquieſcit. Tertio fratri reconciliemur indulgendo,vel ſatisfaciendo de iniurijs,ſicut hic dicitur. Vade prius recon. fr.t.Quarto fratri,nunquam reconciliari debemus,quia infidelis.2.Mach.8.Rogabat Iudas ne hoſtibus reconciliarentur.i.dæmonibus. Miſereor ſuper turbam &c.Mar.8.Pſa. Quomodo miſeretur pater fi.&c.Greg.Tunc nobis miſericordiæ Dei, ſancti cum nobis ad memoriam miſerię noſtræ, reuocantur, quia vt ſcribitur. Thren.3. Miſericordiæ Domini, quia non ſumus conſumpti. De hoc habes alibi.

A R S

DOMINICA OCTAVA POST *Trinitatem.*

SERMO PRIMVS.

A Vnde illos poterit quis ſaturare panib. in ſolitudine? Mar.8. Conſiderare debemus ſolitudinem quadruplicem,infra nos,extra nos, intra nos, ſupra nos. Prima eſt mundus,in qua panibus viciorum. Secunda eſt eccleſia,in qua panibus ſacramentorum,vel ſanctorum exemplorum. Tertia eſt cor,vel conſcientia ſancta,in qua panibus meritorũ. Quarta eſt cœlum,in qua panibus pręmiorum homo reficitur. De primo,Deutero.8.Ductor tuus fui in ſolitudine magna atque terribili,in qua fuit ſerpens flatu adurens, & ſcorpio ac dipſas. Require in ſermone, Ductus eſt Ieſus in deſertum. In hac ſolitudine paſcitur homo panibus diaboli viciorum,de quibus Matth.4. Dic vt lapides iſti panes fi. Septem autem panes diaboli, ſeptem vicia capitalia ſunt, ſ.ſuperbia,ira,acidia, &c. horum panum ne micas quidem cognitionum ſumere debes,quibus impiustanquam ſerpẽs diaboli delectatur Eſa.40. Serpenti puluis panis eſt.

De ſecundo. Eſa.35. Exultabit ſolitudo,& florebit quaſi

B lilium &c. In ſolitudine eccleſiæ ſunt tot flores,quot fideles.ſpiritualiter autem lilio comparat eccleſiam,quia pulcherrima eſt per continentiam.Canti.2. Sicut lilium inter ſpinas &c.Hæc eſt ſolitudo extra quam pelicanus.i.Chriſtus non inuenitur.Pſal Similis factus ſum pelicano ſolitudinis: ſicut nycticorax in tecto. Sicut enim pelicanus pullos ſuos: ita Chriſtus proprio ſanguine viuificat electos. In hac ſolitudine,panibus gratiarum ſacramentalium ſaturamur. Eſa.21. Qui habitatis terram auſtri, cum panib. occurrite fugienti. Terra auſtri eſt eccleſia. Auſter eſt.ſſ. Can.4. Veni auſter &c. Hiero. Cum panibus ſacramentorũ

occurre

recurre fugienti diabolo. Septem autem panes ſunt ſeptem ſacramenta. Videlicet, Baptiſmus, cõfirmatio, euchariſtia, pœnitentia, ordo, matrimonium, extrema vnctio. Turpis eſſet, qui cum fidelis eſſet, illum impugnaret de cuius pane viuit. Et hoc facit. qui baptizatus, confirmatus, communicatus, ordinatus Deum impugnat. Pſal. Qui edebat panes meos. Contra quod ait Bernar. Eo erubeſcamus praua cõmittere, quo nos a Deo meminimus gratuita dona percepiſſe. De tertio. Oſeæ ſecundo. Ducam eam in ſoli. Eius ſolitudo eſt ſecretum mentis. Thren. 3. Sedebit ſolitarius, & tacebit &c. Quando enim homo à tumultu peccatorum, à ſtrepitu mundi ſeparatur, tunc libenter dominus cum eo loquitur: ſic patet in Zachæo turbam præcurrente. tunc ẽt gratia irrigatur. Eſa. 35. Sciſſæ ſunt in deſerto aquæ, & torrentes in ſolitudine. Aquæ, ſ. lachrymarum, & torrentes gratiarum. In hac ſolitudine paſcimur ſeptem panib. donorum. ſ. de quibus. Luc. 15. Quanti mercenarij &c Sed heu per ſiliquas diaboli multi obliuiſcuntur comedere panem patris ſui. Contra quod dicit Aug. Recordemur panem pa. n. recolamus beatitudinem domus pat. n. non nos delectent ſiliquæ porcorum, doctrinæ dæmoniorum. Septem autem panes ſunt ſeptem dona. ſ. ſapientiæ, intellectus, conſilij, fortitudinis, ſcientiæ, pietatis, timoris domini. Si hos panes vis habere, oportet te terram cordis colere, & multum laborare. Prouerb. 28. Qui operatur terram ſuam, ſaturabitur pane. De quarto, Pſalm. Quis dabit mihi pennas &c. vſque manſi in ſolitudine. Pennæ columbæ ſunt virtutes, & opera recte facta, quæ in duabus alis ſunt. Omnia. n. præcepta in duobus præceptis ſunt. Non optat pennas corui. Ille enim ad Noe non reuertitur. Sic homo carnalis, ad exteriora veniens, vltra ad Chriſtum non reuertitur. Columba. i. homo ſpiritualis, cum ramo boni operis redit. Talis columba volat virtutibus, elongatur a ſeculo, manet in cõtemplatione, & deſiderio, in cõuerſatione, in ſolitudine patriæ cœleſtis. Phil. 3. Noſtra conuerſatio in cœlis eſt. Itẽ paſcuntur ſancti panibus præmiorum. Eſai. 55. Quare appenditis argentum non in panibus: & laborem veſtrũ non

in panibus: & laborem veſtrum non in ſaturitate? &c. Argentum ſpirituale eſt ſcientia. Vel argentum materiale, quod eſt eleemoſyna, optime appenditur quando pro cœleſtibus affectionibus expenditur. Septem autem panes ſunt 7. dotes. Claritas, ſubtilitas, agilitas, impaſſibilitas, cognitio, dilectio, fruitio: quibus æternaliter fruuntur beati. Lucæ. 14. Beatus, qui manducabit panem in regno Dei.

Dom. VIII. poſt Trinit. ſermo II.

F Iſereor ſuper turbam &c. Mar. 8. Quomodo miſeretur, miſericors, & miſereator dominus: dicitur in Pſal. Quomodo miſeretur pater filiorum. Conſiderare autem poſſumus hic quadruplicem miſericordiam Dei. Miſereatur. n. ſuper turbam viuentium in terris, ſuper turbam quieſcentium in ſepulchris, ſuper turbam gementium in pœnis, ſuper turbam fruentium in cœlis. De primo Pſalm. Miſericordia domini plena eſt terra. Longum eſt narrare miſericordias quas corporaliter, & ſpiritualiter nobis exhibet in terris. Quod. n. a diabolo non omnes ſuffocantur, quòd mundus non ſubuertitur, quòd peccator in infernum viuus non detruditur, quòd in corpore a terra cum Chore, & Dathan non abſorbetur, Dei maxima eſt miſericordia. Thre. 3. Miſericordia domini, quia non ſumus conſumpti. Si ergo cognoſceret homo, quàm multiplicia ſunt eius pericula, tunc cognoſceretur, q̃ multiplex miſericordia ſit ſuper eum. Greg. Tunc nobis miſericordiæ Dei innoteſcunt, cum nobis ad memoriam miſeriæ noſtræ reuocantur &c. Maxime autem oſtẽdit nobis miſericordiam ſuam, expectans nos in peccatis, & dans nobis tempus ad pœnitentiam. Eſa. 30. Expectat dominus, vt miſereatur veſtri. Quandiu vero expectat, dicit idem quadrageſimo ſexto. Vſque ad canos ego portabo. Non ſolum mali perirẽt, ſed etiam boni deficeret, niſi eſſet miſericordia Dei. Vnde hic. Miſereor ſuper turbam vbi ſeptem panibus, ſeptẽ donorum ſpiritus S. ne deficiant confortantur, qui triduo contritionis,

tritionis,& confeſſionis,:& ſatisfactionis dñm ſequuntur. Per hoc triduum inuenitur per gratiam.Luc.2.Poſt triduũ inuenerunt eum. De ſecundo,Pſal.Tu autem Dñe miſerere mei, & reſuſcita me. Reſuſcitatio igitur mortuorum magnæ miſericordię eſt,mors eorum,magnæ eſt miſeriæ. Vnde quando Ieſus reſuſcitaturus erat filium viduæ, ſicut dicitur Luc.7. Miſericordia motus ſuper eum dixit, noli flere. Si mericordia eſt reſuſcitare vnum,& vnius diei mor tuum,& iterum moriturum: quanta ergo miſericordia eſt reſuſcitare tam innumerabiles per tot annorum millia defunctos,& æternaliter victuros,& in corporibus glorioſis, & ab omni miſeria liberatis?Phil.3.Reformabit corpus hu militatis noſtræ &c. Hanc miſericordiam laudare poſſunt de ſepulchris ſurgentes,non in ſepulchris putreſcentes. Pſalm. Narrab.aliquis in ſepulchro miſericordiam tuam. Sed certe malis non videtur fieri miſericordia, quia cum corporibus punientur grauius. De tertio.Eſa.54.In momento indignationis abſcondi parumper faciam meam a te, & miſericordia ſempiterna miſertus ſum tui. Qui in limbo inferni erant ſicut olim indignationem, ſic in liberatione ſui miſericordiam ſenſerant. Pſalm. Miſericordia domini magna eſt ſuper me. Item in purgatorio indigna tionem oſtendit, & faciem abſcondit in momento, quia illa parumper,& momentanea eſt pœna,reſpectu pœnæ æternæ, & reſpectu miſeriæ æternæ, quæ ſequuntur. Multa enim millia annorum, reſpectu æternitatis, momentaneum, & momentum ſunt. Vnde beato Benedicto quærenti a diabolo,quando cecidiſſet, heri reſpondit. Et cum diceret Benedictus, mentiris, dixit dæmon. Si ſcires,non ita diceres. Miſericordia autem, quam exhibet ſaluando de pœnis, ſignificatur in miſericordia exhibita tribus pueris liberatis de igne. Ad hanc miſericordiam, per Eccleſiam, non per ſeipſos iuuari poſſunt. vnde in camino dixerunt. Daniel.tertio. Non eſt oblatio, neque incenſum, neque locus primitiarum coram te, vt poſſimus inuenire miſericordiam. In purgatorio enim non eſt oblatio Dominici corporis,neq; incenſum merito-

riæ operationis: neque primitiæ eleemoſynæ ſatisfacientis. Prouer. 3. De primitijs frugum da pauperi. De quarto. Pſal. In æternum miſericordia ædificabitur in cœlis.
I Ruinę factæ in ordinibus angelorum per ſuperbiam, ædificantur per Dei miſericordiam. Sed patres ante Chriſti incarnationem, dicere potuerunt illud Aggei. Nōdum venit tempus domus domini ædificandæ, & muros ponendi. Ita ante Chriſtum quaſi hyems fuit, quando nullus lapis in ædificio, & muro fuit poſitus: immo vita præſens .q. hyems. Vnde lapides. i. fideles hic per pœnitentias, & correctiones & aduerſitates ſecantur. &c. Aug. Hic vre, hic ſeca: ſed in ętate futuræ vitę, in ædificio cœleſti ponentur. Et tunc huius miſericordiæ erit tempus. Pſal. Tunc exurgens miſereberis Sion. De hoc plenius inuenies in ſermone. Exurge gloria mea. Qui tanquam lapis viuus intrare vult in cœleſte ædificium, debet eſſe abſciſus de montibus mundanarũ cupiditatum, & quadratus, quadratura quatuor principalium virtutum. Aug. Præciduntur de montibus, per manus prædicantium veritatem: conquadrātur, vt intrent in ſtructura ſempiterna.

Dom. VIII. poſt Trinit. Ser. III.

K MAnducauerũt, & ſaturati ſunt. Mar. 8. Quadruplex eſt ſaturitas. Prima bonorum temporalium: ſecũda donorum ſpiritualium: tertia præmiorũ æternalium: quarta tormentorum infernalium. De prima. Prouerbior. 3. Honora Dominum de tua ſubſtantia. Sed miſeri auari ſunt ſicut canes boliſmum patientes, qui nunq̃
L ſaturari poſſunt. Eſa. 56. Canes impudentiſſimi, neſciere ſaturitatem. Inexplebilis eſt auaritia diuitum, ſemper rapit, nunquam ſatiatur: neque dominum timet, neque hominem reueretur: neque patri parcit, neque matrē agnoſcit: neque fratri obtemperat, neque amico fidem ſeruat. Canes ergo ſunt, auari, & ideo contingit ipſis ſicut cani, qui famæ attenuatus per foramen arctum cellariæ intrauerat,

& poſtea ſaturatus,& repletus,percuſſore eum fuſte ſuper ueniente,per foramen propter repletionem exire non poterat,per quod intrauerat. Ad feneſtras autem veniens, p alia foramina exire conabatur,ſed non permittebatur. Fuſtigatus autem deuorata euomuit,& ſic per primum foramen exiuit. Sic eſt de auaro, qui ſaturatur, & impletur iniuſtis poſſeſſionibus: hunc dominus,vel prædicator,vel confeſſor,cum fuſte comminationis æternæ pœnæ,quãdoque agitare incipit. Cum autem ieiunia, & peregrinationes,& ſimilia auarus promittit,ipſum per foramen quo venit,exire cogit.Iob.xx.Cum ſatiatus fuerit arctabitur &c. Canis ergo deuorata euomit dum auarus iniuſta reſtituit. Iob.xx.Diuitias quas deuorauit,euomet.&c. ſic autem fuſtem damnationis euadet. De ſecundo dicitur hic. Manducauerunt, & ſatu. &c. Saturati autem ſeptem panib.fuerunt,qui dominum triduo ſuſtinuere. Septem panes ſecundum Glo.ſunt ſeptem dona ſpiritus ſancti, quibus ſaturamur in ſolitudine eccleſiæ,poſt triduum confeſſionis, contritionis,ſatisfactionis.de quo triduo Exo.5.Deus Hebræorum vocauit,vt eamus viam trium dierum in ſolitudine. Sed heu quidam pecunijs, & laboribus ſuis emunt ſibi famem animæ,non ſaturitatem. De quibus Eſai.55. Quare appenditis argentum non in panibus, & laborem veſtrum non in ſaturitate. Qui ergo eſt in ſaturitate animæ laborans,ad Deum,qui hos panes habet veniat.Matt.xi.Venite ad me omnes &c. Bern. Caro clamat,ego decipiam. mundus clamat,ego deficiam.diabolus clamat, ego interficiã: Chriſtus,ego reficiam. Ad quem ibis? quem ſequeris? M N

De tertio. Matt.5. Beati,qui eſuriunt.&c: Vere ſaturabuntur melle dulciſſimæ gratitudinis. Pſal De petra mel. ſat.eos.O petra precioſa.1.Cor.x.Petra autem erat Chriſtus. De qua etiam dicitur Deuteron.32. Suxit mel de petra,oleumque de ſaxo. &c. Gaudium enim quod habetur in cœlo de Chriſti diuinitate,ſignificatur in melle. De humanitate vero in oleo. Saturabuntur ergo in cœlo,& eſuriunt iuſtitiam in mundo. Qui autem temporalium voluptatum ſiliquis,ſicut porci ſaturantur, mellis æterni ſatu-

ritate priuantur. Prouerb.27. Anima ſaturata, calcabit fa-uum. ſicut certe econtrario anima, quę hic paululum mellis æterni dulcedinem prægustat, ſiliquas porcorum calcat. Grego. Si quis vero cordis ore guſtauerit, quæ ſit illa dulcedo cœleſtium præmiorum, quæ habent illi benedicti chori angelorum, quę incomprehenſibilis viſio trinitatis: huic quàm dulce ſit quod intus videt, tanta in amaritudine videtur eſſe, quod foris ſuſtinet. De quarto. Prouerb.
O 1. Ego quoque in interitu veſtro ridebo. &c. vſque, Comedent igitur fructus viæ ſuæ, ſuiſque conſilijs ſaturabũtur. Hic dicitur de damnandis. Qui ergo malis conſilijs cõtra proximos, ſaturari non poſſunt in mundo, malorum conſiliorum pœna ſaturabuntur in inferno. Saturabuntur vtiq; non melle beatitudinis, ſed felle æternæ amaritudinis. Iob 20. Panis eius in vtero eius vertetur in fel aſpidum. Intrinſecus autem ſaturabuntur tormentorum multitudine, quæ non ſolum damnati homines, ſed etiam angeli, & ſancti tormenta videntes ſaturantur. Vnde de occiſis gladio, de ore Chriſti procedente, dicitur, Apoc. 19. Omnes aues cœli ſaturatæ ſunt carnibus eorum. Interli.i. omnes ſancti delectati ſunt de pœnis eorũ. Bene autem dicit de carnibus: quia non ſolum anima, ſed etiam caro punietur poſt reſurrectionem. Iudicum.6. Dabit ignem, & vermes in carnes eorum, vt vrantur, & ſentiant vſque in ſempiternum.

DOMINICA IX. POST *Trinitatem.*

SERMO PRIMVS.

A OMNIS arbor, quę non facit fru. bo. &c. Matth.7. Plenum formidine eſt hoc verbum. Conſiderandum autem, quod dominus in Euangelio, ſub metaphora arboris infructuoſæ, quatuor mala oſtendit, circa damnationem impij. Oſtendit.n. quod culpa eſt ineſcuſabilis, ſententia ineuitabilis, pœna iuterminabilis,

lis,gratia irrecuperabilis. De.1.Luc.13. Arborem fici habebat quidam plantatam in vinea ſua. &c. Nota parabolã. Ficus ſterilis,eſt malus chriſtianus,fructus quem dominus eius quærit,& non inuenit,eſt de quo dicitur,Ephe.5. Fructus enim lucis eſt in omni bonitate,& iuſtitia,& veritate. Tres autem anni ſunt tres ætates: puerilis,iuuenilis,virilis. quartus annus eſt ſenectus,qui ſæpe additur homini, vt plene probetur.Sed ecce miſer ſenex: non pluit ſuper terram cordis tui annos tres,& menſes ſex. Vtinam ſaltem in vltima parte anni,pluuiam gratiarum, vel lachrymarũ reciperes,vt ſic fructus facere poſſes. Circa ficum foditur, dum Chriſtus propter hominem perforatur. Pſal. Foderũt manus &c. Stercus quoque mittitur, dum putrefactio futura homini ad mentem reducitur.Iob. 20. Si aſcenderit in cœlum ſuperbia eius, & caput eius nubes tetigerit, quaſi ſterquilinium in fine erit. Quicunque poſt tantas inducias, & curas non fecit fructum,inexcuſabilis eſt. Ambro. Quo indulgentior liberalitas, eo ineſcuſabilior pertinacia. De ſecundo'. Lucæ tertio. Iam enim ſecuris ad radi. ar. po. eſt. Securis ſententiam ſignificat. Securi porci mactantur. Peccatores autem ſunt porci diaboli. Matthæi octauo. Mitte nos in gregem porcorum. B
Malæ radices,mali parentes. Mali rami, ſunt mali filij, & nepotes. Item malæ radices, ſunt primi viciorum inuentores. Rami ſunt eorundem vitiorum ſequaces. Et iam ſecuris diuini iudicij ad radicem venit, dum inuentorem ſuperbiæ Luciferum: inuentorem inuidiæ Cayn percuſſit. Et ſic oſtende de inuentoribus aliorum vitiorum. Patet ergo, quòd impoſſibile eſt ramos euadere,ex quo ſecuris ſic cœpit radices ferire.Sapien.4. Confringentur.n.rami in conſummatione &c. Si ergo fructum bonum non facis,timenda eſt tibi hæc ſecuris. Amb. Væh mihi,ſi nõ peccata mea deleuero &c. Require in ſermone. Benedict. qui venit. C
De tertio dicitur hic. Omnis arbor quæ non.&c. O quantus ignis erit,quando omnes ſteriles arbores, omnes ſimul impij ardebunt in inferno: ſicut patet,qñ nemus incẽditur,& tot millia arborũ ſimul ardebũt,& q̃to plures tan-

to

ro horribilius. Eccleſi. 28. Secundum enim ligna ſyluæ, ſic ignis ardeſcit. Et vbi eſt ſylua in mundo, quæ habeat tot arbores, quot ſunt peccatores in inferno? ſcilicet hæretici, raptores, vſurarij &c. Vnde de gehenna dicitur. Eſaiæ 30. Præparata, profunda, & dilatata, nutriméta eius, ignis & ligna multa. Parata, vt cito recipiat: profunda, vt nullus exeat: dilatata, vt omnia capiat. Ibi cum arbore, cortex & rami, ſimul ardebunt. i. anima, & corpus, qui prius aridi per peccata fuerunt. Bernar. Singulis membris, quæ arma fuerunt iniquitatis, ſingula debetur pœna, pro qualitate, vel quantitate commiſſi. In quo autem membro creator plus offenditur, peccator grauius torquebitur.

D De quarto, Matthæ. 21. Videns fici arborem vnam, ſecus viam. venit ad eam, & nihil inuenit in ea niſi folia tantum, & ait illi. Nunquam ex te naſcatur fructus in ſempiternũ. Ficus hæc ſignificat malum Chriſtianum, ad quem iudex dominus venit in morte: Lucæ vndecimo. Qua hora non putatis &c. Væh ſi tunc dominus non inuenerit fructum bonæ vitæ, ſed folia tantum verborum: tunc certe maledicitur, vt nunquam ex ea naſcatur fructus pœnitentiæ in æternum. Ex tunc ergo nunquam gratiam Dei poterit recuperare, quando vltra non poterit pœnitere. Ioan. Chryſoſt. Nec reſiſtendi virtus, neque fugiendi facultas, neque pœnitentiæ locus, neque ſatisfactionis tempus erit: ex anguſtia omnium rerum, nihil remanet niſi luctus. Fac ergo fructum in mundo: quia non poteris in inferno. Eccleſiaſt. nono. Quæcunque poteſt manus tua, inſtanter operare, quia neque opus, neque ratio, neque ſcientia, neque ſapientia erit apud inferos, quo tu properas.

OMnis arbor bona fru.bo.fa. Matt.7. Bona arbor, eſt bonus homo: bonus fructus, bona vita. Fructus autem bonitas, probatur vtilitate, multiplicitate, delectabilitate, durabilitate. Vtilitas in retributione: multiplicitas in operatione: delectabilitas in deuotione: durabilitas in conſummatione & perſeuerantia additur.

De primo. Io.4. Qui metit, mercedem accipit: & qui cógregat, fructum in vitam æternam. Ecce vtilitas fructuum ſpiritualium, eſt vita æterna. Congregant autem quidam fructum in mortem æternam. Hiere.24. Viſicabo ſuper vos iuxta fructum ſtudiorum veſtrorum, dicit dominus: & ſuccendam ignem in ſaltu &c. Quomodo ignis in ſaltu inferni ardeat, require ſupra in proximo ſermone. Item cógregant quidam in vitam tranſitoriam, qui hic recipiunt mercedem: qui tantum cauſa timoris ſeruilis, vel amore laudis, vel rei temporalis, vel in ſtatu peccati mortalis, bona opera faciunt. De quibus Sap.3. Sapientiam, & diſciplinã, qui abijciunt, infelix eſt, & vacua ſpes illorum: & labores illorum ſine fructu: & inutilia opera illorum. ſ. ad vitã æternam. Item alij congregant fructus in mortem, ſed in vitã non tranſitoriam, ſed æternam, qui ſecundum opera meritoria faciunt. ſicut animæ ſanctæ. Sap.3 Fœlix ſterilis &c. vſque habebit fructum. i. animarum ſanctarum.

De ſecundo. Io.15. In hoc clarificatus eſt pater meus, vt fructum plurimum afferatis. Parum curares de arbore, quæ non afferret niſi duo, vel tria poma: ſimiliter de agro non ferente niſi duo, vel tria grana. Sic & tu, ſi non vis cotemni a Deo: non paucos, ſed multos bonorum operũ fructus ferre debes. Coloſ.1. In omni bono opere fructificã tes. In omni vtique bono opere, & etiam omni membro fructificandum eſt, Arbor enim multum fructum habere non poteſt, niſi in multis ramis: multi fructus ſunt, multa bona opera: multi vero rami, ſunt multa corporis membra. Certe Maria Magdalena, multos fructus in multis ramis habuit, quando multa opera bona, in multis membris exhibuit.

Pedibus

Pedibus enim acceſſit : oculis fleuit : crinibus terſit : ore oſculum dedit : manu vnxit : corde dilexit. Augu. Lachrymis irrigat, tergit crinibus, vngit vnguento : quid miraris? terra dedit fructum ſuum. Fructus autem non multiplicatur, niſi terra cordis, vel voluntatis fuerit valde bona. Mat. 13. Aliud vero cecidit in terram bonam. De tertio. dicebat arbor fici. Iud. 9. Nunquid poſſum dulcedinem meam
G deſerere, fructusque ſuauiſſimos, vt inter cætera ligna promouear? Ita ſpiritualis homo, dulces fructus bonæ vitæ non libenter deſerit inter ligna ſyluarum. i. inter malos, & infructuoſos, quin in operib. promoueatur bonis. Bern. Guſtato ſpiritu, deſipit oīs caro : affectanti cœleſtia, terrenæ non ſapiunt : æternis inhianti, faſtidio ſunt tranſitoria. Cōſiderandum aūt eſt, ꝙ fructus delectabilitas eſt ex colore, ex odore, ex ſapore. Sed & fructus bonæ vitæ delectabilitas, eſt ex colore pulchrę conuerſationis. Eccle. 39. Quaſi roſę plantatæ ſuper riuos aquarū fructificatæ. Aquarum, .i. lachrymarum. vel aduerſitatū. Roſæ ſunt martyres, quorum pulchritudinem in amore, & ſanctitate, imitari debemus. Item ex odore bonæ opinionis. Eccl. 24. Flores mei, .i. virtutes, fructus odoris, & honeſtatis per effectū. Item ex ſapore melliflue deuotionis. Eccl. 11. Breuis in volatilibus apis. &c. Sicut apis colligit fructum de floribus diuerſarū arborū: ſic & nos conſiderando, & imitando virtutes diuer-
H ſorum ſanctorum. Sed quidam nō quærunt flores, ſed ſtercora hic hoīm infirmorum ad trahendum. De .4. Io. 15. Poſui vos &c. vſq; & fructus veſter maneat. Manere eſt durabile eſſe, vt non cito putreſcat per vitiū, vel pereat ſicut fructus Aegyp. Pſ. Dedit eru. fru. e. & la. e. lo. & occ. in gran. vi. e. In erugine luxuria : in locuſta ſuperbia : in grandine auaritia intelligitur. Si ergo vis fructum tuum manere, debes Aegyptum. i mundum fugere. Io. Chryſ. Sicut difficile eſt arborē iuxta viā poſitā, fructum ſuum vſq; ad maturitatem ſeruare: ſic difficile eſt virū fidelem iuxta mundū viuentem, In actibus ſuis, iuſtitiam immaculatam, vſq; ad finem tenere.

DOMINICA DECIMA POST *Trinitatem*.

SERMO PRIMVS.

REDDE rationem villicationis tuæ. Lu. 16. Villicus Domini eſt omnis homo, cui A bona ſua naturalia, vel temporalia commiſit diſpenſare, de quibus oportet Deo rationem reddere. Reddenda eſt autem de tribus: videlicet, de malorum commiſſione: de bonorum omiſſione: de ſubditorum commiſſione. De primo. Mattei duodecimo. De omni verbo ocioſo, quod locuti fuerint homines, reddent rationem in die iudicij. O domine Deus, ſi reddemus rationem de leuibus verbis, quid erit de grauibus factis? ſi de quadraginta, quid erit de mille marchis, vel decem millibus? Matthæi decimooctauo. Cum cœpiſſet rationem ponere, oblatus eſt ei vnus, qui debebat decem millia talenta. Talentum enim eſt pœnitentia, vel ſatisfactio, quam ſoluere tenentur pro peccato. Vnde decem millia talenta, ſunt condignæ ſatisfactiones, pro decem mandatorum multiplicibus tranſgreſſionibus. De his decem millibus, dicitur Heſter tertio. Aman promiſit decem millia talenta, vt populus Dei interficeretur. O miſer homo, tu proximos interficis corporaliter, non ſolum faciendo, vel conſentiendo, ſed etiam ſubſtrahendo. Auguſtinus. Paſce fame morientem: ſi non pauiſti, occidiſti. Item interficis ſpiritualiter, ad peccatum mortale quomodolibet inducendo. Pſalmiſta Interficitis vniuerſi vos &c. Auguſtinus, Qui in conſpectu alterius male viuit, quantum in illo eſt, illum a quo attenditur occidit. Aman, diabolum ſignificat. Interpretatur enim iniquus in culpa, vel comprimens in pœna. Vt ergo ſecure occidas, ſecure male facias, Aman. i. diabolus pecuniam promittit, quando te ſub ſpe futuræ ſatisfactionis, peccare facit, & promittit x. millia, quando

quando de omnibus Decalogi tranſgreſſionibus, te vt ſecure pecces, de futura pœnitentia, & miſericordia præſumere facit. Grego. Diabolus malorum aliorum facit grauiora, require in ſermone ſupra. Princeps mundi &c.

B De ſecundo dicitur hic. Redde rationem villicatio. tuæ. Bona in corpore, vel in anima, vel in rebus tibi commiſſis, quorum non es hæres, vel dominus, ſed villicus; debes ad voluntatem Domini diſpenſare. Qui enim vires corporis, vel ſenſus animæ, vel res, vel tẽpus, vel huiuſmodi male expendit, bona domini diſſipat. Bene dixi, vel tempus. Sicut enim de omni verbo ocioſo, ita de omni tempore homo rationem reddet Deo. Anſel. Exigetur a te, vſq; ad momentum, omne tempus viuendi tibi impẽſum, qualiter fuerit expenſum. Sed heu domine Deus, timendum eſt, non ſolum rationem reddemus de bonis diſſipatis, ſed eriam de lucris bonorum neglectis. Matt 25. Venit dominus ſeruorũ illorum, & poſuit rationem cum eis &c. vbi ſubiungitur, q̃ ille damnatus eſt, qui cum talento ſibi tradito nihil lucratus eſt. Quinque ergo talenta, ad lucrandum data ſunt nobis: videlicet, naturæ, fortunæ, potentiæ, ſcientiæ, & gratiæ. Donum fortunæ, dico diuitias. De his talentis ſuperbire, tam ſtultum, ac ſi homo de hoc ſuperbiret, quòd eſſet multis debitis obligatus, cum potius de hoc deberet humiliari. Greg. Cum augentur dona, rationes etiam creſcunt donorum. Tanto ergo eſſe humilior &c. De tertio. Ad He-

C

D bræ. 13. Obedite præpoſitis veſtris, & ſubia. eis. Ipſi enim peruigilant quaſi rationem pro animabus veſ. red. O quã grauiſſimam rationem, pro animabus reddẽt prælati: quia pro anima neglecta. 3. Reg. 20. Cuſtodi virum iſtum, qui ſi lapſus fuerit, erit anima tua, pro anima eius. Non ſolum autem eccleſiaſtici, ſed etiam mundani iudices, rationem reddent pro omnibus animabus iniuſte perditis, immo de omnibus iudicijs, & factis ſuis. Vnde bene dicitur Dan. 6. quòd tres principes erant in regno quibus Satrapæ debebãt reddere rationem Principi ſacerdotali ratio redditur in confeſſione. Principi vniuerſali, in extrema examinatione. Principi infernali, in extrema quadrantis exactione. Et cer

te non ſolum iudices, immo & quilibet homo reddet rationem de omnibus animabus, per eum ſeductis, & perditis,& præcipue pro anima propria. Ad Rom.13.Vnuſquiſque pro ſe reddet rationem.

Dominica X. poſt Trinitatem. Sermo II.

QVi facit voluntatem patris mei,qui in cœlis eſt,ipſe intrabit in regnum cœlorum. Conſiderandum autem eſt, quòd facientes patris voluntatem, a patre exaudiuntur in neceſſitate: filio coniunguntur in familiaritate: a ſpiritu ſancto deducuntur in bonitate: a trinitate admittuntur in immortalitate. De primo. Io.9.Si quis Dei cultor eſt,& voluntatem eius facit, hunc exaudit.Ecce quando cæcus illuminatus credit Ieſum a Deo patre pro ſua illuminatione exaudiri. ſic nos pro illuminatione animarum noſtrarum exaudimur,ſi Dei voluntatem facimus in fide: immo, & in alijs neceſſitatibus nos exaudit.2.Mach.1.Dat vobis omnibus cor vnum, vt colatis eum,& faciatis eius voluntatem.Sequitur.Et faciat pacem quo ad peccata.Baruc.3. Si in via domini ambulaſſet, habitaſſet vtique in pace ſuper terram. Snquitur.Et reconcilietur vobis,quo ad ſeipſum,ſicut pater recôciliatus fuit filio prodigo.Vnde.2.Cor.5.Obſecramus vos proChriſto, reconciliamini Deo.Sequitur. Neque vos deſerat tempore malo,quo ad diabolum.Pſalm.Dominus non dereliquit eum in manibus eius. De ſecundo. Matth.12.Quicunq; fecerit voluntatem patris mei, qui in cœlis eſt, ipſe meus frater,& mater,& ſoror eſt.Voluntas Dei eſt, vt Deum timeas,Deum ac proximum diligas,caſte & munde viuas, & ſic de alijs virtutibus.1.Teſſal.4.Hæc eſt voluntas Dei, ſanctificatio veſtra. Maſculus faciens voluntatem Dei patris, frater Chriſti eſt. Non confunditur fratres vocare eos &c. Hebr.2.Fœmina faciens voluntatem Chriſti,ſoror eſt. Cãtic.5.Aperi ſoror mea. Frater Dei faciens voluntetẽ Dei, mater Chriſti eſt. Ipſum enim a ſpiritu ſancto concipit p

fidem,

cientes ſi uelit uoluntas Dei pati,quàm malefacientes. In tribulatione ergo conſolatur hominem diuinæ uoluntatis conſideratio,exemplo Chriſti.Matt. xxvi. Pater mi,ſi non poteſt tranſire calix iſte niſi bibam illum,fiat vo.tua. Ecce quale ſpeculum patiēti eſt Chriſtus.Ber. Vtrumque mihi domine es,& ſpeculum patiēdi, & præmium patientis:vtrumque fortiter prouocat,& uehementer accendit.

Dom.X.poſt Trin.ſer.III.

FAcite uobis amicos. &c.Luce decimo ſexto, Quadruplicem amicum habet homo,ſcilicet Deum,angelum, hominem, diabolum. Habet homo amicum Deum creantem: angelum dirigentem : hominem.i. pauperem exorantem:dæmonē perſequentem. De primo Prou.22. Qui diligit cordis munditiam,habebit amicum regem.O quanta dignatio,quòd rex uult eſſe amicus pauperis ſerui.Vere fidelis amicus, rex qui haberet ſeruū leproſum uel phreneticū, qui curari non poſſet niſi in ſanguine regali balnearetur : & tunc rex pro ipſo ſanguinem ſuū vſq; ad mortē effunderet,maximus amicus eſſet hic. Ita pro peccatoribus lepra uitiorum infectis, & corā Deo phreneticis:fecit rex ęternus fidelis amicus,ut medicamētū eis eſſet,non uitæ tēporalis,ſed ſpiritualis & ęternalis. Vnde Eccle.6. Amicus fidelis medicamentum uitæ & immortalitatis.Augu.Fuſus eſt ſanguis medici,& factum eſt medicamentum phrenetici.De ſecundo.Dominus ad ſponſam ſ.fidelem animam ait,Cant.8.Quæ habitas in hortis, amici auſcultant,fac me audire uocem tuam.Hortus iſte eccleſia eſt.Vnde de grano ſinapis dicitur Luc.13.quod acceptum homo miſit in hortum ſuum, & factum in arborē magnam, & uolucres cœli requieſcebant ſub ramis eius. In horto iam heu infructuoſæ herbæ & plantæ,nimis accreſcunt:quæ utique extirpatæ,in ignem mittuntur.Mat. 13.Colligite primū zizania,& alligate ea in faſciculos ad cōburendū.Granū ſinapis eſt Chriſtus, paruum quidē hu-

I (margin, beside first line of sermon) — K (margin, beside "medicamentum phrenetici")

militate,ſed efficax virtutę, quia iam in fide credentium arbor magna facta eſt: cuius rami ſunt exempla, & opera quæ exhibuit pro ſalute noſtra. In quibus volucres cœli, ideſt animæ fidelium per contemplationem,& amorem requieſcunt. O quam dulciter in hoc horto iſtæ volucres
L prædicando,orando,ſuſpirando,laudando cantant. Amici ſunt auſcultantes angeli,qui in tam dulci cantu pſallentium delectantur. Bern. Interſunt angeli cantantibus, aſſunt orantibus,inſunt meditantibus, ſuperſunt quieſcentibus, ordinantibus, & procurantibus proſunt. Hi amici quanto magis dulcem cantum,& dulciora orationũ verba a nobis audiunt: tanto magis amici noſtri fiunt. Eccle.6. Verbum dulce,multiplicat amicos. Vnde ipſi tanq̃ amici in morte noſtra conueniunt ad exequias Amici enim corporales,corpus ad ſepulchrum: infernales animam iniuſtam ad infernum: cœleſtes vero,iuſtam ad regnum cœleſte deportant. Luc 16. Factum eſt,vt moreretur mẽdicus,
M & por.ab an.in ſi. Abrae&c. De tertio amico multa dici poſſent, quia infidelis, & fidelis amicus, homo inuenitur. Sed de illis amicis ad præſens videamus, de quib.hic dominus ait. Facite vobis amicos &c. Iſti ſunt pauperes quos de mammona iniquitatis.i. de diuitijs temporalibus nobis amicos facimus,quum eis in temporalibus ſubuenimus. Prouer 19. Diuitiæ addunt amicos plurimos,a paupere autem,& ij quos habet ſeparantur.Videte autem vos diuites,quare pauperes amicos debetis facere. Ideo vtiq; vt cum defeceritis,recipiant vos in æterna tabernacula. Honorandi ergo ſunt tales receptores. Bern. Si patrimonium eleemoſynis emitur, pauperes non ſunt ſolũ audiendi, vt egeni, ſed vt patroni exorandi. Sed certe quilibet
N ſecundum ſuas vires dando,lucratur hos amicos Eccleſi. 14. Ante mortem,bene fac amico tuo: & ſecundum vires tuas exporrigens da pauperi Hoc patet in dimidio bonorum Zachæi, & in calice aquæ frigidæ. De quarto Hie
O rem.9. Omnis amicus fraudulenter incedet. Amicus peccatoris eſt diabolus. Amb. Sicut amat gluto porcellum, vt comedat, ſic diabolus animam peccatorum,vt perdat.
Vere

Vere fraudulentus eſſet amicus, qui amico propinaret venenum pro vino. Hoc vtique facit diabolus peccatori. Abac. 2. Væh qui potum dat amico ſuo, miſcens fel ſuum, & inebrians, vt aſpiciat nuditatem eius. Miſeri peccatores, in vino momentaneæ voluptatis, bibunt fel. Deut. 32. Fel draconum, vinum eorum, & venenum aſpidum inſanabile. Inebriat autem diabolus animam, vt aſpiciat nuditatem eius. Cum enim veſtibus virtutum in vita, & in morte veſtimento corporis exuitur: tunc omnino anima nuda aſpicitur. Iſtum nobis de mammona iniquitatis facimus amicum, pauperibus ſubtrahendo: angelos vero, & ipſos pauperes nobis facimus amicos, pauperibus erogando.

Dom. X. poſt Trin. Sermo IIII.

FAcite vobis amicos &c. vſque recipiant vos in æterna tabernacula. Tabernacula autem ſunt manſiones, de quibus Io. 14. In domo pa. m. mā mul. ſunt. Recipiuntur autem homines ad manſiones cœleſtes, per veram afflictionem: per inflictam tribulationem: per piam erogationem: per ſynceram dilectionem. De primo. Act. x. Et ſtatim receptum eſt vas in cœlum. Vas iſtud, ſicut ibidem dicitur, erat quaſi linteum magnum, in quo erāt quadrupedia, & ſerpentia, & volatilia: quod oſtenſum eſt Petro, & receptum eſt in cœlum. Linteum quod de lino tonſionibus, & laboribus multis fit, ſignificat pœnitentiā multo labore corporis, & tonſione agendam. Bern. Si vis agere pœnitentiam, punire debes membra, corpus affligere, iudicare teipſum, vt non incidas in manus Dei viuentis. Sed quidam faciunt pœnitentias laborioſas, qui non omnino relinquunt conſuetudine prauas. Ideo bene dicitur Eze. 24. Multo ſudatum eſt labore, & non exiuit de ea. i. de anima eius, minima rubigo. Ter autem linteum oſtenſum dicitur, quia in contritione, confeſſione, ſatiſfactione, pœnitentia agitur. Quadrupedia vero, auaros: ſerpentes, luxurioſos; volatilia, ſuperbos ſignificant. Hi omnes in cœlum re-

cipiunt,quotquot in linteo pænitentiæ continentur. Au. Animæ ſanctæ quæ in hoc ſeculo, aut per uitæ innocentiam puræ ſunt,aut per pænitentiæ ſatisfactionem purgā
Q tur,& a ſaluatore noſtro recipiuntur. De ſecundo nota quòd cum Tobias flagellatus eſſet captiuitate,& cæcitate, & ſpecialiter uxoris importunitate, dicit Tob. 3. Nunc domine ſecundum uoluntatem tuam fac mecum miſericordiam & præcipe. Interli. Angelis, in pace recipi ſpiritum meum. Reuera enim per tribulationem recipitur homo,ad æternam conſolationem.Actu.14.Per multas tribulationes,oportet nos intrare in regnum cælorū. Apoc. 7.Hi ſunt qui uenerunt de tribulatione magna. Sed quis in uitam æternam recipitur, uiſi qui in uita tranſitoria cum Lazaro mala recipit?Ecce angeli.Luc.16.Factum eſt autem ut moreretur mendicus, & portaretur &c. immo certe a Deo recipitur,qui cum Stephano lapidatur.Actu. 7.Domine Ieſu Chriſte ſuſcipe ſpiritum meum. Recipiuntur autem in pace, qui cum hoſtibus animæ & uitijs pacem non habent uiuentes: qui autem cum hoſtibus animæ & uitijs pacem habent uiuentes, pace carebunt morientes.Luc.19.Et quidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi,nunc autem abſcondita ſunt ab oculis tuis. Quia ueniēt dies in te & circumdabunt te inimici tui uallo: & circumdabunt te & coanguſtabunt te undique, & ad terram proſternent te &c. Nota quòd poſt malam pacem inimici noſtri dæmones in morte, circumdabunt exitum obſeruando, coanguſtabnnt ſpiritum rapiendo, proſternent
R in infernum detrudendo. De tertio dicitur hic Facite uos amicos de mam.iniquitatis,de diuitijs quæ inique acquiruntur. Vel inique id eſt non æquè diſpenſantur. Cū indignus plus uel minus abundet,uel quilibet ut dicit Gl. Mammon perdet,ut per eas depredetur homines. Sequitur.Cum defeceritis,recipient uos in æterna tabernacula. Ecce non gratis pauperi eleemoſynam dediſti,ſed hoſpitium æternum tibi conduxiſti. Auguſt. Præbe tectum, & accipe cœlum: præbe calicem aquæ frigidæ, & accipe torrentem uoluptatis æternæ. Recipe ergo pauperes, ut

recipiaris

recipiaris ab eis.Quando enim pauperem recipis,forſitan
recepiſti qui te recipiet in æterna tabernacula. Hebr. 13.
Hoſpitalitatem nolite obliuiſci &c. Vel forſitan recepiſti
Deum. Matt. 25. Hoſpes eram,& collegiſti me . Exem-
plum de quodam patre familias , de quo ſcribit Gregor.
In homilia 2.feriæ poſt paſcha. De 4.Eccleſ.48. Qui re- S
ceptus es in turbine igneo, in curru equorum . Currus
igneus in quo receptus eſt Helias in paradiſum,eſt chari-
tas,ſine qua nemo in cælum recipitur. Auguſt. Inuidere
fas non eſt eis,quæ ita perfecta ſunt,ut a ſponſo recipian-
tur. Currus autem charitas, quatuor rotas habet. Pri- T
ma eſt amor Dei. Diliges dominum Deum tuum &c. Se-
cunda amor tui. Si quis non amat ſeipſum &c. Certe
qui diligit iniquitatem, odit animam ſuam &c. Ter-
tia amor amici. Leuitic. 19. Diliges amicum tuum ſi-
cut teipſum. Quarta amor inimici. Matt.5. Diligite
inimicos ueſtros. Quicunque aliqua harum rotarum ca-
rueris,in cœlum pergere non poteris.

DOMINICA XI. POST TRINITA.

Sermo I.

CVM appropinquaret Ieſus Hieruſalem, ui- A
dens ciuitatem fleuit ſuper illam & cæte.
Luc. 19. Dominus Ieſus exemplo & uer-
bo, ad fletum nos prouocat. Exemplo,
quia ipſe fleuit in preſepio. Vnde. Va-
git infans inter arcta poſitus præſepia. Et
hic ſuper ciuitatem : & ſuper Lazarum mortuum.
Ioan. 11. & in cruce Hebr. 5. Cum clamore ualido &
lachrymis offerens , exauditus eſt pro ſua reueren-
tia. Verbo, quia dicit. Quod ſi cognouiſſes & tu. Sub-
audi fleres. Vnde Interli. quaſi fleuiſſes, quæ modo ex
ultas.Flente ergo domino pro nobis,omnes cum ipſo fle-
te debemus. Flendum autem eſt pro culpa, ut ignoſca-

tur: pro gratia, vt obtineatur: pro miſeria,vt euadatur: pro patria,vt ad eam veniatur. De primo, Matt. 26. Egreſſus foras,fleuit amare. Si Petrus pro trina negatione,tam amare fleuit, quanto plus tu pro mille negationibus flere debes. Quotiens.n. mortaliter peccaſti,totiés opere Deũ negaſti.Tim 1. Confitentur ſe noſſe Deum,factis autem ne gant. Sed quia parum valet fletus oculorum, ſine conuerſione morum: ideo dicitur Ioel.2. Nunc ergo in toto corde veſtro,conuertimini ad me,dicit Dominus, in ieiunio, & fletu &c. Certe qui eſſet in domo vndique ardenti,inſtãtiſſime laboraret eam aquis extinguere: quanto magis o ſtulte homo cum cor tuum, anima tua ardeat flammis vitiorum,extinguere debes aquis fletuum? Hierem.9. Super montem aſſumam fletum,& ſuper ſpecioſa deſerti planctũ, quia igne ſuccenſa ſunt. Montes ſunt prælati, & potentes. Deſertum eſt religio,vel eccleſia: cuius ſpecioſa ſunt bona opera,boni mores,quibus illi aſſimilantur,de quo Pſa. dicit Speciosus forma &c.Sed ſtultus homo,morté carnis alienæ deflet,non mortem animæ propriæ. Auguſt ſic ait. Culpabiliter ſe durum oſtendit,qui damna temporalium, vel mortem amici deflet,& non dolorem peccati oſtendit
B per lachrymas. De ſecundo,Oſeæ.12.In fortitudine ſua directus eſt cum angelo,& inualuit ad angelum,& confortatus eſt,& fleuit,& rogauit illum. Verbum illud dicitur de lucta,per quam Iacob obtinuit benedictionem ab angelo,ſicut legitur Gen.32. Iacob.i.quilibet fidelis,cum angelo magni conſilij.i.Chriſto luctatur,quando inſiſtit deſiderijs,& exercitijs ſpiritualibus,ad virtutes, & deuotionem ſe diſponit. Si autem in luctando,vel rogando fleuerit, benedictionem gratiæ obtinere poterit: quam non ſolum boni,qui per Iacob: ſed & mali,qui per Eſau ſignificatur,de flendo obtinent.Gene.24. Cumque eiulatu magno fleret, motus Iſaac dicit ad eum. In pinguedine terræ,& rore cœli deſuper,erit benedictio tua.Iſaac ſignificat Chriſtum. Pinguis terra,bonam voluntatem. Ros cœli, gratiam Spiri
C tuſſancti. Vides ergo quomodo fletu vincitur Deus, vnde
D de lachryma ait Bern.Accuſantibus inimicis &c. Require

in ſermone. Qui lotus eſt &c. De tertio. Enumeratis multis miſerijs, dicitur Iob. 16. Facies mea intumuit fletu &c. Eſt autem miſeria triplex deflenda, uidelicet corporalis, propria, & aliena. Vnde cum flente Suſanna, flebant omnes qui nouerant eam. Iob 30. Flebam quondam ſuper eo qui afflictus erat &c. Si autem fles cum flente proximo, quanto magis flere debes cum flente Chriſto, qui etiam pro te fleuit in patibulo? Ber. Fleuit Chriſtus in cruce &c. Require in ſermone. Colligite &c. Item deflenda eſt miſeria ſpiritualis, quod hic ſignificatur in fletu domini, cum dicitur, Videns ciuitatem &c. Ciuitas enim Dei, uel diaboli, eſt homo, qui patitur omnia ſpiritualiter, quę hic dicuntur de Hieruſalem corporaliter. Item æternalis. Eſa. 22. Recedite a me, amare flebo dies occiſionis & conculcationis & fletuum. Occiſorum. ſ. per mortem æternam. Conculcantur corpora in ſepulchro a tranſeuntibus: animæ in inferno a dæmonibus: in iudicio autem ſimul utraque a ſanctis triumphantibus. Malach. 4. Conculcabitis impios &c. & maxime a Chriſto Pſal. Ponam inimicos ſcabellum pedum tuorum. Huius triplicis miſeriæ pericula miſer homo naſcendo incurrit. Vnde bene flendo naſcitur. Aug. Quid eſt quòd anima non a riſu, ſed fletu orditur hanc lucem? quòd malorum uallem ingreſſa ſit, prophetat quodammodo. De quarto Pſal. Super flumina ba- B
bylonis illic ſedimus & fle. Flumina babylonis ſunt mundi concupiſcentiæ uel miſeriæ. Sion interpretatur ſpeculum uel ſpeculatio, & ſignificat patriam iu qua æterna ſpeculatio eſt trinitatis, pro qua merito flent exules. Pſa. Hei mihi quia incolatus meus prolongatus eſt. Ber. Futura non ſapis, neque gaudia concupiſcis, ſi non quotidie poſtulas ea cum lachrymis. Et nota quòd ſicut per aquas quilibet in naui faciliter ducitur ad terram, ſic in naui pænitentiæ per aquam fletuum, per torrentem lachrymarum adducitur quis ad patriam cęleſtem. Hier. 31. In fletu uenient, & in miſericordia reducam eos per torrẽtem aquarum in uia recta, & non impingent.

Dom. XI. poſt Trin. ſer. II.

F SI cognouiſſes & tu. Luc. 19. Et tu ſubaudi fleres.
Quadruplex cognitio te miſer homo, ad fletum de-
bet prouocare. Si enim cognoſceres in tranſgreſſio-
ne, peccati fœditatem, retributionis æquitatem, redem-
ptionis charitatem, reſolutionis ſiue mortis calamita-
tem, bene flere deberes. De 1. Pſal. Iniquitatem meam
ego cognoſco. O peccator cognoſce ſicut Dauid, iniqui-
tatis tuæ grauitatem. Pſal. Sicut onus graue &c. Item mul
tiplicitatem. Pſalm. Multiplicatæ ſunt ſuper capillos capi
tis mei. Paralipo. ultimo. Peccaui ſuper numerum arenæ
maris. Item fœditatem, quia putredo eſt omnis iniqui-
tas. Pſal. Putruerunt & corr. ſunt ci. &c. Cicatrices ſunt
uulnera. Gloſs. Vulnera ſanata ſunt per baptiſmum,
uel per pænitentiam, quæ putreſcunt, cum peccato iterũ
conſentitur. O quàm fœda & fætida eſt coram Deo pec-
catorum putrefactio. Augu. Quam tolerabilius canis pu-
tridus fætet hominibus, quàm anima peccatrix Deo. Ne-
ceſſe certe eſt quòd homo cognoſcat peccata ſua. Quo-
modo enim inimicitiæ pacificarentur, quomodo morbi
ſanarentur, ſi non eſſe cognoſceretur? ſic certe pacem cũ
Deo, cum angelis, & quandoque cum hominibus, & cura
tionem animę & quandoque corporis conſequi non po-
tes, niſi cognoſcas per contritionem, per confeſſionem pec
cata tua. Hiere. 8. Expectauimus pacem, & non erat bonũ:
tempus medelæ, & ecce formido, peccauimus enim do-
mino. O ſi peccata tua cognoſceres, quantum cum Petro
flere poſſes, Luc. 22. Egreſſus foras, fleuit amare. Aug. Qui
ſe cognoſcunt &c. Require ſupra in ſermone. Eſt puer v-
nus hic &c. De ſecundo Pſ. Cognoui domine, quia æqui-
G tas iudicia tua. Illa utique iudicia, de quibus ille habebat
diademata multa, & gladium ex utraque parte acutum,
commendatur cum dicitur. Apo. 19. Cũ iuſtitia pugnat, &
iudicat iuſtum iudiciũ, cũ diademate coronare bonos: gla
dio ferire & pugnare contra malos. Cognoſce miſer ho-

mo iudicia Dei nunc in mundo ſalubriter, ne in iudicio cognoſcas tunc inutiliter. Bern. Cognoſcetur certe dominus iudicia faciens, qui nūc ignoratur miſericordiā quærens. O ſi peccator, Dei cognoſceret iudicium, quo fletu flere poſſet? Vnde de mundo, aut de anima peccatrice, ſub figura babylonis, ſic dicitur. Apo. 17. Quam flebunt & plāgent ſuper illam reges terræ, dicentes. Væh væh væh ciuitas illa magna babylon, quoniam in una hora uenit iudiciū tuū. Væh pro peccato cordis, Vęh ꝑ peccato oris, Vęh pro peccato operis. Melius eſſet hic flere, quàm æternaliter. Matt. 13 Ibi erit fletus & ſtridor dentium. De 3. H
1. Io. 3. In hoc cognouimus charitatem Dei, quoniam ipſe pro nobis anīam ſuam poſuit. Sicut. n. Ionas animam ſuā poſuit, ut alij ſaluarentur in naui: ſic Chriſtus ut in naui eccleſiæ ſaluaremur. O ſi homo recte paſſionis charitatē Chriſti agnoſceret, quanta Chriſtus, amore noſtri in capite, in manibus, in pedibus, in dorſo, in collo, in facie, in ore, in morte ſuſtinuit: bene flere poſſet. Ipſe enim iudex noſter, de cuius morte dicitur per figuram de morte Iudæ. 1. Macchab. 9. Fleuerunt eum omnis popnlus Iſrael planctu magno. Quomodo cecidit potens, qui ſaluum faciebat populum Iſrael? &cæ. Et quis poſſet tranſire ſiccis oculis, quòd lancea militis, latus transfixit ſaluatoris? potius tamen flere debet peccator uulnera animæ ſuæ, pro quibus Chriſtus patitur: quàm uulnera que corpus Chriſti patitur. Luc. 23. Filiæ Hieruſalem nolite flere ſuper me, ſed ſuper uoſipſas flete. De quarto ſpecialiter. Si cognouiſſes & tu. Hæc enim anguſtia fit I
homini in morte, ubi inimici dæmones hominem circundant, exitum obſeruando, ſicut canes circundant cadauer. Item coanguſtant animam rapiendo Thren. 1. Omnes perſecutores eius apprehenderunt eam inter anguſtias. Item proſternunt in infernum ducendo. O ſi homo tantas mortis anguſtias cognoſceret, quomodo fleret? Vnde cum Ezechias audiſſet ſe moriturum, conuertit faciem ſuam ad parietem, & fleuit fletu magno, ut dicitur. Eſa. 38.

Paries ſignificat pænitentiam peccati, quod diuidit inter nos & Deum. Qui iſtum parietem manu tetigerit, ipſum propria conſcientia, tanquàm ſerpens in morte non mordebit. Amos. 5. Quomodo ſi fugiat uir a facie leonis, & occurrat ei urſus, & ingrediatur domum eius, & innitatur manu ſuper parietem, & mordeat eum coluber. Leo eſt iudex. Vrſus eſt diabolus. Coluber (ut dicit Glo.) eſt propria conſcientia. Per iſtam enim arctatur homo in morte.

Dom. XI. poſt Trin; Sermo III.

CIrcundabunt te, & coanguſtabunt te undique. Luc. 19. Inimici, qui animabus hominum iſta mala facient, dæmones ſunt, qui animas circundant in mundo: coanguſtant in extremo, proſternunt in inferno. Circundant in tentatione, coāguſtant in expiratione, proſternunt in damnatione. Circa primum, nota quàm periculoſum ſit, quando homo circundatur hoſtibus, & fluctibus, uel ignibus. Et certe miſera anima quotidie circundatur inimica malignitate: mundi fluctuoſa tempeſtate: carnis ignea uoluptate. De primo. Pſalmi. Circumdederunt me canes multi, concilium malignantium obſedit me. Canes malignantes ſunt dæmones, qui plus animam tuā, quam canes feram perſequuntur. Bene autem dicitur, Cōcilium malignantium obſedit. Sicut enim caſtrum ab hoſtibus ferociſſimis: ſic anima humana obſidetur a dęmonibus. Eccle. 19. Perfecta eſt obſidio. Ber. Heu me dominę Deus, quia undique mihi mala, vndique tela uolant, undique pericula, undīque impedimenta: quoquo uertam me, nulla undique ſecuritas. Require in ſermone, Tunc aſſum
L pſit. De 2. Ionæ 2. Circundederunt me aquę uſque ad animam meam &c. Mare eſt mundus, in quo Ionas id eſt, quilibet iuſtus, aquis miſeriæ & fluctibus circundatur, quàm diu dies huius uitæ durat. Pſal. Circundederunt me, ſicut aqua tota die &c. Tu ergo ne ſubmergaris, maneas in na-
M ui pœnitentiæ quotidie. De tertio. Pſal. Circundederunt

ſicut

ſicut apes,& exar.ſicut ignis in ſpinis. Senſus carnis ſunt, quaſi apes,mel delectationis carnalis colligentes, & aculeum remorſionis in conſcientia relinquunt. Sicut enim apes in floribus, ſic ſenſus in delectationibus uagantur. Spinę autem ſunt peccatores,rancoribus & iniurijs & ſcādalis alios lacerantes.Inter quos anima innocens eſt ſicut lilium inter ſpinas,dum non uulneratur per eorum malitias.Greg.Flores inter ſpinas producuntur, roſa quæ redolet,creſcit cum ſpina quæ pungit. Sicut ergo ignis in ſpinis, ſic ſenſuum concupiſcentiæ,in peccatotibus ardeſcunt. Sequitur. Et coanguſtabunt te undique ſcilicet in morte,tunc enim coanguſtabitur anima corporis infirmitate,iudicis ſeueritate,dæmonis crudelitate. De primo, Nota quantum anguſtatur homo, quando in morte oculi frauguntur,cor ſuffocatur,omnia membra torquentur,anima ab omnibus membris ſoluitur. Vnde de Manaſse uinculis arctato,dicitur.2.Paralipo.35.Poſtquàm coanguſtatus eſset,orauit dominum,& egit pænitentiam ualde. Sicut enim captiui coanguſtantur uinculis, ad extorquendam pecuniam: ſic infirmitatibus,& aduerſitatibus coanguſtat nos Deus, ad ſoluendam pecuniam & iuſtitiam. Pſalm.Imple.fa.eo.ignominia. Sed heu quidam poſtquā uincula Dei euadunt,Deo emendationem nullam perſoluunt. Væh eis,quia dum iterum comprehenduntur,grauioribus uinculis coanguſtabuntur.Mat.22.Ligatis manibus &c. De 2. Nota quòd ſicut ſponſa cum adultero iacens in ſtrato, coanguſtatur ſuperueniente ſponſo cum gladio:ſic anima adultera diaboli, coanguſtabitur in morte:quando ſponſus Chriſtus,ſuperueniet cum gladio dānationis æternæ.Eſa.28.Coanguſtatum eſt enim ſtratum: ita ut alter decidat, & pallium breue utrumque operire non poreſt. Interli. non capiet me & adulterum,ſcilicet diabolum.Nemo poteſt duobus dominis &c. Stratum eſt cor: Pallium amor.De tertio dicitur hic. Coangnſtabunt te undique, quia ſnbtus & ſupra, intus & exterius. Thre. 1. Omnes perſecutores eius,apprehenderunt eam inter anguſtias.Gre. Maligni ſpiritus,undique animam anguſtant:

N

O

P

guſtant: quando ei non ſolum operis, uerum & locutionis etiam, inſuper cogitationis iniquitates replicant. Se
Q quitur, Et ad terram proſternent te. Ad terram utique de qua Iob. 10. Terram miſeriæ &c. Proſternitur autem homo corporaliter, ſpũaliter, uniuerſaliter. Corporaliter ſepulchro. Spiritualiter in inferno. Vniuerſaliter in iudicio. De 1. Heb. 3. Quorum cadauera proſtratis in deſerto. Gre. Anima pro reatu cogitationis ſuæ, ad terram conſternitur, dum caro, quam uitam ſuam credidit, redire ad pul
R uerem urgetur. De 2. dicitur hic. Ad terram proſternent te. Ecce homo elige quod uis. Vel dæmones proſternent te ĩ inferno, uel tu eos proſternes in mundo: maxime autem proſternes eos per orationem, & bonam manus operationem 2. Mach. 15. Manu quidem pugnantes, ſed Deũ
S cordibus orantes proſtrauerunt 35 millia. De 3. Eſa. 14. Proſtratione philiſtæa, omnis Philiſtæi. i. malignantium eccleſia, uel quilibet peccator, qui ante iudicium damnationis, proſteruitur tantum in aĩa, ſed in iudicio proſternitur oĩs. i uniuerſaliter corpus & aĩa, ſenſus & oĩa membra. tunc proſternetur in gehenna, qui nunc proſtratus eſt in culpa. Hier. 3. Vide nunc ubi proſtrata ſis.

DOMINICA XII. POST TRINIT.
Sermo Primus.

A PVblicanus a longe ſtans &c. Luc. 18. Quicunque in mundo ſtat in pænitentia, & in iuſtitia: in iudicio ſtabit in magna conſtantia. In hac ergo uita, ſtare dẽt homo, ad ſeruiendũ Deo retribuẽti: ad acquieſcendũ angelo cuſtodiẽti: ad ſubueniendum proximo indigẽti: ad reſiſtẽdũ diabolo inuadẽti. De 1. Eccl. 2. Fili accedẽs ad ſeruitutẽ Dei, ſta in iuſtitia & in timore. Per iuſtitiã bonũ facis, per timorem malũ fugis. Et certe a iuſtitia bene uiuendi, uel recte iudicandi, neq; timore mortis cedere debes. Eccl. 4. Pro iuſtitia agonizare pro anima tua, & uſq; ad mortẽ certa pro iuſtitia,

&

& Deus expugnabit per te inimicos tuos. Et certe ſic in ti more ſp eſſe debes, ſicut illi, qui in periculis ſunt maris. Iob. 31. Semper. n. q. tumentes ſuper me fluctus timui. Dei ergo timor & iuſtitia, nõ ſolũ ſunt. q. duo crura. quibus for titer ſtamus: ſed ẽt. q. duo brachia, in quibus Chriſtũ por tamus. Vnde de Symeone Chriſtũ in ulnis portante, dicitur. Lu. 2. Homo iſte iuſtus &c. Libenter ſtare poſſumus ad ſeruiendum Deo, quia ipſe ſtat ad remunerandum nos. Vnde Stephanus iam remunerandus dicit Act. 7. Ecce uideo cæ. aper. &c. De 2. dicitur Zacha. 3. Oſtendit mihi Deus ſacerdotem magnum Ieſum ſtantẽ corã angelo. Ecce chariſſimi corã angelis ad oẽ bonũ nos incitãtibus, ſtare debemus, ut eis acquieſcamus, neq; retro recedamus: ne gaudiũ quod de noſtra cõuerſione habuerũt minuam⁹. Væh tibi quicunq; es, qui deliberas redire ad lutũ, cõuer ti ad uomitũ. putas quòd placatos hẽbis in iudicio, quos mõ tanto & ſperato priuare uis gaudios Et quia corã angelis ſtamus, mirũ eſt quòd eis preſẽtibus audemus facere quod corã hoĩbus facere nõ audemus. imo ita ſẽper eſſe deuoti deberemus, ac ſi ſingulos uideremus. Pſa. In conſpectu angelorũ &c. Libenter ſtare poſſumus ad obtẽperandũ eis, quia ipſi ſtant ad promouendũ nos. Apo 8. Stetit angelus ante altare. h. tu. au. &c Vide ergo ut incenſum orationis, ſæpe ponas in turibulũ angeli tui, ne ad tuã uerecundiam uacuo thuribulo ſtes coram Deo. Fumus aũt de incenſo orationis aſcendens, deuotionem ſignificat. De 3. Luc. 19. Stans autem Zacheus dicit ad dominum. Ecce dimidiũ bonorũ &c. Vide ad quid ſtare debes, quia ad ſubueniendum egenis. Vnde dicit, do pauperibus Itẽ ad ſatis faciendũ leſis. Vnde ſi quẽ defra. r. quadruplũ. Vnde nõ eſt ſatis quòd pauperibus erogaueris. Eccl. 34. Qui offert ſacrificiũ de ſubſtãtia pauperis. q. qui mactat filiũ in cõſpectu patris ſui. Ioa. Chry. De ſanguine miſerorũ tollere & Deo offerre: illud nõ eſt Deo offerre, ſed uiolẽtię ſuę ſociũ facere Deũ, ut ſibi oblatã pecuniã de peccato libẽter accipiat, & ſic cõſẽtiat pctõ. Libẽter ſtare poſſum⁹ ad ſubueniẽdũ, & ad ſatisfaciẽdum ꝓximis, ut & ipſi ſtent ad indulgen-

B

C

dulgendum & orandum pro nobis. Dimittite ſi quid habetis aduerſus aliqu m. Sed certe multi ſtant ad orandũ pro alijs, qui potius ſtare deberent ad orandum pro ſeipſis, ſicut iſte publicanus, alon. ſte. &c. Aug. Si non ſum dignus orando oculos leuare, certe non ſum dignus eos uel
D cæcare plorando. De 4. Epheſ. 6 Accipite armaturã Dei, ut poſſitis reſiſtere in die malo, & in omnibus perfecti ſtare. State ergo ſuc. lum. v. in uerirate, & induti loricam iuſtitiæ. Armatura noſtra, uirtutes ſunt, quibus contra uitia armamur, ſicut manſuetudine contra iram, continentia cõtra luxuriam, humilitate contrà ſuperbiam, & ſic de alijs uirtutibus. Rom. 13. Induamur arma lucis. Certe nullus ita ſtultus eſt, qui libenter pugnet nudus, contra inimicum mortalem bene armatum. Et ecce diabolus fortiſſimus inimicus noſter, armatus eſt contra nos aſtutijs & nequitijs multis. Luc. 11. Cum fortis armatus &c. Certe ſi uiriliter in armis ſtas uirtutum, contra diabolum in mundo, coronam uictoriæ habebis per Chriſtum in cælo. Au. Non debet frangi cum præliatur, qui uult poſt prælium coronari. Vires ille ſubminiſtrat certantibus, qui preparat ineffabilia bona uictoribus. Libenter ſtare poſſumus, ad reſiſtendum diabolo, quia ipſe ſtat ad impugnandum nos. Zacha. 3. Sathan ſtabat a dextris eius, ut aduerſaretur ei.

Dom. XII. poſt Trin. ſer. II,

E DEus propicius eſto mihi peccato, Luc. 18. Propiciationem Dei meretur homo per quatuor, ſcilicet per ueram confeſſionem: per fraternam condonationem: per deuotam orationem: per piam erogationem. De primo Eccle. 17. Quam magna miſericordia Dei, & propiciatio illius, conuertẽtibus ad ſe. Si ergo uis quòd propicietur tibi Deus, conuertaris ad Deum, reuertaris a diabolo, conuertaris ad uirtutes, reuertaris a uitijs. Hier, 36. Reuertatur unuſquiſque a uia ſua peſſima, & propi-

eius ero iniquitati & peccato eorum, &c. Via peccatorũ mala eſt, committendo culpam: peior, extinguẽdo gratiã: peſſima perdendo gloriam. Ideo bene dicitur ſupra, quòd F
magna eſt propiciatio Dei, conuertentibus ad ſe. Magna namque tripliciter uidelicet in remiſſione culpę, pſalm. Qui propiciatur omnibus iniquitatibus tuis. De hac propiciatione, noli ſtulte praſumere: neque propter Dei magnam miſericordiam tuam pœnitentiam negligas. Eccle. 6. De propiciatu peccatorum, noli eſſe ſine metu &c. Neſcis.n. ſi uera ſit tua conuerſio: ſi accepta Deo ſatisfactio tua. Iſido. Quamuis per pænitentiam propiciatio peccatorum ſit ſine metu: homo tamen eſſe non debet, quia pænitentiæ ſatisfactio, diuino tantum penſatur iudicio non humano. In conſeruatione gratiæ, quòd enim quotidie non labimur, quòd a diabolo non iugulamur, quòd à Deo non derelinquimur, ex Dei propiciatione eſt. Nee. 9. Tu autem Deus propicius & clemens, longanimis & multę miſericordiæ, non dereliquiſti nos. Item in collatione gloriæ. Nu. 14. Si dominus propicius fuerit, inducet in eã & tradet nobis humum lacte & melle manantem. De ſecundo 1. Reg. 24. Propicius ſit mihi dominus, ut non mittam manum meam in Chriſtum domini. Certe cui dominus tam propitius eſt, quòd ei gratiam parcendi proximis retribuit: multo eidem propicior erit, dum pepercerit. Aug. Vnuſquiſque talem indulgentiam accepturus eſt à Deo, qualem impendit proximo. Propitius ergo erit tibi Deus, ſi tu propicius fueris proximo, ipſum non grauando: ſicut iam oſtenſum eſt in Dauid. Item grauamen non affectando quidam alios ledere nolunt, ſi tamen læduntur, diligunt: placet quòd non placet ſi rancorem non ſeruarent. Contra quod dicitur Eccle. 28. Ipſe dum caro ſit ſeruat iram, & propiciationem petit à Deo, qualem impendit proximo. Item grauamen eius alleuiando & ſecũ portando. Pſal. Apud te propitiatio eſt, & propter legem tuam. &c. Glo. Sine lege miſericordiæ & ueritatis, quia alter alterius onera portate, legem nullus ſuſtinet, uel fruſtra ſuſtinet. Qui ergo hanc legem ſeruando, dominum ſuſtinent,

ſtinent, apud dominum propiciationem inuenient. De 3.3.Re.8.Exaudies in cælo orationem eorum,& facies iudicium eorum,& propi.po.t.&c. Propiciatur homini dominus, propter orationem factam a ſeipſo, a proximo,a Chriſto.& ſeipſo.Vnde hic dicitur. Percutiebat pec.ſuum &c.Licet percutiendum eſset os & manus & omnia membra iniquitatibus ſubiecta,præcipue tamen cor & pectus, unde omnia peccata exeunt &c.Item propter orationem factam a proximo.Amos.7. Deus propicius eſto obſecro. Et ſequitur,miſertus eſt dominus ſuper hoc. Et Iacobi 5. Orate pro inuicem ut ſaluemini. Item propter orationē factam a Chriſto 1.Io.2. Aduocatum habemus apud dominum Ieſum Chriſtum iuſtū, & ipſe eſt propiciatio pro peccatis noſtris. Quis autem dubitet omnes ſanctos cum Chriſto orare,qui uident eum pro nobis aduocando orare?Aug.Dominus noſter Ieſus Chriſtus adhuc interpellat pro nobis,& omnes martyres, non tranſeunt interpellationes eorum,niſi cum trāſierit gemitus noſter. De quar-

I to.Exo 30. Suſceptam pecuniam quæ collata eſt a filijs Iſrael, trades in uſus tabernaculi, ut ſit in monimentum eorum coram domino, & propicietur animabus eorum. Quicunque etgo ad cultum Dei, uel etiam ad neceſſitatem pauperum tribuis, ad propiciationem tibi proderit. Dan.4.Peccata tua eleemoſynis redime &c.Aug. Redime te,homo de uiuis.Require ſupra in ſermone. Eſtote miſericordes.O homo uilia omnia temporalia ſunt. Da ergo pro tua propiciatione illius amore uiliſſima, qui ad propiciationem tibi dedit ſpecioſiſſima.Dedit enim pater filium.1.Io.4. Miſit filium ſuum propiciationem pro peccatis noſtris.Item filius dedit ſanguinem. Rom.3. Propoſuit Deus propiciatorem per fidem in ſanguine ipſius. Item beata trinitas dedit nomen ſuum. Pſalm. Propitius peccatis noſtris, propter nomen tuum. de quo nomine. Matt.ultimo.Baptiza.eos in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti. Vide ergo miſer quod tempus propiciationis nunc negligas. Eccle. 18. Ante iudicium interroga teipſum,& in conſpectu Dei inuenties propiciationem.

Domi-

Dom.XII.poſt Trin.fer.III.

DEſcendit iuſtificatus in domum ſuam ab illo Luc. H
18.Domus eſt ecclesia uel conſcientia.Conſiderandum autem eſt quod quadruplex eſt deſcenſus.Deſcendunt.n. homines per tranſitionem mortalem, per humiliationem pænitentialem,per reſolutionem corporalē,per demerſionē infernalem. De 1.Eſa.31.Væh qui deſcendunt in ægyptum, ad auxilium in equis ſperantes. Aegyptus interpretatur tenebræ. Veh ergo qui deſcendunt in tenebras peccatorum, quoniam propter tenebras neſciunt quando cadant in foueam inferni. Prou.4. Via impiorum tenebroſa,neſciunt ubi corruant. Equi corpora noſtra ſunt. Vnde ibidem 31.Equi eorum caro & non ſpiritus.Hos equos ſpiritus rationales ſiue animæ regere debent,tanquam milites eis inſidentes. Iob.7.Militia eſt uita hominis ſuper terram. Si in hocequo bonus miles fueris,& hoſtes ſuperaueris, tunc coronaberis:& quanto equo fuerit pugna diuturnior, tanto erit corona glorioſior.Greg.Labor protrahitur pugnę, ut creſcat corona uictoriæ. In equis autem male ſperant qui de fortitudine & ſanitate corporis præſumentes, differunt pænitere, & ſæpe fallimur Pſal.Fallax equus ad ſalutem,quoniā ante quam ſciant, mortis lancea equo transfixo eijcientur.
De ſecundo.Eſa.47,Deſcende,ſede in puluere,uirgo filia L
babylon. Babylon confuſio interpretatur Filia babylonis eſt aīa peccatrix, confuſa corā Deo & corā angelis ęternaliter confundenda. Hier. 22. Confunderis & erubeſces ab oī malitia tua. Neque obſtat quòd talis anima uirgo dicitur.Eſt.n.quandoq; uirgo per apparentem integritatem corā hoibus, ſed eſt meretrix peſſima,per occultam iniquitatē corā Deo & angelis. Quandoq; homo apparet fidelis & comes uel amic⁹,& eſt traditor, uel adulter,uel inimicus.Ber. Si iudicantium ſuper faciem,uerbo & uul-

tu hominum ſimulator illudat opinionem: ſed non eius qui iudicat renes & corda, fallit uel euadit iudicium. Talis ergo anima, & ſi uidetur uirgo, tamen fatua non habẽs oleum charitatis. Ad quid autem homo deſcendere de-
M beat docet Eſa. cum dicit. Sede in puluere, mole farinam, denuda turpitudinem tuam, tranſi flumina. Sedere enim debes in puluere, per mortis iugem recordationem. Qui enim quòd puluis futura eſt caro non recogitat, non ſedit in puluere, ſed tranſit. Molere autem debes, per pœnitentiam, per ueram contritionem. Mola enim inferior eſt timor gehennæ: ſuperior uero ſpes gloriæ, inter quas uoluntatem malam, & carnalia deſideria conterere debes, ſed aqua lachrymarum neceſsaria eſt ad molendum. Denudare quoque debes turpitudinem tuam per confeſſionem: & tranſire flumina concupiſcentiarum per bonam
N uitam, & per ſatisfactionem. De tertio. Pſal. Quæ utilitas in ſanguine meo, dum deſcen. in cor. Quod quilibet homo poteſt dicere. Quæ utilitas in ſ.m. tam nobili, tam ſuperbo, tam luxurioſo, tam furibundo, & multa mala faciendo, dum deſcendo in corruptionem? ſed oportet eum corrumpi putredine. Iob. 13. Quaſi putredo conſumendus ſum &c Horribiles tineæ ſunt ſerpentes & uermes, ueſtimentum animæ id eſt corpus in ſepulchro comedentes, neque imperiali, neque papali ueſtimento parcentes. Vnde Greg. papa de ſeipſo ait: quòd ego nimirum non longe poſt futurus poſt hominem uermis, atque poſt uermem
O puluis. De quarto. Eſa. 5. Dilatauit infernus animam ſuã, & os ſuum aperuit abſque ullo termino: & deſcendẽt fortes eius & ſublimes glorioſique eius ad eum. Poſsunt ergo peccatorum animæ in multitudine magna in inferno habitare poſt eius dilatationem, Poſsunt etiam ſine obſtaculo intrare per oris eius apertionem. Deſcendunt autem fortes per potentiam: ſublimes per excellentiam: glorioſi per opulentiam, qui talibus abutuntur. Fortes utique in proximorum oppreſſione: ſublimes in honorum ambitione: generoſi in rerum poſseſsione. Quid mirum, ſi peccatores deſcendunt, cum ſint lapides. Lapides enim

cito

cito deſcendunt ad fundum. Exo. 15. Deſcenderunt in profundum quaſi lapis. de quo profundo dicitur Lucifero. Eſa. 14. Ad infernum traheris, in profundum laci.

DOMINICA XIII. POST TRINIT. Sermo Primus.

STatim apertæ ſunt aures eius. Marc. 7. A
Aperire debemus oculos, aures, os, manus. Oculos ad credendum fideliter: aures ad obediendum humiliter: os ad loquendum utiliter: manus ad ſubueniendum miſericorditer. De primo. Io. 10. A ſeculo non eſt auditum quòd quis aperuit oculos cæci nati. De his oculis Ephe. 1. Pater gloriæ dat nobis oculos ſapientię & reuelationis in agnitionem eius, illuminatos oculos cordis noſtri. Aperiũtur autem per ſputum & lutum. Vnde uerſus. Eſt caro noſtra lutum; patris ſapientia ſputum. Bene autem ſapiẽtia quæ eſt filius Dei ſignificatur per ſputum de ore procedens Eccl. 24. Ego ex ore altiſſimi prodij. &c. Lutum ergo eſt caro noſtra Iob. 10. Memento quæſo quòd ſicut lutum feceris me &c. Regratiemur ergo Dei filio, quòd in lutum ſe poſuit propter nos, ut nos de luto uitiorum extraheret. Pſal. Eripe me de luto, ut non infigar &c. Lutum ergo cum ſputo ſuper oculos ponitur, quando uerbum caro creditur: & ſic poſt lotionem baptiſmi, illuminantur oculi animarum: quia dum diuinitas defectum carnis ſuſcepit, humanum genus lumen quod amiſerat recepit. Hoc utique colliriũ gratis recipere poſsumus, & gratis illuminari per Chriſtum. Ro. 3. Iuſtificati gratis per gratiam ipſius &c. De ſe- B
cundo dicitur hic. Statim apertæ ſunt aures eius. O quã apertas aures habent ſcholaſtici coram magiſtro, ut capiant & teneant lectionem, ne uerberentur uirga correctionis? Sed & nos debemus habere eas apertas, ne uerberemur uirga damnationis. Eſa. 50. Vt audiant tanquã ma-

 giſtrum.

giſtrum. Dominus Deus aperuit mihi aurem,ego autem non contradico,retrorſum non abij. Quomodo autem aperiantur, oſtenditur hic, quia miſit digitum in auriculam eius. Digiti Chriſti,ſunt dona ſpiritus ſancti. Vnde Luc.11.In digito Dei eijcio dæmonia.&c.Ecce apparet,ꝙ clauſas habuit aures,ideſt inobedientes: digito Dei,ideſt ſpiritu ſancto non tanguntur. Vnde adhuc a diabolo non ſunt liberati,qui ſolum hoc digito eijcitur.Tales ergo cōtumaces aures ad obediendum, quando non aperiuntur Dei digito, neceſſe eſt ut quandoque feriantur Petri gladio.i.ſententia excommunicationis.Lu.22.Amputauit auriculam eius dextram.Non percuſſit aliud membrum quā auriculam,quia ſola inobedientia contumax excommunicationis gladio ferienda eſt. Quidam autem non attendentes,manum,pedem, & quodcunque membrum amputant, quando propter quamlibet cauſam excōicationis ſententiam fulminant. Nihilominus tamen gladius ille ſemper timendus eſt.Greg.Vtrum iuſte an iniuſte obliget paſtor:paſtoris tamen ſententia timenda eſt. Væh ei qui ſubeſt iniuſte, ſi forſitan ligatur, ipſam ſuæ obligationis

C ſententiam ex alia culpa meretur. De tertio.Apertū eſt illico os eius &c.Hoc dicitur de Zacha. Luc.1. Debemus autem os aperire,ad orandum,Eccl.39. Aperiet os ſuum in oratione &c.Item ad docendum.Prou.vltim. Os ſuum aperuit ſapientiæ. Item ad confitendum & alia quæcunque iuſta ſunt loqnendum. Ibidem. Aperi os tuum muto & cauſis omnium filiorum qui pertranſeunt. Aperi os tuum, hoc eſt decerne quod iuſtum eſt, & iudica inopem & pauperem.Mutus debet eſſe confeſſor,ut nihil reuelet. Os aperire debet ad utilia,non ad turpiloquia, vel ſcurrilia,vel inutilia.Vnde Epheſ.4. Omnis ſermo malus,de ore veſtro non procedat: ſed ſi quis bonus eſt,ad ædificationem fidei, ut det gratiam audientibus. Timendum enim eſt,ne ſicut ad bene loquendum aperit os tuum Dominus: ita ad male loquendum aperiat os tuum diabolus. Ioannes Chryſoſtom. Omnis ſermo malus qui dicitur, immundo ſpiritu dictante profertur. De quarto.

Prouer.

Prouer.ulti. Manum ſuam aperuit inopi. Deutor.15. Ego præcipio tibi, ut aperias manum tuam fratri egeno, & pauperi qui tecum uerſatur in terra. Fruſtra aperient manum ad præmium accipiendum, qui eas nunc claudunt ad benefaciendum. Vnde uulgariter dicitur. Væh manui libenter accipienti, & nihil danti. Eccl.4. Non ſit porrecta manus tua ad accipiendum, & ad dandum collecta. Sicut ergo mendicus ſomnians ſe habere magnum theſaurum in manu, dum uigilat nihil inuenit: ſic anima peruerſi diuitis euigilantis in morte. Pſal. Dormierunt ſomnum ſuum &c. Auguſt. Tranſit ſomnus iſte, tranſit vita iſta, & nihil inueniunt in manibus ſuis, qui nihil poſuerunt in manu Chriſti.

Dom. XIII. poſt Trinit. ſer. II.

SOlutum eſt uinculum linguæ eius. Mar.7. Vinculum quo diabolus animam ligat, eſt peccatum: quo peccator ligatur pedibus per prauum affectum: manibus per iniquum tactum: collo, per nociuum uerbum: lingua, per indebitnm ſilentium. De primo. Hierem, 39. E
&l. Oculos Sedechiæ eruit, & uinxit eum compedibus, & duxit eum rex Babylonis in Babylonem, & poſuit in domum carceris, uſque ad diem mortis ſuæ. Oculus dexter interior hominis, eſt reſpectus ad gloriam æternam: Siniſter vero reſpectus ad gehennam. Eccleſ. 11. Oculi ſapientis in capite eius, ſtultus in tenebris ambulat, Oculum ſiniſtrum multi habent: dextrum vero ſoli ſapientes. Ille vero ſapiens, cuius animus in Chriſto: cuius interior oculus erigitur ad ſumma. Hunc diabolus eruit, quando homo neque pœnam, neque gloriam reſpicit, uel timet pedes affectuum. Tunc uincit eum uinculo, quando ſenſus ad peccandum trahit: poſtea in Babylonem adducit, dum in multitudine, uel enormitate peccatorum hominem

confundit. Babylon enim cõfuſio interpretatur. Poſtea in inferni carcerem mittit. Qui hæc uincula uult euadere, debet uirtutes Ioſeph habere, de quo Sap. 10. In uinculis non dereliquit eum. In illis utique uinculis de quibus Pſalm. Humiliauerunt in compedibus pedes eius &c.
F De ſecundo. Eſa. 45 Poſt te uinctis manibus pergent, & te adorabunt & deprecabuntur. Vincula manuum, ſunt peccata operum. Certe ad patibulum itur, quando manus furis ad tergum uincitur. O quanta inſtantia & gemitu, tunc fur liberari petit. O quanta promittit. Sic miſer homo, qui uinctis per peccatum manibus, ad patibulum inferni trahitur, inſtare dēt orationibus ut liberetur. Ideo bene dicitur, quòd uinctis manibus deprecabuntur. Vinctis enim miſeretur dominus, & eos libenter exaudit. Pſa. Exaudiuit pau. dominus, & uinctos ſuos non deſpexit. Immo quod plus eſt, dominus ut manus noſtras a uinculis liberaret, manus ſuas vinciri fecit in cruce, immo ante crucem uinctus fuit. Mat. 27. Vinctùm adduxerunt eum, & tradiderunt Pontio Pilato &c. Ber. Vide homo, quò amore te dilexit Deus: vt veſtigia eius imiteris: pro te ligatus eſt, ut à vinculis peccatorum ſoluereris. Ecce quàm potens fuit manus Chriſti, qui uinctu manuum ſuarum, noſtra vincula ſoluit. Gen. 49 Diſſoluta ſunt uincula manuum & brachiorum eius, per manus potentis Iacob His vinculis diabolus manus peccatorum tenet, ne ad bonum opus, uel pauperes extendantur, & ideo uinculis exterius ligabuntur Mat. 22. Ligatis manibus & pedibus eius, mit-
G tite eum in tenebras exteriores. De tertio. Eſa. 52. Solue uincula colli tui filia Sion, ideſt quælibet Chriſtiana anima, quæ per peccatum es captiua diaboli. Quodcunque autem peccatum ſiue peierando, ſiue detrahendo & huiuſmodi, per locutionem, per collum tranſit. Homo beſtiā per uinculum colli domat, ſic diabolus hominem: ſed ſoluto per Dei gratiam colli uinculo, liberatur a diabolo domino ſuo: Vnde Hiere. 30. Conteram iugum eius de collo tuo, & uincula eius diſrumpant, & non dominabuntur ei amplius alieni. Aliqui dæmones dum iumenta ſua. i.
pecca-

peccatores amittere timent,ipſos uanis timoribus & ſpe in uinculis retinent. Gre. Multos ſæpe vidimus uitam quidem ſanctæ conuerſationis appetere, ſed ne hanc conſequi valeant,modo irruentes in ſe caſus,modo aduerſa futura formidant, qui incerta mala dum quaſi cauti aſpiciunt,in peccatorum ſuorum uineulis incauti retinentur. Sed heu non ſufficit diabolo, quòd collum peccatoris ſeu peccatricis animæ, vinculo peccati conſtringat, quin etiam collum eius grauiſſimo obſtinationis vel ſcandali lapide deprimat. Lucæ 17. Væh illi per quem ſcandalum venerit: vtilius illi eſſet ſi lapis molarli imponatur circa collum eius &c. De quarto dicitur hic. Solutum eſt vinculum linguæ eius. &c. Quando enim diabolus vinculo peccatores vinculauerit, pedibus per malum conſenſum: manibus per malum actum: collo per malum verbũ, tunc etiam linguam ligat per periculoſum ſilentium,ne miſer homo per confeſsionem vincula ſua rumpat: Et breuiter omnis difficultas,confitendi,orandi,laudandi,& utilia loquendi,uinculum eſt diaboli. Sed miſer homo peccator, neſcit quàm periculoſum ſit hoc uinculum, quo diabolus linguam ſuam tenet, neque morbum lætalem animæ ſuę videt ſilendo: videt tamen accipiendo. Oſeæ. 5. Videt Effraim languorem ſuum,& Iudas uinculum ſuum, Iudas confitens interpretatur. H

Dom. XIII. poſt Trin. ſer. III.

BEne omnia fecit. Mat. 7. Bonus eſt dominus,& ideo bene fecit: omnipotens eſt, & ideo omnia facere, omnia trahere,omnia proſpicere, omnia innouare poteſt. Omnia facit per potentiam,omnia trahit per gratiam, omnia proſpicit per notitiam, omnia innouat per gloriam. De primo. Pſal. Qui fecit cœlum & terram, mare & o. quę in e. ſunt. Hic intrare poteſt per potentiam Dei,qui conſiderat ſingulas creaturas in cælo & in terra & in mari. Nam ſicut ſummam creaturam fecit in cœlo: I

ſic extremam fecit in terra. Qui fecit angelos, fecit uermiculos. Vnde quando uos ſerpentes, & alia uenenata lædunt, muſcæ & ciniphes pungunt, non dicatis quòd diabolus illa creauit, Deus enim fecit omnia. Ioan. 1. Omnia per ipſum facta ſunt &c. Auguſt. Per quem factus eſt angelus, & per ipſum factus eſt uermiculus. Vnde omnes reges, & pontifices, & imperatores, de tota potentia ſua nõ poſſent creare unam muſcam. Creaturæ autem quæ lædunt homines, lædere cœperunt propter peccatum. Qui ergo omnia fecit, ille animam & corpus, & ſenſus, totum facit. Quicquid ergo iſti ſurdo & muto per miraculum reſtituit, hoc tibi per naturam contulit. Sed heu ſicut dicitur Deut. 32. Deum qui te genuit, dereliquiſti
k &c De ſecundo. Ioan. 12, Ego ſi exaltatus fuero a terra, omnia traham ad meipſum. Traxit Chriſtus animas iuſtorum de inferno. Trahit quotidie homines per doctrinam, & gratiam in mundo. Trahet quoque omnes & angelos & homines & dæmones, ad locum iudicij in die nouiſſimo. Merito ergo traxit homines Chriſtus ad ſe, qui etiam traxit de mundo latronem in cruce: cui dixit, hodie mecum eris in paradiſo. Traxit utique homines mortis ſuæ merito, traxit multiplici beneficio, traxit doctrinæ uerbo. Trahunt quoque cum ipſo doctores. Io. 21. Traxit rete in terram &c. Sed heu diabolus plures trahit, quæ Chriſtus. Abac. primo. Totum in hamo ſubleuabit. Traxit illud in ſagenam ſuam, & congregabit in rete ſuum. Diabolus hamum æternæ mortis abſcondit ſub eſca voluptatum carnalium, vel rerum temporalium: & ideo trahit quicquid hamum Chriſti euadit. Trahunt autem ad pœnam morientes, qui in eſca diaboli exultant viuentes. Auguſt. Noli gaudere ad morem piſcis, qui in eſca ſua exultat. Nondum hamum ſuum traxit piſcator, quem in faucibus habet peccator. Sicut autem captos piſces piſcator aſſat ſuper carbones, ſic diabolus animas aſſat ſuper carbones inferni. De tertio. Hebræ. 4. Omnia nuda & aperta ſunt oculis eius &c. Vere omnia. Io. 16. Nunc ſcimus quia ſcis omnia. Sicut ergo

go peccata ſua per hypocriſim palliare quiſpiam non po
teſt, quia nuda ſunt, ſic nec per diſſimulationem claude-
re poteſt, quia omnia aperta ſunt oculis domini. Vnde Ec
cleſ. 23. Oculi domini multo plus lucidiores ſunt ſu-
per Solem, circunſpicientes omnes uias hominũm, & pro
fundum abyſſi, & hominum corda intuentes in abſcondi-
tas partes. Solus videt modo corda, quæ omnes uidebi-
mus in iudicio. 1. Corinth. 4 Illuminabit abſcondita tene
brarum, & manifeſtabit conſilia cordium Glo. Geſta, uel
cogitata mala, uel bona, tunc erunt aperta. Et quia tunc
omnia erunt aperta omnibus, poterit quiſque de ſe & de
alijs iudicare. Ibi ergo corda uxorum maritis, ibi corda
maritorum erunt uxoribus manifeſta. Plus confundi, &
plus timere debet homo, ſolum Deum uidentem, quàm
totum mundum peccata ſua uidentem. Vbi enim ille non
uidet quod agis, qui ubique eſt? Auguſt. Deus totus ocu-
lus, & tota manus, totus pes. Totus oculus, quia ui- M
det omnia: ita manus, quia operatur omnia: totus pes,
quia ubique eſt. De quarto. Apoca. 21. Ecce noua fa-
cio omnia. Innouabitur enim terra & cœlum & ſancti
in reſurrectione. Eſa. 65. Ego creo cœlos nouos, & no-
uam terram, & non erunt in memoria priora, & non aſcẽ-
dent ſuper cor, & exultabitis & gaudebitis uſque in ſem-
piternum. Certe cœlum, & terram mira pulchritudine
innouabit, propter homines: multo magis ipſos homines
iuſtos per ineffabilem corporis glorificationem innoua-
bit. Quomodo enim tam fragibilia uaſa ſicut nunc ſu-
mus, tam fortiſſimum æternæ iucunditatis vinum ſuſti-
nere poſſent, niſi noua per gloriam & fortia fierent? Matt.
9. Vinum nouum in utres nouos mittunt. Per vtrem co-
rium noſtri corporis ſignificatur, quod reſurrectione inno
uabitur. Qui ergo hoc vino impleri deſiderat, aqua com-
punctionis hydriam cordis impleat.

DOMI-

animæ ſuæ iugulatorem ſuſpendere debet in cruce pœni tentiæ. Iob 7, Elegit ſuſpendium anima mea, Videte ergo, quomodo caute ambuletis proficiendo in bono. Vide te quomodo caute, ſcilicet cauendo a malo 1. Corint. 10. Qui ſe exiſtimat ſtare, uideat ne cadat. Vtique in foueam inferni. Matt. 15. Si cæcus cæco ducatum &c. Propter hoc ſancta quatuor animalia plena ſunt oculis, & ante & retro: quoniam ſancti plenam debent habere circunſpectionē: ante ad proficiendū in bono, retro ad præcauendum in malo. Gregor. Sanctorum actio, ab omni parte circunſpecta eſt, bona deſiderabiliter prouidens, mala ſolerter cauens. De tertio. Eccl. 11. Vidi in oībus vanitatē & attritionem animi, & nihil permanere ſub Sole. Vere in oībus in honoribus, in diuitijs, in voluptatibus uanitas eſt: ſicut uanum eſt ſomnium, uana eſt umbra. Vmbram enim equi pro equo tenere, uanitas eſt, ſic tranſitoria reſpectu æternorum: ideo ſi omnia quaſi fumum. uel umbram quaſi fœnum & fœni florem nominemus, ſicut ſomnium dixerimus, minus profecto quàm ſe habet ipſa ueritas dicimus. Hanc umbram umbralitatem & uanitatem cognoſcent in inferno, qui nolunt ſalubriter recognoſcere in hoc mundo. Sapien. v. Quid nobis profuit ſuperbia? & diuitiarum iactantia, quid contulit nobis? tranſierunt omnia uelut umbra. O ſi bene iſta videres, quàm miſeram temporalium auaritiam iudicares. Bernardus. Si ſapis, ſi habes cor, ſi tecum eſt lumen oculorum: tu deſines iam ea ſequi, quæ conſequi miſerum eſt. Vidiſti nunc uanitatem tranſitoriorum, vide nunc uanitatem amatoris eorum. Pſalm. Vidi impium ſuperexaltatum &c. Vnde non eſt inuentus locus eius, ſcilicet, non in mundo, neque in cœlo: habent tamen impij locum in inferno. Lucæ. 16. Ne ipſi ueniant in locum hunc tormentorum. De quarto. Baruc. 4. Circunſpice Hieruſalem ad orientem, & uide iucunditatem a Deo tibi uenientem. Iucunditatem utique æternam. Greg. Quis intellectus capere ſufficit, illius ſupernæ ciuitatis quanta ſint gaudia &c. O ſi uiſum in illam iucunditatem intenderes, quàm parum pœnitentiarum, aduerſita C

tum

tũ durat timeres. Vnde neque Stephanus lapides timuit, quando (ſicut dicitur Actuum 7.) intendens in cœlum vidit gloriam Dei. &c. Vides ergo quid recipiendum ſit bonis &c. Vide quoque quid recipiendum ſit malis. Hier. 1. Quid tu uides? ollam ſuccenſam ego uideo. Hæc olla infernum ſignificare poteſt, in quo diabolus tanquam co cus horribilis, carnes ſuas ideſt carnales uel luxurioſos coquit, quæ ſuccenſa eſt igne æterno. Deu. 32. Ignis ſuccẽ ſus eſt in furore meo.

Dom. XIII. poſt Trin. ſer. II.

E Diliges dominum Deum tuum. Luc. 10. Sicut diligit filius patrem, amicus amicum, ſponſus ſponſam, uiuens uitam: ſic dominus diligendus eſt. Ipſe enim eſt nobis pater creatione; amicus redemptione: ſponſus amore: uita glorificatione. De primo 1. Ioa. 5. Omnis qui diligit eum qui genuit, diligit eum qui natus eſt ex eo. hoc eſt. Qui diligit Deum, diligit proximum ex Deo natum. Deus enim genuit nos creando ad ſimilitudinem & imaginem ſuam, quia ſæpe ſolet ſimilis filius eſſe patri. & ideo ſicut patrem, immo milleſies pluſquam carnalem patrem diligere debemus. Bern. Si naturaliter amat filius patrem a quo habet partem corporis ſui: quãto plus amare debet Deum, qui corpus eius & animam ex nihilo fecit? Si oculo uel pede uel manu careres, multum eum diligeres qui tibi illa daret. Quantum ergo diligendus eſt pater cœleſtis, qui tibi omnia membra, & uitam & animam donauit nobiliſſimam? Bern. Homo cogita qualem te fecit: nempe ſecundum corpus egregiam formam: ſed ſecundum animam imaginem creatoris inſignem, rationis participem, beatitudinis capacem. Sed heu tu ſuperbe, tu auare, tu luxurioſe, tu peccator, ſicut dicitur Deut. 32. Deum qui te genuit dereliquiſti. De ſecundo.

Leui.

Leui. 19. Diliges amicum, ideſt Chriſtum. Prou. 17. Omni tempore diligit, qui amicus eſt. Huius amici fidem conſiderare poſſumus, in quadam parabola duorum amicorũ, quorum unus pro furto amici ſui ſe fecit ſuſpendi, & amicus pro quo ſuſpendebatur ſtabat ſub patibulo, & iterũ furabatur. Amici iſti ſunt Chriſtus & homo. Homo autẽ fuit furatus Deo patri animam ſuam, qui cum ad mortem fuiſset condemnatus, fideliſſimus amicus eius Ieſus, pro ipſo in crucis patibulo ſe fecit ſuſpendi. Gre. Qui pro nobis mortem carnis indebitam reddidit, nos a debita morte animæ liberauit. O quanta dilectio. Io. 15. Maiorem hac dilectionem &c. Et ecce uere huius amici mors quotidie in altari tanquàm in cruce repræſentatur. Et quia alte prò te pendebat in cruce, altè leuatur a ſacerdote quaſi patibulum de ſuis brachijs faciente: ubi tu ſtas peruerſe uoluptatibus, inuidiæ, luxuriæ, auaritiæ, adhuc animam tuam furans. Talis ergo amicus eſt amandus. Bern. Super omnia reddidit te. Require in ſerm. Spiritus oris mei &c. in Paraſceue. De tertio. Cantic. 5. G
Adiuro uos filiæ Hieruſalem ſi inueneritis dilectum meum ut nuncietis ei, quia amore langueo. Filiæ Hieruſalem ſunt intelligentiæ angelicæ, uel animæ beatæ, uel animæ in mundo deuotæ, quarum mater ſuperna eſt Hieruſalem. Gal 4. Illa autem quæ ſurſum eſt Hieruſalem, libera eſt, quæ eſt mater noſtra. His filiabus ſupplicare debet ſponſa, fidelis anima, vt dilecto ſuo Chriſto amoris ſui deſideria adnuncient & pro ipſa interpellent. O fœlix: quare ſic langues propter dilectum: certe propter uocis eius dulcedinem Cantic. 2. Vox enim H
tua dulcis. Item propter aſpectus pulchritudinem. Cantic. v. Dilectus meus candidus, &c. Item propter amplexus ſuauitatem. Cant. 2. Læua eius &c. Nota quòd vox ad prædicationem: aſpectus ad contemplationem: amplexus ad delectationem pertinet. Fœlix anima quæ nunc amore languet ſponſo abſente. Auguſt. Deſideremus & amemus, & flagitemus, ſi ſponſæ ſumus Sponſus abſens eſt, ſuſtineamus: ueniet quãdo deſideramus. De

quarto.

pliciter, ſicut lux ſeptem dierum in die qua alligauerit Dominus vulnus populi ſui. De ſecundo Pſal. Ad alligandos reges &c. Quomodo uinculis præceptorum alligentur fideles, require in ſerm. Ioannes autem.in ter tio membro. Et nota, quòd iuſti dicuntur reges, & nobiles. Vere nobiles quorũ Deus pater eſt, qui ligantur compedibus mandatorũ. Compedes.n.ſunt uincula quæ impediũt hominem, & maxime pedem ne eat quo uult, uel ſaciat quod vult. Sic mandata, ne ſecundum deſideria carnis uel mundi moueatur. Et uere ignobiles ſunt, quorum pater diabolus eſt.primi Regum. 2. Qui autem contemnunt me, erunt ignobiles. Et tales non à Deo, ſed à diabolo alligantur. Lucæ 13. Hanc autem filiam Abrahæ, quã alligauit ſathanas. De tertio.Eccle.6. Vincula illius alligatura ſalutis. Vere ſalutis: quia ſalutaris gratiæ obſeruantia diuinorum præceptorum, conſeruatur in cordis vaſe. Alioqui ſicut dicitur Eccleſ.21. Cor fatui, quaſi uas confractum. &c. Vas ergo ligatum, eſt ad fontem gratiæ applicandum, Auguſt. Vas ad fontem attuli, imple me quoniam ad te leuaui animam meam. Quicunque non alligatus fuerit in gratia, alligabitur in pœna. Matth.13. Alligate ea in faſciculos &c. Circa ſecundum Nota, quòd per oleum miſericordiæ & pietatis ſubuenitur, quia ægram ſanat animam, multiplicat gratiam, conſecrat ad gloriam. De primo dicitur hic: quia uulnerato oleum infunditur. hoc eſt peccatori miſericordia & pietas inſpiratur ut ſanetur, ut bene mundetur. Leproſus pro emundatione ſua offerre debet olei ſextarium. Leuit.14.i. miſericordiam ſex operum, de quibus Matt.25. Eſuriui. &c. De ſecundo legitur. 4. Reg. 4 quòd mulier quæ congregauit in domo ſua uaſa non pauca, parum olei quod habuit in omnia uaſa uacua dimiſit, & ſic creuit oleum. per quod ſic mulier a creditore liberatur. Vaſa uacua ſunt pauperes, quos in domum debet congregare. Eſaiæ. 58. Egenos uagoſque induc in domum tuam. Ambroſ. Si peregrinum ſub tectum tuum inducas, ſuſcipiaſque egentem, ille tibi acquiret ſanctorum amicitiam, & æterna tabernacula. Pa

rum autem olei per omnia vaſa diſtribuitur, iuxta illud Tob. 4. Si exiguum tibi fuerit &c. Inde ergo cum oleum miſericordiæ creſcit per meritum & gratiam, anima creditori Deo ſatisfacit. De tertio dicitur 1. Reg. 16. Quòd tulit Samuel cornu olei, & unxit Dauid in regem. Si ergo coronam regni uis habere in cælo: oleo miſericordiæ ungi debes in mundo. 1. Mach. 2. Et Dauid in ſua miſericordia conſecutus eſt ſedem regni in ſæcula. Circa tertium nota, quòd vinum pænitentiæ & compunctionis, ſanat, lauat, inebriat. Habetur autem per hoc uinum, animę ſanitas, uitæ puritas, gratiæ ebrietas. De primo dicitur hic, quòd uulnerato uinum infudit. hoc autem fit quando peccatori compunctionis gratia confertur. De hoc uino

S Pſalm. Potaſti nos uino compunctionis. De ſecundo Geneſ. 49. Lauabit in uino ſtolam ſuam, ideſt ueſtem conuerſationis. Qui enim uitam ſuam tanquam ueſtem non lauerit, dicetur ei illud Matt. 22. Quomodo huc intraſti

T non habens ueſtem nuptialem? De tertio. Gen. 9. Bibens uinum inebriatus eſt, & iacuit in tabernaculis. Ebrietas enim ſpiritus, in compunctione, facit denudari turpitudinem in confeſſione. Et ſicut ebrius mortis periculo, ita cõpunctus, periculo pænitentiæ uoluntarie ſe exponit. Vinum ergo lachrymarum, quod (ut innuitur Geneſ. 40.) de tribus propaginibus contritionis, confeſſionis, ſatisfactionis, in calicem exprimi debet, charitas eſt. Hoc uino angeli delectantur. Bern. Gaudent angeli in conuerſione & pænitentia peccatorum, ſalutem hominis ſitientes: lachrymæ pænitentium uinum eorum.

DOMINICA XV. POST TRINIT.
Sermo Primus.

A CVm ingrederetur Ieſus quoddam caſtellum occurrerũt ei 10. uiri leproſi. Luc. 17. Caſtellum eſt mundus 10. leproſi ſunt peccatores 10. mandatorum tranſgreſſionibus uitioſi. Conſiderandũ autem unde lepra

vitio-

uitiorum contrahatur, & unde ſanetur. Contrahitur autem lepra animæ, corde, ore, opere, conſuetudine. Corde Leu. 14. Si fuerit plaga lepræ in ædibus, ibit cuius eſt domus, nuncians ſacerdoti. Domus leproſa eſt cor in affectu, delectatione, & conſenſu, & uoluntate mala. Heu miſeria, non poteſt homo ſuſtinere domum leproſorum in ciuitate ſua: & ſuſtinet cor leproſum in anima ſua. Item ore. Vnde Maria quia Moyſi fratri ſuo detraxerat, percuſſa eſt lepra, ſicut ſignificatur. Num. 12. Sic etiam doctrinis hereticis, periurijs, detractionibus, mendacijs & malis conſilijs & hmôi, lepra contrahitur animarũ. Vnde de fœtido malorum colloquiorũ anhelitu, alios corrũpunt. Vnde præcipitur leproſis. Leui. 13. quod debent habere os ueſte contectũ, in conſuetudine clauſum. Eph. 4. Omnis ſermo malus ex ore ueſtro non procedat. Item opere & ſpecialiter opere cupiditatis. Vnde de Giezi accipienti pecuniam & ueſtes a Naamam ſanato, dicitur 4. Reg. 5. Lepra Maaman adhærebit tibi. Timeant hoc qui vendunt ſpiritualia. Item opere conſumptionis, uel uſurpationis officij ſacerdotalis. Vnde dicitur de Ozia rege 2. Par. 26. Quam percuſſus eſt lepra, quia præſumpſit adolere incenſum. Timeant hoc qui inuaduut iura ſacerdotalia & eccleſiaſtica. Item & opere crudelitatis vnde de Ioab qui occidit Abner dicitur 2. Re. 3. Ne deficiat de domo Ioab, fluxum ſeminis ſuſtinens, & leproſus tenens fuſum. Timeant hoc qui crudelia excercent. Itẽ cõſuetudine. Vnde Leui. 13. præcipitur ueſtis leproſa igne cõburi. Sicut ueſtis mũda eſt conſuetudo bona: ita ueſtis leproſa eſt conſuetudo uicioſa quæ debet igne comburi. Vnde, Væ ei qui munda ueſte caret, & ſordidam habet? Mat 22. Quomodo huc intraſti non habens ueſtem nuptialem. Talis ueſtis comburetur igne gehennæ. Eſa. Veſtimentum mixtum ſãguine, ideſt combuſtione. Circa 2. Nota quòd leproſa aĩa ſanatur per baptiſmalẽ regenerationẽ, per pœnitentialẽ compunctionem, per uerã confeſſionem, per integrã ſatisfactionem. De 1. & 2. ſignatum eſt 4. Reg. 5. in mundatione Naaman leproſi, ſepties in Iordane loti. Per

Iordanem.n. non ſolũ baptiſmus,ſed ét cõpunctionis & lachrymarum torrens ſignificari poteſt.Thren.2. Deduc.q. torrentem lachrymas &c. Vnde bene Iordanis interpretatur riuus iudicij. Riuus enim lachrymoſæ compunctionis,oritur ex timore iudicij. Iſidor. Compunctio eſt humilitas mentis cum lachrymis,exoriens de recordatione peccati,& timore iudicij. Septies autem lauatur, non ſeptiformis gratię,qui fluctibus mundatur:ſed qui pro ſingulis.ſuis uitijs imbribus lachrymarũ irrigatur:qui.ſ. flet pro inuidia:flet pro ira &c. Pſal. Lauabo per ſingulas noctes ideſt per ſingula peccata lectum meum. i. conſciẽtiã
F meam. De 3.dicitur hic. Qui cum irent ad ſacerdotẽ ſanati ſunt.O quanta putas aĩam leproſam, inuenire peccata,quæ oſtendere debet oĩa ſacerdoti per confeſſionem, ex quo mundatur quæ contrita ad ſacerdotem uadit.de hoc Iſido.ait.Confeſſio ſanat &c.Require ſupra in ſermone 3.Confitemini. Qui vult carere lepra uiciorum,debet ſacerdotem quærere.Leui.14. Hic ritus leproſi:qui mun-
G dandus eſt, ducetur ad ſacerdotem. De 4. ſignificatum eſt Exod.4. Vbi Moyſes manum é ſinu ſuo protulit leproſam,ſecundo protulit mundam. Auarus manum in ſinu habet,ad conſeruandum pecuniam congregatam, profertur autem manus ad accipiendum per rapinam, per uſuram, per furtum : per quamcunque iniuſtam acquiſitionẽ eſt leproſa.Si uero profertur ſecundo modo.ſ.ad reſtitutionẽ, ad largiendum in uſus pios,tunc efficitur munda. Lu.11.Date eleemoſinam,& omnia munda ſunt uobis. Vnde bene præcipitur.Leu.14 ut leproſus mundandus offerat ſextarium olei,i.ſex opera miæ.de quibus.Matt.25.Eſuriui &c.Oleum enim miſericordiam ſignificat, ſatiſfactio autem non ſolum eſt in eleemoſynis, ſed etiam in orationibus Ideo etiam oratio ad mundandam leproſam animam ualet. Vnde & iſti decem leuauerunt uocem &c. Cooperatur quoque non ſolum propria, ſed etiam aliena oratio. Vnde ut legitur Numeri 12.per orationem Moyſi Maria mundata eſt.

Domi-

LEuauerunt uocem dicentes, Ieſu præceptor miſerere noſtri.Luc.17. Verbum iſtud eſt de decem leproſis qui ſignificant peccatores & tranſgreſſores decē mandatorum Dei, qui leuare debent uocem orationis, ut ſanentur. Vnde quia anima gerit typum leproſi cum peccatrix eſt:ideo Euangeliſta excitat torporē eius negligentiæ detinentis.Leuauerunt &c. Inuocat uigorem diuinæ potensiæ præſidentis, Ieſu præceptor. Obſecrat dulcorem ſummæ clementiæ remittentis, Miſerere Inſinuat languorem miſeriæ affligentis,Noſtri. Conſiderandum eſt autem quòd quatuor ſunt quæ nos fideliter leuare debemus, uidelicet oculos ad lucem contemplationis, linguam ad uocem orationis, manus ad uirtutem operationis,mentem ſeu caput ad ſpem æternæ retributionis. De 1.Pſal. Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in cœlis.Non lupinos,non uulturinos,ſed colombinos Canti. 1. Oculi tui columbarum.Hos enim leuare debemus ad dominum.Matt.17. Leuantes autem oculos, neminem uiderunt,niſi ſolum Ieſum.Qui enim Ieſum uult uidere, non debet pulchras mulieres uel uiros, non mundi concupiſcibilia uidere uel aſpicere. Vnde Apoſtolus Act. 9. cum tribus diebus haberet oculos clauſos exterius, habebat apertos interius. Auguſt. Eo tempore quo cætera non uidebat,Deum uidebat.Si non leuas oculos ex amore,leues ſaltem ex timore. Sicut ſponſa quando eſt cum adultero ſæpe leuat oculos pro cauendo periculo,ne ſuperueniens ſponſus,utrumque feriat uel comburat.Hier.3.Leua oculos tuos in directum,& ubi nunc proſtrata ſis. Adulter enim iſte eſt diabolus.Sponſus uero dominus,qui peccatorem non continentem,paratus eſt percutere. De ſecundo dicitur hic de leproſis quòd ſteterūt a longe,& leuauerunt uocem. Si leproſi non audebant appropinquare ad Ieſum,ſed a longe clamabant: quomodo leproſi hodie in

H (margin, line 2) · I (margin) · K (margin)

animabus audent appropinquare , & non ſolum appropinquare immo etiam tangere corpus Chriſti: cum lepra animæ multo abominabilior ſit lepra corporis: Leuanda eſt ergo uox in oratione 1.Reg.30. Leuauit omnis populus qui erat cum eo uocem,& planxerunt donec deficerent in eis lachrymæ. hoc enim fecerunt uiri qui erant cũ Dauid,quando Achis fecit eum reuerti , quia non placebat ſatrapis : & quia inuenerunt Sicelech ciuitatem ſuam captam & deſtructam ab inimicis , & fleuerunt & uoluerunt Dauid lapidare , quia uxores & filios duxerant inimici captiuos . Sicelech inrerpretatur defæcatio uocis. Ciuitas uero Sicelech animam tuam,uel corpus tuum,ſignificare poteſt : quæ uocem orationis defæcatam & puram ab affectibus uiciorum edere dicitur, contra illud Matt. 15.Populus hic,labijs me.ho.c.a.e.l. eſt a me . Hæc autem ſuccenditur igne.Vxor autem eſt conuerſatio tua, bona uita,uxor bona:mala uita uxor mala: filij tui,opera tua. Matt. 18.. Iuſſit eum dominus uænundari,& uxorem eius & filios. Hi etenim uænundantur,quando diabolo re vænundantur:quando pro culpa,ęterna tormenta reddũtur.Pro his ergo,dum per diabolica tormenta accendun tur,leuanda eſt uox orationis,cum lachrymis contritionis.Leuanda eſt autem uox cordis,pluſquam oris . Vnde Greg.Preces ualentiores apud ſanctiſſimas aures Dei faciunt,non noſtra uerba,ſed deſideria. De 3.Pſal.In nomi ne tno le.ma.m. Sed ad quid ? Et certe ad ſubueniendum proximis:ad implendum mandatum charitatis. Pſal. Leuaui manus m.ad mandata tua quæ d. Leuandæ autem ſunt manus in nomine domini, non in nomine diaboli,ſicut perſequutores,raptores,luxurioſi & auari, & alii per uerſi ſæpe illicite leuant manus . Noli miſer leuare manus ad mala,ut in conſpectu angelorum leuare poſſis manus ad cælum.Vnde Bern. Credimus angelos ſanctos aſtare orantibus : offerre Deo preces hominum , ſi ſine ira & deceptione leuare manus proſpexerint. Leuare ergo uocem parum prodeſt,niſi manus ad bonum operandum leuentur.Vnde Exod. 17. Cumque leuaret Moyſes manus, uincebat

uincebat Iſtael. Si autem paululum remiſiſſet, ſuperabat Amalech: in quo ſignificatur quòd uictoria contra hoſtes animæ obtinetur, ſi cum uoce orationis, manus bonæ operationis leuentur. De 4. Luc. 21. Leuate capita ueſtra quoniam appropin. Re.25.: Caput mentis leuatur pro ſpe æternæ retributionis. Quicunque enim ſunt bonæ uitæ & conſcientiæ, bene poſſunt leuare caput ad Deum maxime propter tria: de quibus Bern. ſic ait. Tria conſidero, in quibus tota ſpes noſtra conſiſtit. Charitatem adorationis, ueritatem promiſsionis, & poteſtatem redditionis. Sed quidam ita turpes ſunt in capite. (Eſa. 1. Omne caput languidum, & omne cor mœrens) quòd præ confuſione conſcientiæ, non poſſunt capita leuare per ſanctam fiduciam: leuant tamen per ſupetbiam. Iob. 20. Si aſcenderit in cœlum ſuperbia eius, & caput eius nubes tetigerit, quaſi ſterquilinium in fine perdetur. Vt autem boni caput leuent per ſpem, inclinant primo per humilitatem: Vt Chriſtus pro nobis inclinato capite, tradidit ſpiritum. Ioan. 19. M

Dom. XV. poſt Trin. ſer. III.

NOnne decem mundati ſunt &c. Luc. 17. Sicut decem leproſi ſignificant decem mandatorum tranſgreſſores: ita decem mundati ſignificant eos qui per Chriſtum ad obſeruantiam decem mandatorum ſunt conuerſi. Conſiderandum ergo quòd decem mandatorum obſeruatores, a lepra culpæ mundantur: a pæna gehennæ liberantur: pecunia gratiæ ditantur, uita gloriæ non priuantur. De 1. dicitur hic. Nonne decem mundati ſunt a lepra uitiorum, qui ſcilicet uere conuerſi fuerunt ad obſeruantiam decem mandatorum. Multum abhorret homo lepram corporis. O quanto magis abhorrenda eſt lepra animæ. propter illam enim ab hominibus temporaliter, propter iſtam autem ab angelis & ſanctis omnibus æternaliter eijcietur. Num. 5. Eijcient de caſtris omnem leproſum &c. Bern. Quis putas quantus luctus erit, quis N

meror, quæ triſtitia quando ſeparabuntur mali a conſortio bonorum, ad damnationem: quando traditi in poteſtatem dęmonum, ibunt cum ipſis in ignem æternum: ibi nunquam miſeri lucem, nunquam requiem adepturi. Sed per milia milium annorum, igne cruciand, nec unquam inde liberandi. Sed Chriſtus ut leproſas animas mundaret, ipſe tanquam leproſus paſſus eſt ſe contemni. Eſa. 35. Nos reputauimus eum quaſi leproſum. Mundatur autem anima leproſa, uel in aqua baptiſmi, ſicut ſignificatur in Naaman. 4. Reg. 5 Vel in uia pænitentiæ. Vnde de decem leproſis hic dicitur, qui dum irent mundati ſunt Quomodo eundum ſit in uia pænitentiæ dicitur. Pſal. Euntes ibant & flebant &c. De ſecundo Gen. 18. Non delebo propter decem. Nota iſta quomodo Dominus propter 50. uel 40. uel 20. uel propter. 10. pepercíſſet Sodomis: quis igne & ſulphure deleuit: in quo damnatio æterna ſignificatur. Pſalm. Ignis ſulphur & ſpiritus procellarum &c. Hanc non ſolum obſeruatores decem mandatorum euadunt, ſed etiam eorum meritis damnatio reproborum differtur, ſicut patet ex promiſſis. Hier. 5. Conſiderate & quærite in plateis Hieruſalem, an inuenietis uirum facientem iudicium & quærentem fidem, & propicius ero eis. Sed ad quid differtur? Auguſt, Omnis malus aut ideo uiuit ut corrigatur: aut ut per eum bonu xer e tur. Sed nota ꝙ infra decem non deſcendit, quia ſine decem mandatis nullus iuſtus eſſe poteſt, nullus damnationem euadit. Licet autem per iuſtos damnatio impiorum poſſit differri non tamen per iuſtos poteſt auferri, ſi non corriguntur. Ezec. 14. Si fuerit Noe, & Daniel, & Iob in medio eius, filium & filiam non liberabunt: ſed ipſi in iuſtitia ſua liberabuntur. De tertio Lucæ decimonono. Vocatis decem ſeruis ſuis dedit eis decẽ minas &c. Homo nobilis eſt Chriſtus, qui decem ſeruis ſuis, ideſt decem mãdatorum obſeruatoribus, pecuniam ideſt bona ſua tradidit. Committit ergo ad augenda lucra meritorum. Prou. 8. In uijs iuſtitiæ ambulo, vt ditem diligentes me, & theſauros eorum repleã. Sed ualde timendum eſt, quòd ſeruus damnatur qui pecuniam

cuniam, ſiue materialem ſiue ſpiritualem, ſcientiæ uel cuiuslibet gratiæ, non legitur turpiter (ſicut filius prodigus) expendiſſe: ſed tantum lucra bona & operum augmentum neglexiſſe. Propter hoc ait Auguſt. Nulla nos a ſpirituali opere cur a terrena impediat, ne ſi in terra talentum abſconditur, talenti Dominus ad iracundiam prouocetur. Vnde & dominus bene dicitur maledixiſſe ficum, quia non habuit fructum. Quod ergo erit de facientibus peſſimos fructus? De 4. Hier. 41. Decem viri dixerunt ad Iſmaelem, Noli occidere nos, quia habemus theſaurum in agro frumenti uini & olei & ordei & mellis: & non interfecit eos. Theſaurus iſte, uirtutes ſignificat quę in agro cordis eſſe debent. Matt. 13. Simile eſt regnum cælorum theſauro abſcon. &c. Frumentum quod eſt granum omnium nobiliſſimum, ſignificat charitatem, quæ nobilior eſt cæteris uirtutibus. Ordeum autem uitę auſteritatem, Oleum miſericordiæ pietatem. Mel deuotionis dulcedinem ſignificat. Iſmael uir auditus interpretatur, & ſignificat diabolum qui libenter audit periuria, traditiones, mundana, & omne malum. Thre. 1. Omnes inimici mei audierũt malum meum: lętati ſunt quoniam tu feciſti. &c. Vel etiam ſignificat Chriſtum, cuius auditum nihil fugere poteſt. Sap. 1. Auris zeli, audit omnia. Interli. Auris Dei zizantis per amorem quem habet ad animam. Diabolus ergo, uel Chriſtus, uita æterna illos non priuãt qui ſpirituales theſauros in agro cordis habent. Q K

DOMINICA XVI. POST TRINIT.
Sermo Primus.

Nemo poteſt duobus dominis ſeruire. Mat. 6. Quatuor ſunt neceſſaria ad ſalutẽ, quæ tamen nemo poteſt habere niſi eo modo quo ſcriptum eſt. Nemo poteſt Deum cognoſcere credendo, niſi per reuelationem. Nemo poteſt ad Deum ue-

nire pænitendo,niſi per attractionem. Nemo poteſt Deo ſeruire beneuiuendo, niſi per temporalium repudiationem. Nemo poteſt ad Deum aſcendere euolando,niſi per
B unionem,ut uidebitur. De 1.Matt.11.Nemo nouit ſilium niſi pater:neque patrem quis no.niſi filius, & cui uo.reuelare,ſicut nemo uidet ſolem niſi per lumen: & ipſum lumen nemo videt,niſi per ipſum lumen.Sicut nemo noſcit poteſtatem, niſi per filium,qui eſt lumen reuelans. Luc. 2.Lumen ad reuelationem gentium. Hoc lumen ilie Symeon non ſolum uidit,ſed etiam in manibus accepit. Radius enim luminis huius,per uentum tentationis,cito in nobis extinguitur, niſi manibus bonorum operum circun foueatur. Iob.36. In manibus abſcendit lucem,& præcipit ei ut rurſus aduenIat. Sicut autem ſol,per lumen ſuũ omnibus æqualiter adeſt, non tamen æqualiter reuelat clauſis & apertis, lippis & claris oculis:ſic ſe habet reuelatio lumis æterni,ad uiſum fidei. Aug. Deus omnibus æqualiter adeſt: ille autem plus habet loci,qui plus attule
C rit non argenti,ſed fidei. De 2.Io.6. Nemo poteſt uenire ad me,niſi pater m.us tra. eum. Nemo poteſt venire &c. Sæpe nemo permittitur a dæmoniacis & peruerſis hominibus,alios a bono retrahentibus. Mat.8.Occurrerunt ei duo habentes dæmonia,ideſt crudeles nimis,ita ut nemo poſſit tranſire per illam uiam,ſcilicet pœnitentiæ, in qua uenit filius prodigus, filius famelicus, ad patrem gratiarum abundantem. &c Pauper ueni ad diuitem,miſer ad miſericordem: ne re deam uacuus & contemptus,& nunc antequàm comedam ſuſpiro, da uel ſuſpiria ut comedam. Vt autem homo ueniat ad eum,oportet ipſum trahi per ferruin gratiæ.De hoc require ſupra in ſermone. Nemo poteſt uenire ad me.& etiam feria.4.poſt pentec. ſer. 1.in membro 4. Sed certe ſi non traheris à Deo in cœlum, traheris à diabolo in infernum.Apoc.12. Cauda eius tra-
D hebat tertiam partem ſtellarum cœli. De 3. dicitur hic. Nemo poteſt duobus dominis ſeruire. O quàm diſſimiles ſunt iſti duo Domini,Deus & diabolus. Primus enim eſt ſuauiſſimus Pſal. Suauis Dominus vniuerſis. Secundus au

tem crudeliſſimus, Eſa. 19. Tradam ægyptum in manus dominorum crudelium. Alter enim remunerat ſeruos ſuos cum corona, alter cum gehenna. Iſtis ergo dominis nemo poteſt ſimul ſeruire, ſicut nemo poteſt flere & ridere, uigilare & dormire, aſcendere & deſcendere. Deo ſeruitur flēdo per pœnitentiam diaboloq́, ridendo per laſciuiam. Io. 13. Plorabitis & flebitis uos, mundus autem gaudebit. Si quis enim compungitur, hunc fletum quærit, hunc riſum fugit. Io. Chriſoſt. Sola enim compunctio, quæ facit ipſam animam horreſcere purpuram: deſiderare ſilentium, amare lachrymas, fugere riſum. Item Deo ſeruitur uigilando in cuſtodia contra diabolum: diabolo autem ſeruitur dormiendo in negligentia contra Deum, primæ. Thr. 5. Non dormiamus ſicut & cæteri, ſed uigilemus & ſobrij ſimus. Item Deo ſeruitur aſcendendo de uirtute in uirtutem, uſque in cœlum: diabolo autem, deſcendendo de uitio in uitium, uſque ad infernorum. Pſalm, Aſcendunt mōtes, & deſcendunt campi. Et illi quidem aſcendant uſque ad cœlos: iſti autem deſcendunt uſque ab abyſſos. Cum ergo nemo poſſit duobus dominis ſeruire, repudiamus alterum, ſcilicet diabolum, & ſoli Deo ſeruiamus. 1. Reg. 7. Præparate cor. ve. & ſer. illi ſoli. De 4. Io. 3. Nemo aſcendit in cœlum, niſi qui deſ. de cœlo &c. O domine quid erit de nobis miſeris. Vbi eſt ergo Petrus? ubi Io. beata ubi Maria? Sed nullus deſperet: ſi enim dicitur nullus aſcendit palatium niſi rex: ex hoc non ſequitur quòd manus & pes regis, non habeat aſcendere. Sic certe cum Chriſto aſcendunt, qui per fidem & amorem, Chriſto tanquā membra capiti vniuntur. Glo. Renati ſpiritualiter aſcendunt in cælum, ſed non niſi ſint membra cohærentia Chriſto. Item ſi dicitur, rex ſolus aſcendit, & ex hoc non ſequitur quòd ueſtis qua indutus eſt non aſcendit. Eccleſia eſt ueſtis Chriſti, quæ in monte cœleſti eſt cum eo transfigurāda per gloriam. Lu. 9. Veſtitus eius albus & refulgens. E

Dom. XVI. poſt Trin. ſer. II.

SCit enim pater ueſter. quia omnibus his indigetis. Matt. 9. Pater veſter Deus, propter paternam procreationem, propter paternam dilectionem, propter paternam procreationem, propter paternam hæreditatis collationem. De primo. Deutero. 32. Nonne ipſe eſt pater tuus, qui poſſedit, & fecit, & creauit te? fecit corpus, creauit animam, poſſidet totum. Bernar. Naturaliter amat &c. Require in ſermone. Diliges &c. Aug. Amandus eſt generator, ſed preponendus eſt creator. Non ſolum autem pater noſter eſt, nos creando, ſed etiam recreando. Vis autem ſcire ſi pater tuus ſit Deus? audi quod dicitur. 1. Ioan 5. Omne quod natum eſt ex Deo uincit mundum ideſt auaritiam, luxuriam, ſuperbiam, inuidiam, infidelitatem &c. Vnde bene dicitur primæ Ioan. 2. Si quis diligit mundum, non eſt charitas patris in eo, quia omne quod in mundo eſt &c. Qui ergo talia diligunt, non eſt pater eorum Deus, ſed diabolus. Io. 8. Vos ex patre diabolo eſtis &c. & huius patris hæreditatem, ideſt ignem æternũ poſ-
B ſidebunt. De ſecundo. Luc. 15. Cum autem adhuc longe eſſet, uidit illũ pater illius, & miſericordia motus, accurrens, cecidit ſuper collum eius, & oſculatus eſt eum. Filius iſte qui conſumpſit bona patris ſui luxuriando, & tamen in tanta dilectione receptus a patre, peccatorem ſignificat. Bona patris quæ conſumpſit in luxurijs, ſunt uires ſenſus, ſanitas, tempus conditum & huiuſmodi. Quanta huius patris dilectio apparet, quando peccator iam nec uires, nec ſanitatem, nec tempus habet, quia uitam ſuam in peccatis conſumpſit: tamen ſi ad patrem per ueram contritionem reuertitur: pater miſericordia mouetur. Pſal. Quomodo miſeretur pater filiorum &c. ſed in oſculo reconciliationis, eum recipit. Patent iſta in latrone, ſero conuerſo. Vnde etiam tanquam ad oſculum, caput in cruce inclinauit. Ioan. 19. Inclinato capite, tradidit ſpiritum.

tum. De 3. dicitur hic. Scit enim pater ueſter, quia his omnibus indigetis. Ne autem in neceſſitatibus temporalibus, de procuratione huius patris diffidamus, inſtruxit nos de uictu, exemplo volucrum, de ueſtitu exemplo filiorum: in quibus credentium auaritia repræhenditur. Adhuc enim uiuit qui Iudæos 40. annis in deſerto, nec ſerentes, nec metentes pauit, & eiſdem 40. annis non ſunt attrita ueſtimenta eorum: ſicut dicitur Deut. 29. Quid ergo timent Chriſtiani, quando ita liberaliter procurantur Iudæi? Non ſolum autem corporibus, ſed etiam animabus prouidet etiam pater iſte ad ſalutem. Luc. 11. Si ergo uos cum ſitis mali &c. uſque petentibus ſe. Ber. Deum meum timeo, uitæ meæ non ſolum gratuitum largitorem, largiſſimum adminiſtratorem, pium conſolatorem, ſolicitum gubernatorem; ſed inſuper etiam copioſiſſimum redemptorem, æternum conſeruatorem, ditatorem, glorificatorem. O Chriſtiane, quare es auarus? qui tibi dat ſeipſum, quomodo non daret tibi cibum: qui tibi dat ſpiritum ſanctum, quomodo non dare poteſt uictum? Qui ergo dat tibi fidem & uirtutes, quomodo non daret tibi veſtes? dic ergo fideliter. Pater noſter &c. Panem no. co. d. n. h. Reprehenditur ergo Chriſtianorum ſolicitudo auaritiæ, non prouidentiæ. Qui enim Heliam per coruum cibauit, & Hagnem celeriter ueſtiuit, poteſt & tibi prouidere. De 4. Luc. 12. Nolite timere puſillus grex, quoniam complacuit p. v. d. v. regnum. Puſilli ſunt homines, quorum eſt hæreditas regni cœleſtis: quod bene ſignificauit in filijs Eſaiæ: quorum nullus unctus in regem, niſi ille de quo dictum. 1. Reg. 19. Adhuc reliquus eſt paruulus, & paſcit oues. Non enim grandibus per elationem & inflationem, ſed humilibus per humilitatem regnum cœlorum dabitur. Vnde bene de Saule dicit Dominus. 1. Reg. 15. Nonne cum paruulus eſſes in oculis tuis, caput in tribubus Iſrael factus es? vnxitque te dominus in regem? Aug. Eſto paruulus &c. Require in ſermone. Nemo poteſt venire &c. Sermone 1. in 2. membro.

Domi-

Dom. XVI. poſt Trin. ſer. III.

E

QVærite ergo primum regnum Dei. Matt. 6. Legitur Eſa. 21. Si quæritis, quærite: conuertimini & uidete: Sicut ergo ægrotus medicinam uel medicum, auarus theſaurum, dilecta ſponſum, hæres regnum:
F ſic & uos quærite medicinam pœnitentiæ: theſaurum gratiæ, ſponſum eccleſiæ, regnum gloriæ. De primo Amos. 5. Quærite me, & uiuetis, non corpore tantum, ſicut uiuunt boni, & mali, ſed etiam anima. Pſalmiſta Quęrite dominum, & uiuet anima ueſtra &c. Ac ſi diceretur ægrotis. Quęrite medicum ſcilicet Chriſtum. Mat. 9. Nō eſt opus ualentibus medicus, huius medici medicina eſt pœnitentia, hanc imprudentes propter amaritudinem heu abhorrent, uolentes potius eſſe leproſi, quàm ſumere amara. Contra quos dicitur. Eccle. 38. Altiſſimus de terra creauit medicinam: & uir prudens non abhorrebit eam. Quærit tamen quandoque medicum, ſpiritualiter leproſus, cum iam per infamiam incipit inter homines quaſi in facie eſſe ignominioſus. Pſalm. Imple. fa. e. &c. Dominus quoque hominem uulnerat, & percutit affligendo, ut medicum quęrat pœnitendo. Pſalm. Cum occideret eos, quærebant eum &c. Sicut autem ſtultus eſſet, qui aſino ſuo, & non ſibi ægrotanti quæreret medicum: ſic ſtultus eſt, qui medicum corporis quærit, medicum autem animæ negligit, ſicut Aſa, ut dicitur 2. Paralipom.
G 16. Nec in infirmitate quæſiuit dominum: ſed magis in medicorum arte confiſus eſt. De 2. Prouer. 2. Si quæſieris eam quaſi pecuniam, & ſicut theſaurus effoderis illam: tunc intelliges timorem domini, & ſcientiam Dei inuenies: quia dominus dat ſapientiam, & ex ore eius prudentia & ſcientia. Studioſe ergo in terra proprij cordis fode, quære, ſi defacili theſaurum uirtutum uis inuenire. Gregor. Defacili theſaurum in ſe inuenit, qui molem cogitationis,

tionis terrenæ a ſe repellit. Penſa quantis die uoctuque curis,& ſtudijs,& cogitationibus,quærant theſaurum negociatores,per terram & per mare,in periculo corporum & rerum quærunt denarium. Sic igitur inſtantius quæritur,quod inſtantius diligitur. Auguſtinus Plus diligit modica charitas uerbum Dei, quàm cupiditas,millia auri & argenti. O quam negociator quærit merces,pro uili precio? Quid autem ſpecioſius gemmis uirtutum? & quid uilius ſtercore temporalium? Matt. 13. Simile eſt regnum cælorum ho. negociatori &c. ideſt uirtutes. Inuenta una precioſa mar. ideſt charitate,dedit omnia temporalia. Cant, 8. Si dederit homo omnem ſubſtantiam domus ſuæ,pro dilectione,quaſi nihil deſpiciet eam, De tertio. Cant. 5. Quo abijt dilecte o. pulcherrima mulierum? quo declinauit dilectus tuus? quæramus eum. Pulchra fuit in corporis virginitate, pulchrior in animæ puritate, pulcherrima in prolis fœcunditate. O quanta eſt ſponſi ideſt Chriſti pulchritudo,qui tam ex pulcherrima matre natus eſt ſecundum humanitatem: ex pulcherrimo patre ſecundum diuinitatem? Sed ſponſus iſte pulcherrimus, propter nos apparuit, quaſi turpiſſimus. Sapientiæ ſecundo. Morte turpiſſima condemnemus eum. Sic enim eius turpitudo, facta eſt per ſanguinem ſuum, noſtra pulchritudo. Auguſtinus. Abſens eſt, qui nos ſanguine ſuo redemit: ſponſus ille quo nihil eſt pulchrius, qui quaſi fædus apparuit, inter manus perſequentium. Quære ergo o anima Chriſtiana abſentem, non ſolum tanquam ſponſum pulcherrimum, ſed etiam iucundiſſimum. Pſalmiſta. Exultent & lætentur omnes. Item tanquàm ditiſſimum, per quem ſemper abundabis bonis gratiarum. Pſalmiſta. Inquirentes autem dominum, non defi. omni bono. Item tanquàm optimum. Amos quinto. Quærite bonum. Gloſa. Chriſtum, qui dicit, Ego ſum paſtor bonus. Item potentiſsimum. Iob nono. Si fortitudo quæritur, robuſtiſſimus eſt. De quarto dicitur hic. Primum quærite regnum Dei. Si aliquis expulſus eſſet de regno patris H

opus non effertur,niſi qui prius in uoluntate moritur. In uoluntate enim mors animæ ponitur: morere ſi uis, uiue ſi uis. Auguſt. Deus amiſsus, mors animæ: anima amiſſa, mors corporis. Mors corporis neceſsaria,mors animę uoluntaria.Homo ergo moritur in mala uoluntate: effertur in peccati perpetratione,ſepelitur in conſuetudine,Hæc ſignificata ſunt in tribus mortuis, de quibus require infra in proximo ſermone. Secundo modo efferuntur ho- B
mines,de culpa ad gratiam: de malo ſtatu ad bonum:de mundo ad religionem.Effertur autem per rectores,per doctores,per orationes bonorum. Leui.4. Ipſum nero uitulum efferet extra caſtra,atque comburet. Vitulus eſt quilibet per martyrium,uel per pænitentiam, Deo immolatus,in altari fidei.Pſal. Imponent ſuper altare tuum uitulos. Qui extra huius mundi caſtra efferuntur,de muudi malitia ac malorum ſocietate uitiorum ſeparantur. ab his turbis & caſtris debet ſequeſtrari, qui Dominum deſiderat contemplari. Luc.19. Quærebat uidere Ieſum,& non poterat præ turba. Fuge ergo turbam. Caſſiodorus. Turba uitiorum ſine crimine uincitur, quando ſolicitudo gratiæ ſuffragatur. Efferri autem debet,ut comburatur igne contritionis uel amoris: de quo igne Exod. 19. Totus mons Sinai ideſt tota mens fidelis, fumigabat per contritionem, eoquòd deſcendiſſet Dominus ſuper eum in igne,uidelicet zeli uel amoris.Bernar.Tunc ſcit anima quòd iuxta eſt Deus, quum ſe ſenſerit illo igne ſuccenſam. De tertio. Actu. 5. Ecce pedes eorum qui ſepelierunt uirum tuum ad oſtium, & efferent te. Notent hanc hiſtoriam,& timeant, qui uſurpant aliena, ſi ſit ſubitanea morte pereunt,qui occultant propria. Timeant ergo maxime,qui in congregatione religionis ignorante Petro .i. prælato occultè aliquid retinere præſumunt.In reſolutione autem corporali,effertur corpus ad ſepulchrum: mala anima ad infernum.Eſaiæ 22. Dominus aſportari te faciet,ſicut aſportatur gallus gallinaceus. Qui demiſſo ad terram capite,& ligatis pedibus,ad forum portatur. Itē bona anima,ad cœlum effertur.Luc.16. Factum eſt ut mo

reretur

meus,& alia membra quæ in me non uiuunt, in morte, in me mori non poſſunt. Sic in domino moritur,quicunque eſt membrum domini,per fidem & amorem, & nullus in eo moritur,qui in eo non uiuit. Multi tamen mori uolũt, qui nolunt uiuere in domino, immo uiuunt in diabolo: ſicut Balaam, qui dixit Numeri. 23. Moriatur anima mea morte iuſtorum. O quàm diſſimilis mors,eorum qui in diabolo moriuntur:ſicut patet.Luc.16. Factum eſt autem ut moreretur mendicus,& portaretur ab angelis in ſinum Abrææ. Mortuus autem diues, & ſepultus eſt in inferno. De utraque ſic ait Bernard. Bona mors iuſti,propter requiem: melior propter nouitatem,optima propter ſecuritatem.Econtrario mors peccatorum peſſima Mala ſiquidem eſt in emiſſione mundi, peior in ſeparatione carnis, peſſima in uermis & ignis duplici contritione. De ſecundo ſignificatum eſt in tribus mortuis, quos in Euangelio legitur Dominus ſuſcitaſſe..Puellam enim mortuam ſuſcitauit in domo. Matt. 9. Adoleſcentem in feretro. Lu. 7. Lazarum in ſepulchro. Ioan. 11. Moritur enim homo in anima,per peccatum mortale. Auguſt. Sicut uita corporis anima: ſic uita animæ eſt Deus, ſi anima deſeratur, moritur corpus ſic anima moritur, ſi Deus deſeratur. Peccatum autem mortale quandoque eſt in uoluntate, & tunc eſt mortuus in domo, adhuc enim latet interius. Quandoque in opere,tunc uenit extra portam. Quandoque in conſuetudine,& tunc eſt in ſepulchro. Vnde uerſus. Mens mala, mors intus: malus actus, mors: foris uſus. Tumba, puella, puer, Lazarus iſta notant. Quàm periculoſa ſit tertia mors, oſtendit dominus cum reliquos duos de facili ſuſcitauit, & in ſuſcitatione Lazari infremuit ſpiritu, & turbauit ſeipſum, & lachrymatus eſt, & uoce magna clamauit: oſtendens quid agendum ſit eis, qui in ſepulchro malæ conſuetudinis, & qui lapide obſtinationis preſſi ſunt. Fremitu enim timorationis, turbatione contritionis, lachrymis ſatisfactionis, clamore orationis ſuſcitandi ſunt, Huius mortis ſignum eſt, quando infirmus nullum cibum

F

doctrinæ ſumere uel retinere poteſt. Pſal. Omnem eſcam abominata &c. uſque mortis. De tertio. Coloſſ. 3. Mortui eſtis, & uita ueſtra abſcondita eſt cum Chriſto in gloria. Mortui in exteriori homine, & uiui in interiori eſſe debemus. Mori debemus mundo & peccatis, abſcondi autem Deo, qui pro nobis mortuus eſt, ut ei uiuamus. 1. Petr. 2. Peccata noſtra pertulit ipſe in corpore ſuo, ſuper lignũ, ut peccatis mortui, iuſtitiæ uiuamus. Sicut ipſe Chriſtus mortuus eſt carne, & uixit deitate: ſic nos in his quæ carnis ſunt mori, in ijs quæ Dei ſunt uiuere debemus. Vnde Geneſ. 22. Aries moritur, ſed uiuit Iſaac, qui ſpiritum ſignificat. Carnales uero econtrario, dum pro carnis uoluptate, ſpiritum extinguunt. Hanc mortem ferueris Dei amor debet in nobis operari, Can. 8. Fortis vt mors dilectio. Iſidor. Sicut mors uiolenter ſeparat animam a corpore, ita dilectio Dei uiolenter ſegregat animam a mundo, &
H carnali amore. De quarto, Ezech. 24. Mortuorum luctũ non facies. Quid enim prodeſt lugere, quos lugendo de morte æterna non poſſumus ſaluare: Pſalm. Sicut oues in inferno. Sicut enim nulla eſt defenſio oui, contra lupos infernales ideſt contra lupos diabolos. Heu quid facient leones ideſt ſuperbi, & lupi auari, & porci luxurioſi, ex quo etiam oues morte æterna deuorantur. Bernard. Quis det eis ſemel mori, ne moriantur in æternum: quum dicunt montibus, cadite ſuper nos & cooperite nos.

Dom. XVII. poſt Trin. ſer. III.

I Reſedit qui erat mortuus, & cæpit loqui. Luc. 7. Mortui ſpiritualiter in animabus debent incipere loqui confitendo, lauando. Ecce autem quàm ſtupenda & mira. Inuenimus enim in ſcripturis loqui brutũ, loqui mortuum, loqui cornu, loqui tonitruum. Loquitur autem brutum in indebita ſubditi afflictione: mortuus in pia confeſſione: cornu in maledicta Antichriſti blaſphemationes, tonitruum in ultima Chriſti diſceptatione. De primo.

primo.2.Petr.2.Subiugale mutum,uoce hominis loquens prohibuit prophetæ inſipientiam. Propheta eſt prælatus malus uel princeps, qui bene Balaam dicitur, qui interpretatur turbans gentes,& deuorans populum. Prouerb. 28.Leo rugiens,urſus eſuriens,princeps impius.ſuper populum pauperem. Aſina uero animam ſubditi ſignificat, ſuper quam authoritate regiminis ſedet prælatus,quam ſoluere,& ad Chriſtum deberet adducere,Matt.21.Soluite,& adducite mihi. Aſina quando urgebatur a propheta procedere contra uoluntatem Dei, contradixit & declinauit:ſic ſubditus,ſi Papa,uel Imperator ſiue Dux, ſi Epiſcopus, ſi Pater uel mater, ſi dominus uel domina, cogit eum aliquid facere contra Deum, debet os aperire & contradicere.Ibi enim non oportet obedire.Bernar. Hoc aduertendum, quòd quædam ſunt pura bona,quædam pura mala, & in his nullam deberi hominibus obedientiam: quia neque illa omittenda ſunt,cum prohibentur,neque iſta cum iubentur committenda.Contradicendum autem eſt timore gladij,quem aſina uidit.Hic eſt gladius iudicij, de quo Deut.32. Si acuero ut fulgur gladium meum.Sed heu homo non timet, ſed aſinus timet. De ſecundo dicitur hic.Reſedit qui erat mor.& cœpit loqui.Mortuus per tranſgreſsionem peccati, iuſtificatus autem per contritionem,loquitur per confeſsionem, & per Dei laudem,uel quæcunque uera,utilia,uel ædificatoria uerba. Non ſolũ autem ſpiritualiter, ſed etiam corporaliter mortuum legimus adhuc loqui Vnde de Abel dicitur,Hebr.9. Per illam defunctus adhuc loquitur. Et Hebr.12. dicitur,quòd habemus ſanguinem melius loquentem,quàm Abel. Sanguis enim proximi iniuſte effuſus loquitur, petens uindictam de occiſione. Sangui Chriſti loquitur,petens miſericordiam pro peccatore. Quid mirum ſi ſanguis Chriſti loquitur, cum omnia uulnera eius pro nobis loquantur? Auguſt.Multa pertulit in corpore ſuo cruenta uulnera,ut multa eſsent pro nobis ora clamantia. De tertio.Dan.7. Ecce oculi hominis erant in cornu iſto, & os loquens ingentia.Cornu iſtud ſecundum Glo.eſt Antichriſtus.Sicut

enim animal, cornu ferit, & impugnat animalia: ita diabolus eccleſiam per Antichriſtum. Sicut Chriſtus fuit cornu ſalutis. Luc. 1. Et exit cornu ſalutis nobis. &c. Ita Antichriſtus cornu perditionis. Diabolus enim per ipſum potenter operabitur. 2. Theſſ. 2. Cuius eſt aduentus ſecundum operationẽ ſathanę, in omni uirtute, & ſignis, & prodigijs mendacibus &c. Oculi autem in cornu, ſignificant cognitionem profundæ ſcientiæ, quam uidebitur habere. Os eius loquetur mendacia blaſphemando, quia ſe dicet Chriſtum eſſe, Iudæis promiſſum. 2. Theſs. 2. Oſtendẽs
N ſe tanquàm ſit Deus. Gloſſ. dicens ſe Deum eſse. Hiere, Ergo ſathan qui prius loquebatur in colubro, in fine loquetur in cornu, ideſt Antichriſto. Myſtice autem quotidie fidelibus in colubro loquitur, & in cornu. In colubro per occultam ſuggeſtionem. In cornu per apertam perſecu-
O tionem. De quarto dicitur de angelo. Apoca. 10. Clamauit uoce magna, quemadmodum leo cum rugit, & cum clamaſſet, locuta ſunt ſeptem tonitrua, uoces ſuas. Clamor, rugitus leonis, eſt illa uox, de qua Hieremiæ, Surgite mortui, uenite ad iudicium. Matt 25. Media nocte clamor factus eſt. Septem tonitrua ſunt ſeptem deſcriptiones in ſententia iudicis. Primum tonitruum eſt. Diſcedite a me maledicti &c. Secundum tonitruum eſt. Eſuriui & non dediſti &c. Tertium. Sitiui. Quartum. Hoſpes eram &c. Quintum Nudus fui. Sextum. Infirmus fui. Septimũ. In carcere. Sed quid loquuntur iſta 7. tonitrua. Vnde iſta grauiſſime loquuntur. Thre. 2. Inſinuant & incutiunt terrorem, & horrorem, tam intolerabiles ſunt, quòd præ magnitudine ſcribi non poſſunt, immo neque intellectu capi. Iob. 26. Cum uix paruam ſtillam ſermonis eius audierimus, quis poterit tonitruum magnitudinis illius intueri? Parua ſtilla fuit, cum dicit Ioan. 18. Ego ſum de qua ſtellæ ceciderunt in terram. Gregorius. Quis eius iram, cuius uerbi non potuit magnitudo tolerari.

DOMINICA XVIII. POST TRINI. Sermo Primus.

CVm intraſſet in domum cuiuſdam principis A
&c. Luc. 14. Princeps eſt Chriſtus: princeps angelus: princeps homo: princeps diabolus. De primo principe. Eſaiæ. 9. Factus eſt principatus eius ſuper humerum eius &c. uſque principa. Hic princeps miſericordiæ in mundo. Actu. 5. Hunc principem Deus, & ſaluatorem exaltauit dextera ſua, ad dandam pœnitentiam, & remiſſionem peccatorum. Item princeps iuſtitiæ, eſt Chriſtus in iudicio. Luc. 12. Cum uadis cum aduerſario tuo, ad principem in uia, da operam liberari ab illo, ne forte tradat te iudici &c. Et princeps eſt iudex. 1. Petri 5. Cum apparuerit princeps paſtorum, percipietis immarceſſibilem gloriæ coronam. Nota, quòd hic exactor in Matthæo miniſter, & quod hic minutum, ibi quadrans dicitur. De his require in ſermone, Reddite. in quarto membro. Item princeps gloriæ in cœlo. Eſa. 9. Pater futuri ſeculi, prin. pa. Reuera in futuro ſeculo ſumma pax ex ſub principe Chriſto. De ſecundo, Dan. 10. Ecce Michael unus de principibus uenit B
in adiutorium meum. Iſtorum principum ſcilicet angelorum, habemus miniſterium in exilio. Vnde angelo euaginatum tenenti gladium dicitur, Ioſue. 5. Noſter es, an aduerſariorum? Qui reſpondit. Nequaquam, ſed ſum princeps exercitus domini. Item teſtimonium in iudicio. Eſaiæ 3. Dominus ad iudicium uenit cum ſenatoribus populi ſui ideſt cum Apoſtolis & principibus eius angelis, qui erunt teſtes humanorum actuum, ſicut dicit Gloſſ. ſuper illud Matt. 25. Cum uenerit filius hominis in maieſtate ſua, & omnes angeli cum eo. Item conſortium in regno. 1. Reg. 2. Suſcitat de puluere egeuum, & de ſtercore eleuat pauperem, ut

ſedeat cum principibus & ſ. g. t. In ſtercore ſolent eſſe uermes. O quanta gratia, quòd Deus ſtercorum uermes collocabit in ſolijs principum. Bernard. Nonne de uermiculis eſtis, & de puluere iſto reſtaurati ſunt muri Hieruſalem? Familiaritatem principum iſtorum aſſequimur, per munera orationum & operum bonorum. Prou. 18. Donum hominis dilatat uiam eius, & ante principes ſpatium ei
C facit. De tertio. Pſal. Reprobat conſilia principum. Principes in ſcripturis large dicuntur prætores & iudices præpoſiti aliorum, ſicut Ioſeph: de quo Pſalm. Conſtituit eum dominus. &c. Reprobatur autem in principibus non ſolũ nequitia conſiliorum, ſed etiam iniuſtitia, & officij negligentia, Vnde cum populus peccaſſet, iratus eſt dominus principibus, dicens. Num. 25. Tolle cunctos principes populi, & ſuſpende eos contra Solem, in patibulis ſcilicet infernalibus. Item ipſorum uiolentia. Pro. 28. Leo rugiẽs, & urſus eſuriens, princeps ipſius ſuper populum pauperem. Item malorum adhærentia. Eſa. 1. Principes tui infideles, ſocij furum, omnes diligunt munera, ſequuntur retributiones: qui tanto grauius cadunt: quanto plures inuoluunt. Ber. Principis error multos inuoluit, & tãtis obeſt, quantis præeſt. Item familiæ indecentia. Proue. 29. Princeps qui libenter audit uerba mendacij, omnes miniſtros habet impios. Contra quos ait Ambroſ. Laus domini, ubi munda poſſeſſio, & innocens familiæ diſciplina. O miſeri principes, cogitate quàm breuis & quàm nullus, ſit veſter principatus. Iſidor. Dic ubi ſunt reges, ubi principes, ubi imperatores, ubi locupletes rerum, ubi potentes ſeculi, ubi diuites mundi. quaſi umbra tranſierunt, & ue-
D lut ſomnium euanuerunt. De quarto. Ioan. 16. Princeps mundi huius, iam iudicatus eſt. Et merito autem iudicatus eſt, quia iniquiſſimus eſt. Tot autem habemus contra nos principes, quot dæmones aduerſantes. Principes autem illi nos expugnant, nos ſubiugant, nos iugulant. Impugnant in tentatione. Ephe. 6. Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem & ſanguinem, ſed aduerſus principes & poteſtates. &c. Iniquiſſime autem nos impugnant, non
læſi

ipſi a nobis. Pſal. Principes perſecuti ſunt me gratis. Item ſubiugant per uincula in tranſgreſsione, per iugum & uincula peccatorum. Pſalm. Principes conue. in 5. aduerſus dominum &c. vſque proijciamus a nobis iugum ipſorum. Item iugulant in damnatione. Vnde de habitatoribus inferni dicitur Ezech. 32. Ibi principes aquilonis omnes, & uniuerſi venatores, qui deducti ſunt cum interfectis. Principes aquilonis ſunt dæmones. Venatores autem diaboli, ſunt homines peruerſi, per quos animæ hominum in peccatis capiuntur. Interfecti autem ſunt damnati a principibus infernalibus, per tormenta infernalia iugulati.

Dom. XVIII. poſt Trin. ſer. II.

Amice aſcende ſuperius. Luc. 14. Infelices autem ſunt, qui non aſcendunt per diuinam inuocationem. Conſiderandum autem quòd aſcendere debet homo ad ueritatem, per contemplationem: ad uirtutem per conuerſationem: ad dignitatem per uocationem: ad immortalitatem, per euolationem & reſurrectionem. De primo. Nume. 27. Aſcende in montem iſtum Abarim, & contemplare inde terram, quam daturus ſum filijs Iſrael, terram ſcilicet uiuentium. Mons autem altitudinem mentis noſtræ, uel fidei ſignificat, per quam tranſimus ad Deum. Vnde Abarim interpretatur pertranſitio. Aſcendere per contemplationem non poteſt carnalis, ſed ſpiritualis. Sic ad litteram, carnoſi & pingues, altos montes non bene aſcendere poſſunt. Vnde Apoc. 4. Cum Ioannes uidiſſet oſtium apertum, audiuit dicentem ſibi. Aſcende huc, & oſtendam tibi quæ oportet fieri cito. Et ſequitur. Et ſtatim fui in ſpiritu. Debes ergo nō in carne ſed in ſpiritu: non cum aſino, ſed cum puero montem uiſionis aſcēdere. Bern. Intentiones, cogitationes, voluntates, affectiones, & omnia interiora mea, uenite aſcendamus in montem domini, ubi dominus uidet & uidetur. Sicut autem oſtium in cœlo apertum eſt aſcendentibus: ſic oſtium in in-

ferno apertum eſt deſcendentibus Eſa 5. Dilatauit infernus animam ſuam,& aperuit os ſuum abſque ullo termino : & deſcendent fortes eius, & populus eius, & ſublimes
F glorioſique eius ad eum. De ſecundo.Cantic.3,Quæ eſt iſta quæ aſcendit per deſertum. Deſertum eſt mundus, in quo ſerpentes & vermes ſcilicet vitia, & latrones ideſt dæmones, quos aſcendendo ad uirtutes euadimus: deſcendendo autem per uitia,in eos incidimus. Lucæ 10. Homo quidam deſcendit ab Hieruſalem.&c.Sequitur. Sicut uirgula fumi ex aromatibus myrrhæ & thuris, & vniuerſi pulueris pigmentarij. In myrrha,coutritio:in thure,oratio : in puluere pigmentarij, diuerſarum uirtutum compoſitio: in uirgula fumi, ſuauiſſima deuotio ſignificatur. Nota, quod prædicto puluere, homo ſuauem facit potum aduerſitatis. Solent enim homines puluerem ſumere,ut lapidius poſsint bibere Matt. 19. Poteſtis bibere calicem &c.bene dicunt.Poſſumus. Iam enim de puluere ſpiritus,guſtauerunt aliquid, Quæ eſt ergo iſta anima fidelis,quæ aſcendit non greſſibus, ſed uirtutibus:non corpore,ſed corde?Pſal.Aſcenſiones in corde ſ.d.in v.lachrymarum,in lo.q poſuit.Bernard. Qui aſcenſiones in corde ſuo diſponunt,qui de uirtute in uirtutē eunt, uidere Deū deorum in Sion,eo fęlicius merentur in retributione,quo ſummo bono familiarius adhærere ſtuduerunt, puriori conuerſationis ordine. Sed heu multi non aſcenſiones ad cœlum,ſed deſcenſiones in infernum diſponunt, in corde ſuo, de uitio in uitium deſcendentes, uſque ad profun-
G dum inferni.Exo 15. Deſcendunt in profundum, De tertio.Prou. 25. In loco magnorum ne ſteteritis:melius eſt tibi ut dicatur. Aſcende huc, quàm ut humilieris coram principe ideſt Chriſto. Magnorum ergo merito,uel officio,uel ſanctitatē,uel dignitate, locum nullus præſumendo uſurpet,uel ambitione. Vnde in hoc Euangelio. Recūbe in nouiſſimo loco &c.uſque Aſcēde ſuperius. Sed heu quomodo criminoſi ſcalam eccleſiaſticæ dignitatis, uel mundanę poteſtatis audent aſcendere,cum Iacob non dæmonis, ſed homò homines aſcendentes, & deſcendentes

angelos

angelos uidit in ſcala.Gene.28. Angeli enim debent eſſe per bonitatem, non dæmones per malignitatem, quicunque in ſcala poteſtatis uolunt aſcendere. Iſidor. Non debet homo honoris ducatum recipere, qui neſcit ſubditos tramite uitæ melioris præire. Neque enim qui quam ad hoc præficitur, ut ſubditorum culpas corrigat, & ipſe uitijs ſeruiat. Sed heu multo iam plures dæmones, quam angeli, hanc ſcalam aſcendent Gregor. Minorem maior præcedit. ſicut honore, ſic & crimine. De quarto, Pſalm. Quis aſcendet in montem Domini &c, Innocens manibus &c. uſque hic accipiet benedictionem .]&c. Iſte autem aſcenſus in curru bonæ uitæ igneo per charitatem. quarti Reg. 2. Aſcendit Helias &c. Ecce currus igneus. Hunc autem aſcenſum facere non poſſunt, niſi nobiles. Nobiles non ſanguine, ſed uirtute. Nobiles utique qui coronandi ſunt, tanquam reges. Hierem. 17. Ingredietur per portas ciuitatis huius. Reges & principes aſcendentes in curribus & in equis. Currus ſignificare poſſunt diuerſos ſtatus, & profeſsiones ſaluandorum. Alij enim aſcendunt in curru coniugali, alij in viduali, alij in uirginali, alij in circuitu ordinis ſancti Franciſci. & ſic de alijs. Equi autem ſunt corpora in quibus boni per reſurrectionem aſcendunt in cœlum. H

Dom. XVIII. poſt Trin. ſer. III.

QVi ſe humiliat exaltabitur. Luc. 14. Ecce magnus fructus, magna utilitas humilitatis. Qui ergo vult ſe humiliare, debet cauſam, modum, fructum, humilitatis attendere. Attendat inquam humiliationis neceſſitatem, qualitatem, utilitatem. Circa primum, ſcilicet cauſam humiliationis, ſiue neceſsitatem, conſidera quod humilis debet eſſe propter tria: ſcilicet, propter cõditionis uilitatem: propter ſaluationis humilitatem:

tatem: propter ſaluationis neceſſitatem. De primo. Pſal. Humiliata eſt in puluere anima noſtra. Quid enim eſt corpus noſtrum, niſi puluis? Gen. 3. Puluis es, & in puluerem reuerteris. Merito ergo ſe humiliat, qui miſeram hāc conditionem bene recogitat. Gregorius ſuper Ezechielem. Heu unde proceſſit homini tanta ſuperbia: cuius tam grumnoſa natiuitas, cuius pænalitatem concludit mortis neceſſitas: cui eſſe momentaneum, mundus exilium, uita
K periculum: De ſecundo. Matt. 11. Diſcite a me quia mitis ſum, & humilis corde. Diſce miſer homo humilitatē, ab humilibus ſanctis generaliter. Coloſſen. 3. Induite uos ergo ſicut electi Dei, ſancti, & dilecti, uiſcera miſericordiæ, benignitatem, humilitatem. &c. Diſce a beata Maria ſpecialiter. Lucæ 2. Reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ. Diſce a Chriſto humilitatem excellentem: cuius exemplo uſque ad mortem crucis, uitam potius quàm humilitatem amittas. Philippen. 2. Humiliauit ſemetipſum, factus obediens uſque ad mortem, mortem autem crucis. Auguſtinus. Si tanta humilitate ſe deprimit diuina maieſtas, ſuperbire audet in aliquo humana infirmitas? De
L tertio. Eccle. 13. Humilia te domino & expecta manum eius. Habet dominus manum miſericordiæ, & manum iuſtitiæ. Manum coronantem, & manum damnantem. Has manus homo cum timore expectat, ignorans utrum iudicij an miſericordiæ manum incidat. Vnde merito ſe humiliat. primæ Petri 5. Humiliamini ſub potēti manu Dei. &c. Gregorius. Nobis cuncta de meritis noſtris incerta
M ſunt, ut certam gratiā teneamus humilitate. Circa principale, ſcilicet modum humiliationis. Conſidera quòd homo debet humiliari totaliter, ſcilicet corde, ore, & opere. Corde. Pſal. Cor contritum & humiliatum Deus non deſpiciet. Cor humile Deus non deſpiciet, ſed reſpiciet. Pſ. Humilia reſpicit in cælo & in terra. In cœlo per gloriam: in terra per gratiam. Humiliare ergo in terra, ne humilieris in gehenna. Eccle, 7. Humilia ualde ſpiritum tuum, quoniam uindicta carnis impij ignis, & uermis. Si humilitate cor bene armetur, ſagittis diaboli non faciliter uulneratur.

fieratur. Ioan. Chryſoſt. Humilis ancillæ capitur paſſione, non ira hunc moleſtare poteſt: non æmulatio: non zelotypia. Ore debet humiliari. Pſalm. Obmutui & humiliatus ſum, & ſilui a bonis. &c. Si uere humilis es, a bonis ex humilitate ſilebis. Quàm longe ſunt ergo ab humilitate, qui etiam a malis non ſilent? Humilitas autem oris, nō ſolum eſt in ſilendo humiliter, ſed etiam in loquendo humiliter. Patet ſcilicet in Maria, quæ ſe ancillam dixit: & in Dauid, qui ſe canem mortuum dixit. Opere debet humiliari. Ephe. 4. Obſecro uos ego uinctus in domino, ut digni ambuletis vocatione: qua uocati eſtis: cum omni humilitate & manſuetudine. Digne ambulare eſt in bonis actibus proficere. Vnde in humilitate ambulare, eſt in uia actionis & bonæ uitæ ſemper corde, ore, & opere, humilitatem inſinuare. Auguſtin. Pergite uiam humilitatis, ipſe exaltat humiliter ſequentes, quem deſcendere non ſpiguit ad iacentes. Circa tertium ſcilicet fructum & utilitatem humiliationis: Conſidera, quòd homo per humilitatem a malo liberatur: in bono adiuuatur: in cælo exaltatur. De primo. Pſal. Quoniam reſpexiſti humilitatem meam, ſaluaſti de neceſsitatibus animam meam. De neceſſitatibus utique culpæ mortalis, pœnæ gehennalis, miſeriæ temporalis, Pſal. Circundederunt me gemitus mortis, ſcilicet culpæ mortalis: & pericula inferni inuenerūt, ſcilicet pœnæ gehennalis. Tribulationem & dolorem inueni, ſcilicet miſeriȩ temporalis aduerſitatis. Sed quomodo o Dauid euaſiſti? Humiliatus ſum & liberauit me. De ſecundo Eccle 4. Quanto magnus es, humilia te in omnibus, & coram domino inuenies gratiam. Bene dicitur inuenies gratiam: quia gratia, humilitate inuenitur, quȩ oratione quæritur. Eccl. 25. Oratio humiliantis ſe, nubes penetrat. Pſ. Reſpexit in orationē humiliū. &c. Sicut autē gratia humilitate inuenitur, ſic humilitate cuſtoditur. Greg. Qui ſine humilitate virtutes congregat, quaſi qui in uentum plumas portat. De tertio dicitur hic. Qui ſe humiliat, exaltabitur. Et Prouer. 29. Humilem ſpiritu ſuſcipiet gloriam. Rogemus. &c.

N O P Q

Domi-

DOMINICA XIX. POST TRINIT. Sermo Primus.

A

Diliges Dominum Deum tuum. Matt.22. Sine dilectione ſaluari non poſſumus, & dilectionis certitudinem non habemus: probatur tamen & perpenditur Dei dilectio ex quatuor ſignis & affectibus ſuis videlicet ex ſolicitudine cogitationis, ex fortitudine affectionis, ex rectitudine inteutionis, ex promptitudine operationis. De 1.Cant.3. Surgam & circuibo ciuitatem per vi. & pla. quęram quem diligit anima mea.Ecce quòd omnis anima diligens Deum ſolicita eſt quomodo Deum inueniat,quo modo Deum teneat,quomodo placeat eidem. Ideo bene ſolicitudo amoris, his tribus uerbis exprimitur, cum dicitur,ſurgam,& circuibo,& quæram. Surgit enim anima amans,mentem a terrenis eleuando.Baruc.5. Surge Hieruſalem,& ſta in excelſo.Greg. Frigeſcit quis a curis ſeculi,quanto ſurgit ardentius in amore Dei. Item circuit, opera Dei & beneficia conſiderando, præcipuè beneficiũ paſſionis Chriſti. Eſa.23.Sume citharam, circui ciuitatẽ. Sicut enim in cithara, chordæ ſuper lignum, ita membra Chriſti in ligno crucis extendebantur. Ciuitas eſt eccleſia,in qua per plateas mandatorum, per uicos cõſiliorum quærendus eſt Chriſtus.Itẽ quærit Deũ feruenter de ſiderando.ad quid autem quærendus ſit,Ber.nos inſtruit, dicens.Occultat ſe Dominus,ut ardentius quæratur,quæſitus cum gaudio inueniatur: inuentus cũ ſolicitudine teneatur:tentus non dimittatur, donec in amoris cubiculũ

B manſurus introducatur. Require ſupra ſermone. Pater tuus & ego,do.quæ.t. De 2.Cant.8. Pone me ut ſignaculum ſuper cor tuum,ut ſignaculum ſuper bra.t. quia fortis eſt ut mors dilectio.Bene ſentit homo,quando ſic fortiter diligit Deum,quòd dilectio ſua inuincibilis ſit, ſicut mors.

mors. Aug. Reſiſtitur ignibus, undis, ferro, regibus, & poteſtatibus: uenit una mors, quis ei reſiſtet? Propterea uiribus eius comparata eſt dilectio. Bene autem dicitur, Pone me ut ſignaculum, ſuper cor tuum. Sicut enim ſigillum in cæra molli, ſic ſponſus charitatis Chriſtus, facile imprimitur, non cordi duro per impietatem, ſed molli per contritionem, & per deuotionem. Pſalm. Factum eſt cor meum &c. Debet ergo ita ſigillum amoris eſſe in corde, ut dictum eſt Item in opere. Vnde addit, ut ſignaculū ſuper bra.t. In operibus enim & laboribus, quæ brachia ſunt amoris, oſtenditur. Iob. 37. Qui in manu omnium hominum ſignat, ut nouerint ſinguli opera ſua. In ore. Eccl. 22. Quis dabit ori meo cuſtodiam, & ſuper labia mea ſignaculum certum? Sigillum ergo amoris apparet in ore, cum de dilecto libenter loquitur Ioan. Chryſ. Amantium mos eſt, ut amorem ſuum ſilentio tegere nequeant. Sigillum amoris, optime claudit os, & cuſtodit a tacendis. Au. Siue taces, dilectione tace: ſiue clamas, dilectione clama. De tertio. Cantic. 1. Recti diligunt te. Si ſeruis Deo timore gehennæ, uel pœnæ tranſitoriæ, uel amore commodi, uel laudis mundanæ, rectus non es, ſed inclinatus ad inferiora: neque oculum intentionis habes ad cœleſtia, ſicut ſignatum eſt in muliere, de qua Luc. 13. quæ erat inclinata, neque omnino poterat ſurſum reſpicere. Si autem amore Dei ſeruis, rectus es. Rectitudo autem hominis, in tribus conſiſtit. Primo in mali declinatione, & hoc eſt innocentię Iob. 1. Erat uir ſimplex, rectus &c. uſque retinens innocentiam. Secundo in boni operatione, & hoc beneficentiæ. 2. Prou. 20. Ex ſtudijs ſuis intelligitur puer, ſi munda & recta ſunt opera eius. Tertio in amoris Dei intentione, & hoc eſt conſcientiæ. Recta. n. conſcientia, amore beatitudinis Deo ſeruit, nō principaliter timore dānationis. Per primā rectitudinē, virgo es. Per ſecunda, lāpadē hēs. Per tertiā, oleū poſſidet. Si uis ergo rectus eſſe per amorē, abijcere dēs ſeruilē timorē. Eſa. 44. Noli timere ſerue meus Iacob, rectiſſime quē elegi, noli inquā timere. q. d. Nō tm̄ ex timore, ſed ex amore, ſeruus meus tu es rectiſſimus. C

ſimus. Rectus utique in declinatione criminis, rectior in operatione ui rtutis, rectiſſimus in intentione amoris. Rectitudo ergo, amoris ſignum, & effectus eſt dilectionis. Quantum enim ſeruus Dei, a ſeruili timore deficit, tantum in amore proficit. Qui Deo ſeruit amore, rectus & bonus eſt: qui tantum timore, curuus eſt & malus in uolũtate. Aug. Viuit enim in eo peccandi uoluntas, quæ tunc apparet in opere, ſi ſperatur impunitas. Peccare non uult charitas, etiam ſi ſperatur impunitas. De quarto Ioan.
D 14. Qui habet mandata mea, & ſeruat ea, ille eſt qui diligit me. De hoc require in ſe. ſer. per totum.

Dom. XIX. poſt Trin. ſer. II.

E Diliges Dominum Deum &c. Mat. 22. Exigit a nobis Dominus totum cor, quaſi proprium hoſpitium. Exigit totum cor, ad credendum. Actu. 8. Dixit autem Philippus. Si credis ex toto corde. Ex toto corde non credit, cuius uita a corde diſcordat. Iac. 2. Sicut corpus ſine ſpiritu mortuum eſt: ita fides ſine operibus mortua eſt. Signa autem fidei integra ſunt, de quibus Marci ultimo. Signa eos qui crediderint hæc ſequentur &c. Expone moraliter, ſicut habes in ſermone. Nolite con
F triſtare ſpiritum ſanctum &c. Item ad pœnitendum. Ioelis ſecundo. Cõuertimini ad me in toto corde ueſtro &c. in ieiunio & fletu & planctu. Quid eſt in toto corde conuerti? Reſpondit Aug. di. Conuertitur enim totus, & omnino uertitur &c. Require ſupra in ſermone, Aſcendit Simon Petrus. Toto quoque corde conuertitur, qui contritionem habet interius, cuius ſignum eſt fletus in ſatisfactione exterius, ad quam pertinet ieiunium. Certe melius eſt pro peccatis flere temporaliter quàm æternali-
G ter. Matt. 13. Ibi erit fletus & ſtridor dentium. Item ad bene uiuendum. Deuter. 10. Seruies domino Deo tuo in t. c. t. &c. Luc. 1. Seruiamus illi in ſãctitate & iuſtitia, corã ipſo, omnibus diebus noſtris. In ſanctitate ſcilicet mundi

tiæ a peccatis 2.Corin.7. Mundemus nos ab omni inquinamento carnis, & ſpiritus:perficientes ſanctificationem in timore Domini,& iuſtitia coram ipſo.Pſalm.Dilexiſti iuſtitiam,quo ad ſecundum:& odiſti iniquitatem,quo ad primum.Perſeuerantia autem notatur,cum dicitur, omnibus diebus noſtris. Item ad obediendum Deut.23. Cuſtodias mandata eius, & hæc impleas ex toto corde tuo. H
Implet ex toto corde, qui contritionem habet interius ſi impleat,de quibus Apo.10.Non omnes obediunt Euangelio Imple toto corde mandata Dei, in mundo,ut impleatur cor tuum lætitia in cœlo.Pſalm.Adimplebis me lætitia cum vultu tuo. Impleas autem non ſolum diuina,ſed & humana,toto corde Ber. Quicquid uice Dei,præcipit homo, impleſi eſt ſicut præcipit Deus. Item ad orandū I
Iudith.4. Ex toto corde orabant omnes, ut uiſitaret populum ſuum Non orat qui corde non intendit. Matt.15.Populus hic labijs me honorat, cor autem &c. Tales orant Deum a tergo,non faciem Contra quod.Pſalm. Depræcatus ſum faciem.t.in to.cor.m.Etiam corde non orant,qui orationem in lingua, ſed iuſtificationem non habent in uita.Contra quod.Clamaui in to.cor.meo. &c.uſque requiram Requiram inquā bene uiuendo. Deus non attendit tuam orationem,ſi non quæris tuam iuſtificationem. Ioa. Chryſoſt.Qui orat Deum,& peccat,non orat Deum, ſed deludit eum. Item ad diligendum ſic hic,& Deute.6. Diliges Dominum Deum tuum, ex t.c.tuo. Ex toto corde k
non diligit,qui de ſe aliquid relinquit.Auguſt. Totum inquit cor meum flamma tui amoris accendat. Nil in me relinqnatur mihi,ſed totus in te æſtuem: in te ardeam: totus te diligam.Item toto corde non diligit, qui dilectionem in effectu non oſtendit.Io.14.Si quis diligit me, ſermones meos ſeruabit.Greg.Nunquàm eſt amor Dei ocioſus &c. Vnde & archa teſtamenti intus & extra, auro ueſtiebatur. Charitatis igitur ueſtis,ſit interius per affectū, exterius per effectum. Item ad reminiſcendum Deum. L
Tob.5. Quoniam memor fuit Dei ſui,in toto corde ſuo, dedit ei Dominus gratiam in conſpectu Salmanaſar regis.
Item

Item inter cætera Dei beneficia, quæ in memoria habere debemus, præcipuè paſsio in corde debet eſse memoriter. Thre. 3. Recordare paupertatis meæ, & tranſgreſſionis abſynthij & fellis. Expone qualiter hæc habere debemus
M in memoria, ut ea imitemur. Item ad gratias agendum. Pſalm. Confitebor tibi domine in t. c. Hæc eſt cõfeſſio laudis. Bene ait. In æternum. Semper enim homo inuenit, in quo Deum laudare poſſit Auguſt. Quæcunque homo fecerit, inuenit in ſuis factis Deum. Si recte non egerit, laudabilem inuenit per iuſtitiam ſuppliciorum: ſi peccator conuerſus ad recte uiuendum redierit, laudabilem inuenit per miſericordiam indulgentiarum.

Dom. XIX. poſt Trin. ſer. III.

N DIliges Dominum Deum tuum, &c. Matt. 22. Gre. Probatio dilectionis, exhibitio eſt operis. Dilectio ergo Dei probatur ex ſex ſignis. Ex deteſtatione peccatorum: ex repulſione inimicorum: ex operatione mandatorum: ex prouiſione ſubditorum: ex renunciatione terrenorum: ex toleratione aduerſorum. De pri. Pſalm. Qui diligitis Dominum, odite malum. Certum eſt enim quòd quantum homo diligit Deum, tãtum odit peccatum. Si multum diligit, multum odit, & tunc multum ei dimittitur. Lucæ 7. Remittuntur ei peccata multa, q. d. multum Qui ergo Deum diligit, peccatum odit. Gre. Qui adhuc per illicita deſideria diffluit, profecto Deum non amat: quia ei in ſua uoluntate contradicit immo qui peccatum diligit, ſeipſum odit. Pſalm. Qui diligit iniquita-
O tem, odit animam ſuam. De 2, ſcilicet de repulſione inimicorum Pſ. Cuſtodit Dominus omnes diligentes ſe, & uias peccatorum diſperdet. id eſt dæmones diſperdet. Per dilectionem homo cuſtoditur, diabolus confunditur. Certum enim eſt qnòd quantum fortiter Deum diligimus, tãto contra tentationes diaboli, fortiores ſumus. Pſalm. Diligam te domine, fortitudo mea. Si ergo fortis es in Dei

dilectio

dilectione, Deus eſt fortitudo tua in tentatione. Diabolus maxime perſequitur charitatem. Auguſt. Nihil ſpecioſius Deo, virtute dilectionis nihil deſiderabilius eſt diabolo extinctione charitatis. Habes itaque ſignum veræ dilectionis, ſi non ſuperaris impetu tentationis. Greg. Ille vere amat, cuius videlicet mentem, delectatio prauā, conſenſu non ſuperat. Quantum enim Dominus diligitur, tm̃ malus cõtemnitur. ſ. diabolus, caro, mũdus. Mat. 6. Aut em̃ vnũ odio habebit, & alterũ diliget &c. De. 3. P
Io. 14. Si diligitis me, mādata mea ſeruate. Et ibidē. Si qs diligit me, ſer. &c. Sed nota, ꝙ inter mādata o pe ſeruāda, deũ diligere eſt maximũ, & primũ mādatũ: ſcd̃m: aũt ſimile huic, diliges proximũ. t. ſicut teipſũ. Vnde nemo ſe deũ diligere putet, qui de oĩbus proximis, vnum odit. 1. Io. 4. Si qs dixerit qm̃ diligo deũ, & fratrem ſuum odit, mendax eſt. De 4. Io. 21. Simõ Ioēs diligis me plus his &c. ter. Q
vſque paſce oues. m. Certum em̃ quia paſtor eccleſiaſticus, q̃tum diligit deum, tantũ pro ouibus ſuis habet zelũ. Grego. enim ait. Ille apud deum magis in amore eius eſt, qui ad eius amorē plurimos trahit. Sed nota, quòd ter dixit Paſce &c. Prælatus em̃ qui diligit deum, paſcit verbo, paſcit exēplo, paſcit ſubſidio. Et certe non ſolum prelati, ſed & oēs dilectores dei, paſcere dēnt oues dei, verbo conſolationis, vel orationis, exemplo conuerſationis, ſubſidio ſubuentionis, per tēporalem ſubſtantiā. primæ Io. 3. Qui R
habent ſubſtantiam huius mundi &c. De. 5. Can. 8. Si homo omnem ſubſtantiam domus ſuę, pro dilectione dederit, quaſi nihil deſpiciet eam. Certum enim eſt, quod quātum hõ diligit deum, tantũ oĩa temporalia deſpicit. q. ſtercus. Phil. 3. Omnia arbitror vt ſtercora, vt Chriſtum lucrifaciam. Io. Chryſoſtom. Qui pecuniam, concupiſcentiamque dimiſerunt, hi maxime ſunt, qui vt debent diligunt. Omnem ſubſtantiam dedit, qui dixit, Matt. 19 Ecce reliquimus omnia &c. Sic etiam dedit omnia ſua ille Euangelicus negociator, pro dilectione margaritæ, .i. Chriſti. Bonę enim margaritæ ſunt omnes ſancti: vna vero precioſa eſt Chriſtus. Si ergo oēm ſubſtantiam da

re non poteſ,des Deo ſaltem partem in eleemoſynis. De
6.Io.15. Maiorem charitatem &c. Certum enim eſt quia
tantum diligit,quantum amore ſui patienter aduerſa ſu-
ſtinet,& etiam mortem. Videat ergo unuſquiſque utrum
paratus ſit pro amico ſuo Ieſu Chriſto ponere animam
ſuam, & ante mori,quàm uiuere,& relinquere legem dei.
2.Macha.7. Parati ſumus magis mori quàm patrias leges
præuaricari.Aug. Eligat homo magis Deo dilecto mori,
quàm offenſo uiuere,hoc eſt experimentum uere dilectio
nis.Rom.8.Quis nos ſeparabit a charitate Chriſti:tribula
tio,an anguſtia,&c.uſque neque creatura alia.

DOMINICA XX. POST TRINIT.
Sermo Primus.

A ECce offerebant ei paralyticũ iacentem
in lecto.Matt.nono. Sic enim ægri offe-
runtur medico ad ſanandum, paruuli
Epiſcopo ad confirmandum, rei iudici
uel domino ad iudicandum,ſponſa ſpõ-
ſo ad cohabitandum.De 1.Mat.4.Obtu-
lerunt ei omnes male habentes uarijs languoribus & tor-
mentis,& qui dæmonia habebant, & lunaticos,& paraly-
B ticos.Languor naturæ,& tormentum conſcientiæ,eſt pec-
catum.Dæmoniaci ſunt malitioſi, dæmones enim ex mali
tia peccant.Dæmonium ergo malignæ uoluntatis,non eſt
eiectum, quandiu nouis orationum & confeſsionum lin-
guis non loqueris. Matt.ultim.In nomine meo dæmonia
C eijcient &c.Lunatici ſunt iracundi,& impatientes,qui ual
de ſunt mutabiles.Eccl.27.Stultus ut luna mutatur. Para
D lytici ſunt accidioſi.Paralypſis enim aufert uſum membro
rum,ita ut reddat membra ad labores inutilia. Semper e-
nim in lecto carnalis commodi ſunt pigri: quocunque ſe
uertunt,lectum carnalitatis non relinquunt. Prouerb.26.
Sicut oſtium uertitur in cardine: ſic piger in lecto ſuo.
Oſtium enim quando uertitur,cardinem non exit. Surge
paralytice

paralytice de lecto, ſurge piger ad labores. Aug. Noli piger eſſe laborare breuiter, & gaudere inceſſabiliter. De 2.Marc.10.Offerebant illi paruulos,ut manus eius imponeret,& orauit. Interli. ut eis uoce & manu benediceret. Vnde ad benedicendum,etiam in cruce manus extendit. Pſalm. Aperis tu manum tuam &c. Quid mirum ſi ad benedicendum,uel ad confirmandum in gratia,Chriſtus imponit manus,cum ſit Epiſcopus.1.Petr.2. Conuerſi eſtis nunc ad paſtorem,Epiſcopum animarum ueſtrarum.Bene autem eis qui paruuli ſunt humilitate, infantes innocentia,& pueri puritate.Pſalm.Innocens manibus. Quis aſcendet in montem Domini.a.q.ſta.in lo.ſ.e.Innocens manibus &.m.cor qui non ac.in v.a.ſ.n.i.in.do.pro.ſ. Hic accipiet benedictionem a Domino &c.Vel paruuli ſunt pœnitentes,qui more paruulorum ſæpe plorant. Iſti benedictionem obtinent bene plorando ſicut Eſau. Require.Ge. 27. quando Iacob & Eſau benedicuntur. In Iacob innocens,in Eſau pœnitens ſignificatur. De 3.Matt.18. Oblatus eſt ei unus,qui debebat decem millia talenta.Interli. ideſt multarum decalogi tranſgreſſionum reus: & ad litteram timēdum aliquos eſſe,qui 10.millium mortalium peccatorum debitis conſtricti ſunt. hi ſunt qui offerentur in iudicio ſpirituali in confeſsione: uel in iudicio generali, in fine: uel in iudicio particulari, in morte: ſicut offertur denarius monetario examinandus.Matt.22. At illi obtulerunt ei denarium. In morte enim anima Deo offertur. Tunc certe Deus examinabit imaginem,& ſuperſcriptionem,utrum ſit Dei,an diaboli. Si enim eſt Dei, reponetur in theſaurum cœli: ſi eſt diaboli, proijcietur in fornacem inferni.Ezech.22. Eo quod uerſi eſtis omnes in ſcoriam: ecce ego congregabo uos congregatione argenti & æris,& ferri,& ſtagni,& plumbi in medio fornacis,ut ſuccendam in ea ignem ad conflandum. De 4. Pſal Offerentur regi uirgines. Gloſſ. miniſterio angelorum in templū regis,ideſt in cœlum,in quo laudabitur Deus æternaliter, & uniuerſaliter.Pſalm.In templo eius omnes dicent gloriam. Virgines eius quæ offeruntur Chriſto in lætitia &

B

I

exultationē:ſicut ſignatum eſt in uirginibus adductis regi Aſuero in Suſa.i.patria lætitiæ æternæ. Suſa.n.lætitia interpretatur.Pſ.Lætificabis eum in gaudio. Quicunque vult adduci ad ueram lætitiam in cælum, non dēt ſeduci per uanam lætitiam in mundo.Greg.Et hic chariſſimi uanā gloriam fugite,ſi illic falſe formidatis. Nemo enim poteſt & hic gaudere cum ſeculo,& illic gaudere cum Chriſto.Virgines enim iſtæ.i.animæ a peccatis mundæ,ciuitatem Suſa non intrabunt, niſi cum oleo charitatis.de prudentibus oleū habentibus dicitur Mat.25.Quæ paratæ erant, intrauerunt cum eo ad nuptias, & clauſa eſt ianua.

Dom. XX.poſt Trin.ſer.II.

H VT autem ſciatis, quia filius hominis habet poteſtatē in terra, dimittendi peccata &c. Mat.9. Poteſtatem habet Ieſus in mundo iuſtificandi,in iudicio iudicandi,in cœlo regnandi,in inferno cruciandī. De primo dicitur. Vt autem ſciatis quia filius &c.Bene dicitur in terra,non in cœlo,non in inferno.In cœlo enim peccatum non dimittitur, quia nullum ibi committitur. Qui autem peccatum ibi commiſit Lucifer cum ſuis, nullam remiſſionem conſecutus fuit. In inferno non dimittitur, quia nullus in mortali peccato exiſtens,& ad inferos deſcēdens,inde liberabitur.Vnde quādiu in terra,uel in mūdo ſumus,petere ueniā debemus, nam in terra dimittuntur mortalia peccata,non alias.Vnde quęſtuarij decipiūt homines ſimplices,qui peccata in inferno hoīum ſe relaxare permittuntur:quia neq; ſacerdos,neq; Epſ,neq; Papa illud mortale peccatū ſoluere poſſunt. Vnde de Petro dicitur.Mat.15.Quodcunq; ligaueris ſuper terram.In inferno.n.non eſt baptiſmus,neque pœnitentia, ſine quibus non dimittuntur peccata mortalia.Vnde de hac poteſtate dicitur.Zach.9.Poteſtas eius a mari,uſque ad mare. Mare baptiſmum ſignificat. 1. Corin. 10. Omnes in Moyſe Baptizati ſunt in nube & mari. Mare etiam ſignificat

I

pæni-

pœnitentiam. Thre. 2. Magna uelut mare contritio tua. Poteſtas ergo dimittendi peccata a mari. i. a baptiſmo, uſque ad pœnitentiam extenditur in mundo, ſed non extenditur in inferno, Ibi enim neque locus, neque tempus eſt peccata dimittendi, ubi neque locus, neque tempus pœnitendi. Joannes Chryſoſt Neque reſiſtendi uirtus, nec fugiendi facultas, nec pœnitentiæ locus, nec ſatisfactionis tempus erit, ex anguſtia omnium rerum, nihil remanet niſi luctus. Require in ſermone primo. Omnis arbor &c. De ſecundo Lucę 21. Videbitis filium hominis uenie. in nu. cum poteſtate magna & maieſtate. Omnes enim angeli uenient cum eo, ſicut dicitur Matt. 25. Niſi enim poteſtatem magnam oſtenderet, imperatores & reges & potentatus, & alij potentes damnandi, maxime dicere poſſent, ſicut principes ſacerdotum, cum eieciſſet eos de templo: quidam dixerunt ei: in qua poteſtate hæc facis: &c. In iudicio autem de templo eccleſiæ eijciet malos, & merito. Quid enim facerent canes in templo: Canis enim qui intrat eccleſiam, ſtatim uiliter eijcitur. Ita peccatores in die iudicij. Vnde Apocalypſis, 22. Foris canes, & uenefici, & impudici, & homicidæ, & idolis ſeruientes, & qui amat, & facit mendacium. Nota quòd nobiles bene ſuſtinent canes ſuper lectos, & ſuper ſedes, ſed tempore comeſtionis eijciuntur. Sic Dominus permittit peccatores eſſe in lectis carnalitatis, & ſedibus ſecularis dignitatis: ſed in iudicio utpote incipiente æterno conuiuio, expellentur. Vnde ait, foris canes. O quantus horror in illa expulſione de conſortio bonorum erit. Bernardus. Quis putatur, quantuſue luctus erit & cætera. Require in ſermone ſupra. Nonne decem mundati. Tunc ergo non debet quæri in qua poteſtate hoc faciat, quia apertiſſime eius poteſtas uidebitur. De tertio. Matthæi ultimo. Data eſt mihi omnis poteſtas & cætera. Rex in regno ſuo, plenam habet poteſtatem, qui nullum habet ibi, uel, ſibi uel ſuis aduerſarium. Talem utique poteſtatem habet filius Dei in cælo, expulſis ad-

K L M

uerſarijs Lucifero & angelis eius. Apocalypſis 12. Nunc facta eſt ſalus,& uirtus, & regnum Dei, & poteſtas Chriſti,quia proiectus eſt accuſator fratrum noſtrorum, ſcilicet draco, qui cauda ſua traxit tertiam partem ſtellarũ ideſt angelorum : quorum quidam ſunt aſsiſtentes, quidam miniſtrantes,quidam ſuperbientes. Et hanc tertiam partem traxit Lucifer. Multas etiam adhuc ſtellas ideſt iuſtos traxit diabolus,per caudam deceptionis.Sed accuſator ille in patria, nullam contradicendi habet poteſtatem, ubi Chriſtus in ſuis ſanctis plenam habet poteſtatẽ. Auguſt.Inimicus uere excluditur de corde credentium, quando excludetur de ciuitate uiuentium. De quarto. Luc.duodecimo.Timete eum qui poſtquam occiderit,habet poteſtatem mit.in ge. Hæc poteſtas ſub terra eſt. Apo. 5.Omnem creaturam quæ in cælo eſt,& ſuper terram, & ſubtus terram,& mare,& quæ in eo ſunt,audiui dicentes. Sedenti in throno & agno,Benedictio & ho.& glo.& poteſtas in ſecula ſeculorum.Ecce,ergo in cælo,ecce ſuper terram ideſt in iudicio,quod erit in aere ſuper terram. Ecce ſubtus terram in inferno. Ecce in mari,in mundo fluctuanti.Ergo ſcitur poteſtas Dei.Benedictio tamen referri poteſt ad primam poteſtatem.Actu.3. Filium ſuum miſit benedicentem uobis.Honor ad ſecundum.Pſal. Honor regis,iudi.diligit.Gloria ad tertiam. Actuum.7.Vidit gloriam Dei &c.Poteſtas autem proprie ad quartam Pſalm. Quis no.poteſtatem.

N

Dom. XX. poſt Trin. fer. III.

O TOlle lectum tuum &c. Conſiderandum quod quadruplex eſt lectus, concupiſcentiæ conſcientiæ, pœnitentiæ,ſapientiæ.De 1.Prouer.7. Intexui funibus lectum meum &c. Nota quòd ibi dicitur de muliere occurrẽte iuuenit,in ornatu meretricio, præparata ad decipiendas animas,garula & uaga &c. Mulier iſta eſt caro,uel ſenſualitas, quæ multas animas decipit. Hæc eſt mulier,

mulier, quæ decepit Sanſonem.Iuuenis quem apprehen dit de oſculatum.eſt ſpiritus.Eſa.62,Habitauit iuuenis cũ uirgine,ideſt ſpiritus cum caſta carne, uel etiam cum Maria uirgine,cum qua ſpiritus tuus per deuotionem & dilectionem & ſpiritualem venerationem,ſæpe debet habitare.Lectus concupiſcentia. Leuit. 15. Qui tetigerit lectum eius,lauabit ueſtimenta ſua.Veſtimenta lauantur, dum uita mundatur , Funes autem quibus lectus intexitur, ſunt uitia cogitationum,conſenſuum,operationum. Prouer.5. Iniquitates ſuæ capient impium , & funibus peccatorum ſuorũ conſtringetur. Funibus ſoleut conſtringi beſtiæ,& homines inſani:& luxurioſi ſunt inſenſati,& beſtiæ diaboli.Hier.Fornicatio aut uoluptas,peruertit ſenſũ,aĩam excæcat,corpus debilitat,& de rationali hoĩe , brutũ efficit aĩal. De ſecundo Pſ. Lauabo per ſingulas noctes, lectum meum &c.i.conſcientiã meã Gre. Quo uberius culpa defletur,eo altior cognitio veritatis attingitur : quia ad uidendum internum lumẽ polluta dudũ conſcienria,lachrymis baptizata renouatur.Conſcientiã per ſingulas noctes lauat,qui ſingula uicia deplorat . Vnde bene Naamã ſepties in Iordane lauatur,4 Reg.5.Qui.n.a lepra uiciorum vult mundari,per ſingula ſeptem uicia,lachrymis dẽt lauari:neque tantum unius anni,ſed ẽt oĩum amorum uitæ ſuæ,mala dẽt flere.Eſa.38.Recogitabo oẽs annos.&c. Iſte lectus conſcientiæ , uirtutibus tanquã fortiſſimis militibus , ad modũ lecti regalis, cuſtodiẽdus eſt,ut rex noſter Chriſtus in eo ſecurus quieſcat.Can.3.En lectulũ Salomonis.60.fortes ambiunt &c. De tertio. Pſ Dominus opem ferat illi,ſuper lectũ doloris eius.Infirmi in lecto iacẽtes, cum dolore torquentur , libenter confitẽtur: ita in lecto pænitentiæ conſiſtentẽ , dolor contritionis cogit hoĩem cõfiteri. Hoc aũt dolore arguit dominus peccatorem,pro oĩ ſua tranſgreſsione.Iob.33. Increpat quoq; per dolorẽ in lectulo,& oia oſſa eius marceſcere facit , & certe ſæpe dolor increpationis oſtenditur, per lachrymas contritionis,ſicut patet in Magdalena,& in Petro. Vnde Auguſtinus.Sicut comes pœnitentiæ dolor eſt:ita ſunt lachrymæ

teſtes doloris. Qui ergo talem increpationem in corde sẽtit, ſignum eſt quod argutor uiciorum ſpiritus in eum uenit. Ioan 19. Cum autem uenerit ille ſpiritus ueritatis, arguet mundum. &c. Et nota quod iſto lecto pænitentiæ, mori debet homo, ſicut ſignatum eſt in Iacob Patriarcha. De quo Geneſ. 40. Collegit pedes ſuos ſuper lectum, & obijt. Beatus ergo eſt, qui non in patibulo ſuperbiæ: non in igne auaritiæ: non in luto luxuriæ; ſed in lecto pænitentiæ moritur. Iob. 29. In lectulo moriar. De quarto. de lecto ſapientiæ, ſiue ſcripturæ. Iob. 33. Quoniam irruit ſopor ſuper homines, & dormiunt in lectulo. Tunc aperit aures uirorum, & erudiens inſtruit diſciplina. Irruit in lectulo, ſcripturæ, uel quietis contemplatione. Dormiunt homines per ſenſum abſtractione exterius. Vigilant uero per meditationem & deſiderium interius. Canti. 5. Ego dormio, & cor meum uigilat. Sed heu terribiliter dicitur Lucæ. 17. Erunt duo in lecto, unus aſſumetur, & alter relinquetur. Duæ enim molentes, una aſſumetur, & altera relinquetur. Duo in agro: unus aſſumetur, & alter relinquetur. In lecto ſunt contemplatiui, in mola actiui, in agro prælati. Sed in omnibus his aſſumendi per gloriam, & relinquendi in gehennam inueniuntur. Auguſtinus. Firmiſſime tene, & nullatenus dubites, in omni ſtatu hominum, bonos & malos eſſe. Secundum hos quatuor lectos inuenimus lectum ferreum, eburneum, floridum, aureum. De primo Deutero. 3. Monſtratus lectus eius ferreus, qui eſt in Rabath. qui interpretatur grande peccatum. hic eſt lectus concupiſcentiæ. De ſecundo Amos ſexto. Qui dormitis in lectis Eburneis hic eſt lectus conſcientiæ, in quo dormit ſæpius homo per torporem & negligentiam. Quod autem ſequitur: Et laſciuitis in ſtratis ueſtris, ad lectum concupiſcentiæ pertinet. De tertio. Cantic. quinto. Lectulus noſter floridus. hic eſt lectulus pœnitentiæ, habens flores uirtutum. De quarto. Heſter primo. Lectuli quoque aurei & argentei, ſuper pauimentum. Pauimentum eſt cor pauidum,

pauidum, lectus ſapientiæ, eſt aureus quo ad nouum teſtamentum: argenteus quo ad uetus, uel aureus quo ad cõtemplationem diuinitatis: argenteus quoad contemplationem humanitatis.

DOMINICA XXI. POST TRINIT.

Sermo Primus.

AMice quomodo huc intraſti non habens ueſtem nuptialem? Matthæi uigeſimoſecundo. Hæc ueſtis eſt optima conuerſatio bonæ uitæ, quæ melius ueſtit hominem, quam purpura uel aurum. Veſtis autem bonę uitæ neceſſaria eſt ad euadendum gehennæ damnationem: ad repellendam nequitiæ tentationem: ad accipiendam gratiæ benedictionem: ad obtinendam gloriæ exaltationem. Primum patet hic, quia ſine ueſte nuptiali nullus damnationem euadit. Damnatus eſt autem qui habet ueſtem extraneam, a ſanctorum conuerſatione. Sopho. 1. Viſitabo ſuper omnes qui induti ſunt ueſte peregrina. Item qui habet ueſtem fœtidam, in mala opinione. Vnde Leui. 13. præcipitur, ut ueſtis leproſa, flammis conburatur, flammis utique infernalibus. Item qui ueſtem ſanguinolentam, in proximorum oppreſſione, & cruentatione. Eſa. 9. Omnis uiolenta prædatio cum tumultu, & ueſtimentum mixtum ſanguine, erit in combuſtionem, & cibus ignis. De his qui tales ueſtes habent, & ueſte nuptiali carent, dicitur hic. Ligatis manibus & pedibus &c. Ligabuntur. ſ. in gehenna, qui hic præceptis Dominicis, & pœnis & diſciplinis ligari noluerunt, ſicut de dęmoniaco dicitur. Mar. 5. Neque catenis quiſquã poterat eũ ligare. Bene aũt dicitur ligatis pedibus & manibus. Glo. etiam ſingula mẽbra pœnis ſubijcientur, quæ hic ſingulis uitijs ſeruierunt. Væh ergo manibus, væh pedibus, væh ſingulis

membris a bono uacantibus,& ſolutis. Sed væh magis in malo ſe occupantibus,& ligatis. Gre. Quæ non ſponte ligantur in uita, tuuc in ſupplicio ligantur inuitè. De 2.
B Prou. 31. Non timebit domui ſuæ, a frigoribus niuis: oés .n. domeſtici eius, ueſtiti ſunt duplicibus, Mulier fortis ecclesia eſt: frigus niuis, refrigeratio feruoris ſpiritualis. Matthæi 24. Refrigeſcit charitas multorũ. Domeſtici ſunt uere fideles. Eph. 2. Iam non eſtis hoſpites &c. uſque domeſtici Dei. Hi ueſtiti ſunt duplicibus. i. amore Dei & proximi, uel intus uirtutibus, extra bonis moribus. Hæ ueſtes contra diaboli frigus debent eſſe calidæ, per feruorem ſpiritus. Iob 37. Nonne ueſtimenta tua ſunt calida, cum perflata fuerit terra auſtro. Terra ſcilicet cordis. Auſter eſt ſpiritus ſanctus Cant. 4. Surge aquilo, & veni auſter &c. Aquilo eſt diabolus. Frigus uero uenti aquilonis .i. diabolicæ tentationis, euaditur per ueſtem feruidæ conuerſationis. Feruor ergo auſtri neceſſarius eſt tuæ ueſti. Augu. Nihil boni poteſt operari illuminatus abunde, quã
C a ſpiritu Dei. De tertio. Gen. 27. Statim ut ſenſit ueſtimẽtorum eius fragrantiam, benedicens ait: Ecce odor filij mi ſicut odor agri pleni, c. b. dominus. Odor ueſtimentorum, eſt fama bonæ uitæ. Cant. 4. Odor ueſtimentorum tuorum ſicut odor thuris. Thus maxime redolet in igne: conuerſatio iuſtorum in aduerſitate. Greg. Aromata fragrãtiam ſuam non niſi cum accenduntur expandunt: ita ſancti uiri, qui uirtutibus redolent, in tribulatione innoteſcunt. Bene autem fit per gratiam ſpiritus ſancti copioſa. Ephe. 1. Qui benedixit nos in oĩ benedictione ſpirituali. Qui ergo ueſtem bonæ uitæ fragrãtem per bonam opinionẽ hẽt: benedictionem cœleſtem obtinebit. Vnde Pſal. Innocens manibus &c. uſque hic accipiet benedictionẽ a Domino. Sed heu quidam non fragrant, ſed fætent per infamiam malæ uitæ. Ioan. 11. Ecce iam fœtet. Iſti non benedictionis, ſed maledictionis ueſtem habent. Pſ. Induit maledictum ſicut ueſtimentum. De 4. Eze. 16. Veſtiui te diſcoloribus, ideſt uirtutum uarietatibus, & calceaui te hyacintho, ideſt cœleſti deſiderio, uel exemplo. Hyacinthus cœleſtis

leſtis coloris eſt. Cinxi te byſſo. i. continentia. Indui te ſubtilibus. i. ſpiritualibus moribus: & ornaui te ornamento. i. chatitate: & dedi armillas in manibus tuis, i. miſericordias in operibus: & torquem circa collum tuum. i. ſobrietatem in appetitu tuo: & declinarem ſuper os tuum, i. diſciplinam & cuſtodiam in uerbis tuis: & circulos in auribus tuis. i. vires obedientiæ, & coronam decoris. i. beatitudinem æternam in capite tuo. Ecce vides quomodo ad hanc coronam gloriç peruenit ſponſa Dei, anima ſancta, & ſic cœli regina, ſi fuerit diſcoloribus ueſtita. Aſtitit regina &c. uſque uarietate. Nullus ergo ſine hac ueſte, cœlum intrabit. Heſt. 4. Non enim erat licitum, indutum ſacco, aulam regis intrare.

Dom. XXI. poſt Trin. ſer. II.

SImile factum eſt regnũ cœlorũ, hoĩni regi, qui fecit nuptias filio ſuo. Matt. 22. Filio ſuo, Domino Ieſu Chriſto fecit pater cæleſtis, eccleſiam ipſi deſponſando. Nuptiæ autem commendabiles ſunt, propter ſponſi magnitudinem: propter ſponſæ pulchritudinem: propter filiorum multitudinem: propter cõuiuarũ plenitudinem. De primo dicitur hic. Simile factũ eſt regnũ. &c. uſque filio. Ecce quã magnus eſt ſpõſus, quia filius ſũmi regis eſt, cui per fidẽ & amorẽ, eccleſia & fidelis aĩa deſpõſatur. Oſeæ. 2. Deſponſabo te mihi. Iſtius filij magnitudo deſcribitur. Heb. 1. & 2. Loquutus eſt nobis in filio ſuo, quem conſtituit hæredem uniuerſorum, per quem, fecit & ſecula. Qui cũ ſit ſplẽdor gloriæ, & figura ſubſtantię eius, portanſque omnia uerbo uirtutis, & purgationem peccatorũ faciens, ſedet ad dexteram maieſtatis in excelſis, tãto melior angelis effectus, quãto differentius præ illis nomẽ hæreditabit &c. Filius ergo iſte, ſpõſus eſt eccleſiæ nobiliſſimus. Vnde dicitur in filio, nõ in ſeruo, non in angelo, non in hoĩe puro. Itẽ eſt ditiſſimus. Vnde additur, quòd cõſtituit hæredẽ uniuerſorum: per quem fecit & ſecula. Item ſpecio-

ſpecioſiſſimus. Vnde additur, cum ſit ſplendor &c. Item fortiſſimus. Vnde dicitur, portanſq; oĩa uerbo. Itẽ honoratiſſimus, Vnde ſequitur. Sedet ad dexteram maieſtatis in excelſis Itẽ eſt optimus. Vnde additur. Tãto melior angelis &c. O uere diligendus ſponſus &c, Aug. Ipſum dilige, ipſum ama, ipſi flagra, ipſi inhia, quo iocunderis: nihil inueneris, quo lętius, quo melius, quo diuturnius. Sed quidam tanto ſponſo contẽpto, nub re parati ſunt diabolo, De quibus require in ſermone, Nuptię factę ſunt in 2, mẽ

F bro. De 2. Apoc. 19, Venerunt nuptiæ agni, & uxor eius præparauit ſe, & datum eſt ei ut cooperiat ſibyſſino ſplẽdenti, & candido Byſſus ſplendens & candidiſſima, beatiſſimam & iuſtam conuerſationem ſignificat ſanctorũ. Vxor agni eſt eccleſia Chriſti: cuius pulchritudo non ſolũ ſplendore, ſed ẽt membrorum decore cõſtat. Cant. 5. Tota pulchra es &c. Tota certe, quia in uiſceribus & in mẽbris. Vti

G que in omnibus mẽbris. Nota: quæ ſunt omnia mẽbra. Oculi ſpõſæ. i. eccleſiæ ſunt prælati & prouiſores. Os, aduocati & doctores. Aures, pænitentiarij & cõfeſſores, uel ẽt cauſarum auditores. Naſus ſunt ſapientes, bonorũ & malorũ diſcretores: per nares. n. diſcernuntur odores. Collum ſunt clerici, & cantores. Pectus ſunt nobiles & potẽtes. Vbera ſunt conſiliarij, qui heu pro lacte ſaniẽ habent. Brachia ſunt milites. Manus ſunt operarij, & artifices. Coxæ ſunt famuli & traditores. Pedes qui portant totũ corpus, ſunt ruſtici & agricultores, quibus membris tota conſtat ſponſa, & pulchra, quia ẽt totus pulcher ſponſus. Auguſt. Ecce totus pulcher ſponſus ille, & ſpecioſus forma præ filijs hominum, ueniebat ad fædam, ut faceret pulcherrimam. Heu quantum perijt, ſponſæ Chriſti pulchritudo: ſicut oſtendi poteſt in ſingulis membris. Thre. primo. Egreſſus eſt a filia Sion, omnis decor eius. Tertium ſignum in nuptijs Aſueri regis, de quo dicitur Heſt. 2. Iuſſit conuiuium præparari permagnificũ, cunctis principibus, & ſeruis ſuis, pro coniunctione & nuptijs, Heſt. 2. Et dedit requiem vniuerſis prouincijs, ac dona largitus eſt ſeruilia, quot conſolationes & delectationes ſpirituales ſunt

in eccleſia. Per has.n.nuptias,requies datur in prouincia cæli. Item in prouincia mundi a concuſſione & uexatione data eſt requies uitiorum bonis. Item in prouincia inferni,in liberatis de limbo.Itẽ in prouincia purgatorij. Etiã in his nuptijs,dona dantur ſpiritus ſancti.In cruce autem Dominus dedit corpus ſuum tortori,matrem ſuam Ioanni,paradiſum latroni, ſpiritum patri. De quarto dici- I
tur in hoc Euangelio: Congregauit oẽs quos inuenit,bonos & malos,& impletæ ſunt nuptiæ diſcũbentiũ.Gre. Boni nuſquã ſoli ſunt,niſi in cælo: & mali nuſquàm niſi in inferno. Hæc autem uita quæ inter cælum & infernum ſita eſt,ſicut & in medio ſubſiſtit, ita utrarumque partium ciues recipit: fide uero informi,modo in uita,numero & nõ merito ſunt mali in nuptijs eccleſiæ. Boni a malis in his K
nuptijs diſcernuntur per humilitatem.Lu.14.Cum inuitatus fueris ad nuptias, non diſcumbas in primo loco &c. Item per charitatem. Vnde de habentibus oleum charitatis,dicitur Matt.25.Quæ autem paratæ erant,intrauerũt cum eo ad nuptias.Item per uitæ ſanctitatem,quæ per ueſtem ſignificatur nuptialem.

Dom. XXI. poſt Trin. ſer. III.

MVlti ſunt uocati,pauci uero electi.Mat.22. Vocati temporaliter,electi æternaliter.Sed heu licet pauci ſint electi Dei, tamen electi diaboli ſunt multi.Quadruplex eſt.n.electio,uidelicet,diuina, humana,angelica,diabolica.Eliguntur.n.hoĩes a Deo, ab hominibus,ab angelo,a diabolo.De 1.Pſ.Beata gẽs &c.vſq; ĩ hæreditatẽ ſibi.Populus Chriſtianus electus à Domino in hæreditatẽ. Vnde quicunque Chriſtianã a Deo aĩam aufert, Deũ hæreditate ſua ſpoliauit. Hæreditate utiq; quã tãtũ dilexit,quòd pro ea aĩam ſuã dedit: ſicut ſignificatũ eſt.3. Re.21.ubi Naboth pro hęreditate uineæ ſuę mortuus eſt. Vinea eſt eccleſia. Ad hanc excolendã,electi operarij sũt ſ.Apoſtoli,& doctores,& ſacerdotes. Vnde de operarijs L

in uineam conductis, dicitur Matt. 22. Pauci uero electi. In hac.n.vinea ſunt tot palmites, quot in eccleſia ſunt fideles. In hac vinum eſt compunctionis, compaſſionis, & deuotionis, & gratiæ ſpiritus ſancti. Actu. 2. Muſto pleni ſunt &c. Stultus autem eſſet, qui de ſpinis, uinũ ſperaret. Vnde Matt. 7. Nunquid colligunt de ſpinis vuas. Spinæ autem ſunt peccatores, proximos ſuos odiendo, detrahẽdo, iniuriando, contriſtando, pungentes & lacerantes. 2, Reg. 23. Præuaricatores quaſi ſpinæ euellentur vniuerſi &c. Quamdiu non es palmes Chriſti, ſed ſpina diaboli, nõ po-
N tes ferre vuas ſpiritus ſancti. De 2. Act. 7. Elegerunt Stephanum, uirum plenum fide, & ſpiritu ſancto. Ecce quales eſſe debent, qui ad miniſteria eccleſiaſtica eliguntur, Immo in qualibet electione, iſtud dẽnt hoĩes attẽdere, ut cõditiones bonas, fidẽ.ſ. & ſpm̃ ſanctũ, in eis quærerent, quos eligunt, ſiue eligere dẽnt: coniuges in matrimonio, ſiue familiã in domo, ſiue cõſules in ciuitate, ſiue iudices in terra, ſiue plebanos in parochijs, ſiue Epiſcopum in diæceſi. Quales autẽ conditiones in eligendis attendendæ ſint, bene exprimitur cum ſetro Moyſi dixit, Exod. 8. Prouide tibi de omni plebe, uiros ſapientes & timentes Deũ, in quibus ſit ueritas, & qui oderunt auaritiã &c. & infra, electis uiris ſtrenuis, cum cuncto Iſrael, conſtituit eos principes. Non ergo elige talẽ, qui te ducat in ignẽ, quales ille fuit de quo Bern. ait. Qui tot diſcipulos, per ſuã negligentiam
O ad inf. rnum duxit, reliquis nunquid ptæponi debuit? De 3. Mat. 13. Elegerunt bonos in uaſa ſua, ma. autem ſo. miſerunt. Sic erit in cõſummatione ſeculi. Exibunt angeli &c. Nota parabolã. Sagena eſt eccleſia. Piſces ſunt hoĩes, quos doctores capiunt, dum eos conuerti faciunt. Mat. 4. Faciã vos piſcatores hoĩum. In littore, ſoliditas immortalitatis ſignificatur. Ioan. 21. Mane autem facto, ſtetit Ieſus in littore &c. Non diſcernuntur piſces, neque uipera a murena, neque ſerpens ab anguilla, neque tenca a rana, neque aliquis bonus piſcis a malo, immo neque boni a bonis, neque mali a malis diſcernũtur in aqua, ſed in ſagena tracta ad littus. Sic utique quãdiu ſagena eccleſiæ, ſub aquis

præ-

præſentis miſeriæ trahitur, uix inter bonos & malos & pe iores, diſcernere poſſumus. Sed poſtquã ad littus immortalitatis, in die iudicij peruentum fuerit, diſcernentur. Augu. Cum uenerit Dominus. Require ſupra in ſermone, Iam parata. Tunc boni ab angelis eligentur in uaſa, in diuerſas manſiones, ſecundum diuerſitates meritorum. Io. 8. In domo patris &c. De 4. Abacuc. 1. Incraſsata eſt pars P
eius, & cibus eius electus. Propter hoc ergo expandit ſagenam ſuam, & ſemper interficere genus non ceſſat. Sicut Deus & angeli eligunt mundos, & diaboli eligunt immundos. Vnde ſerpentes & alia uenenata, i. peccatores, ſunt cibus eis electus. Nunc ergo electos ſuos deuorant in culpa, ut ſecum mergantur in gehenna. Exod. 15. Principes eius ſubmerſi ſunt, &c. Qui ſunt diaboli principes, niſi qui in ſceleribus ſunt principales? Tales in mari gehẽnæ ſubmerguntur: ſicut porci, qui luxurioſos ſignificant. Mat. 8. Abijt totus grex per præceps in mare. &c. & mortui ſunt in aquis. Sicut ergo gluto, porcos pinguiores, & piſces maiores eligere ſcit ad deuorandum, ſic & diabolus. Ambr. Sic amat diabolus famulum ſuum ut perdat, ſicut amat gluto porcellum ut comedat.

DOMINICA XXII. POST TRINIT. Sermo Primus.

ERat quidam regulus, cuius filius infirmabatur Capharnaum. Ioan. 4. Secundum ſeptem uitia capitalia, ſeptem ſunt infirmitates animarum. Prima ergo eſt infirmitas ſuperbiæ. Eſa. 34. Infirmata eſt altitudo populi terræ. Altitudo eſt alta mẽs ſuperba, quæ quanto in ſe eſt altior, tanto eſt à Deo in ſe elongatior & depreſſior. Vnde Aug. Humilia te proximo: Dominus. n. humilia reſpicit, ut attollat: & alta. i. ſuperba a longe cognoſcit, ut deprimat. Iacob. 4. Deus ſuperbis reſiſtit. &c. Secunda eſt inuidia. Vnde de Iorã rege, qui interfecit fratres ſuos. 2. Paral. 22. Mortuus eſt in infirmitate peſſima. Ecce quicunque A B

cunque perſecutor eſt fratrũ,& proximorũ ſuorum, per peſſimam inuidiæ infirmitaté,incurrit morté æternã. Bene auté dicitur peſsima.Mala .n.eſt de bono proximi dolendo:peior de malo eius gaudendo;peſsima in vtroque ei nocendo,videlicet impediendo vel malũ inferendo:ſicut Iorã fratribus,& Caym Abel.Hęc peſsima infirmitas, multũ cõſumit hominé.Iſido. Inuidia,merita bona, ardore peſtifero deuorat.Inuidia animæ tinea,ſensũ comedit,
C pectus vrit,métem inficit, cor hominis quaſi quædam peſtis depaſcit.Hanc peſsimã infirmitaté, ſequitur peſsima mors.Pſal.Mors peccatorũ peſsima. Tertia eſt iræ.Vnde Antiochus.2.Macha.9.igné ſpirans animo in Iudeos, tã fœdo morbo vexatus eſt, vt de corpore impij, vermes ſcaturirent, ac viuẽtes in doloribus carnes eius effluerét: odore ét illius & fœtore, exercitus grauaretur. Ecce hic ſignificatur, ꝙ q igné iracundiæ ſpirant in alios, grauiter in animabus infirmantur.Vermes auté,agitationes,& motus,& amaritudines iræ,Fœtor etiam morũ iracundorũ, grauis eſt illis.Prou.2. Graue eſt ſaxũ, & oneroſa arena,
D ſed ira ſtulti, vtroq; grauior eſt &c. Quarta eſt auaritiæ.Eccle.5.Eſt & alia infirmitas peſsima, quã vidi ſub Sole,diuitiæ conſeruatæ in malum domini ſui, &c.Vere peſſima mala quidé eis a quibus mala lucrãtur,peior eis pro quibus lucrantur,ſcilicet hæredibus,peſsima ſibi ipſi,qui male lucratur.Sene.Deſunt in opiæ multa: auaritiæ,omnia.In nullum auarus bonus eſt:in ſe peſsimus.Infirmitas auarorum,eſt hydropiſis cordium, quanto plus bibunt ac
E quirendo, tãto plus ſitiunt appetendo. Quinta eſt accidiæ.Eccl.x In pigritijs humiliabitur cõtignatio. Interli. i. ædificijs virtutum,& infirmitate manuũ. i. operũ perſtillabit domus, ſcilicet mentis. Vides ergo quòd ꝑ infirmitaté pigritię & accidiæ, ſtillæ cogitationũ & deſiderio rũ malorũ, & tentationũ,cadũt in domũ métis,& ideo tales in propria domo quieſcere neſciunt. Aug.Qũo quiſq; a ſtillicidio exit de domo ſua,aut fumo:ſic qui non habét quietum cor, habitare in corde ſuo libenter non poſſunt. Contra hãc infirmitatem datur conſilium, Eccleſia.31. In

omnibus operibus tuis, eſto uelox, & omnis infirmitas nõ occurret tibi. Sexta eſt gulæ. Eccle.38. In multis eſcis, erit infirmitas &c. Non ſolum corporalis, ſed etiam ſpiritualis. Quid autem mirum, ſi ex multis eſcis gulæ, infirmatur anima, cum etiam ex una eſca Adæ, totus mundus infirmetur? Si ſic pro gula unius horæ, infirmatus eſt mundus, quid erit de gula triginta, uel quadraginta annorum quotidiana? Lu.15. Epulabatur quotidie ſplendide. Sanari autem debet per ieiuniũ, qui infirmatur per cibum. Greg. Qui a paradiſi gaudijs per cibum cecidimus, quantũ poſſumus per abſtinentiam reſurgamus. Ne habeant hanc infirmitatem, attendant guloſi, ebrioſi, cibum & potũ Chriſti. Pſal. Dederunt in eſcam meam fel, & in &c. Septima luxuriæ. Eſa.11. Iuuenes in infirmitate ſua cadent. Infirmitas iuuenum, eſt luxuria. Sed heu etiã ad ſenes peruenit. Exemplum de duobus ſenibus. Dan.13. Quæ infirmitas, eſt ſenibus inſania. Seneca. Adoleſcens luxurioſus peccat: ſenex luxurioſus inſanit. Qui hanc infirmitatẽ uolunt euadere, fugiant funes Dalilæ. De quibus Iud,16. Si ſeptẽ neruiceis funibus ligatus fuero, infirmus ero. Ligatur homo per luxurioſum uiſum, per uerbum, per tactum, per internuncium, per conſenſum, per actum, per uſum, tanquã ſeptẽ funibus. Vel ſeptem funes ſunt ſeptem uitia capitalia prædicta. Iſte ſunt ſeptem infirmitates. omnes ad mortem ſunt, etiam mortem æternam inducunt.

Dom. XXII. poſt Trin. ſer. II.

HOra ſeptima reliquit eum febris. Ioan.4. Vtinam febris æſtuantium uitiorum, relinqueret te miſerum peccatorem, ſaltem decima, uel undecima hora, ut per ipſam non incurreres mortem æternam. Conſiderandum autem, quòd eſt hora conuerſionis peccatorum: operationis mandatorum: paſſionis aduerſorum: deuotionis deſideriorum. De prima. Ad Romanos 13. Hora eſt nos iam de ſomno ſurgere, ſcilicet de ſom-

no torporis & negligétię ſurgere. Sónus ille ſignificat mor tě aïæ. Epeſ. 5. Surge qui dormis, & exurge a mortuis &c. Nóne potius uidétur mortuí, quàm dormiétes, qui nullo ſtrepitu ad bonũ poſſint excitari? Vnde de illo uerbo Sop. 1. Dies illa dies irę. &c. Am. Sic ait. Qui nõ expergiſcitur, qui nõ tremit ad tãtũ tonitruũ, nõ dormit ſed mortuꝰ eſt. Iſte infelix ſomnus, per uinũ terrenæ delectationis, diuinæ cõminationis, non aduertit tonitruũ: & per ipsũ, ueſte bonæ uitæ dormiés denudatur: ſicut ſignificatũ eſt Gen. 9. in Noe, qui uino inebriatus, dormiens denudatus eſt. De hoc uino dicitur Eph 5. Nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria. Væh eis qui ueſte bonæ uitæ nudãtur. Mat. 22. Amice qũo huc intraſti &c. De 2 Mat. 20 Egreſsus circa horã tertiã, vidit alios ſtãtes in foro ocioſos &c. In hac parabola de uinea, ſic dicitur de horis operantiũ, uidelicet de prima, de tertia, de ſexta, de nona, vndecima. In quibus ætates humanæ uitæ figurãtur, ſm Gre. uidelicet pueritia, adoleſcentia, uirilis ætas, ſenectũs, decrepita ætas. In quibus horis oĩbus Chriſtus paratus eſt recipere operarios in uineã eccleſiæ: uel in uineã religionis: uel in uineã proprij cordis, ut ibi creſcat uinũ cõpũctionis, & deuotionis, & gratiæ ſpũs ſcĩ. Act. 2. Muſto pleni ſũt. Horæ ergo operãdi, nõ te miſer homo trãſeant. Attẽde denariũ, attẽde fideliſſimũ operis tui remuneratorẽ, attẽde ſtrictiſſimũ horarũ monitorẽ, operũ oĩum tuorũ cõputatorẽ. Bern. Sede, cõputa quid diebus ſingulis ualeas acquirere, certus quidẽ apud Deũ nullũ bonũ irremuneratũ, & ſicut nec capillũ de capite, ſic nõ momẽtũ de tpe periturũ. De 3. Io. 16. Venit hora quód oĩs qui interficit uos. &c. In hac hora, hõ dẽt eſſe patiẽs & cõſtãs, ſicut Apoſtolus. 1. Cor. 4. Vſq; in hãc horã & ſitimus, & nudi ſumꝰ, & colaphis cædimur. &c. Nõ ſolũ aũt ab hoĩe, ſed a diabolo colaphizãtur iuſti. 2. Cor. 7. Datus eſt mihi ſtimulus carnis, qui me colla. &c. In hora tribulationis, ſemper opponendũ eſt ſcutum orationis, exẽplo Chriſti. Mat. 26. Orabat, ut ſi fieri poſſet trãſiret ab eo hora. Semper reſpice ſpeculũ tuum, reſpice & præmium tuum. Ber. Vtrumq; mihi es Domine, & ſpeculũ

patiendi,

patiendi,& præmium patiendi. Vtrunque fortiter prouocat ac uehementer accendit. De quarta, Actuum.3. Petrus & Ioannes aſcendebant in templum, ad horam orationis nonam &c. Sed quia parum ualet oratio, niſi ſit intus deuotio: ideo dicitur de hac Lucæ 1. Sorte exijt, ut incenſum poneret, ingreſſus in templum Domini: & omnis multitudo properat orans foris hora incenſi. populus extra orabat, & Zacharias intus incenſum ponebat. Ita enim debet eſſe vocalis oratio, ut intus incendatur mētalis deuotio: ne improperet Dominus nobis iſtud. Eſaiæ. 10. Labijs ſuis glorificat me: cor autem eius longe eſt a me. Dicitur ergo hora ſeptima &c. in qua ſignificatur hora conuerſionis, Qui enim conuertitur, a languore procuratur. Item hora fatigationis Chriſti. Ioan. 4. Ieſus autem fatigatus ex itinere, ſedit deſuper fontem: hora autem erat quaſi ſexta. & hic ſignificatur hora operationis, per quam homines ſæpe fatigantur. Vtinam ſuper fontem recreentur. Item hora paſſionis. Io 19. Erat autem paraſceue hora quaſi ſezta. Item commanſionis. Io. 1. Venerunt & uiderunt ubi maneret, & manſerunt ibi die illa. hora aūt quaſi decima. Item hic ſignatur hora deuotionis, & contemplationis, qua in Ieſu uel mente manemus. Bene autem in omnibus prædictis, horæ numeratæ ponuntur, ut ſcias quòd & conuerſionum, & actionum, & paſſionum, & deuotionum noſtrarum, omnes horæ diligenter apud Deum computantur: igitur nulla momenta temporis per annum tranſeunt, ſine ſtatu retributionis. L

DOMINICA XXIII. POST TRINI.
Sermo Primus.

SErue nequā, oē debitū dimiſi tibi. &c. Matt. 18. In his uerbis, tria oñdūtur: uidelicet humanæ exactionis iniquitas: diuinæ dignationis liberalitas: intentæ orationis utilitas. Primū oſtēditur cū dicitur, Serue nequam. Triplicem aūt nequitiam reprehendit Dominus in Euā. M

Primo,n.homo nequã,eſt contra ſemetipſum.ſ.malè uiuã
do,& ſic aīam ſuā dānādo.Mat.13. Zizania aūt sūt filij ne
quã,Zizania ſunt oēs qui in agro eccleſię,carét fructu bo
næ uitæ.In hoc certe nequã facti ſunt in ſemetipſis. Eccl.
34. Qui ſibi nequã eſt,cui alij bonus erit:Secundo nequã
eſt cōtra proximū, ipsū perſequendo.De hoc dicitur hic.
Serue nequã &c.Periculū huius nequitię paret in hoc euã
gelio præsēti.Regis.n.i. Chriſti grauiſſimã offenſã dicitur
incurriſſe,qui proximo ſuo noluit parcere. Aug. Non po-
terat hēre cōcordiã cū Chriſto, qui diſcors uoluit eſſe cū
proximo. Tertio homo nequã eſt contra Deū,eius iudicia
uel facta repræhēdēdo:ſicut ille cui dicitur.Mat.20. An o-
culus tuus nequã eſt ,quia ego bonus sū?O quanto adhuc
hodie,nūc bonitatē Dei,nūc ueritatē, nūc ſeueritatem re
præhēdūt,cōtra qđ dicitur Sap.3.Nec cogitauit aduerſus
Deū nequiſſima.Nequã.n. eſt cogitatio hoīnis contra ſeip
sū:nequior cōtra proximū:nequiſſima cōtra Deū, Neque
mirū.Tales.n.nequiſſimū hēnt patrē,de quo Ephe.6, Poſſi
tis oīa tela nequiſſimi ig.&c. Quid ergo mirū,ſi nequiſſi-
mi dæmones,nequiſsimos hēnt filios? Sap.3. Nequiſsimi
B filij eorū &c. Secūdo oſtenditur diuina liberalitas, cum
ſubiūgitur.Oē debitū dimiſi tibi. Mira liberalitas:non par
tē ſed totū:nō cētū,nō mille,ſed decē milia talenta.i. innu
merabiles reatus,cōtra decē præcepta contractos,tam fa
ciliter dimittit petenti. Ait.n, Oē debitū &c.Sed attende
homo debitū tuum in mundo,in inferno,in cælo.Primum
eſt debitum iniquitatis,quod ſoluitur pænitendo,orando
ignoſcendo.Vnde quotidie clamamus. Dimitte nobis de-
bita noſtra &c.Iſid. Fruſtra ſibi propiciari Deum quærit,
qui cito placari in proximum negligit. Secundū eſt debi-
tum æternæ calamitatis,quod redditur luendo, & patien
do æternaliter in gehenna. Vnde in præſenti Euangelio
dicitur,Iratus Dominus eius,tradidit eū tortoribus,quo-
aduſque redderet uniuerſum debitum. Tertium eſt debi-
tum charitatis.Ro.13. Nemini quicquam debeatis, niſi ut
inuicem diligatis.Hoc redditur pleniſsime in cælo,ubi tu
C diliges do.de.t.&c.proximū tuū ſicut teipsū. In pſēti uita
hoc

hoc debitum reddere incipiamus, opera charitatis, pietatis exercendo. Eccl. 4. Declina pauperi aurē ſine triſtitia, & redde debitū tuū. Nota ergo quòd primū debitū dimittitur: ſecūdū ſoluitur: tertiū uero, quâto plus redditur, tâto minus dimittitur: ſiue. n. reddatur debitū, charitas nunquā dimittitur ét in dānatis. Tertio oſtenditur orōnis utilitas, cū dicitur, Qm̄ rogaſti me. Vtilis tibi uidetur rogatio, per quā decē talēta, immo decē denarios poſſes obtinere: quâto utilius ergo rogat ille, cui decē milia talēta cōdonātur? In rogādo aūt, ſiue orādo, tria attēdere dēs. Primo loci & tpis opportunitatē, ut nūc in mundo, & in hac uita roges, nō in inferno, poſt hāc uitā. ſicut ille dānatus, de quo Luc. 16. Rogo te pater, ut mittas eum in domo patris mei &c. Ecce inutiliter pro fratribus rogat in inferno, qui utilius rogaſſet pro ſeipſo in mūdo. Secūdo attēdas mediatorū idoneitatē. In rogādo. n. dēs hēre bonos mediatores. Lu. 14. Legationē mittēs, rogat ea quę pacis ſunt. Legati noſtri ad cęlum, ſunt lachrymæ, eleemoſynæ, orationes, bona opera. Gre. Relinquit omnia qui poteſt, qui autem non poteſt, cum adhuc rex non longe eſt, legatos mittat: lachrymarum, eleemoſynarum, hoſtiarum munera afferat. Tertio utilitatem attende, de qua hic dicitur. Omne debitum dimiſi tibi &c. Hoc ergo verbo, dominus nos incitat ad rogandum. Gre. Vult placari precibus, qui ſcit quòd portari non poſsit iratus. C D

Dom. XXIII. poſt Trinit. fer. II.

SErue nequam, omne debitum, &c. Mat. 18. Quatuor malos ſeruos dānat dn̄s in Euan. uidelicet ſeruū iuſſa dn̄ica ſpernentē: terrena debita extorquētē: ſpūalia lucra negligētē: carnalia deſideria exquirētē. In primo inobedientia: in ſecundo, inuidia: in tertio, negligentia. in quarto concupiſcentia damnatur. De primo. Lu. 12. Iſte autem ſeruus qui cognouit uoluntatem Domini ſui, & nō ſe præparauit, & non fecit ſecundum uoluntatem eius, plagis uapulabit multis. Voluntas Dei noſtri eſt, ut man- E

data eius faciamus,& ſancte uiuamus. 1.Tim.4.Hæc eſt uo-
lūtas Dei,sāctificātio ueſtra Qui hāc nō facit,plagis multis in mūdo,multis ī iudicio,multis in inferno uapulabit. Multis utiq; plagis in mūdo uapulabūt,nō ſolū ab hoībus ipm diuino iudicio affligētibus,ſed ēt ab angelis: ſicut Heliodorus a duobus iuuenibus mirabiliter apparētibus plagatus eſt,de quo.2.Mac 3.Ex utraq: parte flagellabūt, ſine intermiſſione,multis plagis uerberātes.Item & multis plagis a Chriſto,in iudicio.Leu.26.Corripiā uos ſeptē plagis,pp peccata ueſtra.Septē plagis corripiūtur,qui ſex increpationibus,pro ſex operibus mīæ omiſſis, & ſnīa dānationis feriuntur.Itē multis plagis in inferno a dæmonib⁹. Vnde hic dicitur.Plagis uapulabit multis Si pēſares plagas æternas,leuiter pro peccatis ferres plagas trāſitorias. Gre.Intēde aīo,quaſcunq; ſeculi pœnas,quoſcūq; tormētorū dolores,quaſcunque dolorū acerbitates .cōpara hoc
F totū gehēnæ,& leue erit oē quod pateris. De 2.dicitur hic. Serue nequā &c.Ecce patet quàm periculoſū ſit nolle ignoſcere proximo. Per hoc enim gehenna acquiritur, ſicut hic patet. Item gratia impeditur.Vnde Matt.5.Si offers munus tuum ad altare.&c. Gloſſ Prius charitatē proximo exoluat,qui munus ſuum Deo placere optat.Vides ergo quòd munera operum tuorū, non ſunt acceptabilia Deo,quandiu nō recōciliaris proximo?Itē eccleſia ſcinditur,quæ eſt tunica Domini inconſutilis. Vnde rancoroſi, peiores uidentur crucifixoribus,qui dixerunt. Ioa.19.Nō ſcindamus eā.&c.Immo nō ſolū tunicā,ſed ēt mēbra corporis Chriſti ſcindunt,quod crucifixores non fecerūt.Vides ergo quàm periculoſum ſit odiū fratrū.Vnde Iſid. Odiū a regno Dei ſeparat,a cœlo ſubtrahit, a paradiſo,eijcit te in tenebras exteriores. De tertio. Matt.25.Serue
G male & piger,ſciebas quia meto,ubi non ſemino.uſq; ibi. In tenebras exteriores. Hoc dicitur de ſeruo,qui cū pecunia Domini ſui nihil lucratus eſt, Ecce quàm periculoſū ſit de bonis a Deo acceptis, uidelicet de gratia,de ſcientia,de potentia,de tempore,bonorum operum,lucra non augere. Damnatur enim qui non facit fructum de tribus bonis

bonis, uidelicet de bonis ſpiritualibus, quod hic per pecuniam ſignificatur. Item de natutalibus. Matt. 7. Omnis arbor quæ non facit fructum &c Arbor.n. ex natura ſua fructũ facit, nõ tamẽ ſine Solis beneficio: Sic fruct⁹ meritorũ ex bonis naturalibus, nõ ſine dono gratiæ facimus. Itẽ de temporalibus. Mat. 25. Eſuriui &c. Male ergo ſua temporalia acceperunt, qui pro temporalibus damnari meruerũt. Augu. Dat Deus iſta temporalia quibuſdam bona, eorum ſecundum altitudinẽ & profunditatem conſiliorum ſuorũ. De 4. Matt. 24. Si dixerit malus ille ſeruus in corde ſuo, moram facit Dominus meus uenire: & cœperit percutere conſeruos ſuos: manducet autem & bibat cum ebrioſis: ueniet Dominus ſerui illius, die illa qua non ſperat, & hora qua ignorat, & diuidet eũ, partemq; eius cum hypocratis ponet.. Ecce quia nõ ſolũ ebrioſum eſſe, ſed ẽt ebriorum ſociũ eſſe periculoſum eſt. Pſ. Cũ peruerſo peruerteris. Carnalis ergo ſeruus, in morte, uel in iudicio imparatus inuenitur. Vnde dicitur, in die, qua nõ ſperat. Mat. 25. Vigilate itaque, quia neſcitis diẽ &c. Item a ſaluandis diuidetur. Vnde ait. Diuidet eũ certe, ſic & a patre, & a fratre, & ab alijs proximis. Oſee 13. Ipſe inter fratres diuidet. Item damnat coniungetur. Vnde ait. Partemque eius cum ipſo ponet, cũ quibus pars illa habebitur: de qua Pſ. Ignis ſulphur ſpiritus, procellarum &c. H

Dom.XXIII. poſt Trin. ſer.III.

OMne debitum di.t. Matt. 17. Debitum culpæ, debitum gehennæ, dimittitur condonanti clementer, amanti feruenter, roganti diligenter, toleranti patienter. De 1. Luc. 6. Dimitte, & dimit. Sed tu uis tibi dimitti. 100. marchas & non uis alijs dimittere unum denarinm, ſicut nequam ſeruus. Mira res. Eccle. 28. Homo homini ſeruat iram, & a Deo quærit medelam? Sed circa dimiſſionem proximorum, attẽde fructum, attende periculum, attende numerum. Magnus fructus eſt; quod pro dimiſſione unius denarij, dimittuntur tibi mille marchæ. Mat. 6. Si dimiſeritis hoĩbus peccata eorũ I

dimittet & vobis pater veſter cœleſtis delicta veſtra &c. Gre. Dimittamus quod debetur nobis, & dimittetur qđ debemus nos. Itē attēde propriū periculū, qđ tibi in ſeruo nequā oſtenditur. Videat ergo quilibet, ne cōtra ſe petat, cū dicit; nobis dimitte debita noſtra, ſicut & nos &c. Au. Vnuſquiſque talē indulgētiā accepturus eſt a Deo, qualē impēderit proximo ſuo. Itē attēde numerū. Quidā. n. dicūt. Libēter dimitterē ei, ſi tm̄ bis, vel ter offendiſſet me, ſed iā fecit ſepties, vel pluries, propter illos dicitur, Mat. 18. Quoties in me peccabit frater meus & dimittā ei &c.
k vſq; ſeptuageſies ſepties. De. 2. Lu. 7. Remittūtur pctā multa, qm̄ dilexit multū. Cui aūt min⁹ dimittitur, minus diligit. ſi multū dilexit ille, cui 10. denarij dimitt. quātū diligere dēt, cui decē millia talenta dimittūtur? Quanto ergo plus quis peccauit, tāto plus deū diligat, vt ſibi pctā dimittat, vel quia iam dimiſit. Optima dilectio. Dilectio. n. culpā purgat. Vnde ait. Remittuntur &c. Si ergo multū diligeret, multū remitteretur. 1. Pe. 4 charitas opit multitudinē pctōrū; Amb. Donatur p grām, deletur p ſanguinē crucis, tegitur p charitatē. Itē dilectio gratiā multiplicat. Prou. 8. In vijs iuſtitię ambulo, & in medio ſemitarū iudicij, vt ditē diligentes me, & theſauros eorū repleā. Theſauros vtiq; virtutū, & meritorū, immo ſeipſo replet dominus diligentes ſe. Ioannis decimoquarto. Si quis diligit me, & cætera. vſque māſionē faciemus apud eū. Itē dilectio, coronam præparat. Iac. 1. Beatus vir qui ſuffert tētationē, quoniam cū probatus fuerit, accipiet co
l ronā vitæ: quā repromiſit deus diligētibus ſe. De. 3. dicitur hic. Oē debitū di. tibi, quoniā ro. me. Ecce magna liberalitas Dei, ecce magna virtus orationis. Orare autem debes dimitti tibi, dimitti amico, dimitti inimico. Ora primo dimitti tibi, vt tibi dimittatur oē debitū. Sed quia deus pctm̄ nō dimittit, niſi tu peccare dimittas: ideo bene dicitur. Eccle. 21 Fili peccaſti, nō adijcias iterū, ſed de priſtinis depcare, vt tibi dimittātur. Alioquin attende quod Iſidorus ait: Nihil proficit oratio, ſi denuo cōmittatur, vnde tātū venia poſtulat. Itē ora dimitti amico, ſicut

Moyſes Exod. 32. Aut dimitte eis noxã hãc: aut ſi nõ facis, dele me de libro tuo, quẽ ſcripſiſti. Valet aũt hominis aliena orõ, ſi adeſt ipſi, aliena cõtritio. Itẽ de offerente ſacrificiũ pro peccato, dicitur, Leu 4. Rogabit pro eo ſacerdos, & pro peccato eius, & dimittetur ei. Sacrificium autẽ eſt cõtritio. Pſ. Sacrificium Deo, ſpiritus cõtribulatus &c. Item ora dimitti inimico, exẽplo Chriſti. Luc 23, Dimitte illis, quia neſciunt quid faciũt &c. Sic B. Stephanus orauit pro ſe lapidãtibus. De 4. Tob. 3. In tpe tribulationis peccata M
dimittis, ijs qui inuocant te. Et cordis contritione. Greg. Flagella bonorum, aut uitia perpetrata purgant, aut qui poterant perpetrari futura deuitant. Non ſolum in tribulatione pœnitentiæ in mundo, ſed ét pœnæ in purgatorio dimittitur reatus peccatorum. Eſa. 40. Dimiſſa eſt iniquitas illius Interli. In baptiſmo, uel in martyrio. Suſcepit de manu Domini duplicia. i. ſupplicia pro oĩbus peccatis, ſ de Hieruſalem. Hieruſalem autem eccleſiam ſignat: quæ pro peccatis, ſupplicia ſuſcepit, quando in mẽbris eius, & in mundo, & in purgatorio, Deus ipſam affligit. Ex prædictis ergo patet, quòd ſpecialiter in triplici tribulatione: uidelicet per ſpiritum contritum: per martyrium: per purgatorium dimittitur reatus peccatorum.

DOMINICA XXIIII. POST TRINI.
Sermo Primus.

OStende mihi numiſma cenſus. Matt. 22. Nummus eſt aĩa, quã Dominus maxime in morte examinat, ut imaginem ſuam quærat. O- A
ſtendite inquit. Conſiderãdum autem, quòd oſtendere debet homo ueritatẽ in prædicatione, iniquitatem in confeſſione, bonitatẽ in operatione, Dei imaginem in expiratione. De 1. Ezech. 44. Populum meum docebunt, quid ſit inter ſctũm & pollutum, mũdũ & immundũ oſtẽdent eis. Ecce doctores dẽnt oſtẽdere quid licitum, quid illicitũ, quid uirtus, quid uiciũ: ut uiciũ uitetur oſtenſum. Oſtendant contra uitium pœnam damna-

tionis.

tionis. Vnde angelus qui pdicatorē ſignificat, dicit Apo. 17. Oſtendā tibi damnationē meretricis magnę. i. peccatricis anīæ. Itē vt virtus oñſa ametur, oñdant gloriam retributionis, q̄ p fructus terræ promiſſionis ſignificatur. Vñ de, de exploratoribus eiuſdē terræ, p quos pdicatores ſignificantur, Deute. i. Cōſiderata terra, ſumentes de fructibus eius, vt oñderent vbertatē, intulerunt ad nos, atq; dixerūt: Bona eſt terra, quam dñs deus nr̄ daturus eſt nobis.

B De 2. Dictum eſt decē leproſis. Lu. 17. Ite oñdite vos ſacerdotibus. Oñdite, non abſcondite, ſicut Adā, qui cum peccauerat, abſcōdit ſe, & eiectus eſt de paradiſo. quidā em̄ negādo, vel dimidiando, vel excuſando, aut palliādo, in cōfeſſione ſe abſcōdunt. Prou. 28. Qui abſcōdit ſcelera ſua, nō dirigetur: qui aūt cōfeſſus fuerit, & reliquerit ea, m̄iam conſequetur. Iſido. Pctm̄ tuum proditum, cito curatur: crimen aūt tacendo ampliatur. Si oſtendis tuam m̄iſeriā in cōfeſſione, oſtendet Dominus ſuam m̄iam in remiſſione. ps. Oñde nobis dñe m̄iam tuā &c. Si aūt non vis oñdere preſbytero, oſtendes vniuerſis in iudicio. Naū. 3. Reuelabo pudenda tua, & oñdam gentibus nuditatē tuā &c.

C De. 3. Iac. 3. Quis ſapiēs, & diſciplinatus inter vos, oſtēdat ex bona cōuerſatiōe, opationē ſuā in māſuetudine ſapiæ. Semp dēt homo aliquid virtutis oſtendere, & boni exempli. Et certe vbi caſtitas, vbi fidelitas, vbi pietas, vbi patientia, vbi charitas, vbi aliqua virtus eſt, tpe debito ſe oñdit: etiā ſi neceſſe fuerit p ſanguinē propriū, ſicut Chriſtus, & ſctī martyres oſtenderunt. i. Macha. 6. Elephātis oſtenderunt ſanguinē &c. Si adhuc nō potes p ſanguinē oſtendere fidem p dilectionem, oſtendas ſaltem p lachrimarum cōtritionem. Aug. Sciat ſe culpabiliter durū, qui deflet damna tpis, vel mortē amici, & dolorē pctī nō oſtendit lachrymis. Sed heu quidā, bona virtutū, non ad dei glorificationē, ſed ad ſui cōmendationē oſtendunt: ſicut ſignatū eſt in Ezechia. Eſa. 39. Oſtendit eis cellā aromatū & argēti & auri, & odoramentorū, & vnguenti optimi, & oēs apothecas ſupellectilis ſuę: & vniuerſa quæ inuenta ſunt ī theſauris ſuis &c. Et heu quia melius ſciunt

oſten-

oſtendere nequitias, quã virtutes. ſcđi Macha. 13. Rex mente effrenatus, veniebat, nequiorem ſe pr̃e ſuo, Iudęis oſtenſurus, Tales aũt in inferno cõquerũtur, illud Sapie. 5. Vrtutis quidẽ nullũ ſignũ valuimus oſtendere. De. 4. dicitur hic Oſtẽdite mihi nummiſma cenſus &c. Inter. Nummũ qui ꝑ cẽſu ſoluitur, qui habebat imaginẽ cæſaris Nũmus iſte eſt aĩa ad imaginẽ dei facta. Aug. Feciſti nos domine &c. Require ſupra in ſermone, Inueni drachmã. Pro iſto nummo, Chriſtus ſeruiuit plus quã 30. annis, Deo In morte diligenter hoĩs, hunc nummũ examinat vtrum Dei an diaboli, vtrũ claram, an tenebroſam imaginẽ habeat. O fœlix qui in morte bonũ nummũ oſtendet, dominus enim oſtẽdet bonũ præmiũ, bonũ regnũ. Sapie. x. Oſtẽdit illi regnũ dei. O infelix qui ſic malũ nummũ, malam aĩam oſtendit: oſtẽdetur enim tũc tormentũ ꝑ damnationẽ, qđ iam diu oſtenſũ eſt ꝑ conuerſationẽ. Lucæ. 12. Oſtẽdam autem vobis quem timeatis.

Dom. XX. poſt Trin. ſer. IIII.

Reddite ergo quæ ſunt cæſaris, cæſari & quę ſunt Dei Deo. Mat. 22. Cęſar ſolicitus ſit pro ſe. Nos aũt de ijs quæ Deo reddere debemus. Videamus ergo quadruplicẽ redditionem. Exigit Deus a peccatobus primã in mundo, ſecundã in extremo, tertiam in iudicio, quartã in ĩferno. In mundo exigit ſibi reddi dignã ſatiſfactionem. In extremo ſuam imaginẽ. In iudicio rectã orationem. In inferno æternã luitionem. De. 1. Mat. 18. dicitur, quod cũ exegit rex a quodam, decẽ millia talẽta, dixit ille, Patiẽtiã habe in me, & o. r. tibi. In talento cuiꝑę mortalis, debitũ ſignificatur. In millenario, eſt abũdãs numeroſitas. Decẽ ergo millia, ſunt decẽ mandatorũ multipliciter trangreſſorũ, numeroſa debita, quæ ſatiſfaciendo reddere tenemini. O quot ſunt, qui ad literam, decẽ millia pctã cõmiſerũt. 2. Parali. 36. Peccaui ſuꝑ numerum arenæ maris &cæ. Quoniã aũt reddẽda ſunt pctõrũ debita docet nos Magdalena, quæ lachrymis reddidit quicquid debuit, cuius culparũ debita, ad quingentos denarios Do

minus exp̄ſſit, in parabola de duobus feneratoribus. Si ergo Magdalena,tot lachrymis reddidit quingentorũ de-
F narioꝶ debita,quantis reddi dērent fletibus, decẽ millia talẽta?Iſid.Eſto tñ pronus ad lamẽta. De.2.dr̃ hic.Reddite quæ ſunt cæſaris cæſari,&c. Gloſ.Sicut cæſar exigit impreſsionem ſuæ imaginis,ita deus aīam lumine vultus Dei inſignitã.Hãc imaginẽ, in denario aīæ, nos maxime oportet reddere in morte.Vñ.Pſ. Vbi legitur,quã p̄cioſa ſit in cõſpectu dei,mors ſanctoꝶ eius.dr̃.Vota mea Domino red.Gl.i.meipſum,qui ſum imago.Imago.n.Dei, Deo addẽda eſt.Bene aũt additur,In cõſpectu oĩs populi.i.omniũ ſctõꝶ, in quorũ cõſortiũ reddere dẽbus aīam.Vtrum aũt denarius aīę ſit falſus,an nõ,tũc videbitur, qñ de marſupio corporis extrahetur &c.Si tũc nõ fuerit aureus, vel argẽteus,ſed cupreus,vel ferreus,cõflabitur ĩ igne gehen-
G nę.Eze.22 Oẽs iſti,es ſtagnũ.& ferrũ,& plumbũ in medio fornacis &c. De.3 Mat.12.Oẽ verbũ ocioſum, quod locuti fuerint ho es,reddẽt rõnẽ de eo, in die iudicij. Quid erit de factis,vbi rõ reddetur de verbis ocioſis:non ſolum de verbis & operibus:ſed etiã de inutilitate beneficiorum
A naturaliũ,& corporaliũ,& ſpũalium,nobis collatorũ, rõnẽ reddemus,quæ tanto ſeuerius exigetur, quãto diutius differetur:& quãto inutilius talẽta Dñi multo t p̄e detinẽtur,Mat.21.Poſt multũ vero t p̄is,venit Dñs illorũ ſeruorũ,& poſuit rõnẽ cum eis &c.& infra.Inutilẽ ſeruũ,eijcite in tenebras exteriores.Qui ergo potẽtiã,qui ſciẽtiã, qui diuitias,vel aliud in talẽtũ accepit,ſiue parũ acceperit,rationẽ in die iudicij reddet.tãtũ quippe ab vnoquoq;
H noſtrũ,venturus iudex exiget. De.4.Mat.5.Eſto cõſentiẽs aduerſario tuo cito, dũ es cũ eo in via,ne forte tradat te aduerſarius tu⁹ iudici,& iudex tradat te miniſtro, & in carcerẽ mittaris. Amen dico tibi, nõ exies in de,donec reddas no.quadrãtẽ. Aduerſarius eſt quilibet cui per diſcordiã aduerſaris.Huic cito conſentire dẽs,concordãdo.Bene dicit cito.Interli.Nemo.n.nouit, quãdo de hac vita exeat. Via eſt præſens vita,qua ad patriã,vel infernũ pergimus.Iudex eſt Chriſtus,Miniſter ẽ diabolus.Carcer

ter eſt infernus.Eſa.24. Congregabuntur in congregatione unius faſcis,in lacum,& claudétur ibi in carcere. Quadrãs dicit Glo.ſunt minuta peccata,quia nihil erit impunitũ.Elige nũc peccator ubi poſt reddas debitũ, an in mũdo ubi decẽ millia taléta dimittũtur:an ĩ iferno,ubi neq; un⁹ quadrãs dimittetur.Patet utrũq; in ſeruo nequã : cui primo totũ dimittitur,poſtea uero qm̃ nõ fuit cõsétiẽs aduerſario ſuo,totũ ab eo exigitur.Mat,18. Iratus dñs tradidit eum tortoribus ideſt tartareis miniſtris, dicit Gloſſa.

Dom, XXIIII. poſt Trin, ſer. III.

CVius eſt imago & ſuperſcriptio.Mat.22.O quã timẽda eſt quæſtio hæc, qñ in iudicio diligéter examinatur aĩa,cuius imaginẽ hẽat,Dei an diaboli.Sed attede q̃ imago Dei,triplex eſt,uidelicet naturalis,ſpũalis,& æternalis.De 1.Ge.1.Faciamus hoĩem ad imaginẽ noſtrã. Hæc(ſicut dicit Aug.)cõſiſtit in memoria,rõne,& uoluntate,per quæ tria,aĩa eſt imago trinitatis. In hac trinitate caput eſt rõ,hoc caput miſit Sanſon in ſinũ Dalilę, & ꝑdidit uires,& excæcatus eſt a Philiſtinis.i.a dæmonibus.Dalila,carnẽ uel ſẽſualitatẽ ſignificat;adquã dũ caput rõnis, nimis ĩclinatur,à dæmonibus excæcatur. Huic hæc meretrix nimis inſidiatur,ſicut Herodias capiti Ioãnis, per filiũ ſaltatricẽ.i.ꝑ cõcupiſcẽtiã laſciuiẽtẽ. Vẽter huius imaginis,eſt memoria,quæ eſt receptaculũ aĩæ.Pſ.Cõturbat⁹ eſt iira tua,oculus meus:aĩa mea,& uẽter meus.Ocul⁹ eſt rũ,aĩa uolũtas,uẽter memoria. In hoc uẽtre,nõ ſerpẽtes, nõ uermes uitiorũ,ſed dñm portemus.Lu.11. Beatus uenter &c Pes huius imaginis eſt uoluntas cõſentiens uel diſſentiẽs.Au.Nemo in ptãte hẽt quid ei in mẽte ueniat. Sed Apo.10.quòd angelus poſuit unũ pedẽ ſuper mare,alterũ ſuper terrã.Per mare in quo porci ſubmerguntur, ſicut dẽ Mat.8.mala uita ſignificatur. Per terram .qua fructũ profertur,bona uita.Pes iraſcibilis,ſuper mare mitti debet. Pes concupiſcibilis ſuper terram,ut uicijs iraſcamur, uirtutes concupiſcamus. De 2. 1,Corinth. 16. Sicut portauimus imaginem terreni , ſic portemus imaginem cœleſtis. Nota quòd cæſarea & regalis imago, tribus perficitur.

ſcitur.ſ.figura, colore, ornatu regali.Figura ptinet ad imaginẽ naturalẽ, de quã iam dictum eſt.Coloratio ad ſpũalem.Inſignia regalia ad æternalẽ.Videamus colorem regis cœleſtis,cuius imaginẽ portare debemus. Can.5.Di lectus meus cãdidus,& rubicũdus,electus ex millibus. Caput eius aurũ optimũ:comæ eius ſicut elatæ palmarũ.nigræ quaſi coruu s. Scd̃m hũc triplicẽ colorẽ,debet imago Chriſtiana Chriſto cõformari.Bern. Ad humanitatis eius imaginẽ oportet nos cõformari. Dẽmus ergo ad imitationẽ Chriſti,candidi eſſe per puritatẽ in conuerſatione.Rubicundi aũt per charitatem, ẽt ſi neceſſe fuerit in ſanguinis effuſione.De utroq; colore dicitur.Thre.4. Candidiores nazarei eius.Itẽ nigri dẽmus eſſe per humilitatẽ, ſemper noſmetipſos uilificando & deſpiciendo. Sic.n.quantũ apud nos ſimus nigri, tantum apud Deum ſimus formoſi &c.Aug.Tanto precioſior eris apud Deum, quanto fueris ante oculos tuos deſpectior.Et certe Chriſtus,hanc ingredinẽ habuit, quando propter nos humiliatus fuit. Apo.6. Sol.factus eſt niger.Certe quãto eſt nigrior,tanto amabilior.Ber. Quanto minorẽ ſe fecit dei filius in humilitate, tanto ſe maiorem exhibuit in bonitate: & quanto pro me
M uilior,tanto pro me charior. De 3.2. Corin.3. Nos vere reuelata facie gloriam Domini ſpeculantes, in eandẽ imaginem transformamur &c. Perfecta imago regis non eſſet is,qui inſignia non hẽret,ergo æterna claritate,imago Dei plena,cõſũmatur,qñ corona, uel:amictu regali decoratur.hoc ſignificatur in ornatu mulieris: de qua Apo.12. Mulier amicta ſole.Mulier hæc ſignificat aĩã beatã,q̃ glorioſa ĩſignia regalia hẽt ĩ regno.hẽt n.amictũ ſolarẽ circa ſe:lunã ſub pedibus ſuis.i,infra ſe:coronã 12.ſtellarũ in capite ſuper ſe.Primũ eſt æternę claritatis.ſecũdũ eſt ęternę ſublimitatis,tertium eſt æternæ dignitatis inſigne.

Dom. XXV. poſt Trin. ſer. I.

A DOmine filia mea modo defuncta eſt, ſed ueni impone manum ſuper eam,& uiuet. Matt.9. Filia tua,eſt anima tua defuncta per culpã:cui manus

Chriſti

Chriſti imponitur per gratiã. Manus aũt imponenda.i.mi
ſericordiæ ſuæ gratia. Chriſti operatio facit quatuor in
nobis.Purgat culpã,reparat naturã, cõfert gratiã,præpa-
rat gloriã.De 1.dicitur hic. Filia mea modo &c.Huius fi-
liæ ſuſcitatio eſt animæ peccatricis iuſtificatio:circa quã
tria hic ſignificantur,uidelicet culpæ propriæ recognitio,
ibi filia mea.i. anima mea,utique nõ alterius. Quidam.n.
mortẽ culpæ ſuæ, aliorũ animabus imponunt.ſicut ſigna-
tũ eſt 3.Reg.3.ubi una meretricũ dicit: filius meus uiuit,
& filius tuus mortuus eſt.Itẽ feſtina cõuerſio,ibi:mõ. Non
dicit anno præterito.ſed mõ.Eccl.5. Ne tardes cõuerti ad
Dominum,& ne differas de die in diẽ. Subito.n.ueniet ira
eius,& in tpe uindictæ diſperdet te. Act.2.Factus eſt repẽ
te &c.Væh ergo illi,cuius aĩa non mõ:ſed ante annũ, im-
mo ãte 30.uel 40.annos defuncta eſt, & adhuc nõ petit eã
ſuſcitari.Quantis lachrymis, & orationũ clamoribus ſu-
ſcitanda eſt aĩa mortua 40. annis: ex quo lachrymis & cla
more Chriſti,ſuſcitatur Lazarus, quatuor diebus defun-
ctus:Item venię poſtulatio, ibi:impone manũ &c.O vir-
tus & gratia huius manus.Mat.8.Extẽdens Ieſus manũ, B
te.e.d.Volo, mũdare. De 2.13.Impoſuit illi manũ, &
cõfeſtim ẽ erecta.Dicitur de muliere quę habebat ſpm̃ in-
firmitatis.18.annis & erat inclinata, neque oĩno poterat
ſurſu maſpicere. Mulier hæc eſt aĩa pccatrix.Sed nota q̃
ait Bern.reditus ad patriã.Tria nobis neceſſaria ſunt vel
le,poſſe,noſſe.Aĩa ergo peccatrix ĩfirma eſt,quo ad poſſe,
inclinata eſt quo ad velle,ſurſum nõ reſpicit quo ad noſſe
vel infirma eſt quo ad ſpũalia,inclinata quo ad corpora-
lia,ſurſum non reſpicit, quo ad terrena. vel infirma ẽ in
ope. Pſalmus. Infirmata eſt in paupertate &c. Inclinata
eſt ĩ affectiõe.Prou. 2.Inclinata eſt ad mortẽ domus eius
&cæ.Sicut enim aĩa ꝑ virtutes erigitur deo:ita turbatur
ꝑ peccatum, & inclinatur diabolo.Vnde dæmones dicũt
ad aĩam.Eſa.51.Incuruare,vt trãſeamus.Itẽ ſurſum nõ re
ſpicit.i.intentione,cõtra illud. Pſalmus.Ad te leuaui ocu
los meos.Et Eccl.2.Sapientis oculi in capite eius.i Chri- C
ſto. De.3.Mat.19.Oblati ſunt ei paruuli, vt manus eis
im-

imponeret, & oraret. Interli. Vt eis manu & voce benedi-ceret, Ecce quibus benedictio gratiæ cõfertur quia paruulis & hũilibus. Nota ergo quod hũilibus datur licentia accedendi. Vnde ait. Sinite paruulos venire ad me. Io. 12. Sinite illã &c. Glo. Imponit paruulis manus, quando humilibus dat gratiam. Item fiducia pueniẽdi: vnde ait. Taliũ eſt regnũ cęlorum. Itẽ gratia perficiendi. Vnde ait. Cum impoſuiſſet eis manus &cę. Mat. 18. Niſi cõuerſi fueritis & effi. ſicut paruuli, nõ intra. in re. cœlorũ. Quomodo. n. per paruũ oſtiũ intrare poſſumus, niſi parui fuerimus: Oſtium cæli paruũ humilitate eſt. Si ſano capite voluerimus in-
D trare, dẽmus caput demittere. De. 4. Mar. 8. Itẽ impoſuit manus ſup oculos eius, & cæpit videre, & reſtitutus eſt, ita vt clare videret oĩa. Bis iſti cæco, Chriſtus impoſuit manus: primo & vidit obſcure, ſcđo & oĩa clare. In quo duplex illuminatio ſignificatur: prima per fidẽ: ſcđa p ſpem. prima eſt gratiæ, ſcđa gloriæ, in qua aĩa, oĩa clare videt. Igitur qui creatoris ſui claritatẽ vidẽt, nihil in creatura agitur, quod videre non poſſint. Sed nota quod hunc cæcũ dominus extra vicũ dixit, & in oculos eius ex puit, & manus ei impoſuit: in quo ſignificatur quod is quẽ Chriſtus extra mũdanã ſocietatẽ, & vanitatẽ eduxerit, ſputo doctrinæ & ſapiẽtiæ linietur: cui manus virtutis & gratię imponit, ad illuminationẽ ęternã puenire poterit.

Dominica XV. poſt Trinita. Sermo I I.

E CVm eiecta eſſet turba, intrauit Ieſus, & tenuit manũ eius, & dicit. Puella ſurge. Mat 9. In his verbis quatuor cõſiderãda occurrũt. Turba eijcitur, Ieſus ingreditur, manus puellæ tenetur. ſurgere iubetur. Significãtur in his, quatuor neceſſaria ad ſalutẽ. ſ. vt impedimẽtũ ſalutis euitetur, vt efficaciter de ſalute cogitetur, vt volũtas p gratiã ad ſalutẽ adiuuetur, vt a pcđõ aĩa in ſalutẽ iuſtificetur. Primũ ſignificatur ibi cũ eiecta eſſet turba. Turba malæ ſocietatis, quæ ſæpe ſalutẽ impedit. Exo. 23. Non ſequeris turbã ad faciẽdũ malũ. Itẽ nota quod relinquere hãc turbã, valet ad remiſſionẽ pctõrũ. Vnde hic.

Eiecta turba, puella.i.aïa ſuſcitatur. Itē ad immiſſionē donorū.Mar.7. Apprehēdēs eū de turba ſeorsū, miſit digitos .i.dona ſſī auriculas ei⁹.Itē ad cōtēplationē diuinorū.Vñ Zachæus, qa nō poterat Ieſū uidere præ turba.Luc.9.&c. Certe ſi nō eijcias a te turbā malorum in mūdo, nō peruenies ad turbā beatorū in cælo.De qua turba Apoc.7. Vidi turbā magnā &c.Iſid.Qui supernā patriā deſiderāt, nō ſolū malorū mores, ſed & cōſortia fugiāt. Scđum ſignificatur cum dicitur. Intrauit.Cum.n.hō, magnitndinē ſuppliciorū, & præmiorū æternorū pēſādo, de ſalute animæ ſuæ efficaciter cogitat, tūc Ieſus qui interpreratur ſalus, domū mētis per gratiā præuenïētē intrat. Intrat aūt ad ſuſcitādū, ad defenſandū, ad cōuiuādū. Intrat ad ſuſcitādū in iuſtificatione, ſicut hic ſignificatur. Libenter Ieſus intrat in domum mentis, in qua mortuus plangitur. Plange ergo mortē aïæ tuæ. Her.6.Luctū unigeniti fac tibi plāctū amarū.Ber. Si nō plāgis, plane nō sētis animæ tuæ uulnera, cōſcientiæ læſionē. Intrat ad defenſandū in tentatione. Sap. 10. Intrauit in aïam ſerui Dei, & ſtetit contra reges horrēdos.i.cōtra dæmones, qui regnāt in peruerſis. Vñ de ſathana dicitur, Iob 41. Ipſe.n.eſt rex ſuper omnes filios ſuperbiæ. Itē ad conuiuandū. Apoc.3. Ecce ſto ad oſtiū & pulſo. Melius certe nobis eſt intrare dominum, quā dæmoniū: ſicut ſathanas intrauit Iudā, Io.13. Et poſt bucellā, introiuit ī eū ſathanas. Vterq; tñ ad oſtiū pulſat, libēter intrat. Vtriq; aūt nō eſt aperiēdū. Au. Claudatur diabolo & aperiatur Chriſto. Tertiū ſignificatur cū dr̄. Tenuit manū ei⁹. F
Sicut.n.Ieſus intrat domū ꝑ gratiā ꝓueniētē: ita tenet manū, per gratiā ſubſequētē. Manū utrāq; dñs tenet, dū efficaciter bñ operādi virtutē ꝓbet. Qūo.n.hō ſurget, aut qđ boni ageret, niſi ſic dñs manū teneret: Aug. Sine Deo oꝑante vt uelim⁹, ſine cooꝑāte ut poſſim⁹, ad pietatis oꝑa nil ualemus. Et nota ꝙ de⁹, bonis manū tenet ad ſurgēdū, ad deducēdū, & ad ſumēdū. Tenet dñs manū hoïs ad ſuſcitandū eū de culpa: ſicut hic ſignificatur, tenet dñs ſuſcitādo, ut teneas amādo dñm ī te, ꝑ amorē, & timorē: tene te i dño ꝑ amorē. Ecc.27. Si nō i timore dñi tenueris te inſtāter; cito ſubuertetur dom⁹ tua. Itē ad deducēdū in gratia. Pſ. Manus G H

tua deducet me,de virtute in virtutē,& te.me dextera.ſiniſtra tenet te Dominns ꝑ timorē,dextera ꝑ amorē Can. 2.Læua eius ſub cap.meo &c.Itē ad ſuſcipiendū in gloria Pſ.Tenuiſti manū dexterā meā.Et in voce tua deduxiſti me,& cū gloria ſuſcepiſti me.Certe, quē Dominus nō tenebit ad gloriā,diabolus eū tenebit ad gehennā. Iob. 18. Tenebitur planta eius laqueo.ſ.inuidiæ, auaritiæ, aliorū
I viciorū. Quartū oſtēditur,cū ſubiungitur.Puella ſurge.Puella eſt aīa vel voluntas,quę iniuſtificatione ſurgit a morte culpæ.Eph.5.Surge qui dormis, & exurge amor. O aīa mortua, vita tibi fertur cū dicitur,Surge.Vere .n. ſurgis a morte culpæ,Aug.Quibus ī hoc ſeculo vita offertur,& nolūt eā recipere:in inferno quærēt mortē & non
K inuenient.Et nota quòd ſurgere dēt hō a peccato volūtatis,a peccato actionis,a peccato cōſuetudines.Et hoc per tres mortuos ſignificatur,de quibus require ſupra in ſermone. Reſedit qui erat.

Dom. XXVI. poſt Trin. ſer. I.

A Vaeh aūt pręgnātibus & nutrientibus ī illis diebus.Mat.24.prægnātes & nutriētes, luxurioſos ſignificare poſſūt.Væh aūt dānatiōis nō his ſolū,ſed oībus ꝑ 7.vicia capitalia vicioſis dētur.Væh ergo īpījs ſuperbiā Eſa.28 Væh coronæ ſuꝑbię,ebrijs Efraim,& flori decidenti,gloriç exultatiōis. Bene dicit coronę.In coronis.n.& ornamētis,capitis ſpecialiter,ſoꝑbia oſtēdi ſolet,quod eſt cōtra quod dr,Heſt.14.Tu ſcis infirmitatē, & neceſsitatem noſtrā,quod abominer ſignū ſuperbiæ, & glorię meę, qđ eſt ſuꝑ caput meū.Io.Chry.Crimē ēſt, caput poſt chriſ-
r matis ſctificationē, aut croco aut alterius pigmēti ſucco vel puluere ſordidari,aut auro,vel gēmis,vel cuiuslibet terrenę creaturæ ſpecie comi;qđ iā cœleſtis ornatus ſplēdore refulget.Itē bene dicitur,flori decidēti.Flos.n.gratiæ tꝑlis,flos pulchritudinis mortalis, flos iuuētutis corporalis,cito decidit.Eſa.11.Oīs caro fęnū,& oīs caro eius quaſi flos agri.Exſiccatū eſt fęnū,& cecidit flos.Item ꝑꝑ inuidiā.Vn in Cā.Iud.Vęh illis,qui in uiā Caym abierit.

In uia Caym abierũt, q ꝓximos odiũt, ſicut Caym fratrẽ ſuũ. 1. Io. 3. Qui odit fratrẽ ſuũ homicida eſt. Inuidi ergo, q uerbis uel factis, malũ ꝓcurãt ꝓximis, nõ ſolũ Caym latronẽ, ſed & Iudã traditorẽ, ſicut imitãtur in culpa, ita ſequũtur in pęna. Væh ergo illis. Matt. 27. Væh hoĩ illi, per quẽ fili⁹ hoĩs tradetur. Gr. Qui poſt puniẽdi sũt, retributionis ſupplicio, ſeipſos afficiũt, inuidię tormẽto. Itẽ uęh ꝓp irã. Iu. 16. Væh gẽti ĩſurgẽti ſup genus meũ: dñs. n. oĩps uindicabit in eis, ĩ die iudicij. Viſitabit illos, & dabit ignẽ & uermes, ĩ carnes eorũ: ut urãtur & sẽtiãt uſq; ĩ sẽpiternũ. Iracũdi ĩſurgũt uerbis & factis ſup alios: ſed uæh eis q ſe ipſos vindicãt ĩ mũdo. Ideo bñ dr̃ hic, ꝙ dñs uindicabit in iudicio. Ro. 12. Mihi uĩdictã, & ego retribuã, dicit dñs. Sed ualde timẽdũ eſt, qđ Io. Chr. ait. Nõ iracũdos tm̃, & maiitiæ memores, punit Deus, ſed ẽt eos, q iraſcẽtes aut offenſos fratres, placare negligũt, & cõtẽnũt. Itẽ uæh ꝓp auaritiã. Abac. 2. Væh ei q multiplicat nõ uſquequo, & aggrauat cõtra ſe dẽsũ lutũ. Vſurarij, fures, prædones, non ſua, ſed aliena multiplicãt: auferũt. n. alijs, & auferetur ab eis. Eſ. 33. Vęh q ꝑdaris, nõne & ipſe ꝑdaberis? Bñ aũt tpalia dicũtur lutũ, qm̃ coinquinãt aĩam. Ber. Beatus q poſt illa nõ abijt: q̃ poſſeſſa onerãt, amata inquinãt, amiſſa cruciãt. Itẽ ꝓp acidiã. Mat. 11. Væh tibi Corozaim, væh tibi Betſaida: qa ſi in Tyro, & Sidone factæ eſsẽt virtutes, q̃ factæ sũt in uobis, olim in cilicio & cinere pęnĩam egiſsẽt. Verũtñ dico uobis: Tyro & Sidoni remiſſius erit in die iudicij. Horribilis eſt iſta accidioſis ſnĩa: qui ꝓp torporẽ & pigritiã, poſt multas doctrinas, & exẽpla virtutũ, negligunt pænĩam agere, & Deo ſeruire. Nota ꝙ dicit remiſſius. Ex hoc collige, ꝙ ꝓ eis, & alijs uitijs illis paribus, remiſſius erit Paganis, quã malis Chriſtianis: & laicis, quã clericis: & ſecularibus, quam religioſis; & rudibus. quã ſapiẽtibus. Væh miſeris accidioſis, tã duris, & ad bonũ tã remiſſis. Be. Væh uobis ad duritiã cordis. Vęh uobis a pctõ gẽtiũ, quas Apoſtolus ſine cõmiſſione cõmemorat. Itẽ uæh ꝓp gulã. Lu. 6. Væh uobis qui ſaturati eſtis, qa eſurietis. Saturati inquã nõ ſolũ cibo, ſed ẽt potu. Pro. 23. Cui uæh: cuius patri uæh: cui rixæ: cui foueę: cui ſine cauſa vulnera? cui ſuf-

B

C

D

E

F

ſoſio oculorũ: Nõne his, ꝙ cõmorãtur ĩ uino, & ſtudẽt caſi
G cibus epotãdis? Require expoſitionẽ ĩ ſermone. Deficiẽte
uino. Itẽ uæh ꝑ luxuriã. Hie. 23. Apparuit ignominia tua
adulteria tua, & hinnitus tuus, ſcẽlus fornicationis tuę Su
per colles in agro, uidi abominationes tuas. Væh tibi Hie
ruſalẽ. Væh ergo dãnationis æternæ, oĩbus ĩ pdictis uitijs
ꝑ ſe peccãtibus. Sed pcipuẽ uæh oĩbus, in eiſdẽ uitijs ali-
quos ſcãdalizãtibus. Mat. 18. Væh hoĩ ꝑ quẽ ſcãdalũ uẽit.

Dom. XXVI. poſt Trin, fer. II.

H VBi fuerit corpus, ibi cõgregabũtur & aquilæ. Mat. 24.
Chriſtus Ieſus dicit ſeipſũ corp⁹, aquilas oẽs iuſtos,
qui ad Chriſtũ cõgregabũtur ĩ iudicio, & ĩ cælo. Cõſiderã
dũ aũt ꝙ aquila eſt Chriſtus, angelus, hõ, diabolus. Aqui-
la eſt Chriſtus, ꝑ iuſtificãdi altitudinẽ: angelus, ꝑ uo
lãdi fortitudinẽ: hõ, ꝑ renouãdi aptitudinẽ: diabol⁹, ꝑ
deuorãdi cõſuetudinẽ De 1. Iob. 39. Nũqd ad pceptũ tuũ,
eleuabitur aqla, &c. Require expoſitionẽ. Nũqd ad pręcep
tũ tuũ in 3, mẽbro, ubi ẽt poſt hãc aquilã, ſuper te ad cęlũ
uolantẽ, & ſi uolaueris ad primũ chorũ angelorũ feliciter
uolaſti: ſi ad ſcđum felicius, & ſic de ſingulis: quãto ad al-
tiorẽ ordinẽ perueneris, tãto felicius uolaſti. Gre. Sed ad-
huc in infirmitate corporis, ſequamur tñ paſſibus amoris.
I De 2. Exod. 19. Voſipſi uidiſtis quæ fecerimus Aegypiijs,
qũo portauerim uos ſuꝑ alas aquilarũ. Bñ angeli aquilis
cõparãtur. Aquila. n. irreuerberatis oculis, Solẽ uidere in
rota dr̃: ſicut angeli, Solẽ deitatis æternaliter cõtẽplãtur.
Mat. 18. Angeli eorũ ſp vi. f. p m. Fortitudo uolatus expri
mitur, qñ in uolãdo, ſuꝑ alas aliquid portare dr̃. Alæ aũt
aquilarũ, ſũt miniſteria angelorũ. Vna ala eſt miniſteriũ
defenſionis a malo: altera, promotionis ad bonũ. His alis
tãquã manibus nos portãt in uia ambulãtes. Pſ. In mani-
bus portabũt te &c. Itẽ portãt ad requiẽ euolãtes. Luc. 16
Factũ eſt, vt mo. la. & por. & e. Vñ iſtæ aquilę ad nos uolãt,
ut nos in morte deportẽt. Ber. Nõ ambigo, quin gratãter in
k palatio colligãt, quæ dignãter in ſterquilinio uiſitãt. De
3. Pſ. Reno. ut aquilæ iu. t. Aquila in ſenectute, roſtro ſibi
nimis adũco, ſumere nõ ualet cibũ, vñ lãgueſcit & decre-
ſcit: tãdẽ ad petrã uncũ roſtri deponit, & ſic cibũ ſumẽs re
uiuiſcit.

biuiſcit. Sic pcc̃ōr curuitates pcc̃ōrũ, & maximè pcc̃ã labiorũ, tãquã curuũ roſtrũ, deponat ad petrã Chriſtũ, uel pænitẽtiæ, quæ grauis eſt, & dura ſicut petra. Deinde cibũ doctrinæ & gratiæ & euchariſtiæ, ſumere ualebit, & ſic ĩ ſpũ ſicut aquila renouabitur. Eph. 4. Renouamini ſpũ mentis ueſtrę &c. In renouatione iſta, dat Deus nouas plumas, nouas uirtutes, noua mãdata. Gre. Quia dñs ac redẽptor noſter, nouus hõ, uenit ĩ mũdũ, noua pcepta &c. Nota q̃ iſta aquila duas hẽt alas. Require ſupra ĩ ſermone, Nũquid ad præceptũ t. in 3. memb. De 4. Thr. 4. Velociores fuerũt perſequutores noſtri, aquilis cæli, Ante. n. tranſiret diabolus mille miliaria, quã aquila unũ paſſũ. Vñ ſicut aquilæ circa cadauer fœtidũ cõgregãtur, ſic dæmones circa peccatorẽ feſtinãter cõueniũt moriẽtẽ. Aba. 1. Volabit quaſi aquila feſtinãs ad comedẽdũ. Tũc euadere nõ põt impi⁹ diabolũ, neq; fugiẽdo, q̃a aquila uelocior eſt: neq; defendẽdo, q̃a fortior leone eſt diabolus. Vñ diabolus eſt beſtia illa. Dan. 7. Et alas hẽbat quaſi aquilę. Io. Chr. Nec reſiſtẽdi uirtus &c. Require ĩ ſermone primo: Oĩs arbor, Et bene. L leæ præ cõparatur diabolus. Leæna n. qñ timet catulos perdere, ferociſſima eſt: ita diabolus qñ per cõuerſiõẽ amittere timet peccatorem. Iſid. Tunc circa eum quem poſsidet diabolus, acrius ſæuit, quæ ſe citius diuina uirtute, ab eo expellendum recognoſcat.

Dom. XXVI. poſt Trinit. ſer. III.

TVnc apparebit ſignũ filij hoĩs in cælo, 24. Supra in eo dẽ Euã dr. Dabũt ſigna magna &c. Cõſiderãdũ aũt, q̃ M tpe nouiſſimo apparebũt quadruplicia ſigna. Primo ſigna erroris ad decipiẽdũ. Scd̃o ſigna terroris ad cõcutiẽdũ. Tertio ſigna amoris ad cõuincẽdũ. Quarto ſigna decoris ad retribuẽdũ. De 1. dr̃ in hoc Eu. Surgẽt pſeudochriſti, & pſeudoprophetæ, & dabũt ſigna &c. Hoc maxime intelligi põt de apoſtolis Antichriſti, qui plura ſigna faciẽt Gre. Fidelibus in Antichriſto certamina nõ deerũt, ſed tãta erũt illius tpis, ut noſtrorũ pauca, uel nulla uideãtur. Apo. 13. Seducet habitãtes in terra, pp ſigna quæ data sũt illi facere. In eodẽ capitulo legitur, in diuerſis locis, q̃ ſimulabit ſe Antichriſtus mortuũ, & per triduũ latẽs apparebit,

ſe dicẽs ſuſcitatũ:& faciet magnã viſionẽ aſcẽſionis in cœlũ. Itẽ apoſtoli eius diſcurrẽt per orbẽ, ut faciãt mũdũ adorare Antichriſtũ. Et ſicut ſpũs ſctũs iu igne deſcẽdit ſuper Apoſtolos: ſic Antichriſtus, malignũ in ignẽ deſcẽdere faciet ſuper ſuos,& loquẽtur uarijs linguit,& faciẽt fieri ſtatuam imaginis Chriſti,& arte magica faciẽt loqui,& futura prædicere. Dũ ergo ignẽ mittere,& mortuos ſuſcitare videbitur, pene totus mũdus ſeducetur Gre. Qui electi sũt
N ad perſiſtẽdũ per ſigna ꝑdicatorũ. Antichriſti, ꝑcabũtur ad cauẽdũ. De 2. Lu. 21. Erũt ſigna in Sole & Luna. &c. Hie. in annalibus Hebræis inuenit 15 ſigna dierũ, ante diẽ iudicii. Sed utrũ cõtinui futuri ſint dies illi, an interpollati, nõ expreſsit. Prima die, eriget ſe mare 40 cubitis, ſuꝑ altitudinẽ mõtiũ, ſtãs in loco ſuo quaſi mur⁹. Scdo tãtũ deſcẽdet, ꝙ uix poſsit uideri. Tertio maximę belluæ apparẽtes ſuꝑ mare ſtabũt,& dabũt rugitus uſq; ad cælũ. Quãto ardebit mare,& aqua. Quinto hærbæ,& arbores dabũt rorẽ & sãguinẽ. Sexto ruẽt ædificia. Septimo petrę adinuicẽ collidẽtur. Octauo fiet generalis motus terræ. Nono æquabitur terra. Decimo exibũt hoĩes de cauernis,& ibũt uelut amẽtes, neq; poterũt mutuo loqui. Vndecimo ſurgẽt oſſa mortuorũ,& ſtabũt ſupra ſepulchra. Duodecimo cadẽt de cælo ſtellæ. Decimotertio, morientur homines viuẽtes, ut cũ
O mortuis reſurgant. Decimoquarto ardebit cælũ & terra. Decimoquinto fiet cęlũ & terra noua,& reſurgẽt oẽs. De 3. hic. Tũc apparebit ſignũ filij hoĩs in cęlo. i. in aere. Dñs .n. apparebit in aere, ſupra locũ vñ aſcẽdit,& ante eum inſtrumenta mortis ſuæ, quaſi uexilla triũphi. Crux, claui, lancea,& cicatrices Io. Chr. Non erit tũc neceſſitas accuſationis, cũ uiderint crucẽ,& Chriſtũ hñtẽ i corpore ſuo teſtimonia paſſionis. His ſignis cõuincẽtur impij magnę ingratitudinis. Pſal. Turbabuntur qui habitãt terrã, a ſignis tuis. Sicut. n tuba iudicis, ab ho. bus uidetur, ſic ſignũ cru-
P cis ab hoĩbus uidebitur. Eſa. 18. Cum eleuatũ fuerit ſignũ in mõtibus, videbitis,& claugorẽ tubæ audietis. De 4. Ap. Signũ magnum apparuit in cœlo, mulier amicta Sole &c. Mulier iſta eſt vniuerſalis eccleſia, quæ poſt reſurrectionẽ, in quolibet mẽbro, magnæ glorię ſigna hẽbit. Ipſa .n.

in

in mẽbris ſuis.i.oĩbus iuſtis,quo ad ornamenta, erit amicta ſolari claritate.Anſ.In illa,vita iuſtorũ,Solis pulchritudini,quæ ſeptẽpliciter,quã mõ ſit,ſplẽdidior erit, adæquabit. Itẽ quo ad aĩas erit coronata beatitudinis ſublimitate.Eſaiæ 28. In die illa, erit Dñs exercitiũ , corona gloriæ,& ſertũ exultationis reſiduo populi ſui.In hac corona.12.ſtellæ ſunt:qa merita.12. articulorũ fidei ſpẽaliter,in ꝑmio lucebũt. Vel 12.ſtellæ in corona, ſunt quaſi duorũ p̃ceptorũ charitatis, & .x.mandatorũ lucida merĩta,q̃ in præmio apparebũt.Item quo ad corpora ſimul & aĩas,eccleſia erit fixa ĩn ꝑpetua ſtabilitate,& hoc ꝑ Lunã ſignificatur.Luna n & quæ ſub Luna ſunt,mutabilia & ĩnſtabilia ſunt Eccleſia ergo nõ ſub Luna,ſed ſuꝑ Lunam tunc erit, quamdiu inſtabilitati ſubiecta non erit.

Dom. X X V I I. *poſt* Trin. *ſer.* I. A

ASceđit Simõ.Pe.& traxit rete &c. Io.21.Piſces quos Dominus capi vult a piſcatoribus , ſũt hoĩes ĩ mari huius ſeculi fluctuãtes. Mat.4. Faciã vos fieri piſcatores hoĩm.Inuenimus aũt in præſenti Euã.piſces ĩ mari,in reti,ſupra prunas,in terra. Mare mũdũ.Rete pœnĩã ſignificat.Prunæ martyriũ.Terra patriã.Piſces vero.i.hoĩes,ſũt ĩn mari,ĩ mũdi fluxibilitate,ſunt in reti,pœnitẽtię captiuitate,ſunt ĩ prunis paſſionũ acerbitate, ſunt ĩ terra æternæ vitę ſocietate.Primũ nota ibi,piſcari.Piſces.n.de quibus dicitur his verbis,adhuc in mari natabãt,& ſignificãt hoĩes,q in cõcupiſcẽtijs mũdi adhuc ambulãt. ꝑs.Piſces maris q ambu.ſe.&c.i mũdi tot ſunt ſemitæ,quot pc̃õrũ viæ.Tres tamẽ generales ſemitę tãguntur.i.Io.2.Oẽ qđ eſt in mũdo,aut cõcupiſcẽtia,&c.Sed Abac.1.Quare non reſpicis ſuper iniqua agẽtes,& taces deuorãte ĩ pio iuſtiorẽ ſe: Et ſequitur ibidẽ. Et facies hoĩs quaſi piſcis marĩs , & quaſi reptile nõ habẽs principẽ.De 2 Miſerũt rete , & iã nõ valebãt illud trahere præ multitudine piſciũ .Sed nota in hoc Euã.quod iſtud rete, in dexterã mittitur, & ꝙ nõ ſcinditur.Pœnitẽtĩa.n.dẽt eſſe pura & integra,vt fiat ꝓ ęternis,nõ a timore gehẽnæ.Quicũq; ergo ſic cõuertitur,in dextera capitur,& in iudicio in dextera locabitur.Mat. 25.Statuet oues quidẽ a dex.&c. Sic etiã Chri- B

ſtus

ſtus in dextera nauiculæ crucis,piſcē ceperat,latronē vi delicet,q in dextera pēdebat. Itē pœnitētia debet eſſe in tegra.Si .n.hō de vno pctō,nō de alio cōuertitur: vel par tē vni,partē alteri ſacerdoti cōſitetur: uel ſi pars ſatisfa-ctionis tm̄ agitur:vel ſi pœnitētia nō cōtinuatur, ſed pec-catis interrūpitur:tūc certe rete ſcinditur.Cōtra qđ dici tur hic.Nō eſt ſciſſum rete. Vides quod rete ad dexterā
D mittitur,& nō ſcinditur,quādo pænitentia ex amore in tegre agitur.De tertio dicitur hic.Viderūt prunas, & pi-ſcē ſuperpoſitū.Prunę ſunt ardores paſsionū, & perſecu-tionū:quę ſtatu diabolicę ſuggeſtionis accēdūtur.Iob.42 Halitus eius,prunas ardere facit.Quicūq; alios ad grauā dū proximos incitant,folles diaboli ſunt,p quos halitus ſuæ malitiæ miniſtrāt . Gaudeat qui nūc in tribulationi-bus ſunt,uel fuerūt,quia crudus ſup mēſam cœleſtē veni-re nō pōt. Aſſantur etia quidā ſup prunas purgatorij:qdā ſuper carbones inferni,qui piſces ſunt diaboli.ſ.hoies.dā nati.Et certe melius eſt hic aſſari,quā ibi ſuper prunas in ferni.Aug.Hic vre,hic ſeca,vt in æternū parcas. Nūc cor piſcis,poni debet p cogitationem, ne in futuro totus ibi
E mittatur per dānationē.Tob.vi. Gordies eius parti.ſi ſup &c.Quartū oſtēditur hic. Aſcēdit Simō.Pe.&tra.re inter. ple. magnis piſcibus 153. De hac terra,Pſal. Portio mea in terra viuentiū . Attende quod hic piſces magni ſunt, & ſub certo numero ſunt.Licet.n. ſint in eccleſia magni & exigui in merito,cum tamē ad terrā viuentiū veniunt, omnes magni erunt in præmio.Ro.8. Quos aūt iuſtifica-uit,illos & magnificauit . Inter magnos autem, alij alijs maiores erunt.Item licet nobis in militāte eccleſia incer-tus eſt ſaluandorum numerus,tamē in triumphāte eccle ſia implebitur,quod dicitur in pſal. Qui numerat multi-tudinē ſtellarū.i.electorum.Augu. Omnes ſecum regna-turos,omnes aggregandos corpori vnigeniti ſui,habet nu meratos & numerat Deus.Quid mirum,cū etiam ſicut di citur Lu.14.capilli capitis eorū.(.i.cogitationes bonę,vel minima merita ipſorum)numerati ſint?

F I N I S.

SERMONES DE SANCTIS

D. IO. EVSTACHII Bonauenturæ,

SERAPHICI DOCTORIS,
Epiſcopi Albanenſis, S. R. E.
Cardinalis Ampliſſimi;

Diligenter emendati, & ſuæ nuper integritati reſtituti.

Quorum index, rerumq; adnotandarum ſuo ordine proximis pagellis patebit.



BRIXIÆ,
IN AEDIBVS Polycreti Turlini.

INDEX SERMONVM B. BONAVENTVRAE DOCTORIS SERAPHICI,

De Sanctis.

DE Sancto Andrea Apoſtolo. fol. 1.
De ſancto Nicolao Epiſcopo. 8
De ſancto Thoma Apoſtolo. 11
De ſancto Stephano. 18
De Sancto Ioanne Euangeliſta. 22
De Beatis Innocentibus. 29
De ſancti Pauli Apoſtoli Conuerſione. 36
De diuæ Mariæ Purificatione. 36
De ſancti Petri Apoſtoli Cathedra. 50
De ſancto Matthia Apoſtolo. 56
De diuæ virginis Annunciatione. 65
De ſancto Marco Euangeliſta. 68
De ſanctis Philippo, & Iacobo Apoſtolis. 74
De ſanctæ Crucis inuentione. 81
De ſancti Franciſci Tranſlatione. 87
De ſancto Antonio a Padua. 91
De ſancti Io. Baptiſtæ natali. folio 83
De S. Petri, & Pauli apoſtolorum natalitijs. 93

De B. Petro ſeorſum. 100
De B. Paulo ſeorſum. 103
De B. Maria Magdalena. 105
De S. Iacobo Apoſtolo maiore. 113
De S. Petro ad vincula. 118
De S. Laurentio martyre. 124
De S. Clara virgine. 131
De S. Mariæ virg. aſſumptione. 137
De S. Bartolomæo apoſtolo. 144
De S. Ioan. Baptiſt. decollatione. 149
De S. Mariæ virg. natali. 155
De Exaltatione Sanctæ Crucis. 162
De S. Matthæo Apoſtolo, & Euang. 167
De S. Michaelo Archangelo. 70
De S. Franciſco patre. 78
De S. Luca Euangeliſta. 187
De ſanctis Simone & Iuda Apoſtolis. 193
De omnibus ſanctis. 198
De commemoratione Defunctorum in cõmuni. 208
De S. Martino confeſſore. 208
De S. Catarina mart. & virg. 213
De duodecim Apoſtolis. fol. 220
De quatuor Euangeliſtis. 228
De vno Martyre. 229
De pluribus Martyribus. 241
De vno Doctore. 252
De pluribus Doctoribus. 255
De vno aut pluribus confeſſ. 262
De vna aut pluribus Virg. 270
De dedicatione Eccleſiæ. 279
De mortuorum Commemoratione. 289
De Eccleſiaſticis in Communi. 298
De Rectoribus, & Prelatis. 305

F I N I S.

INDEX ADNOTANDORVM IN SERMONIBVS B. BONAVENTVRAE,

De Sanctis.

ACcipit homo animam, ſubſtantiam, gratiam, curam, coronam, & propter quæ ſingula. fol. 56.A.*per to.*
ambitio honorum & prælaturæ prohibetur. fol. 52.D.
andreas elegit ſuſpendium. 4.G.
annunciationis dominicæ declaratio. *fo.*62.*per to.*
*antonius.*S.*de* Padua *fuit perfectus vt Fran.* 96.*per to.*
*apoſtoli ſunt filij excuſſorum ſ.*Iudæorum. 42.R.
arbor crucis & eius vtilitates videatur crux.
aurum liquefactum auaro infuſum a Tomyride *regina ſcythiæ, vt tradunt hiſtoriæ.* *fo.*10.G.
acidiam carpit. 101.M.
Piam *largitatem laudat.* 163.E.
ædificatio eccleſiæ ſuper Petram *quadrup.* 129.H.
ambulare & progredi oportet coram Deo. 151.D.
angeli quomodo habeant noſtri cuſtodiam, & eripiant timentes peccata ſeptem quæ ipſis ſunt inuiſa, vt per ordinem declaratur. 99.A.B.*per to.*
angeli ſunt credentium in Chriſtum *inſtructores in mundo in veris, defenſores a malis, incitatores in bonis aut ad bona.* 176.Q. *per to.* Sunt *bonorum ad cælum portatores.* 176.V.Et *hominum in cælo coæquales. ibidem & fo. ſeq. per to.*

angulus & angularis lapis. 123.O.
animæ quadruplex nuditas. 145.E.& ſeq.
arbor crucis eſt ſub qua ſuſcitamur in conuerſatione, eleuamur in contemplatione, cibamur in æterna fruitione. 164.H.per to.
arbor vitæ, eſt arbor crucis. 166.K.Eius profunditas, fortitudo, pulchritudo, plenitudo.ibi.
arca fœderis eſt Maria virgo, per quam diabolus eijcitur, iuſtus benedicitur, peccator, deſtruitur, & ſaluandus perducitur. 256.B.per to.
auaritiam carpit. 174.N. Operoſitatem laudat, 194.F.
aues in arbore crucis myſticæ. 166.N.
aurea & aureolæ coronæ. 103.G.per to.
aurora ſpiritualis eſt Maria. 142.O.
aurum probatur tripliciter. 131.R.
aquila volanti ſimilis, eſt B.Ioannes Euangeliſta 22.A.per totũ, & 24.F.per totum.
angelus Domini apparuit in ſomnis. 31
accidioſi impugnantur verbo Dei. 254.F.
angeli virgines colunt & venerantur. 271.C.
aduerſantur autem incontinentibus ibidem. D.
anima fructifera eſt benedicta terra. 262.B.
animæ in extremo angores. 263.D.
animæ in purgatorio egent, quia in ore leonis ſunt, ereptione: quia in tenebris, illuminatione: quia in igne, refrigeratione. 303.M.per to.
animæ purgandæ contra ſeptuplum in pœnis, ſeptuplum habere poſſunt in remedijs. 296.Q.
apoſtoli ſunt duodecim fratres vno patre geniti. 220.A.
auari impugnantur verbo Dei. 253.E
auaritiam fugiunt & ſuis contenti ſunt iuſti. 266.O.
auguſtini doctoris præconia. 270.A.per to.

B

Benedicendus Deus laudibus oris, & quomodo. 49.N.
Bartholemæus nudus in quatuor. 145.D.
Botri granum non diſſipandum. 129.M.
beſtia terribilis & fortis nimis diabolus, in templo populo Dei inſidiatur. 301.G.

bene-

benedictiones Domini, ſunt dulces in mundo, in extremo, in cælo, in iudicio. 262. A.prin.per to.

C

Caro ſine carnalitate, res mira. 11.K.
cathedra ſeniorum, peritorum, iuſtorum, vocatorum 49. A. *per to.Cathedra peſtilentiæ,* 51.C.
chriſtus eſt ſtringendus a nobis in vlnis. 47.I.in prin.
chriſtus accipiendus in corde, reos, & manus. 47.per to.
conſolatio Symeonis myſtica. 47.I.
corona vitæ, a quibus & quomodo accipiatur. 58.F.
crux domini eſt arbor, per quam incipientes ad puteum compunctionis, proficientes ad fructum dilectionis, perfecti ad tranſitum ſecuræ euolationis perueniunt. 81.B. *& ſequentibus.vide gloriandum.*
calicem ſalutaris bibunt martyres. Eſt autem quadruplex calix, paſsionis, ſacramenti, gloriæ, & pœnæ: de quibus. 229.A per t.
calice in primo mixta ſunt vinum & fe. in ſecundo vinum & aqua, in tertio vinum & lac, in quarto ignis & ſulphur. Et ideo martyres de quarto non bibunt. 231.G.
calicis & hæreditatis noſtræ pars Dominus. 230.D.
calicis cæleſtis gloriæ bona ibidem.
calicis damnatorum pars ſulphur &c. 231.E.
calicem Domini indigne ſumentes. 230.C.
caſtitas ſeruorum Dei contra luxuriam. 267.R.
caſtitatis præcipue virginalis laus. 273.k per to.
caſta anima & vita eſt pulchra quo ad ſe & quo ad alios. Quo ad ſe in mundo, in iudicio, & in cælo ibi.per to. Quo ad alios videlicet quo ad Deum, quo ad angelum, quo ad proximum, & quo ad diabolum. 275.P. *& ſequitur.*
charitas contra inuidiam opponitur a iuſtis. 265.M.
chriſtus Dominus, omnium eſt ſeruus ſapiens. 222.F.
chriſtus eſt dux & rex virginum. 270.B.
chriſtus frater noſter. 316.*poſt A & fere per totum.*
confeſſores præuenit Dominus in benedictionibus. 262.A per t.
cordis noſtri dilectio & meditatio, debet eſſe in lege Domini, propter quatuor, vt a peccatis reuocetur, vt in veritate illumine-

tur vt pacificetur in mundo, vt ſaluetur, & reſeruetur in cœlo. 255. L.
corpus diuitis portatur ad ſepulcrum ſeminudum. 301 H
credentium quæ fidei ſunt merces. 244. G.
credenda a chriſto quæ docent ſancti. 257. R
caput reperitur quadruplex. ſ. corporale, vniuerſale, paſtorale, & exitiale. 152. an. H. per t. ſ.
catarinæ martyris præconia. 213. A. per t.
catarina dat aquam ſapientiæ & veritatis, lac munditiæ & caſtitatis, oleum gratiæ & charitatis, & vinum gloriæ & iocunditatis. 216. H. per totum.
charitatis rotæ quatuor. 126. F.
chriſtus comparatur triplici grano. 127. H.
chriſtus diligẽdus ob quatuor ad dilectionem prouocantia. 182. L. Vide Prouocatur.
chriſtus eſt fluuius, medicus. vide in ipſis vocabulis Claræ virginis pr conia inopiunt. 131. A.
clara eſt ſoror Fratrum Minorum, ſoror angelorum, & ſoror Chriſti. ibidem 132.
clara creuit in tribus. 133. F.
claritas quadruplex bonorum. 134. I. per to.
coronæ quatuor triumphales repoſitæ ſunt: prima omnibus iuſtis, ſecunda prudentibus & doctis tertia temperatis vt virginibus, quarta fortibus vt martyribus ſecundum. 4. virtutes. fol. 103 G per t.
contemplantium tranquillitas. 116. L.
conuerſationis. B Ioannis Baptiſtæ puritas noſcitur quatuor teſtimonijs: ex fidei confirmatione ex pudicitia, ex carnis mortificatione, ex humiliatione. 92. S. & 93. T.
creſcunt varij in varijs. 132. F.
crucis dominicæ exaltatio. 162. & ſeq.
crux merito exaltatur, quia eſt lignum quo Deus honoratur, diabolus ſuffocatur, mundus expiatur, patria recuperatur, eccleſia multiplicatur, anima ſuſtentatur, aduerſitas dulcoratur. 162. A. per totum. Videatur lignum & arbor.
cura animarum non eſt puero committenda. 187. B.
conuerſus Petrus vidit illum diſcipulum &c. 26

Diabolus

D

Diabolus qualem habeat poteſtatem. 54.M.55.N.
dies quadraginta myſtici. 46,in princ,
diues ſine cupiditate res mirabilis. 9.F.
dagon & eius interpretatio. 156.B.
damnationis ſententia lachrymare facit. 109.M.
diabolus quomodo hominem elidat. 109.k.
diabolus eſt caput exitiale. 153.L.
dies vna facta quaſi duo eſt. B.Ioannes Bapt. qui duo, quia Ioan. & Helias. 83.A.
dies vnus vt alios excedit, ſic.Ioan. Baptiſta reliquos ſanctos ex muliere natos. 85.D.
dilectionem hominis & Dei prouocantia.182.L.vide prouocatur.
diſcipuli domini fere bini leguntur. 110.H.per t.
draco habens ſeptem capita,eſt diabolus in membris habens ſeptem capitalia vitia, contra quæ præliatur Michael,& angeli eius. 175.I.per totum.
duos fere ſimul legimus diſcipulos domini. 190.H.
damnatorum calix,& cruciatus. 231.E.F,
dæmones ſunt reges Chriſto,& virtuti contrarij. 129.I
dæmones virgines tutantur,& timent. 272.G
diaboli in extremo nos maxime vrgent, ſed per ſeptem vias fugiunt a nobis. 263.D.E.
dilectio fratribus habenda in duodecim: 221.E.
doctores commendabiles ſunt propter duo;videlicet propter doctrinam ſanctam,& angelicam vitam. 255.I.
doctores, & omnes fere ſancti docent nos viui, & mortui dicti & factis viui:ſcriptis,& memoria factorum mortui.docent autem,quæ bona agenda,quæ mala fugienda,quæ ſtipendia a nobis recipienda,docentque credere fideliter,viuere ſalubriter,gratias agere alacriter. 257.Q.R.
duodecim fratres vno patre geniti ſunt;duodecim Apoſtoli a patre cæleſti per gratiam conſtituti. 220.A
doctores habent os quaſi gladium acutum. 252.A. per to.
dilectionis qua Chriſtus Ioannem Euangeliſtam, & alios charos dilexit. 25.H.

Electa

E

Electa quatuor fuit Paulus Apoſtolus. 12.M.per to.
electio rei, errabundi, ſponſæ, morituri. 4.H.
eligenda iudiciū rectum, via veritates, Deus, ſponſus. 46.per to.
electio tria requirit, vt eligendus noſcatur, notus eligatur, vt electus & electio publicetur. 58.G.
electio eſt triplex. ibidem.k.
electi non omnes ſaluabuntur. 60.L.
epiſcopatum Iudæ accepit Matthias. 58.E.
euangeliſtarum figuræ. 68.A.
excuſsi ſunt Iudæi, quorum filij Apoſtoli. 42.R.
extendendæ ſunt manus in quatuor. ſo.1.B.& ſe.
eccleſiæ dedicatio & conſecratio. 279.A per to.
eccleſia ſi eiecit Dominus vendentes & ementes, quid faceret ſi in ea inueniret ebrioſos &c. 281.in prin.
eleazarus martirem ſignificat. 232.H
electio qua elegit Dominus Apoſtolos, & eorum ſequaces, extenditur ad quatuor, ad operandum, ad pugnandum, ad cohabitandum, ad conregnandum. 223.G.per to.
eleemoſyna a bonis, de proprijs exhibita, omnia facit munda. 241.in fine.
euangelizantium & docentium vera merces. 246.N.
euchariſtiæ oblatio, eſt excellentiſsima. 243.B
eccleſia ædificata eſt per incarnationis, paſsionis, reſurrectionis, & aſcenſionis Chriſti virtutes & fidem. 120.H.
eleemoſynæ remitti faciunt peccata. 111.S.
euangeliſtæ, quatuor ſunt fabri ad ædificādum, quatuor venti ad viuificandum, quatuor animalia, ad inflammandum, quatuor rotæ ad tranſportandum, quatuor columnæ ad ſuſtentandum eccleſiam. 167.A.

F

Filij excuſſorum Apoſtoli, & quare. 42.R.
franciſci patris Minorum translatio. 801.per to.
franciſcus portauit ſtigmata Chriſti & ipſum Chriſtum in corde: nomen Chriſti in ore: & coronam Chriſti in capite. 40.O.per to.
filius contumax patri, quomodo ſit puniendus. 303.in prin.

fornax purgatorium ſignificans. 296.P.
fraternæ dilectionis conditiones duodecim. 221,E
fratres duodecim vno patre geniti, ſunt. 12. *Apoſtoli.* 127.A
fratres carnales, communicantiam habent in quatuor, videlicet in origine, in ſimilitudine conuerſationis, in affectione dilectionis in hæreditate. 220.*poſt* A.
frater noſter eſt Chriſtus. 316.*poſt* A.
fratres vnius patris, fratres vnius matris, fratres vnius patris & vnius matris. 220.*poſt* C.
fabri quatuor, ſunt quatuor Euangeliſtæ. 168.B.
fluuius Chriſtus, *flumina Euangeliſtæ.* 169.E.
fortitudo requiritur triplex. 197.N.
franciſcus pater, fuit vir, fuit ſolutus, fuit illæſus, fuit ſimilis filio Dei. 178.B.*& ſeq. per to.*
franciſcus vt angelus alter, aſcendens ab ortu Solis, *habuit ſignum potentiæ* Dei *in operatione, ſignum diuinæ ſapientiæ in electorum cognitione, ſignum diuinæ clementiæ in membrorum conſideratione.* 184.R.S. *per t.*

G

GLadius in ore filij hominis. 70.G
gloriandum eſt nobis in cruce domini. 84.G.
In cruce inquam angelis hominem reconciliante, hominem ſaluante, & diabolum ſuperante. *ibi.per to.*
gradus aſcenſionis Solis *iuſtitiæ.* 66.L.
gaudium in natiuitate. B. Ioannis *Baptiſtæ, & quadruplex gaudium de quadruplici natiuitate.* *fo.*85.E.*&* 175.D.
gladius alleuiatur per multa. 103.A.*per to.*
gloria Chatarinæ *triplex ab intus.* 213.A. *per to.*
granum frumenti mortuum, Chriſtus. 127.G.
grano triplici comparatur Chriſtus. Sinapis, *frumenti, & botri ſeu vitis.* 127.H.
gulam carpit. 175.O. Sobrietatem *laudat.* 195.G.
gaudia quatuor inſignia. 242.*ante* P.
gaudia paſtorum, magorum, angelorum, & diſcipulorum qualia & quanta fuerint. 247.*ante* P.*& ſeq.*
gaudium eſt Deo, *angelis, ſanctis, hic & in patria, de conuerſione peccatoris.* 248.R.

gladio verbi Dei & doctrinæ vita mala extinguitur & bona vita reſuſcitatur. 252.A.
gladio verbi Dei impugnantur crimina. ibid.
guloſi impugnantur verbo Dei. 254.G.
gula reprimunt iuſti per ſobrietatem, 266.Q.
gratia multiplici plenus erat Stefanus. 18.F.

H

HElena duo ligna vt ſareptana collegit. 87.N.
honores ſine tumore, res mira. 10.H.
hoſtiæ in purificatione myſticæ. 46.H.
habitatio ſanctorum in domo domini beata. 201.K. per t.
habitant ſancti in ſanctiſsima puritate, in certiſsima ſecuritate, in ſumma dignitate. ibidem per to.
hydriæ quatuor ſunt Euangeliſtæ. 196.
horæ duodecim diei applicantur totidem præconijs. B. Ioannis Baptiſtæ. 84. C. & ſeq.
Habitaculum Dei terribile. 280.E.
hodie ſeu omni Die cogitanda & timenda ſex ſunt quaſi hodie facienda: quia hodie paſci a Domino liberaliter hodie peccare mortaliter: hodie emendare ſalubriter; hodie mori corporaliter; hodie ſaluari æternaliter. hodie damnari finaliter & ſine fine potes. 289. poſt A. & ſeq. 289.
honor quadruplex prælatis exhibendus. 301.G.H.
herodes eſt Diabolus. 31.F.
hieruſalem Hieruſalem, quæ occidis Profetas. 20

I

IAculum electum: B. Paulus. 41.Q.
iniuria ſine rancore res mira. 10.I.
iudicium eligendum. 5.H.
iacobi maioris excellentia in fide, ſpe, charitate, patientia, Zelo, & ſcientia. 117. per totum
ignis quadruplex diaboli a cuius æſtu preſeruantur iuſti. ſolio 124. A. per totum.
igne quadruplici quadruplices æſtuati. 126.F.
inuidiam carpit. 176.K. Laudat charitatem. 193.C.
ioannes Baptiſta comparatur diei propter tria, dies enim eſt videntium lætificatiua, horarum contentiua, & dierum exceſsiua

ua vel ſuperatiua. 83 *per t.*
ioannes Baptiſta magnus quadrupliciter: merito, officio, teſtimonio, præmio. 88. *per totum*
ioannes Baptiſta homo natura fuit non angelus. 91. Q.
Eius excellentia quo ad quatuor. ſ. natiuitatem, conuerſationem, prædicationem, remunerationem. 91. *ad fi.*
ioannes Baptiſta minutus eſt capite. 149. A.
iram carpit. 178. L. *Laudat mititatem.* 194. D.
iudicantium ſedes & maieſtas. 116. M.
iudicij extremi teſtimonia. 100. M.
iudicio extremo intereſſe oportet omnes. 152. F.
imaginationes noſtræ quandoque ſunt vanæ & curioſæ, quandoque carnales, & luxurioſæ, quandoque falſæ, & ſuperſtitioſæ; vt quando diuina imaginamur. 311. O.
inuidia expugnatur gladio verbi Dei. 353. C.
iracundorum impugnatio per verbum Dei. 253. D.
iudicij extremi benedictio & maledictio. 284. I
iumenta ſignificant affectus temporales. 299. D.
ieſu pueri cum omnibus communicatio. 33 L.
ioannes Euangeliſta ſimilis aquilæ volanti. 22. A.

L

Lumen cur portetur in Purificatione virg. 43. B.
lumen ſpirituale vt animarum eſt Chriſtus. 44. C.
lucerna fuit. S. Antonius de Padua & quilibet doctor ſanctus ad dæmoniorum confuſionem, ad hominum illuminationem, ad angelorum gratulationem, ad Dei glorificationem. 80. Ante. N. *& per to ſeq.*
lex Domini requiritur de aure, de corde, de ore, de manu ſiue opere vt aure audiatur, corde diligatur, ore doceatur & manu impleatur. 255. K.
lex ſcripta duabus tabulis & contenta fere duobus verbis dilige Deum & proximum. 256. M. N.
lex Dei debet in digitis ligari. ibi. O.
litigioſi aut iracundi non ſunt iuſti. 265. N.
locus terribilis in quo Deus habitat. 161. F. 261. A
luxurioſi impugnantur verbo Dei. 252. H.
lachrymatio triplex. ſ. vera contritionis, pia compaſsionis, & ſancta

ctæ dilectionis: poſt quas dominus infudit Magdalenæ triplicem exultationem. 105. A. per to.
lachrymarum virtus. 107.F.& 108.G.
lachrymas extorquent a pœnitente quatuor .ſ. miſeria trangreſſionis, ſæuitia temptatoris, timor offenſionis, & carentia conſolationis. 108.G.per to.
laudari ſolent formoſi, victorioſi, virtuoſi, artificioſi, & glorioſi quales ſunt omnes ſancti. 205, V.per t.
laurentij præconia quatuor. ſermonibus. 4. fo.124.
læua eius ſub capite meo &c. moraliter. 117:O.P.
ligna ignem charitatis fouentia. 125.D.
lignum quadruplex inſigne. 162.A.per to. vide arbor
lucas medicus corporalis & ſpiritualis. 137.A.
luxuriam carpit. 179.P. Caſtitatem laudat. 195.H.
lapidat Deus, homo, diabolus. 20.N.per totum.

M

Manus extendendæ ſunt in quatuor. 1.B.& ſe.
manus quadruplex ſecundum quatuor virtutes, eſt in latus Chriſti mittenda. Fortitudinis. 12.B. Temperantiæ. 13.C. Iuſtitiæ. 13.E.& Prudentiæ. 13.F
mel & fauum ſuperat humanitas Chriſti. 69.E
merces duplex, terrena & æterna. 71.H.per to.
mirabilia quadruplicia in diuo Nicolao. 9.E.per to.
miſericors verus, vt. B. Nicolaus. 11.L.
magorum viſa ſtella gaudium & oblatio. 246.Q.
maiorum eſt minores ſubiugare, informare, adiuuare. 302. I.k.per to.
mandata domini decem & verſiculi de illis. 258.S
martyres bibunt hic calicem paſſionis. 229.B.
martyres amplectuntur mortem glorioſam. primus. H
martyrum nomina delere conati ſunt tyranni, & ideo precipue ſcripta dicuntur in cœlis. 247.O.
matres. xij. patriarcharum, ſignificant quatuor ſtatus ſaluandorũ in eccleſia. 220.C.
mens bona debet eſſe voluntaria ad tria. 234.O.
merces martyrum & omnium iuſtorum apud Deum eſt: omnium inquam qui credunt credenda, lugent peccata, vitant tentamenta,

 566

ta,agunt bona, relinquunt mundana omnia,patiuntur dura, ac docent vera. 144.F.*per to.*
miniſterium triplex,iudiciale, ſacramentale,morale.
miniſterio autem quinque ſunt neceſſaria. 315.Y.
miſericordia Dei *ſuperexaltat iudicium,quia vindicta in quartã tantum extenditur generationem, miſericordia in mille generationes, & a progenie in progeniem.* 237.Aa.
mors dicitur iudicium tribus de cauſis. 221.E.
mortem glorioſam amplectuntur martyres. 232.*in princ.*
mors omnium ſanctorum, precioſa eſt ob quatuor. 232.K.
mortuorum commemoratio declaratur. 289.A.*per to.*
magnus fuit ioannes Baptiſta *coram domino, in merito, officio,teſtimonio,premio.* 88.I.k.*per totum.*
magdalena princeps pœnitentium. 105.A.*per t.*
maria regina, habuit quatuor regalia. 137.A.
Eſt *multiplex thronus Dei.* 140.K.*per to.*
maria eſt Sol *in conſpectu* Dei. 142.*in prin.*
maria eſt quadam ſpecialis aurora. 142.O.
maria eſt arca,multis de cauſis. 156.B.*per to.*
maria vas multiplex in laude. 158.G.Vide *vas.*
martini ſancti preconia. 208.A.*per to. & ſeq.*
commendatur autem ab oratione & viſitatione ſpiritus.
matthei & omnium infirmorum medicus. 170.H.
medicus. B.Matthei,*& omnium male habentium,eſt* Chriſtus.
Eſt *autem quadruplex medicus, Deus, angelus, homo, diabolus.* 170.H.*per totum.*
medicamento quadruplici medetur Chriſtus, *verbo,ligno,ſacramento,cauterio.* 178 N.
medico tam corporali quàm ſpirituali,quinque ſunt neceſſaria,ſcilicet,medicinæ peritia,medicamenti efficacia,temporis cõgruentia,mercedis competentia, & ægri obedientia: quæ omnia habuit. B.Lucas. 187.A.*per to.*
macula cordis oris operis, & nominis ſiu fama 29. A. *& ſequen.*
mendacium eſt multum periculoſum homini. 29.C.

N

NEgligentium *& oſcitantium incommoda.* *fo.*1.C.
naſci nos denuo oportet. 150.B.

natiuitas

natiuitas quadruplex de qua multi gaudent. Natiuitas naturæ, culpæ, gratiæ, gloriæ. 86.E.& ſeq. Huius autem quadruplicis natiuitatis quadruplex eſt gaudium. 87.I.
natiuitatis Io. Baptiſtæ dignitas apprehenditur, ex quatuor, ex dignitate nunciantis, ex miraculo concipientis, ex ſanctitate naſcentis, & ex impoſitione nominis. 92.R.
natiuitas beatæ Mariæ. 155.& ſeq.
negationes tres Petri. 101.C.
linteum viſum Petro pœnitentiam ſignificat. 102.F.
nuditas duplex: corporalis, & ſpiritualis. 144.A.
nudus eſt homo naſcens, egens, omnia relinquens, & nudus nudū Chriſtum patiens. ibidem.
nuditas animæ noſtræ multiplexs 145.E.
nudi tres videndi, tu, proximus, Chriſtus. 208.A. per t.
nomina martyrum quare dicantur præ cæteris ſcripta in cœlis. 247.O.
nomina quatuor de totidem gaudijs, ibidem.
nomen quadruplex: in euangelio ſcriptum ſecundum quadruplex gaudium, in denario, in tabula, in cruce, in cœlo. 349.V.X.Y.Z
nudatur Chriſtus triplici veſtimento. 317.F.

O

Oculi ſapientis in capite eius. 93.A. Vide ſapientem
oleum multiplex quo vngamur, miſericordiæ operum pioꝝrum, gratiæ donorum, gloriæ dotium ſeu præmiorum. fo.7.A. per to.
oleum & vnctio ſpiritusſ.ancti non contingunt fatuis ſed prudentibus. 57.D.
oliuæ duæ Iacobus & Philippus Apoſtoli. Itē duo oliuarum oſtia, duo olei filij, duo de oliuis cherubin. 96.H.I.per to.
os & in eo inuenta: ramus in ore columbæ mel in ore leonis: ſtather in ore piſcis: & gladius in ore filij hominis. 67. B.per to.
oſtendit dominus fidelibus generaliter, & S. Franciſco ſpecialiter, quid credendum, quid agendum, quid patiendum, quid fugiendum, quid timendum, & quid appetendum ſit. 90. H, & I. & ſeq.per to.
omnium ſanctorum commendatio. 198.A,
oportet multa fieri in nobis, vt erudiamur, renaſcamur, exerceamur,

mūr, progrediamur, diſcernamur. 149.A.& 150.B.
orare oportet ſemper, & quis ſit qui ſemper orat. 152.E.
oratio delet peccata. 113.Y.Z.
oblatio debet eſſe voluntaria. 234.P.
obtulit Abraham vnigenitum. 242.B.
oderunt martyres animas ſuas. 235.R.
odibilis vita contra Deum in tribus. 233.L.
odibiles præcipuæ iniquitates Deo. 234.N.
odium triplex, diabolicum. humanum, diuinum, diabolus autem exercet odium ſuum in mundo, in extremo, & in inferno. folio 135.S.T.V.
odium humanum triplex eſt: nam odit homo proximum, ſeipſum & Deum ſuum. 236.X.Y.Z.
odium diuinum quo Deus odit peccata, attenditur in tribus, quia vitia peccatorum deteſtatur, bona non acceptat, & tormenta irrogat. 237.Bb.& ſeq.
offerunt martyres ſe mortis periculo. 241.A.
offerre bona ſua Deo bonum eſt, offerre filium melius, offerre animam propriam optimum, offerre euchariſtiam excellentiſſimum. 241.A per t.
offerendum eſt Deo quicquid habetur. 242.D.
offerendum eſt Deo de proprio. 242.in prin.
onus ſuum quiſq; portabit. 391.G. Vide portabit.
operarij ad ædificationem eccleſiæ. 223.H.
operariorum in vinea domini merces. 245.k.
operoſus iuſtus contra acidiam. 266.P.
ordo quadruplex ſecundum quem omnia fieri debent. ſ. ſupra nos infra nos, iuxta nos & extra nos. 310.N.
ordo infra nos eſt colluctationis contra carnem, mundum, & diabolum. 312.P.
ordo directionis infra nos. 314.T.
ouicula pauperis eſt anima fidelis. 230.C.

P

PAulus vas electionis multiplicis. 36.per to.
Videatur vocabulum vas.
paulus fuit electum ſpeculum, electum vaſculum, electus ſurculus, electum iaculum. 36.an.M.& per to.

paulus eſt porta conuerſa in ſtagna aquarum. 42.S.
perfectio militis probatur in certamine: artificis in operatione: curſoris in ſtadio: amici in munere: ſponſæ in decore. 95.F. *& ſeq. per to.*
poteſtas triplex, humana, diuina, diabolica. 53.G.
poteſtas iudiciaria eſt in reſiſtentes. 53.F.
poteſtas ſacerdotalis ibidem.k.
poteſtas miraculorum faciendorum. ibidem.L.
panem noſtrum quotidianum da nobis. 289.B.
paruuli ſignificant affectus carnales. 299.C.
paſsiones triplices. 319.L.
paſtorum de Chriſto nato gaudium. 247.P.
pater omnium diligentium Deum, eſt Deus. 220.B.
patientium dura propter Chriſtum merces. 246.M.
patientiam a Chriſto & ſanctis diſcamus. 259.V.
patientiam contra iram ſeruant iuſti &c. 265.N.
peccatoris cõuerſio & pœnitentia, gaudium facit angelis, Deo, & hominibus bonis, tam hic, quàm in patria. 248.R.
peccata lugentium merces & conſolatio. 244.H.
pœna reſpondet culpæ in membro, modo, & quantitate. folio 320.P.Q.
pœnitentia peccatorum gaudium. 248.
pœnitentium vere paucitas. 295.an.O.
portat homo, diabolus, angelus, anima: homo corpus defuncti, diabolus animam malam: angelus bonam: anima opera quæ fecit. folio. G.& ſeq.
precedere debent populum ſacerdotes ad tria. 298.A.
prælati quales eſſe debeant. 302.an.I.
prælati debent bene preeſſe, vt ſint duplici honore digni. præeſſe autem debent, exemplis, ſacramentis, doctrinis, & iudiciis. folio. 306.A.B.per to.
pallium quadruplex, vſuale, naturale, ſpirituale, immortale: folio 147.L.per to.
paulo repoſitæ ſunt quatuor coronæ. 103.G.per t.
peccata remittuntur adultis per quatuor. ſ. per veram contritionẽ, per piam erogationem, per ſynceram dilectionem, per deuotam orationem. 110.P.per to.

peccata ſeptem deteſtantur angeli. 174. A. & *ſermone ſequenti itidem per totum.*
petrus & Pau. viri ob quatuor dicendi. 95. A. *per to.*
Teſtes idonei Chriſti fuerunt. 98. *Ser. 2 per t.*
petri tria nomina. Simon Hebraicum, Cephas Syrum, & Petrus Græcum. 100. A. *Eſt autem Petrus nobilis per quatuor. folio* 100. A.
plorantes in nocte myſtice. 110. O.
pœnitentis humiliatio. 115. K.
pœnitentes cadent ad dexteram aut ſiniſtram Chriſti. 117. O
prædicationis Io. Baptiſtæ veritas, commendabilis eſt in quatuor. folio 94. V. & *ſeq.*
prædicari pœnitentiam oportet. 150. B.
priuilegia Catari. tria ſecundum triplicem gloriam. 216. F
prouocatur homo ad dilectionem hominis, per viſum amoroſum, per verbum gratioſum, per factum virtuoſum, & per donum copioſum, & ſic diligendus eſt Chriſtus. 182. L
puerorum perſecutio multiplex. 32. G.
pueri Ieſu cum omnibus communicatio. 33. L.

Q

*Q*Vadragenarij *per Chriſtum celebratio.* 45. E.
quadraginta dierum ſignificatio. ibidem
quartum animal, ſimile aquilæ volanti. 22. & 24

R

*R*Ana *diaboli garrula triplex.* 69. D.
rector eccleſiæ qualis eligendus. 69. N.
rebeccæ comparatur B. Clara. 131. A
regnum dei emitur dupliciter. 130. O
regina debet habere regium comitatum, regium veſtitum, regium thalamum, & regium diadema: quæ quatuor obtinuit in aſſumptione regina cœli Maria. 137. A
rotæ charitatis quatuor. 126. *in fine*
rotæ quatuor ſunt Euangeliſtæ. 171. F.
rectores animarum præcedere debent ad tria. 298. A.
præcedere debent verbo & exemplo. 299. E. *vita & doctrina ibi.* G. & *orationibus.* 301. H.
reges decem quos vincet agnus cum ſuis. 224. I.

religioſi in monte ſe offerunt Deo. 242.C.
relinquentium omnia mundana merces. 246.L.
remedia ſeptẽ quib aĩæ purgãdæ liberãtur a pœnis purg. 396.Q.
retributionem recipiendam in iudicio, in cœlo, in inferno docent nos ſancti. 259.X.
reuerentia iuſta ſubditorum erga prælatos. 309.G.

S.

SAcerdotum poteſtas magna. 44.K.
ſapiens in temporalibus, in ſpiritualibus, in vtriſq;. 51.B.
ſapientis cor in dextera eius, os in corde, manus in opere, oculi in capite. 93.A.B.C.D.
ſeruire qualiter debeamus Deo, corde, ore & opere. 48.k.per to.
ſignum, magnum, mirabile, & dignum quod dedit dominus dum virgo concepit &c. 64.I.
ſpeculum electum. B. Paulus. 40.M.N.
ſtather in ore piſcis. 70.F.
ſtigmata Chriſti Franciſcus portat &c. 93 O.
ſurculus electus Paulus, 41.P.
ſacerdotes præcedere debent populum ad tria, ad pugnandum pro eo, ad demonſtrandum ei viam, ad animandum eum ne deficiat. 298.A.B.per to.
ſeruus ſapiens Chriſtus dominus. 222.F.
ſeruus bonus opponit ſeptem vitijs capitalibus, ſeptem virtutes illis oppoſitas. 265.K.L.
ſimilitudinem qualem, quia fratres habere teneamur. 221.D.
ſobrietas & abſtinentia contra gulam. 266.Q.
ſimoniaci vendunt Chriſtum. 302. K.
ſubditorum in prælatos reuerentia & honor. 309.G.
ſuperbia impugnatur gladio verbi Dei. 252.B.
ſanguine vermic. petræ tẽpli inciſæ ſine malleo ac ferram. 121.K
ſeſsio quadruplex: humilitatis, tranquillitatis, auctoritatis, & ſecuritatis. 115.K.per to.
ſicomorus in quam aſcendit Chriſtus vt Zachæus. 165.I
ſimon & Iudas commendantur. 195.per t.
ſoror noſtra, angelorum, Chriſti. 132.B
ſtella ſeptem, omnes ſignificant ſanctos. 199.A.per t.
ſuperbiam carpit. 193.I. Laudat humilitatem. g.B.

ſtephanus multiplici gratia plenus. 17.F.
ſtephanus, autem Plenus Gratia. 18
ſine Macula ſunt ante Thronum Dei. 29
ſurge, & accipe puerum, & matrem eius &c. 32

T

TAedæ ſuggeſtionis diabolicæ. 125.B.
templi ſolutio & reædificatio. 122.N.
tentari nos oportet. 150.C.
teſtes Chriſti idonei fuerunt Petrus & Paulus & alij Apoſtoli ad ſeptem. 98 per to.
tronus eburneus, Sapphirinus, nubeus, & Solaris fuit & eſt diua virgo. 140.k.per.to.
tormenta alleuiantur per fidem, ſpem, charitatem, patientiam, zelum & ſcientiam. 113.A per to.
Teſtes domini Apoſtoli, credẽdorum, agendorum, ſuſtinendorum, recipiendorum. 94.A.B.
Thomas vitioſus in dubitatione, 9.K. Glorioſus in confeſſione. ibidem. L. Studioſus in inquiſit. 16.N. Animoſus in morte. 19.Q.
Tranſlatio ſanctorum triplex, de peccato ad iuſtitiam, de mundo ad gloriam, de ſepulchro ad aram, & illis tribus trãſlatus eſt. B. Franciſcus. 87.B.
tentationes diaboli ſuperautium merces. 245.I.
talenta quinque ſeruo bono commiſſa 266.P.
terribilis eſt eccleſia, & alius locus Deo dicatus, propter terribiliũ angelorum frequentiam 279.A
terribilia quatuor conſideranda: videlicet Dominium diuinæ potentiæ, conſilium diuinæ ſapientiæ, iudicium diuinæ iuſtitiæ, habitaculum diuinæ pœnitentiæ. 279. A per to.
terribilia ſex in eccleſia, ſcilicet, maieſtas Dei, quæ in templo adoratur, nomen Dei quod in templo inuocatur, paſſio Domini quæ in templo præſentatur, angelus Dei qui in templo amulatur, populus Dei qui in templo a diabolo formidatur, diabolus qui populo Dei ibidem inſidiatur. 281 A per to.
throni quinque in ſcripturis. Sapphirinus, nubeus eburneus, igneus, ſolaris, quibus ſignificantur totidem throni Dei myſtici videlicet thronus virginalis, thronus vniuerſalis, mentalis, iudicialis, æternalis: in quorum ſingulis, Deus noua facit ſingularia.

laria. 281.H.per to.
primus eſt vterus Mariæ. Secundus eccleſia. Tertius anima. Quartus tribunal. Quintus ſedes cæleſtis ibi. K.L.M.N.

V

Vas aquæ, olei, vini, mellis, ſalis, luminis, aceti, mannæ, eſt. B. Paulus. fo.36.B.& ſequitur
vas electum eſt idem. 40.O.
vellus gedeonis figura conceptionis virginalis. 65.k.
viam arctam ſcire poſſumus tripliciter. 16.N.H.
viæ rectæ per quas deducitur iuſtus. 90.O.
videmus hic Deum per fidem, videbimus, ſi meremur in cælo per ſpeciem: meretur autem homo eius viſionem, mundando ſe diligenter, proficiendo feruenter, ſuſtinendo patienter, orando frequenter, regendo prudenter, contemplando luculenter. 79.O.P.
virga Aaron figura Mariæ. 64.I.
veſtimentum triplex quo Chriſtus nudatur. 317.F.
virginitas honoratur in mundo & in cælo, & honoratur a Deo, ab angelis, ab hominibus, a diabolo. 252.A per to.
virgines ſi ſeruari, volũt ſint virg.tã mente quã carne. 271.E.F.
virginitas honoratur in quatuor in cælo. 272.I.
virtutum ſeptem contra ſeptem vitia comendatio. 264.K.
vita contra Deum ſeruata, odibilis eſt in tribus. 233.L.
vitæ innocentiam, peccati pœnitentiam, & aduerſitatis patientiam docent nos ſancti. 259T.
volauit quadrupliciter ibidem, & ſequitur.
volare vſque ad primum chorũ angelorum, magnum eſt. maius ad ſecundum, & ita deinceps. 72.A.
uarietas duplex, vitiorum & virtutum. 038.D.E.
uas puriſsimum, preciosiſsimum, vtiliſsimum & ſpecioſiſsimum fuit. B. virgo Maria. 159.G.per.to.
uinculum quadruplex ſcilicet reatus originalis, culpæ actualis, miſeriæ temporalis pœnæ gehennalis. 118.A.
uiri fuerunt Petrus & Paulus, quia viriles in prælatione & paſſione ſtantes, viriliter in veritate, in bonitate, in auctoritate, & in aduerſitate. 54.A per.to.
uirtutes ſeptem, contra totidem peccata capitalia. 192.per to.
uitam tria reddunt commendabilem. 131.Q.

FINIS.

SERMONES D. IO. EVSTACHII BONAVENTVRAE De Sanctis.

DE SANCTO ANDREA Apoſtolo.

SERMO I.

EXtendam palmas meas ad dominum.
Exod. 9. Hoc verbum Moyſi beatus
Andreas Apoſtolus, bene potuit dice-
re, quando manus ad dominum, & pro A
domino in cruce voluit extendere.
Moyſes interpretatur, aſſumptus de
aqua. & certe B. Andream piſcato-
rē dominus de aqua aſsumpſit, quan-
do ipſi, & fratri eius dixit, Venite poſt me. &c. Sed ecce.
B. Gregor. in Homil. nos alloquitur, dicens. Qui ergo
fratres chariſsimi, beati Andreæ natalitia celebramus,
debemus imitari, quod colimus Imitemur ergo chariſ-
ſimi Apoſtolum, in extenſione manuum. Extendendæ B
autem ſunt manus in tentatione ad reſiſtendum: in ope-
ratione ad perficiendum: in paſsione ad ſuſtinendum:
in prælatione ad corrigendum. De primo 1. Mach. 12.
Vidit Triphon quia venit Ionathas cum exercitu multo,
vt extenderet in eum manus, & timuit, & excepit eum cū
honore, & commendauit omnibus amicis ſuis, & dedit ei

munera.Nota hiſtoriam,quomodo Ionathas ſic deceptus dimiſit exercitum, & occiſus eſt.Ionathas interpretatur columba veniens ,& ſignificat fidelem animam, quę non debet eſse coruus remanens,ſed columba veniens ad Noë ideſt ad Chriſtum.Canti.2.Surge,propera amica mea &c. Exercitus Ionathæ,ſignificat aciē virtutis, per quam anima terribilis eſt contra diabolũ.Cant. 6. Terribilis vt caſtrorũ acies.Quia,anima quæ tali exercitu ſtipata fuerit manum defenſionis conſtanter contra Triphonem extendere poterit.Triphon,iniquum diabolum ſignificat.Interpretatur enim ſeruiens iniquitati. Si ergo non extendis manum tuam contra diabolum viriliter , diabolus manũ ſuam extendet contra te crudeliter.Iob.1. Tantũ in eum ne extendas manuũ tuã.Sed ecce Triphon diabolus,vidēs talem animæ exercitum, timet & ad fraudem conuertitur.Eripit ergo ipſum cum honore alicuius periculoſæ dignitatis.Heu quam ſępe ſic decepit.Iſido.Sæpe per honores quorundam,mutantur & mores. Item commendat eũ amicis peruerſæ ſocietatis.Heu quot ſic decipit. Pſal. Cum peruerſo peruer. &c. Item allicit ipſum muneribus mundanæ cupiditatis . O quales ſic corrumpit ? Exo. 24. Non accipies munera,quæ etiã excæcāt primo,& ſubuertunt verba multorum . Heu miſer Ionathas,miſera anima ſic decepta , exercitũ virtutum relinquit,& quaſi tot milites dimittit,quod virtutes amittit. Igitur negligen-
C tes amittunt a corde innocentiam , ab ore veritatem , a carne pudicitiam, & per acceſsum temporis,ab ætate vitam. Et heu dimiſsꝰ ſic exercitu,a diabolo occiduntur in culpa,& quandoque etiam corpus occiditur cum anima. Tob.6.Audiui quòd dæmonium occidit eos. Patet etiam hoc in Aegæa , qui interfecto ſancto Andrea,arreptus a dæmonio,eadem nocte de grandi altitudine ſe præcipi-
D tauit. De ſecundo.Proue.31.Manum ſuam aperuit inó pi,& palmas ſuas extendit ad pauperem.Non tantum ad pauperem,ſed ad omnia bona opera extendit manum.Eccle 9.Quodcunque poteſt manus operetur.&c.Certe qui in flumine periclitatur, libenter extendit manum ad na-
tandum

tandum ne ſubmergatur: ſic & tu ad bona opera, ne ſubmergaris in gehenna. Eſa. 25. Extendet manus ſuas, extendit natans ad natandum. Natans autem, non ſolum manus, ſed etiam pedes extendit: ſic & tu manus in bonis operibus, & pedes in bonis affectibus extendas. De hoc B. Gregorius in quadam Homil. bene refert, quòd per viſum aſtitit cuidam presbytero Dominus. Vade dic epiſcopo, & age quod agis, operare quod operaris, non ceſſet manus tua, nec ceſſet pes tuus. De tertio Ioan. 21. Cum autem ſeminaueris, extendes manus tuas. &c. Manus in cruce extendit Petrus, ſimiliter & Andreas frater eius: ſic quoque quotidie manus extendit, quicunque carnem ſuam mortificando crucifigit. O quomodo ad omnẽ paſſionem & mortem, manus extendere deberemus antequã contra legem Dei quicquam ageremus; Sic fecit certe ille beatus, de quo legitur. 2. Macha. 7. Linguam poſtulatus cito protulit, & manus conſtanter extendit, & cum fiducitate. Hæc oĩa de cœlo poſsideo, ſed propter leges Dei hec ipſa deſpicio. Nota quòd dicitur conſtanter extendit. certe quanto conſtantius tanto Deo acceptius. Ideo. B. Andreas bene ait. Tanto regi meo ero acceptior, quanto magis ꝓ eius noĩe fuero permanens in tormentis confeſſor. Nota etiam quòd linguam & manus extendit. ſic etiã nos linguam in confeſſione, & manus in ſatisfactione extẽdamus. Lingua & manu luamus; quod eiſdẽ multũ peccamus. Extẽde ergo chariſsime manum mortificantem; extende inquã nunc ſuper carnẽ, nõ ſuper ſpiritum, Gen. 22. Nõ extendas manũ tuã ſuper puerum. Non vtiq; ſuper puerum, ſed ſuper arietem. Puer ſpiritum, aries carnem ſignificat. Mortificanda eſt caro, vt viuat ſpiritus. Iſido. Mori oportet hominem in carne, in mundo, ne moriatur anima in Chriſto. De quartò. Exo. 7. Dic ad Aaron, Tolle virgam tuam, & extende manum tuam ſuper aquas Aegypti &c. Aquæ Aegypti ſignificant fluxus mundanorum. Super quas aquas Aaron ideſt prelatus, manum ſuam ideſt virgam correctionis extendere debet, vt iuſte corrigat iniuſtum. Prouerbio. 23.

Tu

Tu virga percuties eum, & animam eius ab inferno liberabis. Si autem opus fuerit non ſolum virga ſed etiā gladio, extendere debet manum: ſicut de Petro prelati typum gerente. Matt. 26. Extendit manum ſuam, & exemit gladium &c. Sic ergo chariſſime, cum beato Andrea, in his quatuor, pro Deo extendere debes manum tuam: quia dominus in eiſdem cauſis, pro te extendit manus ſuas. Extende ergo pro domino manus ad defendendum: quia Dominus Iſrael, pro te extendit manus ſuas. Pſal. Iram inimicorum tuorum &c. Hiero. Bene faciendum, ſic enim dominus Iſrael extendit manus. Matt. 8. Extendens Ieſus ma.te.eum &c. Item extende pro domino manum ad patiendum, quia dominus ſimiliter pro te extendit. Prouer. 1. Extendi manum meam, & non fuit, qui aſpiceret. Item extende pro domino manum ad corrigendum, alioqui dominus grauius extendet manum. Eze. 35. Ecce ego extendam manum ſuper te, & tradam te in directionem Gentium, & interficiam te.

De eodem B. Andrea. Sermo. II.

G Elegit ſuſpendium anima mea. Iob. 7. Quando beatus Andreas dixit. O bona crux, diu deſiderata, ſollicite amata, ſine intermiſsione quęſita: quid aliud dixit, quàm ſuſpendium ſiue crucem elegit anima mea? Quam enim deſiderauit amauit: & quam amauit & quæſiuit, hanc vtiq; elegit. Nos itaque chariſsimi exemplo. B. Andreæ, quod ſalutis eſt eligamus: quia in aduerſis libenter eligit reus mite iudicium: errabundus viæ indicium: ſponſa ſponſi amplexum: moriturus vitæ ſpatium. Sic nos eligamus iudicium noſtræ correctionis. Item exemplum bonæ conuerſationis: amplexum intimæ dilectionis: vitam æternæ fructificationis.
H De primo. Iob. 34. Iudicium eligamus nobis &c. Iudicium vtique pęnitentiæ, in quo pęnitens ſe confitetur furem, & latronem animæ, immo tot animarum, quot per eum perierunt. Iudicium ergo furis ſubeat & dicat. Elegit ſuſpendium anima mea.

Elegit.

Elegit.B. Andreas ſuſpendium crucis pro iuſtitia. Eligas tu pro iuſtitia iudicium correctionis, vt vites iudiciũ dãnationis.1.Corint.11. Si noſmetipſos diiudicaremus &c. Augu. Aut continui dolores cruciabunt pęnitentem vitã meam: aut æterni cruciatus vexabunt puniendam animã meam. Gráue videtur iudicium pęnitentiæ, grauius tamẽ multo eſt iudicium pęnæ purgatoriæ: grauiſsimum eſt iudicium pęnæ æternæ. Eligamus ergo nobis inter hæc verba iudicium. O ineffabilis Dei bonitas, quæ concedit nobis eligere iudicium.2.Reg.24.Trium tibi datur optio, elige vnum quod volueris.&c. Eligere debuit Dauid aut flagellum ſeptem annorum, aut trium menſium, aut trium dierum. Flagellum ſeptem annorum, perpetuam pęnam ſignificat ſeptem capitalium vitiorũ. Flagellum trium menſium, ſignificare pôt pœnam purgatoriã. Menſes aũt iſti nõ finiuntur, quãdiu cremabilia in aĩa inueniuntur. ſ. iſtorum trium, quæ ſunt lignum, fęnum, & ſtipula: ſicut dicit Glo. 1.Corint.3. ꝙ iſta tria cremantur. Flagellum vero trium dierum, ſignificare poteſt pęnam contritionis, cõfeſsionis, ſatisfactionis pęnitentium. De ſecundo. Pſal. Viam veritatis elegi. Via veritatis eſt bona conuerſatio qua homo in veritate ambulat. Qui ab ipſa errant, ad infernũ ambulant. Vnde tales in inferno conquerentur. Sapien.5. Errauimus a via veritatis &c. Via Dei aſpera, via diaboli amęna eſt. Sed certe plus eligẽda eſt via aſpera ad coronã, q̃ amœna ad patibulum. Beda. Melius eſt duci per iter aſperum ad regnum, q̃ per planum & amęnũ ad ſupplicium. Magis ergo eligenda bona triſtitia, q̃ mala lætitia. Sicut de Moyſe dicitur Heb.11. magis eligens affligi cum populo, q̃ temporalis peccati habere iocũditatem. Sicut etiã B.Andreas cum potuit eligere ſibi, vel ꝙ idololatriæ acquieſceret, vel crucem ſubiret: elegit crucem. Sic omni hora, potius eſt eligenda mors corporaliter, quàm peccare mortaliter. Aug. Eligat homo magis Deo dilecto mori, q̃ offenſo viuere. De tertio. Cant.5. Dilectus meus candidus & rubicũdus, electus ex millibus. Plura ſunt millia angelorum. Dan.7. Millia millium mi.e.&c. O anima amoroſa,

I (margin, beside "tatis elegi")
K (margin, beside "ri, q̃ offenſo viuere")

roſa, quis ex his millibus eſt electus tuus? nunquid Michael, vel alius angelus? Non, immo magni conſilij angelus. Item plura ſunt millia ſanctorum. Deuter. 33. Cum eo ſanctorum millia. Anima amãs, quis ex his milibus eſt electus tuus? nunquid Ioannes Baptiſta, vel Apoſtolus iſte, vel ille? non certe: immo ſanctus ſanctorum. Nam inter omnes angelos & ſanctos, tanquàm omnium rex & dominus, tanquàm nobiliſsimus, ſapientiſsimus, ditiſsimus, & ſpecioſiſsimus, electus & eligendus eſt Chriſtus. Auguſti. Ipſum dilige, ipſum ama, illi flagra, illi inhia: quo iocundius, quo melius, quo ditius nihil inuenis. Eia anima Chriſtiana, elige talem ſponſum, elige eum propter aſpectum eius iocundiſsimum in contemplatione: propter aſpectum eius ſuauiſsimum in dilectione. Si ſic eligis, optime eligis. Lucæ. 10. Maria optimam partem elegit. &c. Hanc partem optimam beatus Andreas, optime expertus fuit quando dixit. Suſcipe magiſter meus Chriſte, quem dilexi, quem vidi, quem cernere deſidero.

De quarto. Deuteron. 33. Teſtes inuoco hodie, cœlum, terramque, quòd propoſuerim vobis vitam & bonum: benedictionem & maledictionem, facile eſt eligere. Stultus enim eſſet, qui maledictionem & mortem eligeret. Sed heu ſicut dicitur Eccleſi. primo. Stultorum infinitus eſt numerus. Qui enim male viuit, mortem vtique & male eligit, quia cum hoc mundo damnatur Quicũque eligunt bene viuere, his dicitur. Venite benedicti patris mei: ſed qui eligunt male viuere. Ite maledicti in ignem æternum. Sicut habes Matthæi. 25. De beati Andreæ benedictione, & de maledictione impijſsimi iudicis Aegeæ, plane habetur in legenda, in vita & paſsione ipſius, quando dicit. Iam regem regum video, iam adoro, iam in aſpectu eius aſpicio. De maledictione iudicis dicit. De tuis miſeriis doleo, quia paratus te expectat æternus interitus.

De

De eodem. Sermo. III.

VIdit duos fratres.&c. Matthæi. 4. Duo fratres ſunt, homo & Chriſtus: homo & angelus: homo & diabolus. Require in Sermone dominicali. Vade prius reconciliari.

De beato Nicolao Confeſſore. Sermo. I.

OLeo meo ſancto vnxi eum. Pſal. 88. Hoc verbum optime conuenit beato Nicolao, qui vnctione ſpirituali, & pontificali vnctus fuit in vita ſua: vnctione quoque mirabili vnctus fuit in tumba. Eſt igitur oleum miſericordiæ, operum A piorum: oleum gratię donorum. oleum gloriæ dotium ſiue præmiorum. Primo oleo vngit Deus compatientes ſecundo, ſancte viuentes: tertio regnantes. De primo Leuit. 14. De olei ſextario mittet ſacerdos in manum ſuam ſiniſtram, tingetque ſiniſtrum digitum in eo, & aſperget ſepties coram domino. Sacerdos magnus, eſt ſanctus Nicolaus. Olei ſextarium, eſt miſericordia ſex operum, de quibus Mat. 25. Eſuriui. &c. De hoc oleo ait Ambro. Si tam graue fuerit delictum, vt minime ſolis fletibus abluatur, addamus oleum miſericordiæ, acrimoniamque ieiunij Sed attẽdendum, ꝙ oleum manu mittitur, & in oleo digitus intingitur, & oleo coram domino ſepties ſpargitur: ſic oleum miſericordiæ mitti debet in manum pauperis. Prouer. 31. Manũ ſuã aperuit inopi. &c. Hiere. Sic mens per compaſsionem doleat, vt etiam larga manus affectum doloris oſtendat. Item od oleum miſericordiæ attingere debet digitus diſcretionis, vt diſcernat cui, & quando, & quomodo: & maxime vnde manus exhi-

exhibeas.Ingratum enim Deo, ſi de iniuſto fiat.Eccle. 34. Qui offert ſacrificium de ſubſtantia pauperis, quaſi qui victimat filium in conſpectu patris ſui. Item oleum miſericordiæ aſpergẽdum eſt coram Deo,vt propter Dominum, non propter me fiat. Vnde etiam dextro, non ſiniſtro digito aſpergi iubetur. Mat.6. Te autem faciente eleemoſynam &c. Hic dic quomodo iſta.b.Nicolaus in illa notabili eleemoſyna auri notabiliter obſeruauit. Septena autem aſperſio eſt ſeptuplex miſericordia facienda. De hoc oleo ſemel coram Deo aſpergis,quando ſitienti propter Dominum potum tribuis. Sic procede ad ſeptimum opus miſericordiæ: quod eſt ſepelire mortuos. quod To.
B 2.& 12. commendatur. De. 2. Iob. 29. Petra fundebat mihi riuos olei. Petra Chriſtus, Oleum gratia. Deute.32. Vt ſugeret mel de petra,oleumque de ſaxo duriſsimo. Saxo duriſsimo comparatur Chriſtus, propter ſuſtinentiam duriſsimæ paſsionis. Ber. Quam fortiter Domine Ieſu indigna: quam aſpera pro hominibus paſſus,ita vt liceat ſugere mel de petra,oleumque de ſaxo duriſsimo, ad horrenda crucis ſupplicia. Suge chariſsime de hoc ſaxo ſuge meditatione,deſiderio,& oratione: ſuge mel & oleum. Gratia. ſ. eſt quaſi mel in dulcedine contemplatiuæ: & quaſi oleum in pinguedine actiuæ. Merito. b. Nicolaus tãto auidius ſuxit ſpiritualiter,quanto parcius ſuxit corporaliter. Quarta vero & ſexta feria ſemel ſugebat vbera.
C Sed heu quidam libentius ſugunt fel draconum&c. Notate ergo Chariſsimi quod de petra omnibus oleum infunditur,quibus Chriſtus vnctione.ſ. influit. Io.1. De plenitudine eius omnes accepimus &c. Et. 1. Io.2. Vnctionem quam accepiſtis ab eo maneat in vobis. Muſcæ diaboli, non ſinunt in nobis manere vnctionem.ſ. Eccle.10. Muſcæ morientes perdunt ſuauitatem vnguenti. Riui huius olei ſunt dona. ſ. pſ. Riuos eius inebrians &c. Contra. 7. riuos, veneni diaboli, 7. ſunt riui olei. 7. dona. ſ. hoc eſt oleũ 7 lucernarum tabernaculi. Hoc eſt oleum 7 lampadarũ ante thronum Dei. Omnibus his riuis. B. Nicolaus abũdauit, quia oĩum chariſmatũ virtute corroborat⁹ fuit.
De

De tertio. Eſa. 16. Darem eis coronam pro cinere, oleum gaudij pro luctu &c. O quale gaudium habuit vidua, quã do vidit omnia vaſa oleo plena. 4. Re. 4. Vidua eccleſia quot iuſtos habet, habet tot vaſa quæ in patria omnia erunt plena. Anſel. Pleno corde, plena mente, plenâ anima, pleno toto homine illo gaudio. Adhuc ſupererit gaudium. Illa ergo vaſa erunt plena in cœlo, quę munda fuerunt in mundo. Mundamini ergo, qui fertis vaſa Domini. Eſa. 52. Sed nota quòd oleum eſt illuminatiuum, hoc ad dotem claritatis. eſt adaptiuum ad motum: hoc ad dotẽ agilitatis: eſt ſeruatiuum, hoc ad dotem impaſsibilitatis: eſt ſuprenatatiuum, hoc ad dotem cognitionis: eſt inflãmatiuum, hoc ad dotem dilectionis: eſt conditiuum ciborum, hoc ad dotem fruitionis referas. O quam mirabiliter putatis. B. Nicolaum in cęlo & in mundo vnctum: qui tam mirabiliter vnctus eſt in ſeculo oleo corporali?

DE EODEM B. NICOLAO.

Sermo. II.

QVis eſt hic & lau e. fecit enim mi. in vi. ſua. Eccleſi. 31. Multi ſancti, fecerunt mirabilia in morte ſua: Sed. B Nicolaus fecit mirabilia etiam in vita ſua. Magna fuerunt mirabilia eius corporalia; ſed maiora fuerunt ſpiritualia. Eia chariſsime vis audire mirabilia ſpiritualia? Mirabilia certe ſunt eſſe in diuitijs, ſine cupiditate: in honoribus, ſine tumiditate: in iniuria, ſine rancoroſitate: in carne, ſine carnalitate. Mirabile enim eſt in ſpinis non vulnerari: in alto non exaltari: in aqua non præfocari: in igne non cremari. De primo, Eccleſi. 31. Beatus diues, qui inuentus eſt ſine macula, & qui poſt aurum non abijt &c. Quid prodeſt contra Deum aurum quærere, ſi non poteſt ſuſpendendum liberare. Sopho. 1. Argentum eorum & aurum, non poterit liberare eos in die E F

die iræ Domini. Caue ergo auare ne bibas in inferno
G quod per auaritiam ſitis in mundo. Legitur enim in Chronicis, quòd inimici cuiuſdam principis aurum, bulliens ori eius infundentes, dixerunt. Aurum ſitiſti, aurum bibe. Certe. B. Nicolaus aurum non amauit per cupiditatem, ſed proiecit aurum per parietem. Notate Chariſſimi, quid ſunt diuitiæ, niſi quædam ſpinę, mentes lacerantes, animas vulnerantes, verbum Dei ſuffocantes? Luc.8. Quod autem in ſpinis cecidit &c. De his ſpinis dominum coronant quicunque de ſubſtantia pauperis dominum honorant. Quicunque autem his ſpinis incumbens, non vulneratur in anima ſua, hic facit mirabilia in vita ſua. Bernardus. Mirabile eſt ignem tangere, & non vri: ſpinas colligere, & non pungi: lapides ſupportare, & non lædi. Et diuitiæ, ignis, & ſpinæ, & lapides
H ſunt. De ſecundo Nota, quòd Iudas Machabæus dicit ſecundi Macchab. decimoquinto. apparuiſſe alium virum, ætate, & gloria mirabilem. Ille vero in gloria ſua, apud Deum, & homines mirabilis eſt, qui in gloria ſua, apud ſeipſum humilis eſt. Quid enim mirabilius, quàm quòd homo ſimul ſuperior, & inferior, ſimul primus & vltimus ſit? Ioannes Chryſoſtom. Hoc vero magnum & mirabile, ſi is qui vere magnus eſt, ſentit nihil de ſe magnum, ac loquitur, ſed omnium ſe vltimum iudicat. Certe ipſe Chriſtus, dum ſimul magnus & paruus, dominus & ſeruus, diues & egenus fuit, humilitatem in ſe mirabilem exhibuit. Pſalmiſta. Cantate domino canticum nouum: quia mirabilia fecit. Et certe Beatus Nicolaus noſter, mirabiliter magnus, & paruus fuit. Vnde qui magnitudinem eius in periculo maris experiebantur, ipſi humilitatem & vtilitatem habitus eius, ſicut legimus mirabantur. O quàm rarum miraculum humilitas in honoribus. Bernard. Magna
I prorſus & rara virtus hæc, vtilitas honorata. De tertio Sapien. decimoſexto. Quod enim mirabile erat, in aqua quæ omnia extinguit, plus valebat ignis. Aqua propter fluctus & diuerſa pericula, ſignificat aduerſitatem. Pſal.
Saluum

Saluum me fac deus quoniam &c. Ignis charitatem.Leui.6.Ignis in altari meo ſemper ardeat. Mirabilis vtique ignis in aquis: charitas in aduerſis. Charitas enim in aduerſis,non ſolum,non extinguitur,ſed etiam magis quandoque accenditur.vt patet in martyribus. O quam validus ignis ille in martyribus. Can.8. Aquæ multæ, non potuerunt extinguere charitatem. Heu Domine Deus quàm debilis ignis eſt,qui quandoque vna gutta, immo verbo,videtur extingui per odium. Chariſsime moleſtatorem tuum ama;tunc ignis tuus ardet in aqua. Hic vere mirabilis eſt. Pſal. Conſiderabo mirabilia de le.t.Glo. Nihil mirabilius in mandatis,quàm diligere inimicos. B. Nicolaus hoc mirabile fecit, quando flagellandi imaginem ſuam bene fecit. De 4.nota quòd cum Nabuchodonoſor pueros in fornace non conburi videret ait.Dan. 3.Signa & mirabilia fecit apud me Deus excelſus. Spiritus noſtri,ſiue animæ noſtræ,ſunt. q. in fornace ardenti, quamdiu ſuut in carne aduerſus ſpiritũ cum cupiditate. Mirabile eſt eſſe in hac fornace,& per innocentiam non ardere. Eſa. 43. Cum ambulaueris in igne,non conbureris &c. Mirabile eſt hoc in quolibet caſto: mirabile eſt hoc in caſtiſsimo Nicolao,ad cuius animæ euolationem non defuit manus angelica.de quo legitur ſic. Tradidit precioſam,& ſanctiſſimam animam,in manus angelorum ſanctorum qui apparueruut ei.Talia chariſsimi vt prædictum eſt mirabilia, non corporalia ſed ſpiritualia requirit Deus Aug. Virtutes & mirabilia facere non omnibus datum eſt: iuſtè & caſtè viuere,& caſtitatem cum omnibus cuſtodire,cum Dei adiutorio,omnibus promptũ eſt. K

De eodem B. Nicolao. Ser. III.

BEne facit animæ ſuæ vir miſericors. Prouer.11.His verbis optime commendatur.B.Nicolaus: qui uerè miſericors fuit in affectu, quia ſuper afflictos pia geſtabat uiſcera,ſicut de ipſo legitur. Item in effectu L

ſicut patet in eleemoſyna auri. Iſte B.Nicolaus uir miſeri cors,bene fecit animæ ſuæ. Et vos Chariſsimi animabus veſtris bene faceretis,ſi miſericordes eſſetis.Per miſericordiam enim bene fecit animæ in mundo, in extremo,in iudicio,in cælo. In mundo gratiam,in extremo fiduciam, in iudicio miſericordiam,in cęlo,gloriã:conſequitur vir miſericors Require in Dominica.Eſtote miſericordes.

DE B. THOMA APOSTOLO Sermo Primus.

A AFfer manum tuam & mitte in latus meum, & noli eſſe incredulus ſed fidelis. Ioan.20. Gregor.In hom ait.Nunquid caſu geſtum creditis, ut electus ille diſcipulus tunc deeſſet? Poſt autem ueniens audiret, audiens dubitaret, dubitans palparet,palpans crederet.Ad firmã dam ergo fidem ſuam & noſtram dicitur ei. Affer manũ tuam &c. Quia enim per manum operamur,per manum operatio ſignificatur.Sed non quælibet operatio,ſed uirtuoſa tantum in latus Chriſti admittitur. Ideo notan-
B dum quòd ſecundum quatuor virtutes cardinales,eſt quadruplex manus in latus Chriſti mittenda,videlicet fortitudinis,temperantiæ,iuſtitiæ,prudentiæ. Manus fortitudinis eſt in latus Chriſti mittenda, ne in aliquo uacilletur. Manus temperantiæ,vt corpus proprium caſtigetur. Manus iuſtitiæ, ut quod facit menſuretur. Manus prudentiæ,ut ſapienter in omnibus operetur. De 1.Prou.vlt. Manum ſuam miſit ad fortia. Aliqui enim manum ſuam ad fortia & ardua mittunt,& poſtea trahuntur. Ideo Lu. 9. Nemo mittens manum ad aratrum & aſpiciens retro, aptus eſt regno Dei.Econtrario dicitur Ioſuæ 8.Ioſue uero non contraxit manum,quam in ſublime porrexerat tenens clypeum donec interficeret omnes habitatores hay ideſt vicia,vel motus illicitos.Hay interpretarur uita uallium.In ualles autem ſordes confluunt. Per clypeum labor

576
:bor & paſsio Chriſti ſignificatur. Thren. 3. Dabit eis ſcutum cordis laborem t. De 2. Cant. 5. Manus meę ſtillauerunt myrrham. Per myrrham, quæ amara eſt, ſignificatur mortificatio carnis. Manus ergo myrrham diſtillat, quando operatio temperantiæ carnem mortificat. Hæc eſt manus de qua Gen. 24. Dixit Abraham ad ſeruum qui præerat omnibus quæ habebat. Pone manus ſubtus fæmur meum, ut adiurem te. Nō accipias uxorem filio meo de filiabus Chananęorum. Abraham ſignificat quemlibet fidelem: huius filius eſt affectus ſpiritualis. Chananæus. n. interpretatur æmulator, ſemper enim affectus carnalis æmulatur & perſequitur affectum ſpiritualem. Per ſeruū vero qui omnibus præerat, ſignatur ratio quæ omnibus uiribus animæ, præeſt. Per fæmur autem, concupiſcentia carnis ſignificatur. Pſal. Accingere gla. t, &c. Seruus ergo manus ſubtus fęmur ponit, quando ratio per operationē temperantiæ carnalia reſtringit. De tertio Eze c40. Calamus menſuræ in manu eius. Per calamum menſuræ iuſtitia ſignificatur: qua unicuique quod ſuum eſt menſuratus. Calamus ergo menſuræ in manu tenetur, quando rectitudo iuſtitię, in operatione ſeruatur. Reuera per calamum iuſtitię menſuratur quod ſuū eſt unicuique, ſiue ſit ante nos, ſiue poſt nos, ſiue a dextris, ſiue a ſiniſtris. Ber. Habemus ante nos priores, & poſt nos minores. A dextris amicus, a ſiniſtris inimicus. Reddamus ergo ſingulis quod ſuum eſt: prioribus obedientiam, minoribus doctrinam, amicis lætitiam, inimicis patientiam. De 4. Eccleſ. 15. Deus ab initio conſtituit hominem rectum & dereliquit eum in manu conſilij ſui. Et Eze. 2. Ecce manus miſſa ad me, in qua erat inuolutus liber continens ſapientiam. Liber ergo in manu, eſt ſapientia & prudentia in operatione. Tria continebat liber iſte. Lamentationes, carmē & vę. Prudentia enim dirigit per lamentationes pænitentię, ad carmen uitæ gloriæ: ad uitandum væh gehennæ. Gregor. Mala quæ nos egiſſe meminimus, fletibus puniamus, vt per lamenta pænitentię, perueniamus ad carmen uitæ: ne ſi affligi pœnitendo nolimus, poſt modum ſine fine ſentiamus,

G mus. Hæc quadruplex manus ſignificari poteſt per illas quatuor manus. Ezec. 1. Vbi de quatuor animalibus dicitur. Et manus hominis ſub pennis eorum, ex quatuor partibus. Si enim unicuique faciei manum ſuam uelimus adaptare, tũc manus fortitudinis pertinet ad faciem leonis. Prou 30. Leo fortiſsimus beſtiarum. Manus autem temperantiæ ad faciem uituli pertinet: hoc enim animal in lege mactatur ad immolandum: ſi ſic per operationem temperantiæ carnem mortificantes ſumus Deo, quaſi ſacrificium uituli. Pſ. Impones ſuper altare tuum uitulos. Manus iuſtitiæ, ad faciem hominis pertinet, cuius eſt mori pro iuſtitia. Eccl 4. Pro iuſtitia agonizare pro anima tua, & uſque ad mortem certa pro iuſtitia & Deus expugnabit pro te inimicos tuos. Manus prudentiæ, ad faciem aquilæ pertinet, quæ de longe reſpicit. Sic & prudẽtia malum prçcauendo. Iob. 39. De longe oculi eius proſpiciũt. Affer ergo manum cum B. Thoma, & mitte in latus Chriſti. In latus de quo Io. 9. Vnus militum lancea &c. In his verbis quatuor notantur, quæ fuerunt in latere Chriſti.

H Lancea, vulnus, ſanguis & aqua. Vulnus notatur in hoc quod dicitur aperuit: Lancea qua pugnatur, conuenit fortitudini: Vulnus quod carnem affligit, conuenit temperãtiæ: Sanguis qui pro iuſtitia effundi debet, ad iuſtitiã pertinet: Aqua ſapientiæ ſalutaris, ad prudentiã: Mittat ergo Thomas, mittat miles Chriſti, in latus Chriſti, manum fortitudinis, & ibi apprehendat arma ſpiritualia ad pugnandum. Mittat manum temperantiæ, & tangat vulnus ad corpus mortificãdum. Mittat manum iuſtitiæ, & extinguat ſanguinem, ad iuſte agendum. Mittat manum prudẽtiæ, & hauriat aquam ſapientiæ, ad diſcernendum, & ad præcauendum futura mala,

De B. Thoma Apoſtolo. Sermo II.

I RESpondit Thomas, & dixit: Dominus meus & Deus meus. Ioan. 20. O vere glorioſa confeſsio, o vere ſapiens reſponſio, hoc eſt quod dicitur Eccle. 8. Tempus

pus & reſponſionem cor ſapientis intelligit. Reſpondit
ergo Thomas. Iſte Thomas quatuor reſponſionibus ſiue
dictis ſuis, proponitur nobis in Euangelio, ad noſtram do
ctrinam ſecundum quatuor reſponſiones eius in euange-
lio. Thomas vitioſus in dubitatione: glorioſus in con-
feſsione: ſtudioſus in inquiſitione: animoſus in corporis
expoſitione inuenitur. De primo dicitur de hodierno K
euangelio. Thomas enim vnus de duodecim &c. Tho-
mæ dubitatio valde vtilis fuit in mundo, dum illius infir-
mitas, cunctorum firmitas facta eſt. Gre. Plus nobis Tho
mæ infidelitas ad fidem: quam fides credentium diſcipu-
lorum profuit: Attendite chariſsimi. Thomas dicit quod
non crederet, niſi videret, niſi palparet. O quot ſunt qui
quoniam videre vel palpare non poſſunt, vix credere vo- L
lunt. Patet hoc in Sacramento altaris, & in alijs creden
dis. Sed tales attendant quòd Hyſaac, nec videndo, nec
palpando Iacob cognouit. Sed eum auditus non fefellit.
Gene. 27. Vox quidem vox Iacob eſt. Sic certe licet non
videas, non palpes verum corpus Chriſti ſub Sacramen-
to, vox tamen illa non te fallit. Mat. 26. Hoc eſt corpus
meum. Similiter licet non videas, licet non palpes quo-
niam trinus ſit vnus: vox tamen illa nõ te fallit. Io. x Ego
& pater vnum ſumus. Item licet non vides, non palpes
Deum vtique præſentem: vox tamen illa te non fallit.
Hiere. 23. Nunquid non cęlum & terrã eius ego impleo,
vt Deus. Si cęlum & terram implet: ergo omnibus præ-
ſens eſt: ergo omnia videt. Si omnia videt: ergo vera-
citer ſcit. Si omnia clare ſcit: ergo in iudicio falli non
poterit. Homo, ſi iſta crederes vt debes: vtique peccare
timeres. Gregorius. Si Deum præſentem, & omnia viden-
tem, iudicaturum de omnibus crederemus, vix aut nun-
quam péccaremus. De ſecundo dicitur hic. Reſpon- B
dit Thomas: & dicit: Dominus meus & Deus meus. O
quam bona fides: o quam fidelis confeſsio. Ecce ſtat fi-
des inuicta, ſuccumbit infelicitas, conuicta eſt infideli-
tas, vtique tribus veraciſsimis, videlicet auditu, viſu,
tactu. In ore enim duorum vel trium teſtium ſtat omne

verbum. Thomas audiuit Dominum loquentem: vidit oſtendentem: palpauit exhibentem. Vnde nunc cum B. Ioanne Apoſtolo dicere potuit illud. 1 Io. 1. Quod audiuimus, quod vidimus oculis noſtris, & quod perſpeximus, & manus noſtræ contrectauerunt de verbo vitę. Nota. B. Thomas feliciter contrectauit nobis, feliciter
M manus in latus verbi miſit. Grego. Ille enim dubitando vulnerum cicatrites tetigit, & de noſtro peccato, vulnus impietatum amputauit. Notandum autem quod Thomas, ad vere credendum, iubetur in latus Chriſti mittere manum. ſic certe ſi vere credere volueris, neceſſe eſt vt apponas manum boni operis. Iac. 2. Fides ſi op. mor. eſt Gre. Ille vere cr dit, qui exercet operando quo credit.
N De. 3. Io. 13. Dicit enim Thomas: Domine neſcimus quo vadis: & quomodo poſſumus viam ſcire? Via ſaluatoris eſt via ſalutis noſtræ, quam heu pauci ſequuntur. Mat. 7. Arcta via eſt quæ ducit ad vitam &c. Hanc viam ſcire poſſumus tribus modis. Primo ſolicite interrogando: Hiere. 6. State ſuper vias veſtras, & videte & interrogate de ſemitis antiquis, quę ſit via bona, & ambula in ea. State ſuper vias mandatorum, & interrogate de ſemitis con ſiliorum, & ambulate in via bona charitatis Dei & proxi
O morum. Secundo poſſumus ſcire viam ſalutis, crucem apud viam conſiderando. Crux enim apud viam locari ſo let ad oſtenſionem viæ. Sic & Chriſtus per crucem ſuam ſe oſtendit fore viam noſtram. Ideo bene Dominus Thomæ rńdit. Ego ſum via veritas & vita. Si hanc vitam ſequi volumus, viam mortificationis, deſideriorum carnalium, non negligamus. Mat 15. Si quis vult poſt me veni-
P re &c. Tertio ſcire poſſumus viam ſalutis per ipſam frequenter ambulando: nam quanto plus deſiderijs & bonis operibus in via ſalutis ambulamus, tanto plus ipſam via m notam habemus. Ideo bene Raphael Tobiæ quęrenti ſi noſſet viam ducentem ad ciuitatem Rages: rńdit Tob. 5. Noui, & omnia itinera eius frequenter ambulaui. Rages interpretatur pabulum. Ciuitas ergo Rages ſignificat illam ciuitatem cœleſtem, in qua pabulo æterno ſatiabimur

bimur ſine faſtidio. Au.Satietas eſt inſatiabilis, nullum faſtidium, ſemper eſuriemus, ſemper, ſaturati erimus. Q De.4. Io.11. Dicit ergo Thomas ad diſcipulos: Eamus & nos,& moriamur cũ eo. Nos chariſsimi & moriamur cum Dño. Dicitur etiam Lu.20. Domine tecum paratus ſum in carcerem,& in mortem ire. Item moriamur in Domino. Ap.14. Beati mortui q̃ in Domino moriuntur &c. Itẽ pro Domino. Actu.21. Ego non ſolum alligari,ſed & mori paratus ſum,propter nomen Domini Ieſu. Mori autem nos facit cum Domino bona conſcientia,iniuſta pœna in Domino,pro domino,iniuſta cauſa. Iuſtum omnino eſt,ſi iuſta cauſa cogit, vt pro illo moriaris,qui pro te mortuus eſt. Ideo hæc eſt ſola digna retributio,quum ſanguis ſanguine compenſatur,& redempti cruce Chriſti,pro redemptore libenter occumbimus.

De eodem. Sermo. III.

AFfer manum tuam. Ioannis vigeſimoprimo. O fælix Thoma, quã felicem literam habuit manus tua,magna vtique licentia eſt mittere manum tuã in latus illud dulciſsimum,ſaluberrimum. Vnde ab ira ſaluamur,ſanamur a culpa, in gloria ſublimamur. Hunc ſermonem require Dominica prima poſt paſcha.

DE SANCTO STEPHANO.
Sermo Primus.

STephanus autem plenus gratia &c. Actuũ.7. Chariſsime, ſi imitari vis beatum Stephanum, labora nunc,& conare totis viribus, ad hanc plenitudinem gratiæ habendam, vnde cum beato Stephano,ſis gratia plenus, vtique in cognitione,plenus in affectione, plenus in locutione, F

plenus ī operatione, plenus in opinione, plenus in paſsione, plenus in beatificatione. De primo Apocalypſis quarto. de quatuor animalibus dicitur, quod erant plena oculis, ante & retro. quatuor animalia, quoſque electos ſignificare poſſunt, qui debent eſſe quaſi homo rationabilis, in conuerſatione, quaſi leo inſuperabilis. in temptatione. quaſi vitulus immolabilis, in paſsione, vel carnis mortificatione: quaſi aquila irreuerberabilis, in contemplatione. Sic beatus Stephanus, qui ſolem in rota, ideſt Ieſum in gloria vidit. Debent etiam eſſe pleni oculis cognitionis, & circunſpectionis, ante, ad ea quæ ſunt ſupra, retro, ad ea quæ ſunt infra ſe, in circuitu, ad ea quæ circa, intus, ad ea quæ intra ſunt. Bernardus. A te conſideratio inchoetur, ne fruſtra extendaris in alia, te neglecto.

G De ſecundo. Actuu. 2. Muſto pleni ſunt, & huiuſmo di muſto, ſcilicet feruoris Spiritusſancti, etiam Stephanus plenus fuit. Actuu. 7. Elegerunt Apoſtoli Stephanum virum plenum fide, & ſpiritusſancti. Sed attende, quod Dominus muſto ſuo non implet, vas vile per luxuriam, neque vas confractū per diſcordiam. Eccleſi. 21. Cor fatui, quaſi vas confractum, quod ſapientiam non tenebit. Implet autem vas prætioſum caſtitate, vas ſolidum & integrū charitate. Tale vas fuit ſanctus Stephanus. Eccleſiaſt. 50. quaſi vas auri ſolidum, & ornatum omni lapide precioſo, ideſt omni virtute, pro lapidibus Iudæorum in mundo angelorum, lapidibus ornatus eſt in cœlo. Pſal. Poſuiſti in capite eius, coronam de lapide precioſo &c. Sed heu quidam, vas cordis plenum habent, non vino Spiritusſancti ſed aceto diaboli. Io. 19. Vas aūt erat poſitū aceto plenum &c.

H De tertio, Apocalypſis. quinto. Animalia, & 24. ſeniores ceciderunt coram Agno, habentes ſinguli citharas & phialas aureas, plenas odoramētorum, quæ ſunt orationes ſanctorum. Citharæ & phialæ Dei, ſunt mentes deuotæ. Citharæ, diſcretos & diſtinctos reddunt ſonos. Vnde apud Deum, & apud angelos ſuos, bene citharizant, qui diſcrete & diſtincte orant. Bene quoque de phiala fragrant, qui cum odore ſuauiſsime deuotionis

nis orant, odoramentum autem redo'et de phiala aurea, quando oratio fit de mente charitatis. Talis fuit oratio B. Stephani. Actu. 7. Domine ne sta. illis pec. &c. ſed heu peruerſi maledictione ſuntin locutione pleni Pſal. Quorum os maledictione & amaritudine pleuum eſt. De 4. Eccleſ. 1. Radix ſapientiæ, timere Deum, & rami eius longæui. Et paulo ante. Plenitudo ſapientiæ, timere Deum, & plenitudo a fructibus illius. Fructus ſapientiæ, ſunt bona opera, vnde ſicut arbor bona, plena, eſt bonis fructibus: ſic hortus dominicus, plenus eſt, uiri boni, bonis operibus, & eleemoſynis, quas faciunt. Talis certe arbor, fuit B. Stephanus, plenus bonis fructibus, & etiam mirabilibus: faciebat enim ſigna & prodigia magna, populo. Multi etiam lapides, ſupra hanc arborem miſsi ſunt, neque tamen fructus euellere potueruut. De 5, Gen, 27. Ecce odor filij mei &c. Bonus odor boni cordis eſt, qui bona famæ, & boni teſtimonij eſt. ſicut B Stephanus, cum ſocijs ſuis. de quibus Actu. 6. Conſiderate fratres, viros ex vobis, boni teſtimonij 7. plenos Spirit. & ſapientia &c. Sicut autem odor filiorum Dei, eſt ſicut agri plenus: ſic filiorum diaboli furor, eſt ſicut ſentina fætore plena: Gregor. Sicut odor bonus, ex virtute eſt: ſic fætor, ex uitio. De 6. c. 5. Manus meæ diſtillauerunt myrrham, & digiti mei pleni myrrha probatiſsima. Manus, operationes: & 5. digiti, quinque ſenſuum diſcretiones, ſignificare poſſunt, in quibus myrrha mortificationis debet eſſe. Myrrha enim amara, eſt exemplum patiēdi: ſtillas huius myrrhæ attendas, in quotidiana caſtigatione: plenitudinem vero myrrhę in animæ perfectione, quę probatiſsima eſt myrrha: probata quidē per iuſtam cauſam: probatior per mundam cōſcientiam: probatiſsima per ueram patientiam. hæc enim tria, martyribus ſunt neceſſaria. & hæc tria in B. Stephano fuerunt. De 7. Io. 16. Petite & accipietis, ut gaudium veſtrum plenum ſit. Verè nunc plenum eſt gaudium B. Stephani, & iuſtorum in patria. Anſel. Gaudium eſt iuſto intus & extra, gaudium ſurſum atque deorſum, gaudium circumcirca, vbique plenum gaudium.

I

K

L

De

De S. Stephano. Ser. II.

N Hieruſalem Hieruſalem quę occidis prophetas &c. Mat. 23. Bene hoc Euangelium de S. Stephano legitur, qui lapidatus fuit, Conſiderandum quòd lapidat Deus, lapidat diabolus, lapidat homo. Circa primum conſiderandum quòd lapidat Deus mundum, per fidem incarnationis: diabolum per uirtutem paſsionis: quemlibet impium, per ſeueritatem damnationis. De 1. Dan. 2. Abſciſus eſt lap. de. m. ſine. ma. & percuſsit ſtatuã. In his uerbis myſterium incarnationis Chriſti, pulcherrime figuratur, qui de monte uirginalis ſublimitatis naſcendo, ſine manibus virilis amplexus, percuſsit ſtatuam humanę vanitatis & amoris, iactus huius lapidis, ita artificioſus fuit, & mirabilis, vt etiam angelis eſſet laudabilis. Iob 38. Quis demiſit lapidem angularem eius, cum me laudarent ſimul aſtra matutina, & iubilarent omnes filij
O Dei. De 2. ſignificatum eſt. 1. Reg. 17. in lapidatione Goliæ: nota hiſtoriam, Dauid Chriſtum. Golia, diabolum. Baculus crucem. Ipſa Chriſti carnem. Funda charitatem
P & 5. lapides 5. dura Chriſti vulnera ſignificant. De 3. Ioſue 10. Dominus miſit ſuper eos, magnos lapides de cælo. Lapides ſunt ſententia iudicis, & ſex obiectiones, pro ſex operibus miſericordiæ omiſsis, & omnia teſtimonia quibus modo impij abutuntur. Ioan. Chryſ. Cælum & terra, & Sol, & luna, & dies, & noctes, & totus mundus, ſtabunt aduerſum nos in teſtimonium peccatorum noſtrorum. Matt. 21 Qui ceciderit ſuper lapidem iſtum, confrin
Q getur: ſuper quem vero ceciderit, conteret eum. Circa ſecundum, nota quòd lapidat homo Deum, lapidat proximum, lapidat diabolum. Lapidat Deum peccando: proximum, iniuriando: diabolum, bene operando. De 1. Ioan. 10. Multa bona opera oſtẽdi vobis, ex patre meo. Propter quod eorum opus, me lapidàtis? Heu adhuc poſſet Dominus conqueri. Multa enim bona naturalia, temporalia, & ſpiritua-

ſpiritualia, tibi fecit Dominus, & tu blaſphemans, periurijs, & ſortilegijs, & huiuſmodi uitijs: quaſi in altum lapides contra Deum mittis, ſed veh, quia dicitur Eccleſiaſt. 27. Qui in altum mittit lapidem, ſupra caput eius cadet. De 2. Reg. 30. Volebat Dauid, omnis populus lapidare, quia amara erat anima vniuſcuiuſque. Heu quomodo hodie, propter amaritudinem malitiæ ſuæ lapidant mali alios, verbis & factis, quoſdam in facie, quoſdam in tergo. Quot enim detractionibus, mendacijs, iniurij., violētiis, proximum afficiunt: tot lapides in ipſum mittunt. Suſtine ergo homo, cum Stephano, lapidem oneroſum in pænitētia, vt tandem cum ipſo portes lapidem pretioſum, in corona. Pſal. In capite eius. c. de. l. precioſo. De tertio, figura eſt, Deut. 13. vbi de eo, qui ſolicitauerit hominem ad ſeruiendum dijs alienis, dicitur, lapidibus obrutus necabitur: quia uoluit te abſtrahere a domino Deo tuo, hoc eſt diabolus, qui nos à Deo quærit abſtrahere, dijſque alienis, & mundo & carni, & pecuniæ, & huiuſmodi ſeruire. vnde quando nos de talibus ſolicitat temptando, lapidibus orationum, confeſsionum, eleemoſynarum, & aliorum bonorum operum, debet obrui, & virtus eius necari, tales lapides diabolus timet, & ideo ipſos in carnalia commoda commutari vellet. Matth. 4. Dic vt lapides iſti panes fiant. Circa tertium, nota quod diabolus lapidat hominem moleſtijs temporalibus, culpis mortalibus, tormentis gehennalibus. Primum ſignificatum eſt in Semei de quo. 2. Reg. 16. Maledicebat mittebatque lapides, contra Dauid, & contra vniuerſos ſeruos regis Dauid. Semei interpretatur audi me, & ſignificat diabolum, quem heu mundus nimis audiuit. Huius manus ſunt violenti, quibus contra Dauid ideſt Chriſtum, & contra ei ſeruire cupientes, lapides, aduerſitatum, iactat diabolus. 2. Thim. 3. Omnes qui pie volunt viuere in Chriſto, perſecutionem patiuntur. De ſecundo. Eccleſiaſt. 22. De ſtercore boum, lapidatus eſt piger. Stercora boum, ſunt nocentium vicia peccantium. Ioel. primo. Computruerunt iumenta, in ſtercore ſuo &c. Lapides vi-

R

T

V

ciorum non ſolum diabolus per ſeipſum, ſed per homines, animarum venatores, tanquam per machinas ſuas, in nos iactat: vt caſtitatem cordis noſtri capiat. Vnde 1. Machab. 6. dicitur, quod hoſtes Iſraeli fecerat tormenta, ad lapides iactandos. Tormenta diaboli, ſunt homines ſcandalizantes, & importuni. Auguſtinus. Quando patimur, homines importunos ille inſtigat, ille inflat, il-
X le tanquam vaſa ſua eos mouet, ſcilicet diabolus. De tertio dicitur. Ezechielis 16. Lapidibus lapidabunt te, & trucidabunt te gladijs ſuis, & comburent domos tuas igni. Damnandi enim, a dæmonibus lapidabuntur ponderibus tormentorum: trucidabuntur gladijs deſperationum. Comburentur tandem domus corporum eorũ.

DE S. IOANNE EVANGELISTA Sermo Primus.

A QVartum animal, ſimile aquilæ volanti. Apoca. 4. Aquilæ volanti, ſimilis eſt beatus Ioannes. Volans enim fuit excellenter, in conuerſatione, & contemplatione: volans vtique ad Chriſtum ſequendum, ad diabolum fugiendum, ad mundum triumphãdum, ad ſeipſum paſcendum. De primo. Deutero. 32. Sicut aquila prouocans ad uolandum, pullos ſuos, &c. Aqula grandis eſt Chriſtus qui pullos ſuos ſ. beatum Ioannem, & alios Apoſtolos, immo omnes fideles, volare docuit, ſcilicet exemplo cõuerſationis, & aſcenſionis, vt ipſum ſequantur. Fideliter autem volauit in conuerſatione, qui vſque ad primum & infimum ordinem Angelorum, ſequitur in euolatione, fœlix qui vſque ad ſecundum: hoc fœlicior, qui vſque ad tertium. procede vſque nonum ad quem credimus Ioannem euolaſ-
B ſe. Sed heu quidam ſunt, qui neque ad infimum volare, neque de terra volare poſsunt: tales non ſunt aquilæ

Dei,

Dei,ſed ſtruthiones diaboli.carnalitatis enim,& peccatorum pondere grauati,non poſſunt bonis operibus, qui in mortali faciunt,ſubleuari.Grego.Struthio, alas quaſi ad volandum erigit, ſedtamen nunquam ſe a terra ſuſpẽdit.talis fuit Craton philoſophus,qui alas habuit, & volare non potuit,antequam Ioannes eum docuit. De ſecundo, Apocalypſis 12. Datæ ſunt mulieri, duæ alæ aquilæ magnę,vt volaret in deſertum.Mulier eſt eccleſia ſancta,quæ ſole Chriſto, eſt amicta.Gal.3. Quicunque in Chriſto baptizati eſtis,Chriſtum induiſtis. Dracoquem mulier fugit,eſt diabolus, habens.7.capita. Duæ alæ, ſunt innocentia & penitentia, in amore Chriſti, Dei, & proximi.Auguſtinus. Quiſquis dilexit Deum, & proximum.habet animam pennatam, liberis alis,ſancto amore volantem ad Deum. vel duæ alæ, ſunt doctrina & vita: De quibus Exo.decimonono.Voſipſi vidiſtis,quæ fecerim ægyptiis, quomodo portauerim vos, ſuper alas aquilarum.1.Apſtolorum,& aliorum doctorum,vel quorumlibet iuſtorum. Talibus alis, euadimus dracones & ęgyptios, ideſt diabolum & ſucc & maxime in morte vnde beatus Ioannes moriturus dixit. Aperi mihi ianuam vitæ,vt princeps tenebrarum, non occurrat mihi. De tertio. Apocalypſis octauo. Audiui vocem Vnius aquilæ,volantis per medium cęli,dicentis voce magna. Vę vę vę habitantibus in terra.Ioannes, & quilibet perfectus,per cœlum uolat,quando in cœleſti perfectione ambulant.Philip.tertio.Noſtra conuerſatio in cęlis eſt. Ecõtrario aut,in terra habitantes,ſunt terreni: terrenis deſiderijs inhiantes. de quibus Oſeæ quarto. Iudicium Domino, cum habitatoribus terræ.Tales non conuerſantur, ſicut aquila in cęlo,ſed ſicut porci in cęno. Bernardus.Erubeſce anima,diuinam, in pecorinam mutare ſimilitudinem: erubeſce volutare in cæno,quæ es de celo. Tales B.Ioannes terruit,ſicut patet in illis,quorũ virgas, in aurum, & lapides in gemmas cõuertit olim,cũ terruit dictis,& adhuc terret factis, & quilibet doctorum, terret terrenos,tercõminando væh.q.d.væh. quia patrem, væh

quia

quia filium: væh quia ſpiritum ſanctum offendiſtis. Itē væh quia corde,væh quia ore,væh quia opere peccaſtis. Item væh in morte,væh in iudicio,væh in inferno. De quarto Abacuh primo Volabunt quaſi aquila, feſtinans ad comedendum. Hæc etiam in bono exponi poſſunt, volabunt enim iuſti,ſicut aquilæ ad comedendum non ſolum cibum euchariſtiæ & gratiæ, ſed & gloriæ. Cibum vtique illius de quo Lu 22. Ego diſpono vobis, ſicut diſpoſuit mihi pater meus regnum: vt edatis & bibatis ſuper menſam meam, in regno meo, & ad hanc comeſtionem, Dominus, Ioannem inuitauit, cum.99. eſſet annorum di. Veni dilecte ad me, quia tempus eſt, vt epuleris in conuiuio meo, cum fratribus tuis. Volemus ergo chariſsimi,cum B. Ioanne.Volemus feſtinanter,& proficiamus feruenter,& inſtanter.dicitur enim de Maria.Lu. primo Abijt cum feſtinatione in montana. Volemus ſicut aquilæ,feſtinanter:quia diabolus nos perſequitur velociter.Tren.quarto. Velociores fuerunt perſecutores noſtri, aquilis cęli.

De eodem Sermo. II.

F Qvartum animal, ſimile aquilæ volanti. Apocalypſis quarto. B. Ioannes Euangeliſta,bene ſimilis aquilæ dicitur. Ad ſimilitudinem enim aquilæ, renouatus eſt in vocatione: alte volauit in conuerſatione: acute vidit in contemplatione: cadauer ſequitur in reſurrectione: arduum habet in glorificatione. De primo. Pſal.Renouabitur vt aquilæ iuuentus.t.Io. vt aquila renouatus eſt,quando a Chriſto vocatus eſt, & veteribus plumis,obſeruantiarum legalium,& rerum temporaliū, proiectis, in nouum,& in euangelicum virū mutatus eſt. Sed quando omnes fideles renouentur in conuerſatione: require in Dominica poſt pente. 26. Vbicunque fuerit corpus &c. De 2.dicitur hic ſimile aquilæ &c. Salomon miratur. Prouer.30. viam aquilę in cęlo. Volare

eſt

eſt virtutibus proficere. In cœlo autem volat, qui in cœleſti perfectione ambulat. Philip. tertio. Noſtra conuerſatio, in cœlis eſt. ſed heu quidam nõ volant in cœlo, ſed hærent in cæno. Pſal. Adhæſit in terra venter noſter. Volandum eſt non ſolum altè, ſed velociter, vt operemur bonum inſtanter, quia diabolus perſequitur velociter. Thren. 4. Velociores fuerunt perſecutores noſtri, aquilis cœli. Vola ergo ſicut aquila ſublimiter, bene viuendo: excellenter, vola, bene proficiendo: feruenter vola, durabiliter, perſeuerando indeſinenter. Eſa. 40. Aſſumant pennas vt aquilæ &c. Pẽnæ ſunt virtutes. Pſal. Quis dabit mihi pen. &c. Aug. Pennę animarum, bona opera, recte ſunt facta, quas in duabus alis habẽt. omnia enim ĩ prçceptis ſunt. De. 3. loquẽs Deus, de aquila, ait Iob. 39. Delonge oculi eius proſpiciunt. certe vt in ſcripturis eius patet, oculi. B. Ioan. delonge in Deum, in cęlum, in infernum, in futurum proſpexerunt. Iob 27. Omne precioſum vidit, oculis eius &c. Sed heu oculi carnalium, non precioſa, ſed vilia, non honeſta, ſed turpia, non delonge, ſed prope: non futura, ſed præſentia reſpiciunt. & quia nolunt de longe proſpicere, & nouiſsima prouidere ſalubriter in mundo, de longe proſpiciunt inutiliter in inferno. Væh ergo oculis illis. Luce. 16. Eleuans ergo oculos, cum eſſet in tormentis, vidit Abraham a longe &c. Dicitur quòd aquila pullum abijcit, qui irreuerberatis oculis ſolem aſpicit. Sed quis vnquam in hac vita, ſolem iuſtitiæ, in rota æternitatis clarius aſpexit, quàm ille qui dicit, In principio erat verbum &c. Delectabile eſt oculis videre ſolem hunc, per fidem: ſed delectabiliſsimum per ſpeciem. Eccleſiaſti. 9. Dulce lumen, & delectabile eſt oculis videre ſolem Auguſtinus. Gaudent in iuſta luce, quę non habet occaſum. Sed væh ei, cuius viſus, ad ſolem æternum, per errorem, vel per malam conſcientiam repercutitur: quia tanquàm alienus æternaliter abijcietur. taliter abiecti, conqueruntur in inferno Sapi. 5. Errauimus a via veritatis, & iuſtitiæ lumen non luxit nobis: & ſol intelligentiæ non eſt ortus nobis. De 4. Matthęi 24.

Vbicun-

H I K

excellentiſsima eſt dilectio, qua anima ponitur pro dile cto. Hanc dilectionem maximam nemo habet, ſicut Deus ad Ioannem, ſic & homo ad Deum, libẽter debet habere, N
ideo hæc eſt ſola retributio, cum ſanguis ſanguine compenſatur, & redempti cruore Chriſti, pro redemptore libenter occumbunt. Huius autem excellentiſsimę dilectionis ſigillum, & forma cui imprimitur, Chriſtus eſt. Canti. 8. Pone me vt ſignaculum, ſuper cor tuum; vt ſignaculum ſuper brachium tuum, quia fortis eſt vt mors dilectio. Vere enim fortis charitas vt mors, mori enim fecit Chriſtum pro homine, & hominem pro Chriſto. Væ ergo illi, qui perdit charitatis ſigillum, vel deſtruxit, quod certe in Ioanne deſtruere non potuit feruens oleum, neque veneni poculum. O
De ſecundo dicitur hic. Vidit illum diſcipulum quem diligebat Ieſus ſequentem, qui & recubuit in cæna, ſuper pectus eius. Ecce familiaritas magna Exhibuit autem familiaritatis dilectionem Dominus B. Ioanni, cum omnibus Apoſtolis communiter, quã do ipſum & ipſos, ex omnibus quos capiebat mundus, elegit, doctrinis ſuis & exemplis imbuit, ſancto ſpiritu repleuit, & cætera huiuſmodi fecit. Item cum Petro, & Iacobo, & Ioannẽ ſpecialiter, quando hos tres aſsumpſit. In puellæ ſuſcitatione. Mar. 5. in transfiguratione. Matthæi 22. Et inſtante paſsione. Matthęi 26. In quibus ſignificatur quòd familiares eſse poſsumus Chriſto, in ſpirituali proximorum ſuſcitatione, in æternorum contemplatione, in aduerſorum paſsione. Item præ cæteris ſingulariter, qnando recubuit ſuper pectus eius. Nos autem ſi non poſsumus attingere pectus cum Ioanne, veniamus ad pedes cum Maria: ſi nõ poſsumus in pectore recumbere, per ſuauitatem deuotionis; incipiamus ad pedes recumbere, per humilitatem contritionis. P
De. 3. Io. 13. Cum dilexiſset ſuos qui erant in mundo, in finem dilexit eos. Ecce quomodo Dominus Ioannem & alios charos perſeueranter dilexit. Perpetuus enim dilector, electorum eſt Dominus. Hiere. 31. In charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miſerans. Traxit certe Ioannem: cotidie nos tra-

hit. Sed heu potius ſequuntur trahentem diabolum. Abac-
cuch primo. Totum in hamo ſubleuauit. Traxit illud in
ſagenā ſuā, & congregauit in rete ſuum. hoc autem mi-
rum eſt cum diabolus odiat, Chriſtus autem in fine dili-
gat. & certe in fine inuenient diabolum fallentem, falla-
cem: Deum vero trahentem veracem. Si contempſeris
quod præcepit Deus, & dilexeris quod ſuggerit diabo-
lus. veniet dies iudicij & inuenies verum quod minatus
eſt Dominus, & falſum quod pollicitus eſt diabolus. O
quantam dilectionem Ioanni oſtendit Chriſtus: cui in fi-
ne vitæ ſuæ matrem ſuam commendauit. vnde tunc in
morte impleuit præceptum, quod ipſemet deſiderauit.
Exo. 20. Honora patrem tuum & matrem tuam, &c. De
Q 4. Apocalypſis primo. Dilexit nos & lauit nos in ſanguine
ſuo. Nos dicit, quia ſe in iſta locutione includit. Vnde be-
ne de B. Ioanne, cantat eccleſia: Lauit in vino ſtolā ſuā,
& in ſanguine vuæ pallium ſuum. Vinum eſt feruor ſpi-
ritus Sancti, vnde de B. Ioanne, & alijs Apoſtolis, dicitur
Actuum 2. Muſto pleni ſunt: Vel vinum eſt illud Sacra-
mentum, quod Ioānes bibit in cœna. Vua eſt corpus Chri-
ſti, de qua in crucis torculari vidit B. Ioan. exprimi ſāgui-
nē. Io. 19. Cōtinuo exiuit ſāguis & aqua: & qui vidit teſti-
moniū perhibuit Aug. Primus botrus in torculari, Chri-
ſtus eſt, Cum ille botrus in paſsione expreſsus eſt,
manauit illud nobile vinum; vnde calix ine-
brians quàm præclarus eſt. Tali ergo vino
& ſanguine, ſtola Ioannis & pal-
lium, lota ſunt in mundo, vt ſto-
la animæ eius, & pal-
lium gloriæ cor-
poris, mun-
diſsi-
me & pulcherrimè ful-
geat in cœlo.

In

IN FESTO BEATORVM INNOC.
Sermo Primus.

Sine macula ſunt ante thronum Dei. Apocalypſis 21. Innocentes vtique ſunt, de quibus iſtud dicitur. Quicunque cum eis eſse vult ante thronum Dei in cœlo, ſit ſine macula in mundo. Debet autẽ eſse ſine macula quadruplici in mundo, & maxime criminali: interdum ſine macula conſcientię, ſine macula linguæ, ſine macula vitæ, ſine macula famæ. Debet eſse ſine macula cordis, oris; operis & nominis. De 1. Iob. 9. Si permanſerit in tabernaculo tua iuſtitia, tũc leuare poteris faciem tuam, abſque macula. Tabernaculum tuum, eſt cor tuum. Pſal. Sanctificabiſ tabernaculum &c. Facies autem eſt conſcientia. Pſal. Arguam te, ſtatuam contra faciem tuam. Sicut macula in facie, ſic peccatũ in conſcientia, valde deformat hoĩem apud Deũ. Ideo Dñs, ſpõsã ſuã in facie maxime examinat. Cãt. 2. Oſtende faciem tuã &c. Vnde ſicut ſponſæ in ſpeculis, facies ſuas examinant, vt maculas purgent; ſic animæ fideles faciunt. vnde Exo. 38. legitur, quòd mare ęneũ factum eſt de ſpeculis mulierum, maculæ enim vitæ, in ſpeculis ſcripturarum lauari debẽt, & in ſpeculis lachrymarum pęnitentiæ. Matthæi 6. Faciem tuam laua &c. Specula enim, ſunt Dei verba. Iaco. primo. Si quis auditor eſt verbi, & non factor, hic comparabitur viro conſideranti vultum natiuitatis ſuę in ſpeculo. Conſiderauit enim ſe & abijt: & ſtatim oblitus eſt qualis fuit &c. Greg. Scriptura, mentis oculis, quaſi quoddam ſpeculum opponitur, vt interna noſtra facies videatur: ibi etenim fœda, ibi pulchra noſtra cognoſcimus. De 2. legitur hodie. In ore ipſorum non eſt inuentum mendacium: ſine macula enim, ſunt, ante thronum Dei Vere periculoſum eſt men-

D a dacium,

dacium.Sapien.1.Os quod mentitur,occidit animam.Ecce qui ſine macula mendacij, in veritate viuit in mundo, ante thronum veritatis,erit in cœlo.Ioa.17. Volo vt vbi ſum ego, & illi ſint mecum. Vbi ergo erunt, qui non ſolum mendacijs,ſed & alijs multis modis,linguis maculoſi ſunt:Iaco. 3. Lingua conſtituitur in membris noſtris, quę maculat totum corpus &c.Vbi ergo tales erunt, niſi ante thronum ſathanæ,in inferno:cuius iam throni ſunt in mundo:Apoca.2.Scio vbi habitas, vbi ſedes eſt ſathanæ.Lu.15. habetur, quod pater recipit in oſculo filium prodigum reuertentem: ſed quis vellet oſculari os fœdum & ſordidum?Si ergo vis ante thronum gloriæ, eſſe in cęlo,ſi vis oſculum habere in mundo, remoue vitiorũ, maculas,ab ore tuo. Ephe.4.Omnis ſermo malus, de ore veſtro non procedat.Io.Chry.Omnis ſermo vanus qui di
D citur,immundo ſpiritu dictante profertur. De 3. Iob. 31.Si manibus meis adhæſit macula:ſeram & alius comedet.Macula manuũ eſt culpa operũ.Laua ergo manus.Pſ. Lauabo inter innocẽtes manus meas.Laua miſer maculas vitæ,exemplo Magdalenę,de qua Gre. ait. Quæ turpitudinis ſuę maculas aſpexit,lauanda ad fontem miſericordiæ cucurrit.Si enim maculam habueris,tunc ſeminibus operum tuorum,diabolũ paſces.Vnde ait, ſeram & alius comedet.Lucæ.8.Volucres cęli ideſt dęmones,comedunt illud.Debent autem opera & vita noſtra,eſse ſine macula vanitatis & ſuperbiæ. Pſal. Immaculatus ero &c. ideſt a delicto ſuperbiæ.Item ſine macula crudelitatis inuidiæ, vt ſit homo columbinus.Canti.5.Columba mea,immaculata mea.Item ſine macula carnalitatis, gulæ, vel luxuriæ.Vnde in cano.Iudæ. Odientes eam quę carnalis eſt, maculatam tunicam.O miſeranda cæcitas,non vult homo habere maculatam tunicam,& vult habere maculatam vitam.Augu.Sic homines negligunt vitam ſuam, & nolunt habere rem malam. De quarto Eccleſi.33. Ne
E dederis maculam in gloriam,id eſt,in famam tuam. Sed heu peruerſus homo,etiam bonos in fama maculare nititur.Eccle.9.Bona in mala conuertens inſidiatur, & in ele

ctis

ctis ponit maculam: ſed Deus oſtendet eos mendaces, in Die nouiſsimo, immo ſæpe in præſenti. Sapien.10. Mendaces oſtendit, qui maculauerunt illum. Væh talibus, quia graue eſt peccatum id coram Deo: & graue tormentum eſt ei dêdum a diabolo. Iſidorus. Detractio graue eſt, grauis dãnatio eſt. Qui autem caret hac quadruplici macula, illi dicitur. Cantic.4. Tota pulcra es &c. vſque coronaberis. Secura enim ingreditur ad coronam, quæ non habet maculam. Pſal. Quis requieſcet in mõte ſancto tuo. Qui ingreditur ſine macula, & operatur iuſtitiam. H

In feſto Innocentium. Ser. II.

ANgelus Domini apparuit in ſomnis Ioſeph. &c. Matthæi 2. Duo in hoc Euangelio deſcribuntur. Primo, quomodo puer Ieſus a periculo fugit, angelo præcipiente. Secundo, quomodo parui innocentes, periculo mortis traduntur, Herode perſequente. In primo circa pueros angelica benignitas: in 2. diabolica malignitas ſignificatur. Herodes enim perſecutor puerorum, ſignificat diabolum perſecutorem innocentium. Circa primum conſidera, quomodo per angelum, pueri pericula mortis euadunt. Euadit puer Iſmael putei oſtenſione: puer Iſaac, arietis immolatione: pueri tres, flammę exuſtione: puer Ieſus, fugæ elongatione. Significatur in his, quòd pueri & innocentes, mortem animæ ſpiritualem & æternalem euadunt, Chriſtum guſtando, carnem mortificando, mundum ſeparando, diabolum declinando. Primum ſignificatum eſt. Gene.21. Vbi puer Iſmael, propter penuriam aquæ moriturus, refocillatus eſt de puteo, angelo apparente oſtenſo. Puteus de quo guſtando ſitis mortis repellitur, eſt Chriſtus: non in ſtabulo, ſed in horto: non in corde ſordido, ſed in mundo inuenitur. Cantic.4. Fons hortorum, puteus aquarum, &c. Secundum autem ſignificatum eſt. Gene.22. Iubente an- O

gelo, puer Iſaac dimittitur: ſed aries immolatur. Aries carnem ſignificat, quę mortificanda eſt vt puer habeat gratiam vitæ. Roma. 8. Si ſpiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. Iſido. Mori oportet hominem in mundo, carne & anima. Chriſtus namque tunc viuere dicitur, ſi ſæculo moriens, in ſæculo viuere delectatur. Tertium ſignificatum eſt in tribus pueris, iuſsu regis in fornacem miſſis. Danielis tertio, qnibus angelus flammam excuſsit quæ miniſtros regis incendit. Fornax eſt mundus, quem rex diabolus igne tentationis, & tribulationis ſuccendit. Hoc igne pueri Dei, id eſt, electi Dei, tanquam aurũ probantur: Miniſtri diaboli tanquam palea cremantur. Auguſtinus. In fornace ardet palea, purgatur aurum: illa in cinerem vertitur: a ſordibus iſtud exuritur. Flammæ autem exuſtio, eſt mitigatio tentationis. 1. Corinth. 10. Fidelis autem Deus eſt, qui non patietur vos tentari &c. Quartum ſignificatum eſt hic, vbi angelo præcipiente, Ioſeph cum puero fugit, Herodem euaſit. Herodem ideſt diabolum fugis, ſi occaſiones peccatorum abigis, quem fugiendo, quaſi columba, auem rapacem euadis. Eze. 7. Saluabuntur qui fugerint ex eis, & erunt in montibus, quaſi colũbæ conuallium. Montes ſunt ſtatus peccatorum. Circa ſecundum cõſiderandum eſt, quòd diabolica perſecutio in pueros, ſignificata eſt multipliciter.

G Legitur enim, quòd pueri a Pharaone ſubmergũtur, a feris lacerantur, ab aduerſis præcipitantur, ab Herode trucidantur. In quo ſignificatur, quòd pueri ſpirituales, ideſt homines puri, & innocentes, ſubmerguntur fluctibus miſerię, & aduerſitatis; lacerantur morſibus luxuriæ & voluptatis: præcipitantur ab alto ſuperbiæ, & vanitatis: trucidantur armis auaritiæ, &cupiditatis. De primo legitur. Exo. 1, Qui Pharo pueros maſculos ſubmergi præcepit. A Pharaone ideſt diabolo ſubmergitur, qui fluctibus tribulationum, ad peccatum inuoluitur; ſubmergitur quidem nunc in culpa, & tandem in gehenna. Hiere. 51. Submergitur Babylon &c.

H De ſecundo legitur. 4. Reg. 2. quod duo vrſi lacerauerant.

tant.42. pueros. Vrſi luxurioſi, ſignificant ſpiritus fornicationis qui de luxuria tentant. Qui bene duo dicuntur, propter vtrunque ſexum, quem tentant. Iſti vero animas luxuriantium lacerant, ſicut beſtiæ & aues, fœtidum cadauer. Gene. 40. Lacerabunt volucres, carnes tuas ideſt carnalitates. De tertio legitur. 2. I
Macha.6. quod Antiocho perſequente Iudæos, pueri cum matribus præcipitati ſunt per muros. Sicut præcipitandi ad alta ducuntur, vt grauius cadendo collidantur: ſic facit Antiochus diabolus ambitioſis. Tunc autem aſcendunt præcipitium, quando aſcendunt in altum. Aug. Quanto plus honoramur, tanto plus periclitamur. Mater noſtra, eſt fides noſtra. Mater ergo cum puero periclitatur, quando fides ſimul cum homine ſpiritualiter moritur, Iaco. 2 Fides ſine operibus mortua eſt. De quarto, legitur in præſenti Euangelio. Herodes videns &c. Auaritia Herodis, pueros occidit, miſsis ſatellitibus ſuis. Herodes eſt diabolus: V
Huius ſatellites ſunt, omnes auari, proprias animas trucidantes. Gladij autem & arma trucidantium, ſunt violentiæ, & fraudes, & adinuentio auarorum. Heu, auaritia interfectio vniuerſalis. Vnde ait hic Euangeliſta. Occidit omnes. 1. Amos. 9. Auaritia eſt in capite omnium. &c. Et nouiſsimum eorum gladio interficiam.

In feſto Beatorum Innocentium. Ser. II.

SVrge, & accipe puerum & matrem eius &c. Matth. 2. In Ioſeph accipiente, & in matre concomitante, patet quam communis ſit puer iſte Ieſus, viris & fœmi- I
nis. More enim puerorum, puer noſter Ieſus, perſonam non accipit, ſed eſt communis omnibus, ſine diſcretione ſexus, vel ætatis, vel fortunæ vel ſtatus. Communicat enim ſe puer Chriſtus, quo ad ſexum,

ſviris & mulieribus:quo ad ætatem,pueris & ſenibus:quo ad fortunã,diuitibus & pauperibus:quoad ſtatũ, iuſtis & peccatoribus.Primum patet hic.Ioſeph.n.in Aegyptũ ituro,dicit angelus. Surge & accipe puerũ & matrẽ eius.De Aegypto quoq; reuerſuro,ſimiliter angelus ait. Surge & accipe puerũ & matrẽ eius.Vides ergo quã familiaris fuit puer iſte viro & fœminæ,Ioſeph & Mariæ Ioſeph cõmendatur de iuſtitia.Matth.2.Ioſeph aũt vir eius,cũ eſſet iuſtus &c.Quicũq; ergo viri,iſtũ puerũ voluerint hẽre,dẽnt iuſtitiã Ioſeph fortiter tenere. Iob 27. Iuſtificationem meã,quã cępi tenere,nõ deſerã.Itẽ quęcũq; fęminæ,hũc puerũ uolũt per gratiã cũ Maria tenere dẽnt Mariæ mũditiã,& diſciplinã maximã imitari.Amb.Quicunq; Mariæ exoptat præmiũ,eius imitetur exẽplũ. Quid mirũ ſi viris & mulieribus,cõmunis ſaluator ſit puer iſte,cũ ipſe in virili ſexu,corpus aſſũpſerit,& in fæmineo matrẽ ele-
M gerit:in quo viris & fæminis firmã ſpẽ cõſtituit? Secũdũ patet.Matt.2. Vbi furente Herode,puer pueros quaſi primos ſocios,& hæredes regni,de mũdo elegit,ut etiam puerorũ ſaluatorem oſtẽderet.Vnde põt dici illud. Eſai. 8.Ecce ego,& pueri mei, quos dedit mihi Dñs,in ſignũ & portẽtũ Iſrael,a Domino exercituũ, qui habitat in mõte ſyon.Et Lucæ 11,Et pueri mei,mecũ ſunt in cubili. Patet ẽt de ſenibus,cũ in brachijs accipitur ſenis. Lucæ 2.cui puer iſte ſe cõicauit: quia ipſũ in brachijs ſuis Chriſtum accepit. Et nota,ꝙ non a pueris,ſed a ſenibus in brachijs accipitur:quia pietatis opera, quibꝰ tãquã brachiis Chriſtum amplectimur,nõ a pueris,ſed ab adultis requirũtur. Gaudendũ ergo eſt de hoc puero,ſenibus & pueris.Quid mirũ ſi pueris & ſenibus,puer Chriſtus,cõis eſt ſaluator; cũ ipſemet puer ſit & ſenex?Tre.2. Iacuerunt in terra foris,puer & ſenex.Ideſt,Chriſtus puer humanitate,& ſenex diuinitate,iacuerunt vtiq; in terra,id eſt in mundo. qñ Chriſtus iacuit in præſepio,bene ait foris.Greg. Qui non in domo parẽtũ,ſed in via naſcitur.&c.Foris ergo na-
N ſcitur, vt oĩbus tranſeuntbius cõis oſtendatur. Tertium patet.Mat.2.Vbi legitur,ꝙ diuitibus,regibus, & pauperi-

587

bus ſe communicauit.]De diuitibus dicitur. Inuenerunt .n.puerum,cum Maria matre eius. De pauperibus patet, & in paſtoribus Lucæ.2.Videntes autem cognouerunt.de verbo &c. Sed attende,quòd regibus cum muneribus,paſtoribus aũt ſine muneribus venientibus,puer Ieſus ſe cõmunicauit. Diuites.n.largiendo,pauperes,licet non habeant quod largiantur, a puero tamen Chriſto recipiuntur.Bern.Pauperes ſumus,parum dare poſſumus:attamen puero illi reconciliari poſſumus paruo,ſi uolumus. Gaudere ergo debent de hoc puero pauperes & diuites.Quid enim mirum,ſi puer Chriſtus pauperum & diuitum communis eſt ſaluator, cum ipſemet diues & pauper fuerit? Pſal.Simul in vnum diues & pauper. Diues diuinitate,& pauper humanitate 2.Corin.8. Propter vos egenus factus eſt, cum eſſet diues: vt illius inopia, vos diuites eſſetis. Quartum patet.Mat.2. Vbi hic puer Chriſtus,ab angelo iubetur in Aegyptum duci,& iterum in terram Iſrael reduci.Vnde dicitur ibi.Qui conſurgens accepit puerum & matrem eius.Per Iſrael,iuſti:per Aegyptios,ſignificantur peccatores. Aegyptij enim, idololatriæ multum dediti fuerunt. Dicitur autem quòd ingrediente puero iſto in Aegyptum,omnia idola corruerunt.Iuxta id.Eſa.19. Ecce Dominus aſcendet ſuper nubem leuem,& ingredietur Aegyptũ,& mouebuntur ſimulacra Aegypti. In quocunque ergo peccatore,idola vitiorum corruunt, ſignum eſt, quod puer Ieſus ad eum ſit ingreſſus. Gaudendum ergo eſt,de hoc puero,bonis & malis Vnde pueri huius natiuitatis gratiam commendans Leo Papa, ait.Exultet ſanctus, quia appropinquat ad palmam: gaudeat peccator: quia inuitatur ad veniam. Quid mirum,ſi bonis & malis puer iſte communis ſaluator ſit, [qui & de bonis & de malis parentibus progenitus eſt: ſicut in eius Genealogia patet Matthæi 1.

IN CONVERSIONE S. PAVLI.
Sermo Primus.

A VAs electionis mihi eſt iſte. Actu. 9. hoc eſt vas cui in conuerſione ablata eſt rubigo erroris, & factum eſt vas decoris. Pro. 25. Aufer rubiginem de argēto & egredietur vas puriſsimum, hoc eſt vas aquæ, ſvas olei, vās vini, vas mellis, vas ſalis, vas luminis, vas aceti, vas mannæ. Beatus vtique Paulus vas aquæ dici poteſt in conuerſione, vas olei in cōpaſſione, vas vinī in dilectione, vas mellis in contemplatione, vas ſalis in diſcretione, vas luminis in prædicatione, vas aceti in paſſione, vas mannæ in fruitiones, De 1. Nu.
B 19. Tollent de cineribus combuſtiones, & mittent aquas viuas ſuper eas in vas &c. Hæc de aquis expiationis dicebātur. Aqua expiationis eſt aqua compunctionis. Aqua viua, compunctio uera. Aqua in vaſe, compunctio in pœnitente. O vtinam aquæ compunctionis exeant hodie per foramina uaſis. Pſalm. Exitus aquarum deduxerūnt oculei mei &c. Sic certe exijt aqua de vaſe electionis, etiam pro peccatis aliorum. Phi. 3. Multi enim ambulant de quibus aliquando dixi vobis, nunc autem flens dico, inimicos crucis Chriſti. Cinis vitulæ rufæ, ſignificat memoriā mortis Chriſti. Vitula enim rufa eſt caro Chriſti ſanguinolēta. Nota, neceſſarius eſt hic cinis, ad hanc aquam: neceſſaria eſt memoria paſſionis, aqua compunctionis, contra perturbationem deſperationis. Bern. Cruciatur conſcientia, ſed non perturbatur, quando vulnerum domini recordatur. Item neceſſarius eſt contra eos, qui vulnera peccatorum non ponderant. Ber. Agnoſce homo quàm grauia ſunt vulnera pro quibus neceſſe fuit Chriſtum dominum vulnerari. De i. habemus 4. Reg. 4. quod vaſa ab omnibus vicinis petita, oleo miraculoſe replebantur. Vaſa quæ

de omnibus vicinis petuntur, ſunt ſancti, qui ex omnibus nationibus congregantur. Alia enim vaſa de Iudæis, alia de græcis, alia de latinis, alia de alijs congregata ſunt. Ezech. 36. Congregabo vos de vniuerſis terris &c. Et Actu. 10. In veritate comperi &c. Oleum miſericordiam ſignificat. Eccleſiaſt. 9. Oleo non ſolum autem caput mentis, ſed etiam manus operis vncta debet eſſe oleo pietatis. Gregor. Sic in eis per compaſſionem doleas, ut etiam larga manus affectum doloris oſtendat. Sic ergo oſtendendum eſt oleum miſericordiæ vaſis mentium, ut etiam luceat lampadibus operum. O quomodò vas electionis, abundauit oleo compaſſionis 2. Corint. 11. Quis infirmatur & ego non infirmor? De tertio 3. Reg. 10. Omnia vaſa de quibus putabat rex Salomon, erant aurea. Sicut impij ſunt vaſa lignea contumelioſa & cremabilia, ſic iuſti ſunt vaſa aurea & præcioſa & durabilia. ſecundi Timot. ſecundo. In magna domo, non ſolum ſunt uaſa aurea; & argentea: ſed & lignea &cætera. Vinum quòd rex Salomon, rex Chriſtus de his vaſis potat, eſt charitas quam acceperat. Hoc eſt vinum quod de tribus propaginibus uitis, ideſt de beneficijs Chriſti corporalibus & ſpiritualibus & æternalibus exprimitur in ſciphis cordis. Hoc vinum animam inebriat & vincit ſenſus. Bernardus. Quicunque guſtu charitatis perfectè ſemel inebriatus fuerit, ad cætera laborem & dolorem hylareſcit, dolet non ſentit. laborat & non laſſeſcit deridetur & non aduertit. O quàm precioſum vas, ad tam precioſum vinum fuit Apoſtolus. Eccleſiaſt. 50. Quaſi vas auri ſolidum, ornatum omni lapide precioſo, & omni virtute. O quomodo vas iſtud electionis, abundauit vino dilectionis? Ro. 8. Certus ſum quòd neque mors, neq; uita, neque angeli &c. vſq; neque creaturarum aliqua, poterit nos ſeparare a charitate Chriſti. De quarto. 3. Reg. 14. Tolle in manu tua decem panes & cruſtulam & vas mellis, & vade ad Hayam prophetam. Haya interpretatur vita humilium, & ſignificat Chriſtum, qui eſt vita humiliũ. Colo. 3. Cũ Chriſtus apparuerit vita veſtra, tũc & vos appa-

apparebitis cum ipſo in gloria. Quæcunque anima uult ad Chriſtum venire, decē panes hēat in operatione mandatorum. Itē cruſtulā quę eſt ſimiliter conſperſa oleo, habeat in cōpaſſione proximorū. Itē mellis dulcedinē hēat ī cōtemplatione æternorū. Vnde Eccl. 24 Spūs meus ſuper mel dulcis. Verè ſuper mel & ſuper oēm dulcedinem omnis creaturæ. Aug. Creatura vileſcat, vt creator in corde dulceſcat. O quomodo vas electionis abundauit melle contemplationis, pro quo ét ad tertium cælum iuit? Sed
F heu quidam plus abundant felle amaritudinis &c. De quinto 4, Reg. 2. Afferte mihi vas nouum & ponite in illud ſcl. In vaſe nouo eſt dilectio in homine per gratiam innouato. Sale diſcretionis, in omni op. re bono indiges. Leui.
G 2. In omni oblatione offer ſal. Heu heu quàm inſulſa ſunt quorundam matrimonia: & vota, & vita, & facta, qui in talibus nec tempus nec cauſam nec modū nec alias conditiones debitas ſeruant?. Vnde talia facta Deo & angelis & ſanctis, in quorum veneratione quandoque fiunt, inſipida ſunt, Iob 6. Aut comedi poterit inſulſum quod non eſt ſale cōditum? Si ergo aīa tua, ſi vita tua, ſi facta tua, ſunt inſulſa, tunc quaſi incondita, nō pñt Deo ſacrificari, tūc qua ſi inſipida non pñt a ſctīs acceptari, quia corrupta nō pñt a vermibus uiciorū cōſeruari. Iſid. Quicquid boni ſine diſcretione geſſeris, viciū eſt. Indiſcreta.n. virtus, pro vicio reputatur. O quō vas electionis abundauit ſale diſcretionis? qui ét alios informans dicit. Ad Col. 4. Sermo ueſter ſp in gratia ſale ſit conditus. Et ad Rom. 12. Rationabile
H ſit obſequiū veſtrū. De 6. Ecc. 43. Vas admirabile opus excelſi, hoc dicitur de ſole. Vas ſolare fuit opus mirabile. Certe vas fuit mirabile, propter mirabilem conuerſionē. hoc vas non opus hominis, ſed opus excelſi. Pſalm. Hæc mutatio dextræ excelſi. Item propter mirabile de tenebris lumen doctrinæ euangelicæ, de quo lumine dicitur primæ Pet. ſecundo. Qui vos vocauit in admirabile lumē ſuum. Admirabile lumen eſt quod ſimul excęcat & illuminat; excæcat ad mundum, illuminat ad Deum, Hoc verbum ſignificatur in Apoſtolo, cui circunfu-

ſa luce de cælo,exteriores oculi clauſi ſunt: interiores vero aperti ſunt:eo tpe quo cætera non videbat Deū videbat. O quō mirabile vas electionis abundauit mirabiliter lumine prædicationis: ſicut patet in omnibus ſcriptis eius. Sed ipſe conquæritur quòd diabolus multis eruit oculos ſuos,ne lumine iſto dirigāt greſſus ſuos, ſecundæ Corin.4. Deus huius ſeculi(ſcilicet diabolus) excæcauit mentes infidelium,vt non fulgeat illuminatio Euangelij gloriȩ Chriſti, qui eſt imago Dei. De ſeptimo Io. 19. I
Vas autem poſitum erat aceto plenum. Acetum ſignificat acedinem paſsionum & aduerſitatum. De hoc aceto Dominus dicit. In ſiti mea po.m.aceto. O quàm ſapidus ſit,durus panis pœnitentiæ, in aceto dominicæ paſsionis: Ruth 2. Intinge buccellam tuam in aceto:& nonſolum pȩnitentia,immo omnia dura & aſpera, fiunt per paſsionem Chriſt i tolerabilia. Gregorius. Quicquid afflictionis terrena præparauit aduerſitas,leue erit ſi inſpiciamus quid biberit ad crucis patibulū, qui nos inuitat ad cœlum. Propter quod notabiliter vas aceti imponebatur. Sic certe ſi vas cordis tui habuerit tribulationis acetum,pone illud iuxta crucifixum. O quomodo vas electionis abundauit iſto aceto: Vnde 2.Corin.vndecimo. A Iudæis quinquies quadragenas vna minus accepi. Ter virgis cæſus ſum, ſemel lapidatus ſum, ter naufragium feci &c. Dicat etiam modo,ſemel decollatus ſum. De. 8. Exo. 16. Sume vas vnum & mitte ibi man. Quia enim manna habuit omnis ſaporis ſuauitatem, bene ſignificat fruitionis voluptatem.

K

O

L

De Eodem.

Vas electionis eſt mihi iſte. Actu.9. Vere electionis vas eſt Apoſtolus: qui non ſolum ad ſuam ſed etiam ad multorum ſalutem electus eſt. Aduertamus ergo, B. Paulum fuiſſe electum ſpeculum, electum vaſculum, electum ſurculum,electum iaculum. Aduertamus inquam Apoſtolum fuiſſe electum ſpeculum ad repræſentandam M

tandam faciem glorię, electum vaſculum ad continen-dum vinum gratiæ, electum ſurculum, ad multiplican-dum fructum eccleſiæ, electum iaculum ad feriẽdum ho-ſtem iuſtitiæ. De 1. Pſal. Elegit Dominus ſion &c. Sion in terpretatur ſpeculum, & ſignificat fidelem animam, & ſpe cialiter animam doctoris, & præcipue Pauli, per quem ſi-cut per ſpeculum nobis Dominus pater faciem ſuam ideſt filium reuelauit. Ad Gal. 1. Cum autem placuit ei qui me ſegregauit ex vtero matris, & vocauit per gratiã ſuam, vt reuelaret filium ſuum in me, vt euangelizarem illum in gentibus &c. Hæc eſt illa beata facies in cuius re
N uelatione ſalus noſtra conſiſtit. Pſal. Oſtende fa. t. &. ſ. eri mus. Sed tanta fuit huius faciei claritas, vt nullus eam oculis ſuſtinere potuerit. Ideo deſcendens in mũdum, eã velamine carnis texit, Significatum eſt. Exo. 34. Vbi legi-tur quomodo Moyſes deſcendens de monte ad populum poſuit velamen ſuper faciem ſuam. Sed illud velamen carnis, Chriſtus rupit in patibulo crucis, vt nudam faciẽ deitatis ſuæ videre poſsimus in cœlo. De hac facie ait Aug. Facies Dei tam dulcis eſt fratres mei, tam pulchra, vt illa viſa nihil aliud poſsit delectare. O quam mundi debent eſſe oculi faciẽm iſtam viſuri: Mat. 5. Beati mun-
O do corde &c. De 2. dicitur hic. Vas electionis mihi eſt iſte. Sed quia Deus nobiliſsimæ ſuæ gratiæ vinum, & ſa-pidum liquorem, non infundit in vaſa immunda: ideo ru biginem peccatorum huius vaſis purgat in conuerſione. Prouer. 25. Aufer rubiginẽ de argento, & egredietur vas puriſsimum. Multi quidem gratiæ liquorem in vaſis ani marum ſuarum habere deſiderant, cum tamen non ſolũ rubiginoſa per inuidiam, & vicia ſpiritualia: ſed etiam ſtercoroſa per luxuriam ſint eorum vaſa. Mundent ergo vaſa, qui volunt ſibi infundi gratiæ vina. 1. Theſſ. 4. Hæc eſt voluntas Dei, ſanctificatio veſtra, vt abſtineatis vos a fornicatione, vt ſciat vnuſquiſque vas ſuum poſsidere in ſanctificatione & ho. O quam laudabile vas electionis fuit, quod omnium vaſorum artifex & iudex tantopere
P commendat. Vere laudabile Ber. Vas electionis Paulus,

vas aromaticum,vas odoriferum, vas omni puluere pig-
mentario repletum. O qam ſalubriter de hoc vaſe Do-
minus mundo propinauit. Et certe quotquot fuerunt
vel ſunt eccleſiæ ſancti doctores, tot vaſis charitatum au
reis Aſſuerus noſter propinat fidelibus ſuis.Heſt.1.Bibât
autem qui inuitati erant, aureis poculis. De 3.Ioan. P
15.Ego elegi vos, & poſui vos vt eatis & fructum affera-
tis,& fructus veſter maneat.Sicut diligentia eligitur ſur-
culus boni generis,qui multum & durabilem fructum affe
rat:ſic Chriſtus elegit Apoſtolos,inter quos ſurculus vl
timo electus,videlicet Paulus,multum fructū fecit. Qui
enim per eius doctrinam conuerſi ſunt, vel adhuc hodie
conuertuntur,omnes ſunt huius ſurculi fructus. Nos er-
go fructus ſimus ſurculorum a Domino,vnde nobis plu-
uia gratiarum eſt neceſſaria:de qua Eze.33.Pluuiæ bene
dictionis erunt,& dabit lignum agri fructum ſuum. Sed
væh fructibus quos vermes peccatorum comedunt: quia
de arbore eccleſiæ in morte cadunt: vel cum tempus col
lectionis fructuum,ideſt iudicij dies aduenerit, ante por-
cos infernales & dæmones mittentur, vt damnati corro-
dant ſe inuicem exterius, & vermis eorum ipſos corodet
interius. Miſera enim anima, omnes vermes peccatorum
ſuorum quæ fecit,portabit ad infernum.Aug. Ibam ad in
feros,portans omnia mala,quę commiſeram in te, & in
me,& in alios multos. Sed certe Dominus ſuos fructus,
ideſt electorum ſuorum animas, a vermium corroſione
conſeruat.Mala.2. Et concrepabo pro vobis deuorãtem,
& non corrumpet fructum terræ veſtræ. De quarto. Q
Eſa.49.Poſuit me quaſi ſagittam electam.Quis doctorum
hoc verbum melius dicere potuit,quàm Paulus: Ipſe vti
que ſagitta electa fuit contra hoſtes iuſtitiæ: videlicet
contra diabolū,contra mundū,contra quemlibet impiū.
Acutū aūt huius ſagittæ ferrum, fuit eius acuta doctri-
na, quæ plures vulnerauit. Sagitta iſta.q. pennata fuit
duabus pennulis duorum teſtamentorum, quod Apoſto-
li Domini ſicut ſagittæ contra mundū miſſe dicuntur in
Pſal. Sicut ſagittę in ma. po.ita fi.excuſſ. Apoſtoli filij

Iudæorum qui excuſsi ſunt a fide. Iſtæ ſagittæ miſſæ ſunt de manu potentis. Sagitta miſsa de manu potentis quando iacitur, iacitur longius, & ferit fortius, quam de manu debilis. Quin lõge miſsæ ſunt hæ ſagittæ. ſ. Apoſtoli, patet, quia in finem orbis terræ verba eorum. Sed heu vix hodie aliqua ſagitta poteſt Dominus cordis duritiã quorundam penetrare, cum tamen ſagittis diabolicæ tentationis ſubito vulnerentur. psal. Subito ſagittabunt eum &c. Et certe qui nunc ſagitta doctoris non vulneratur per conpunctionem, ſagitta ſententiæ extremæ ferietur ad dannationem. Deu. 32. Sagittas meas complebo in eis. Pluraliter enim dicit ſagittas: Septem videlicet, ſex increpationes pro ſex operibus miſericordiæ omiſsis, & ſententia damnationis.

De Eodem.

5 QVi conuertit petram in ſtagna aquarum. Hoc verbum conuenit conuerſioni S. Pauli. Petra dura & grauis eſt: ſic iſte Saluus dur⁹ & grauis eccleſiæ perſequutor fuit. Aqua mundat & reficit: ſic certe aqua ſapientiæ ſalutaris, mundat animas noſtras. Petram ergo Dominus in aquam conuertit, quando duritiam perſecutoris conuertit in gratiam doctoris, Petra quoque in aquam conuertitur, dum e duro corde peccatoris aqua compunctionis producitur. Sed attendite chariſsimi, quòd hominem in petrã, petrã in aquã, aquam in vinum, vinum in ſanguinem conuerſa eſſe legimus. Require in ſer. Vt autem guſtauit architriclinus.

DE PVRIFICATIONE B. MARIAE Virginis.

Sermo Primus.

Venite ambulemus in lumine Dei noſtri.Eſa.2. Chariſsimi,quia feſtum hodiernum dicitur feſtum luminum & quia hodie cum luminibus ad honorem æterni luminis proceſſio fit:ideo cum Propheta dicere poſſumus. Venite ambulemus in lumine Dei noſtri. Nè fruſtra lumen humanum in manibus portemus: ideo in lumine Dei eſt filiu Dei,qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mũdũ. Hoc eſt lumen ſpirituale,lumen angelorum.Hier.Hic chariſſimi ambulemus, dum in Chriſto fide,& virtutibus proficimus. Sicut ergo lumen corporale in manibus,ita lumẽ ſpirituale teneamus,in bonis operibus. Primo videamus, quare hodie portetur lumen corporale.Secundo quomodo per hoc repræſentetur ſpirituale. Primum attendite, quòd lumen corporale portamus hodie propter quinq; rationes.Primo propter repræſentationem ſancti Simeonis,Symeon enim hodie in manibus habuit,illumquẽ dicit,Lumen ad reuelationem gentium. Aug. Veritas quia lumen animarum non niſi Deus eſt. O quàm dulce fuit hoc lumen manibus tenere.O quàm delectabile oculis videre tale lumen.Eccle.11. Dulce lumen & delectabile eſt oculis,videre Solem. Propterea cum Symeon hodie dicit Chriſtum lumen ad illuminationem Gentium: merito Gentes illuminatæ,incedunt hodie candelatæ. Secundo propter abolitionem gentilis ſuperſtitionis, qua Romani illo tempore in principio Februi,luſtrari & ambire vrbem candelis,& proceſſionibus conſueuerunt:cuius ſu-

perſtitionis flamma Romana, in vrbe Romana, accenſa, extincta eſt, in hodiernorum luminum obſeruantia, Chriſtiana. Extincta eſt inquam per Chriſtum lumen 2. Mach. 1. Flamma accenſa eſt, ſed ex lumine, quod refulſit ab altari conſumpta eſt: lumen claritatis in Chriſto ab altari humanitatis. Tertio propter venerationem B. Virginis: quæ cum ſit regina omnium virginum, lampades ardẽtes habentium: eius certiſſime lampas lumen habuit, quę virginitatis gloria permanente, lumen æternum, mundo effudit. Quicũque cum B. Virgine hoc lumen vult habere, nõ debet oleo charitatis carere 1. Ioa. 2. Qui diligit fratrem ſuum, in lumine manet. Berna. Subſtrahe oleum & lampas non lucet: tolle charitatem, & caſtitas non placet. Quarto propter informationem & confortationem portantis, vt ſic portator luminis, ipſo facto ſuo informetur, qualiter ſancto Symeoni ſpiritualiter conformetur, qualiter vt lumen, quod ille portauit in manibus, nos portemus in luminoſis operibus, Mat. 5. Sic luceat lux veſtra. &c. Et Luc. 12. Sint lumbi veſtri præcincti, & lucer. ard. in ma. v. &c. Greg. Munditia caſtitatis ſit in corpore, & lumen veritatis in operatione. Quinto propter ſignificationem æternę illuminationis. Cum enim intrauerimus templum cœleſte ita erit plena illuminatio, lucidiſsima, ſcilicet, cognitio in lumine æterno. Pſalm. In lumine tuo videbimus lumen. Quicunque non in tenebris, ſed in lumine ambulauerit in mundo, requiem habebit, in lumine pleno in cælo. Eſa, 58. Requiem dabit tibi Dominus Deus tuus, & imple. ſplen. a. t. Circa ſecundum attende, quod lumen animarum eſt Chriſtus, Ioan, 8. Ego ſum lux mundi, qui ſequitur me, non ambulat in tenebris, ſed habebit lumen vitæ. Hoc lumen, vt dictum eſt, in manu boni operis tenendum eſt, in cuius rei ſignum hodie portas, in manu cæreũ accenſum, in quo bene lumen verum, quod eſt Chriſtus, repræſentatur: & ſignificatur per quinque ſimilitudines. Primo, quia in candela eſt lumen cum cęra: lumen accẽſum eſt. Accipe per cæram carnem de virgine veram. Per lumen numen maieſtatiſque cacumen. Lumen in cæra, eſt

C

divini-

diuinitas in humanitate. Item mel in cæra, eſt diuinitas in humana natura. Ecce in prima auctoritate habes de lumine diuinitatis in humanitate: In ſecunda de cæra humanitatis. Secundo, quia candela non per lumen, ſed per cæram tute portatur & tractatur: ſic & Chriſtus pet carnem. Patet hoc in Symeone, qui per carnem, eum tenuit, quem lumen cognouit. Sicut enim lux per ſe intractabilis eſt, ſic nuda diuinitas 1. Timo. 6. Lumen habitat inaceſsibile. Tertio, quia candela in candelabro ponitur ad lucendum: ſic Chriſtus in cruce. Lu. 8. Nemo accendens lucernam &c. vſque vt intrãtes videant lumen. Chriſtus ergo non ſub modio cupiditatis, nec ſub lecto voluptatis inuenitur, ſed ſuper candelabrum crucis. Et ſicut candela in ſuperiori parte curuatur, & quaſi in capite inclinatur vt melius luceat ſic & Chriſtus. Ioan. 19. Inclinato capite tradidit ſpiritum. Quarto, quia candela in ſe conſumitur, vt homines illuminentur: ſic & Chriſtus in paſſione. Hoc ſignificatum eſt, Luc. 18. vbi cum diſcipulis quanta paſſurus eſſet prædixiſſet, ſtatim cæcum illuminauit. Greg. Dum diuinitas defectum noſtræ carnis ſuſcepit, humanum geuus lumen quod amiſerat recepit. Quinto, quia à maiori lumine minus lumen obſcuratur. Conſidera ergo, quantum fuit hoc lumen quo poſito in cãdelabro crucis. Sol obſcuratus fuit. Amos 5. Occidet Sol in meridie, & tenebreſcere faciam terram in die luminis.

De Eadem. Sermo. II.

POſtquam completi ſunt dies purgationis, &c. Lu. 2. In hoc Euangelio tria circa præſentationem Chriſti in templum diligenter deſcribuntur videlicet, temporis determinatio: parentum oblatio: Symeonis conſolatio. Primum deſcribitur hic, Poſtquam conſum. ſ. d. p. &c. Dies iſti ſecundum legem Moyſi fuerunt. 40. Vnde notabile eſt, quod Chriſtus poſt. 40. dies venit in tẽplũ, poſt 40. dies vicit diabolũ, poſt, 40. dies aſcendit in cœlũ. Quadragintadies ſunt quater decẽ, Dies lucidi ſunt D

præcepta Dei. Pſ.Præceptũ Dñi lucidũ,illu ocu.&c.Dies decem ſunt decem pręcepta, quæ quaſi per quaternarium ducenrur,dum decem præcepta corde, decem pręcepta ore, decem præcepta opere, decem conſuetudine implentur. Poſtquam ſic implentur dies mandatorum, tria nobis notanda proueniunt.Primum eſt, quòd Chriſtum recipiemus in deuotione, dum nobis in templo ideſt; corde preſentatur, manifeſtatur oblatione & contemplatione.Vnde & nunc poſt.40.dies manifeſtatur in templo.Impleat ergo decem dies quater: impleat mandata corde,ore,opere,conſuetudine, quicunque in templo conſcientiæ ſuæ, voluerit manifeſtari ſibi Chriſtum. Io.14.Qui habet mandata mea & ſeruat ea, ille eſt qui diligit me:qui autem diligit me,diligetur a patre meo: & ego diligam eum, & manifeſtabo ei meipſum. Secun-
F dum eſt, quod & diabolum vincimus in tentatione.Vnde & Chriſtus poſt quadraginta dies ieiunij, vicit diabolum.Impleat ergo decem dies quater,impleat decem mãdata corde,ore,opere,conſuetudine, per carnis macerationem,quicunque vincere voluerit inimicum.Pſal Super inimicos m. prudentem &c. Vnde cum.10. mandata ſeruamus in operibus,q.10. digitos habemus in manibus quibus contra diabolum pugnamus.Pſal.Benedictus Dominus de.m.qui do.ma.m.ad pręlium.&c. Tertium eſt
G quòd cœlum aſcendimus in euolatione.Vnde poſt. 40. aſcendit Chriſtus in cœlũ.Impleat ergo. 10.dies quater. ideſt:10.mandata corde ore,opere,conſuetudine, quicunque poſt Chriſtum aſcendere voluerit in cœlum.Mat.19 Si vis ad vitam ingredi,ſerues mandata. Secundum de-
H ſcribitur ibi, Vt darent hoſtiam &c. Hoſtiæ iſtæ ſecundũ legem fuerunt agnus & pullus columbæ & turtur. Agnus ſignificat innocentiam, hęc etiam inter homines peruerſos ſeruanda eſt.Lucæ.10.Ego mitto vos ſicut agnos inter lupos.Sed heu,pauci ſunt ita diuites ĩ gratia, quòd agnũ innocentiæ offerre poſſint. Columba ſignificat pœnitentiam.pro cantu enim gemitum dat. ſic pœnitentes ſemper gemere debent.Pſal.Rugiebam a gemitu cordis mei.
Aug.

Aug. Geme vt columba & tun de pectus, & tundendo eſto correctus. Duæ autem columbæ, duplicem gemitum ſignificant. ſ. gemitum amoris, & gemitum timoris. Turtur ſignificat continentiam: amiſſo enim compare, non quærit alium. Cāt. 2. Vox turturis audita eſt in terra noſtra Vox turturis eſt profeſsio caſtitatis. Lucæ. 1. Quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco. Item vox turturis eſt prædicatio caſtitatis. Talis vox eſt illa Mat th. 19. Sunt eunuchi qui ſe caſtrauerunt propter regnum cęlorum. Talis enim fuit vox illa. 1 Corin 5. Fugite fornicationem. Et illa Ephe, 5. Omnis fornicator aut immundus, aut auarus (quòd eſt idolorum ſeruitus) non habet hæreditatem in regno Chriſti & dei. Duoque turtures continentiam mentis & carnis: vel continentiam timoris & amoris ſignificant Quidam, enim ſe caſtrant propter ſupplicium infernorum quod timent: quidam propter regnum quod amant. Tertium deſcribitur ibi. Et ecce homo erat in Iſrael. &c. Conſolatio Symeonis deſcribitur tripliciter Conſolatus eſt eum ſpiritus ſanctus per pium reſponſum. Reſponſum enim accepit a Spiritu ſancto, quòd viſurus eſſet Chriſtum ante mortem. Vnde Spiritus ſanctus det nobis videre ipſum, ſaltem poſt mortem, quod vtique illis dabit quorum corda nunc mundat. Mat. 5. Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt. &c Conſolatus eſt eum filius per dulcem amplexū. Dulciſsimum enim filium amplexatus eſt, quando ipſum accepit in vlnas ſuas. Sic nos accipere debemus in duobus brachijs animæ: videlicet timoris & amoris. Ber. Timor Domini ſanctus, quibus perfecte affecta anima, velut duobus quibuſdam brachijs ſuis, Deū amplectitur, ſtringit, & tenet. Magis autem ſtringendus eſt brachio amoris, quàm timoris. Can. 8. Pone me vt ſignaculum ſuper cor. t. vt ſig. ſuper bra. tu quia fortis eſt, vt mors dilectio. Conſolatus eſt eum pater, per finem pacificum. Vnde ad patrem ait. Nunc dimittis &c. Bene ait, In pace. In illa vtique pace, de qua Tob. 3. Præcipe in pace recipi ſpiritum meum. Non dimittitur certe in pace patris, quicunque

 fuerit

fuerit malę voluntatis, ſed qui bonæ. Vęh ei qui in pace patris non dimittitnr. Aug. Qui in pace non fuerit inuentus, abdicatur a filio, exhæreditatur a patre, nihilominus à ſpiritu ſancto efficitur alienus.

De Eadem. Ser. III.

k CVm inducerent puerum Ieſum parentes eius, vt facerent ſecundum conſuetudinem legis pro eo, ipſe ſcilicet Symeon accepit eum in vlnas ſuas, & benedixit Deum. Lu. 2. In verbis iſtis oſtẽditur qualiter corde, opere, ore, Deo ſeruire debemus. Inducere enim eum debemus in templum cordis, in vlnas operis, in laudem oris. Primo ergo inducẽdus eſt Ieſus in templum cordis. Hiere. Verum Chriſti templum, anima credentis eſt: illã
l exorna, illam veſti, in illa offerendo varia, in illa Chriſtũ ſuſcipe. Pſal Suſcepimus Deus mi.t. &c. Statim ſuſcipe, quia ſtatim venit. Mal. 3. Statim veniet ad templũ ſ. ſ. &c. Sed nota quòd Ieſus in templo infantulus, in templo iuuenculus, in templo adultus inuenitur. Infantulus inquã quadraginta dierum: iunenculus duodecim annorum: adultus triginta annorum & plus. In templo itaque animę incipientis, eſt Ieſus tanquàm infantulus. Ad modum enim infantis non terribilis, ſed tractabilis, & pro modico placabilis, vt incipienti, & veraciter pęnitenti pro paruo reconciliari poſſimus paruo illi ſi volumus. Vtique pro paruo. Paruum enim eſt reſpectu mercedis æternæ, quicquid continetur in mundo: 2. Corint. 4. Id quod in præſẽti eſt momentaneum & leue. &c. Item in templo animæ proficientis, eſt Dominus tanquam iuuenculus. Vnde cum eſſet annorum duodecim, inuentus eſt in templo. Lu. 2. Illa eſt ætas proficiendi in viribus & ſenſibus. Ieſus autem in anima tua creſcit, quando eius notitia, & gratia, in te proficit. Lucæ 2, Ieſus proficiebat ætate, & ſa. &c. Item in templo animæ perfectæ, eſt Ieſus tanquàm adultus. Luc. 19. Et erat docens quotidie in templo. Quando docuit, adultus

adultus fuit. In illa anima adultus eſt, in cuius intellectu & affectu, magnus eſt. Pſalm. Magnus Dominus, & laudab. ni. Et Lucæ 1. Magnificat anima mea Dominum. Secundo, Accipiendus eſt Ieſus in manus bonorum operum. Accipite Ieſum ad vos in mundo, vt ipſe accipiat vos ad ſe in cælo. Ioan. 14. Antequàm veniam, & accipiam vos ad meipſum. Nota quòd ad tria: acceptum Ieſum legimus: videlicet, ad ducendum, amplectendum, ſepeliendum. Sic myſticè accipitur Ieſus ad ducendum, in prædicatione: ad amplectendum in operatione: ad ſepeliendum in communione. De primo. Mat. 2. Surge & accipe puerum. &c. Hoc angelus, dicit, Ioſeph nutritio Domini, qui hic ſignificat doctorem, dum in membris ſuis nutrientem hic Ieſum in ſcriptura accipit, & de corde peccatoris, quaſi in Aegyptum reducit. Vnde bene doctor per virum fugientem ſignificatur, cui Dauid ait 1. Reg. 30. Potes me ducere ad cuneum iſtum? Igitur prædicatores dum Chriſtum peccatorum cordibus inferũt, quaſi ſuper hoſtes ducunt. Sed quia doctor, non ſolum malis, ſed etiam bonis Chriſtum prædicat, ideo Ioſeph hic videtur Chriſtũ accipere, primo ad ducendum in Aegyptum: ſecundo in terram Iſrael. L

De ſecundo dicitur hic. Et ipſe accepit eum in vlnas ſuas. Symeoneum quem in manibus accepit, lumen ad reuelationem gentium dicit. Hoc lumen cum Symeone in manibus tenet, in cuius operibus Chriſtus reſplendet. Gregor. Lucernas quippe ardentes in manibus tenemus, cum per bona opera, proximis noſtris lucem extra monſtramus. De tertio. Matt. 27. Accepto corpore Ioſeph inuoluit eũ in ſyndone munda. Chriſtum inuoluit, qui mente pura ſuſcipit. Corpus ergo Chriſti de alto, quaſi de cruce accipitur, & in nobis quaſi ſepelitur, dum ſumitur. Sed heu horreo dicere, quòd quidam Chriſtum non in horto, ſed in ſentina ſepeliunt. Heu miſer hunc ſepelis ignominioſe, quem ſepelire deberes multum glorioſè. Eſa. 11. Et erit ſepulchrum eius glorioſum. M

De tertio. Benedicendus eſt Deus laudibus oris. Benedicendus eſt, autem cum exultatione pectoris, cum exhibitione operis, cum expo- N

ſitione corporis. De primo nota, quòd Eliſabet, Ioanne in vtero eius exultante, ait, Lucæ 1. Benedictus fructus vẽtris t. Ioannes interpretatur, in quo eſt gratia. Ioannes ergo exultat in vtero, quando ſpiritus per gratiam iubilat in ſecreto. De ſecundo dicitur hic. Et Benedixit Deum. Greg. Qui cum Symeone Deum vult benedicere, debet cũ Symeone Ieſum in manibus bonorum operum tenere. De tertio nota, quòd pueri ramos & veſtimenta proſternentes, dicunt. Matt. 21. Benedictus qui venit in no. &c. Per ramos opera, per veſtimenta ſignificantur corpora.

IN CATHEDRA S. PETRI APOST. Sermo Primus.

A IN Cathedra ſeniorum laudent eũ. Pſ. 6. Si laudandus eſt Deus in qualibet cathedra ſacerdotali, quanto magis in cathedra S. Petri: quę eſt cathedra omnium cathedrarum? Conſiderandũ autem eſt, quòd eſt cathedra ſeniorum: cathedra peritorum: cathedra iuſtorum. cathedra uocatorum. Dico quòd cathedra non eſt puerorum, non eſt imperitorum, ſed inſtructorum: non eſt iniquorum, ſed iuſtorum: nõ eſt intruſorum, ſed vocatorum. Quæ omnia non ſolum de cathedra ſacerdotali, ſed etiam de magiſtrali, & iudiciali, & de conſulari, & de ciuibus cuiuslibet auctoritatis cãthedralis, largè intelligenda ſunt. De primo dicitur hic. In cath. ſe. lau. Et ſeniorum ait, non puerorum. Pſal. Nemo iuuenes eligit eſſe duces, eo quòd non conſtet eos eſſe prudentes. Per hoc bene dicitur Eccl. 10. Væ tibi terra cuius rex puer eſt &c. Et heu quidam ſeniores in annis, ſunt pueri, Imo inſenſati in factis. Ecc. 25 Tres ſpecies odiuit anima mea, & aggrauor valde anima illorum. Pauperem ſuperbum, & diuitem mẽdacem, & ſenem fatuum & inſenſatum. Et heu tales ſeniores, atrociores quã Chri

ſti perſecutores ſunt. Matt. 26. Conſilium inierunt prin. cum ſacerd. & ſenio. populi, aduerſus Ieſum. Seniores ergo debent eſſe plus maturitate morum, quàm numeroſitate annorum, quicunque tenent cathedram ſeniorum: De talibus dicitur Apo. 4. Supe, thronos vigintiquatuor ſeniores, circumamicti ſtolis albis, etiã in capitibus eorũ coronas habebãt aureas. Ecce cathedrati dẽnt ſeniores. i. moribus maturi, & veſtimẽtis iuſtitiæ candidi, & auro ſapientiæ coronati. Eccle. 25. Corona ſenum multa peritia. De ſecundo. 2 Reg 23. Dauid ſedens in cathedra, ſapientiſsimus princeps inter tres. Qui ſunt iſti tres, inter quos Dauid id eſt quilibet rector ſapientiſsimus eſſe debet: De hoc nota. Ecce quis. ſapiens eſt in temporalibus, aliquis in ſpiritualibus, aliquis in vtriſque. Primus ſapiens: ſecũdus ſapientior: tertius ſapientiſsimus. His competit cathedra. Item alius ſapiens eſt in actione, alius in contẽplatione, alius in prælatione. Primus ſapiens: ſecundus ſapientior: tertius ſapientiſsimus. Gre. Ars artium, eſt regimen animarum. Item alius eſt ſapiens in verbis, alius in factis, alius in agendis. Idea bene dicitur, Mat. 23. Super cathedram Moyſi &c. Item alius eſt ſapiens alijs, & non ſibi. Item alius ſibi, & non alijs. Alius ſibi & alijs: & ſic ſapientiſsimus de cathedra qui & animæ ſuæ, & animabus aliorum ſapiens nouit eſſe. De vtroque dicitur Eccl. 37. Eſt ſapiens animæ ſuæ, & fructus ſenſus illius laudabiles ſunt. Vir ſapiens, plebem ſuam erudit. &c. Quid prodeſt eis qui alijs ſapientes ſunt, ſibi autem ſtulti: Ber. Quid prodeſt vniuerſum lucreris, teipſum perdens, ſi ſapiens alijs, & non tibi fueris: De 3. Pſal. Beatus vir qui non abijt in conſi. &c. Cathedra peſtilentiæ dicitur, propter peſtilentem cathedratum. In cathedra ergo peſtilentiæ non ſedit, qui in cathedra peſtilenter non egit. Sicut multi in cathedris peſtilentes ſunt nimis. Greg. Minorem maior præcedit, ſicut honore ſic & crimine. Cathedræ peſtilentiam, dico cathedrati ſuperbiam. Quandoque enim in honoribus ita extollitur ac ſi nullus ſit Deus immo ac ſi ipſe Deus ſit, Ezech. 28. Dixiſti, Deus ego ſum, & B G

& in cathedra dei ſedi. Item cathedræ peſtilentia, eſt cathedrarum auaritia & ſimonia. De talibus Matthei. 22. Cathedras vendentium columbas euertit. Fuge Chariſſime, has & alias cathedræ peſtilentias, & ne damnabilem cathedræ iniuriam facias. Ambro Ne habeatur in eccleſia cathedra ſublimior, & conſcientia humilior: ne ſimulemus locutionem columbinam, & mẽtem habeamus caninam: ne profeſsionem monſtremus ouinam, & ferocitatem habeamus lupinam. De 4. Eccl. 7. Noli quęre re ab homine ducatum neque a rege cathedram honoris.

D

Prohibetur hic propria ambitio, cum dicitur, Noli quærere ideſt noli ambire. Bene addit ab homine: non enim machinatione humana, vel carnali promotione, ſed diuina vocatione, eſt ad cathedram accedendum. Hebræ. 5. Nec quiſquam ſibi ſumat honore, ſed qui vocatur a Deo tanquam Aaron. Ideo dicit, non ab homine. Sed heu multi multum ambiunt cathedras, & prioratus. Matt. 23. Amant primos recubitus, in cœnis, & primas cathedras in ſynagogis, & ſalutationes in foro, & ab hominibus vocari rabbi. Prohibetur etiam in verbis prædictis, violenta

E

intruſio, cum dicitur, Neque a rege cathedram honoris. Sed heu ambitioſi non ſolum per regem terreſtrem, ſed etiam per diabolum, ad honores perueniunt. Nam ad cathedras videmus currentes, curam cathedrę non curantes. Bernar O vtinam nunc prælati, tam vigiles inuenirentur ad curam, quam alacres currunt ad cathedram:

De eadem Cathedra S. Petri. Ser. II.

F

DEdit illi poteſtatem Deus, eorum quæ ſunt ſuper terram. Eccle. 27. Verba iſta de B. Petro Apoſtolo, Apoſtolorum principe, conuenientiſsime accipi poſſunt, propter collatam ipſi a Deo cathedralem poteſtatem. Dedit enim Dominus B. Petro maximam poteſtatem eorum quæ ſunt ſuper terram, quando vniuerſalem dedit ei poteſtatem ligandi & ſoluẽdi eos qui ſunt

ſuper terram. Iuxta illud Matthæi. 16. Quodcunque liga ueris ſuper terram. &c. Sed attendite Chariſsimi, triplicem poteſtatem: videlicet, humanam, diuinam, diabolicam. De prima. Matth. vlt. Data mihi omnis poteſtas in cęlo & in terra. Et non ſolum in cœlo, & in terra, immo etiam in iudicio, & in inferno. Habet enim Chriſtus poteſtatem in mundo iuſtificandi: in cœlo regnandi: in inferno cruciandi: in iudicio iudicandi. De his omnibus require in Dominica qua legitur Euang. de paralytico, in ſer. Vt ſciatis quia filius hominis habet poteſtatem. In uenitur etiam poteſtas humana, de qua Roma. 13. Omnis anima poteſtatibus ſubli. ſubdita ſit &c. Conſiderate Chariſsimi quadruplicem humanam poteſtatem: videlicet, poteſtatem morum: Sacramentorum: Iudiciorum: & poteſtatem miraculorum. De prima poteſtate dicitur Ioan. 1. Quotquod autem receperunt eum dedit eis, poteſtatē filios Dei fieri. Magna poteſtas eſt, quod per correctionem morum, filius diaboli, fit filius Dei. Magna procul dubio poteſtas eſt, qua nox in diem, lupus in ouem, lapis in hominem vertitur. Hoc autem totum ſpiritualiter fit, in iuſtificatione impij, recipientis filiū Dei. Quid enim eſt impius niſi nox, vel tenebræ; Ephe. 5. Eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino. Grego. Dies vita iuſti, nox vero accipitur vita peccatoris. Item quid eſt impius, niſi lupus, vel beſtia diaboli. Matth 7. Intrinſecus autem ſunt lupi rapaces. Agu. Occiſus eſt agnus a lupis, faciens agnum de lupo. Item quid eſt impius obſtinatus, niſi lapis: Matthęi. 3. & Lu. 3. Potens eſt autem de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ. De poteſtate iudiciorum dicitur Ro. 13. Qui poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit. Qui autem reſiſtunt, ipſi, ſibi damnationem acquirunt. Audiant hæc inobedientes & cōtumaces, & paueāt. Et certe non ſolum eſt periculoſum, poteſtati iniquę reſiſtere: ſed etiam in poteſtate male & inique agere. Sapiē. 6. Data eſt a Deo poteſtas vobis, & virtus ab altiſsimo, qui īterrogabit opera veſtra, & cogitationes ſcrutabitur: quoniam cum eſſetis miniſtri regni illius, non rectè iudicaſtis

castis

caſtis,nec cuſtodiuiſtis legem iuſtitiæ, neque ſecundum voluntatem Dei ambulaſtis. Horrende & cito apparebit vobis, quia iudicium duriſsimum in ijs qui præſunt fiet. Exiguo enim conceditur miſericordia: pòtentes autem potenter tormenta patientur. Væh ergo talibus iudicibus,væh talibus rectoribus. Sed certe quod tales in poteſtate eſſe permittũtur a ſuis ſuperioribus, auaritiæ aſcribitur.2. Macha.4. Menelaus autem propter eorum qui in po.erant auaritiam, permanebat in poteſtate, creſcẽs
K in malitiam,& ad inſidias ciuium. De poteſtate ſacerdotali attende,quam magna poteſtas ſit conficere, & miniſtrare Dominicum corpus, & quam magna poteſtas, quod per impoſitionem manus pontificalis, datur ſpiritus ſanctus.Pro hac poteſtate, Simon Magus, Apoſtolo pecuniam obtulit.Actuum.8.Date mihi hanc poteſtatem vt cuicunque impoſuero manus, accipiat ſpiritum ſanctum. O Simon peſsime, o Simon tace maledicte, audi quid tibi Simon Petrus reſpondit dicens: Pecunia tua
L ſit tecum in perditionem. &c. De poteſtate miraculorum dicitur Matthęi.10.Conuocatis duodecim diſcipulis ſuis,dedit eis poteſtatem ſpirituum immundorum,vt eiicererent eos,& curarent omnem languorem. O quanta fuit illa poteſtas in Petro, cuius etiam vmbra, ſanare potuit infirmos,ſicut legitur Actu.5.Sed ecce B. Auguſtinus]dicit.Virtutes,& mirabilia facere non omnibus datum eſt:Iuſte & caſte viuere, & charitatem cum omnibus cuſtodire cum Dei adiutorio, omnibus præceptum (ſeu promptum)eſt.Iſta ergo,& nõ mirabilia, ſaluandis
M ſunt neceſsaria. Tertio videamus de poteſtate diabolica,de qua Dominus ad Paulum dicit, Actu.26. Ego mitto te aperire oculos eorum,vt conuertantur a tenebris, ad lucem,& de ptãte ſathanę, ad Deum Poteſtatem habet diabolus,ſuper quatuor genera hominum peccatorũ, & hoc per quatuor vitia eorum ſ per apoſtaſiam, per ſuperbiam,per auaritiam,luxuriam. De primo Eccle.10.Si ſpiritus poteſtatem habentis, aſcenderit ſuper te.

locum tuum ne dimiſeris. Spiritus poteſtatem habentis ſuper te aſcendit, quando diabolus tibi malum ſuggerit. Locum tuum dimittis, quando a pænitentia, vel à ſtatu bono recedis. hic eſt locus de quo dicitur Iob. 24. Dedit Deus ei locum pænitentiæ, & ipſe abutitur eo In ſuperbiam. De 2. Iob 41. Non eſt poteſtas ſuper terram, quæ comparetur ei &c. vſque ipſe eſt rex ſuper omnes filios ſuperbiæ. Væ ergo vobis ſuperbis & elatis. Ecce qualē regem habetis. Diabolus enim eſt rex ueſter. & ideo in regno eius, videlicet in inferno, cum eo eritis, vbi huius regni horrendi, iugum ſuper vos ſentietis. Apo. 9. Habebant ſuper ſe regem angelum abyſsi. Iſte rex, habet multos nobiles, & potentes, ſub poteſtate ſua. Aug. Plures diabolus tenet ſuperbos nobilitatis, & de his plures nomine auctoritatis. N

De 3. Nota quòd diabolus oſtendens Domino regna mundi, dicit. Luc. 4. Tibi dabo poteſtatē hāc vniuerſam, & gloriam eorum, quæ mihi tradita ſunt, & cui volo do illa. Tu ergo ſi adoraueris me, erunt tua omnia. Tentatus hic fuit de auaritia, ſicut dicit Gloſſa. Audi raptor, audi ſimoniace, & audi vſurarie, vel quicunque iniuſtè poſsidēs res. Tu inquit diabolus, ſi adoraueris me &c. Si ergo res per diabolum congregaſti, iam ipſum diabolum adoraſti. Et ideo bene dicit Apoſtolus, quòd auaritia eſt idolorum ſeruitus. Ad Epheſios quinto. Hoc autē ſcitote intelligentes, quod omnis fornicator, aut immundus, aut auarus, quod eſt idolorum ſeruitus, non habet hęreditatem &c. O

De tertio Tobiæ ſexto. Qui coniugia ita ſuſcipiunt, vt Deum a ſe & a ſua mente excludant, & ſuæ libidini ita vacent ſicut equus & mulus, quibus non eſt intellectus, habet ſuper eos poteſtatem dæmō. Notate Chariſsimi hiſtoriam. Si diabolus habuit poteſtatem ſuffocādi ſeptem legiones, viros Saræ virginis propter ſolam libidinis voluntatem, quanto magis poteſtatem habet in illegitimos ſcilicet ſornicatores, & adulteros, qui non ſolū voluntate, ſed etiam opere libidinem exercent. Iſti enim ſunt porci diabolorum: de quibus Matt. 8. At illi exeuntes, abierunt in porcos. Et ecce magno impetu abijt totus P

grex

grex pro præceps in mare &c Io.Chryſoſt.Porci ſunt qui vitam ſuam cænoſæ libidini,& voluptatibus ſeculi mancipauerunt.

De Eadem Cathedra S.Petri. Ser. III.

SVper hanc petram,ædificabo eccleſiam meam. Matt. 17.Hunc ſermonem totum, Require in feſto S. Petri ad vincula,vbi omnia ad præſentem ſermonem facientia, abundè reperias.

DE B. MATTHIA APOSTOLO. Sermo Primus.

EPiſcopatum eius accipiat alter. Pſal, 108,Iſta prophetia completa eſt in. B.Matthia, qui Iuda traditore abiecto,Epiſcopatum eius & Apoſtolatū accepit. Conſiderandum eſt autem, quod homo accipit animam,ſubſtantiam,gratiam,curam,coronam.Accipit homo animam,ad reddendum finaliter:ſubſtantiam ad expendendum naturaliter: gratiam ad viuendum ſalubriter: curam ad regendum fideli
B ter:coronā;ad regnandum perenniter. De.1.Pſ.Qui/nō accepit in va.a.ſ.nec iurauit &cæ. Ad hoc homo accipit animam ſuam,vt Deo reddat eam.Vnde Aug. Bene imago Dei Deo reddenda eſt. Matth.xi.22.Reddite ergo quæ ſunt cęſaris cæſari:& quæ Dei Deo,&c.In vano animam. ideſt pro nihilo accipit homo,quicunque mutuo accipit & non ſoluit. Ille ergo qui animam ſuam,creditori Deo reddit,ipſe pro nihilo eam non accipit. Homo enim accipit ſpiritum Deo inſpirante, vt Deus eum accipiat ab homine expirante. Accipit homo ad vitam tranſitoriā: Deus autem ad vitam æternam. Io.14.Iterum veniam & accipiam

accipiam vos ad meipſum. Accipit vtique Deus animam, ſi pœnitens, ſi humilis, ſi caſta, ſi charitatiua fuerit, & patiens in aduerſis, ſicut beatus Stephanus, qui ait Actuum ſeptimo, Domine Ieſu, ſuſcipe ſpiritum meum. Tunc certe Deus, vel diabolus animam accipit. Pſalmiſta. Dum conuenirent ſimul aduerſum me, acci.a.m. con. ſ. De. 2. Nota quod cum Dauid & principes multa millia auri, & argenti, & alia ad ædificationem templi neceſſaria obtuliſſent: tunc Dauid Domino dicit. 1. Parali. 29. Tua ſunt omnia, quæ de manu tua accepimus, dedimus tibi. O Chriſtiane, da & tu Deo, quę accepiſti a Deo Gre. Ad retribuendum pigri cur eſtis: quoniam hæc, quæ iacenti in terra porrigitis, ſedenti in cœlo datis. Accipiant pauperes de manu tua, quoniã tu accepiſti de manu Dei. Si manus tua libenter accipit à Deo libẽter da pro Deo. Eccl. 4. Non ſit porrecta manus tua ad accipiendum, & ad dandum collecta. Si iuſtè habes bona tua, de manu Dei accepiſti. ſi per rapinam, per vſuras, per fraudes, & alios iniuſtos modos, tunc a diabolo accepiſti quia eum pro Deo adoraſti, Mat. 4. Hæc omnia tibi dabo, ſi ca. ado. me. Væh eis qui iniuſtè accipiunt temporalia. Iob. 15. Ignis deuorabit tabernacula eorum, qui munera libenter accipiunt ſcilicet iniuſtè. Talium certe tabernacula ideſt corpora deuorabuntur igne gehennali in inferno. Tales etiã quandoque flagellantur igne temporali in hoc mundo. De 3. Actu. 1. Accipietis virtutem ſuperuenientis ſ. in vos Nota quod vnctio ſpiritus, non à fatuis, Accipitur ſed a prudentibus, & oleum accipientibus. Matt. 25. Prudentes vero acceperunt oleum &c. Fatuus autem eſt, qui libentius accipit pomum, quàm regnum, Pomum Euæ de manu diaboli, quàm regnum Dei, quod accipiunt iuſti, de manu Dei. Sap. 6. Accipient regnum decoris &c. Item nota, quod gratia ſ. non accipitur ad abſcondendum, ſed ad multiplicandum, lucra meritorum. Vnde Matt. 25. Abijt autem qui quinque talenta acce. &c. Ploremus Chariſsimi hanc parabolam, & timeamus quod timebimus. Et certe (quod Greg. ait.) Ne nos, qui plus cæteris in hoc mun

do

C

D

verba dicunt. Noſti, eligeres, oſtende. Sic Dominus Matthiam nouit, eligit, oſtendit. Noſcere dei, magni timoris. Eligere, magni amoris. Oſtendere, magni eſt & honoris. Propter hoc merito noſcens formidatus eſt. Eligens amandus. Oſtendens honorandus. Circa primũ, nota quod nouit Dominus omnium, cordiũ omnium cogitationũ, oĩm operum retributionẽ, oĩm mẽbrorũ rõnem. De. 1. dicitur hic, Dñe qui corda noſti &c. Et Dominus ait, Eze. 2. Cogitationes cordis vři ego nou. Et certe non ſolum bonas, ſed etiam malas. Pſ. Dñs ſcit cogi. hoĩm. q. va. ſunt. Augu. Noli falli, nouit te Dominus tuus: & ſic te nouit, vt capillos tuos habeat numeratos. De. 2. Apoca. 2. Noui opera tua, & fidem & charitatem, & miniſterium, patientiam &c. Sequitur, & hæc ſcient omnes eccleſiæ, quia ego ſum ſcrutãs renes & corda: & dabo vnicuique ſecundũ opera ſua. Nouit ergo Dominus oĩa quæ pro bonis, oĩa quæ pro malis opibus dabit: nouit mercedes opm: nouit opera: nouit operarios. Au. Nouit Dominus qui permanent ad flammam, nouit in area ſua triticum, nouit in paleis, nouit ſegetem, nouit & zizaniam. De tertio. Eze. 37. Fili hominis putaſne viuent oſſa iſta: Et dixi Domine Deus tu noſti quomodo oſſa arida, quomodo cineres humani viuificabuntur: Domine Deus tu noſti quomodo membra quæ beſtiæ vel aues vel vermes comederunt, colligentur, Domine Deus tu noſti. Auguſtinus. Omnia reintegrabit, qui omnia creauit. Circa ſecundum conſidera quod triplex eſt electio. Eſt enim electio prædeſtinationis ad gloriam æternalem: vocationis ad iuſtitiam temporalem: aſſumptionis, ad curam paſtoralem. De primo. Ephe. primo. Elegit nos in ipſo ante mundi conſtitutionem, vt eſſemus ſancti & immaculati, in conſpectu eius in charitate &c. Bene inquit in charitate. Immaculati enim debemus eſſe plus amore, quàm timore. Auguſtinus. Qui gehennam metuit, nec peccare metuit, fruſtra ſe electum dixerit: qui peccatum ſicut

H

I

K

gehennam metuit,talis vtique electum ſe ſperare poteſt.
L Sed heu multi ſunt vocati,pauci vero electi. De ſecun
do.Pſal.Cum electo.elec.e. Multi ſic ad præſentem iuſti-
tiam eliguntur,qui tamen reprobantur.Ioan.6.Nonne e-
go vos duodecim elegi,& vnus ex vobis diabolus eſt?Ter
ribile verbum: ſed certè terribilius eſt quod hodie inter
duodecim ad fidem electos , quandoque vndecim diaboli
ſunt.Greg. Ad fidem multi perueniunt, ad cæleſte regnũ
pauci perducuntur.De tertio dicitur hic.Oſtende quem
elegeris.Et Numeri decimoſexto. Quem ex his elegero,
germinabit virga eius . Virga iſta, flores & fructus ſimul
habuit.Virga eſt auctoritas paſtoralis, quæ flores doctri-
næ,& fructus bonę vitæ:vel flores virtutum,& fructus bo
norum operum , in ſe & in ſuis ſubditis p oducere debet,
& hoc eſſet ſignum dilectionis diuinæ,Ioannis 15.Nõ vos
me elegiſtis,ſed ego elegi vos ,& poſui vos,vt eatis & fru
ctum afferatis.&c.Benedicit,afferatis.Bern. Præſit & pro
ſit.Sed heu quorundam virgæ non prælatorum,ſed male
ficorum ſunt:quæ non flores ſed dracones producunt , ſi-
M cut patet Exod 7. Circa tertium , conſidera quod Do-
minus dignis dignum rectorem oſtendit, rectoris magnũ
laborẽ oſtenditur,laboris perpetuum honorem De pri-
mo dicitur hic.Oſtende quem elegeris &c.Dominus per
flores,per fructum,per ſortes,per columbam quandoque
oſtendit ſuum rectorem. Diabolus autem per ſimoniam,
per conſpirationem,& per alia vitia oſtendit ſuum recto
rem.Talia ehim à Deo eſſe non poſſunt. Gregorius dicit
ſic.A Deo eſt poteſtatis ordinatio, poteſtatis autem am-
N bitio a malo. De ſecundo nota, quòd Dominus de illo
magno eccleſiæ rectore Paulo ait.Actu.9. Ego oſtendam
illi , quanta oporteat eum pro nomine meo pati , & non
pro nomine ſuo,aut pro nomine mundi.Au. Qui paſſione
rectè vtuntur,ſi paſſione non virtute laudantur, ij paſsio
ne minime coronantur. Oſtendit Dominus mala tempo-
ralia perferenda. Oſtendit diabolus tota temporalia con
cupiſcenda.Lu.4. Oſtendit ei omnia regna mundi . De
3. Nota, quòd cum magnus ille rector Moyſes ait Domi-
no.

no.Exod.33. Oſtende mihi gloriam tuam,reſpondit.Ego oſtendam omne bonum tibi o quàm beata oſtenſio. Sapi. 10.Iuſtum deduxit Dominus, & oſtendit illi regnum Dei &c. Oſtendit autem Dominus non ſolum appetenda, ſed etiam timenda.Luc.12.Oſtendam vobis quem timeatis.

De Eodem B. Matthia. Ser. III.

OStende quem elegeris.Act.1. Heu quàm multi in P
electionibus faciendis,magis ſequuntur electionem diaboli quàm Dei? Qui vtique ſic eligunt ac ſi diabolo dicant. Diabole oſtende quem elegeris.Cõſiderandum ergo Chariſsimi,quòd eſt electio diuina, humana, angelica, diabolica. Require in ſermone,Multi ſunt vocati.

IN ANNVNCIATIONE B. MARIÆ Virginis.

Sermo Primus.

AVdi filia, & vide, & inclina aurem A
tuam.Pſal.44. Beata virgo Maria, filia eſt Domini, ſecundum ſpiritũ: filia vero Dauid ſecundum carnẽ. Vnde verba iſta poſſunt eſſe vtriuſque, Beatam virginem in eius annunciatione ad conſenſum ammonẽtis, ac ſi diceret ei Dominus vel Dauid. O filia, mirabilia fiẽt in te, Redemptor mundi naſcetur ex te, gabriel de hoc expediet te. Audi ergo filia Gabrielem nuncium,vide conceptionis modum, inclina aurem tuam ad conſenſum. Audi nuncium exterius. Vide modum ſuperius. Inclina aurẽ

tuam interius. Audi ergo filia. Vere filia nobiliſsima, filia ſpecioſiſsima, filia prudentiſsima, filia puriſsima, filia ditiſsima, filia famoſiſsima, filia gratioſiſsima. Nobiliſſima ſanctificatione: ſpecioſiſſima, conuerſatione; prudentiſsima, diſcretione: pijſsima, miſeratione: ditiſſima glorificatione; famoſiſſima, opinione: gratioſiſſima, veneratione. De primo. Cantic. ſeptimo. O quam pulchri ſunt greſſus tui in calciamentis, filia principis: Filia principis terreni tu es Maria, per propagationem in mundo: filia vero principis cæleſtis, per conuerſationem, aut ſanctificationem in vtero. Ber. fuit procul dubio mater Domini, ante ſancta quam nata, & quia ſanctiſsime ſanctificata, ideo nobiliſſime nata fuit. Magna nobilitas, & quod & filia principis, & mater principis fuit, & eſt Maria, non cuiuslibet principis, ſed principis principum. Apo. 1. Princeps regum terræ. Hiero Quid nobilius matre Domini: quod ſplendius ea, quam ſplendor elegit paternæ glorię: Nobiliſsimi principis nobiliſſima filia. Maria, quam pulchri ſunt greſſus virtutum tuarun in calceamentis tuis. Non vtique in calceamentis bouinis, vel hircinis, ſed aureis. Aurea enim charitas. Nam aureus amor ad Deum, & ad proximum ideſt duo
C aurei calcei fuerunt, quibus pedes affectuum eius muniti & ornati erant. De 2. dicitur hic. Audi filia &c. vſque & concupiſ. rex deco. t. O quam decora filia in moribus, & in vita fuit Maria; Ipſa enim ſicut per figuram dicitur Gen. 24. puella decora nimis, virgoque pulcherrima, & incognita viro. Vere pulcherrima in virtutibus. Pulchra apud homines, pulchrior apud angelos, pulcherrima apud Deum. Hanc decoram pater eius Dauid alloquitur. ex Pſ, dicens. Audi filia &c. miſerere mei filia, & aliorum parentum tuorum, & omnium iuſtorum in inferno cõcluſorum: ſolo verbo nos libèrare potes: Audi ergo angelũ, inclina aurem tuam ad conſenſum, reſponde ſalutis ver-
D bum. Ber. O Domina ex ore tuo pendet conſolatio miſerorum: redẽptio captiuorum, ſalus vniuerſorum. De tertio. Eccle. 22. Filia fatua in deminoratione fiet, filia

prudens,

prudens,hæreditas viro ſuo Filia fatua fuit Eua,per quā deminorata fuit dignitas humana. Filia vero prudens eſt Maria, per quam ad magnā hæreditatē venit vir eius. Quis eſt iſte vir: Ille vtique de quo Hiere. 31. Creauit Deus nouū ſuper terrā,fæmina circundabit virū.Hic vir eſt Ieſus,huius viri mater,huius viri filia,huius viri ſpōſa,eſt virgo Maria. Et quæ eſt huius viri hæreditas: Illa de qua.Pſ Poſtula a me,& da.tibi gen.hęre. t. Hæreditas ergo quæ per filiam fatuā deminoratur,per filiā prudentem Mariam eſt recuperata: deminorata quidē per fructum mortis, recuperata eſt per fructum vitæ.Ber. Redditur nempe fæmina prudens pro fatua, humilis pro ſuperba,quæ pro ligno mortis,guſtum tibi porrigat vitæ. De quarto.Ruth tertio. Benedicta es a Deo filia,quæ priorē miſericordiam,poſteriore ſuperaſti.Duplex eſt miſericordia,vna corporalis, alia ſpiritualis.vna qua corporibus,alia qua animabus miſeretur, ſecunda autem primā ſuperat.quia ſicut miſeria animarum maior eſt quā corporū: ſic mīa quā Maria exhibet,ſpiritualiter maior eſt, quā illa quā exhibet corporaliter. Ad vtramque tñ miſeriā,eius miſericordia in omnibus eſt aperta.Ber.Maria oībus ſinū mīę aperit,vt de plenitudine eius oēs accipiāt, captiuus redemptionē,æger curationē,triſtis conſolationē,veniā peccator,iuſtus grām,angelus lætitiā,deniq;tota trinitas gloriam, perſona filij,carnis humanæ ſubſtantiam. De. 5. Prou 31.Multæ filiæ congregauerunt ſibi diuitias,ſed tu &c.vſque vniuerſas,ſupergreſſa eſt vtique ſicut in diuitijs meritorum,ita & præmiorum. Certe Agnes, Catarina,Cecilia,Lucia,& aliæ multæ filiæ congregauerunt multas gratiæ & gloriæ diuitias: tu aūt ſuper greſſa es vniuerſas.Tu ergo es illa diues regina,cæleſtem Hieruſalem ingreſſa, de qua tertij Regum 10. Ingreſſa eſt Hieruſalem cum multo comitatu & diuitijs &c.Quid mirū ſi ſup oēs diues fuit in mundo, q̄ ſup oēs diues in cęlo eſt:Et qd mirū ſi ſup oēs diues eſt in aīa,q̄ ſup oēs diues fuit i corpe:Ber.O diues ī oēs Maria & ſup oēs:de cuius ſubſtātia modica pars aſſūpta,totius ſeculi ſufficit ſol-

G uere delicta. De ſexto figuratum eſt Iudith octauo, vbi de Iudith filia Merari dicitur. Hæc erat in omnibus famoſiſsima, quoniam timebat Deum valde, nec erat qui loqueretur de ea verbum malum Merari interpretatur illuminans ſuſcitationem & ſignificat Deum, qui & animas ſuſcitat, & illuminat ſuſcitatas. Ephe. quinto Surge qui dormis, & exurge a morte & illu.te. Chriſtus. Iudith interpretatur glorificans, & ſignificat Mariam, quæ Deum glorificat, quando canit Magnificat &c. Illuminatoris ergo animarum noſtrarum, non ſolum mater, ſed etiam filia eſt Maria, quæ vere in omnibus eſt famoſiſſima apud omnes generationes. Vnde ipſa ait. Beatam me dicēt omnes generationes. Famoſa eſt apud generationē peccatorum, famoſior apud generationem iuſtorum, famoſiſsima apud generationem. B. Ber. Merito Domina beatam te dicent omnes generationes, quæ omnibus veram & æternam beatitudinem genuiſti. De. 7. dicitur

H Heſter. 2. quod Heſter, quam ſibi Mardocheus adoptauerat in filiam, omnium oculis gratioſa & amabilis videbatur. Expone de Maria quo ad venerationem. Vere gratioſa eſt omnium oculis. Ber. Merito in te reſpiciunt oculi totius creaturæ, quia in te, & de te, & per te benigna manus omnipotentis, quicquid creauerat recreauit.

De eadem Annunciatione Dominica. Ser. II.

I DAbit Dominus ipſe vobis ſignum &c. Eſa. 7. Signū nouū atque mirabile, magnum & dignum. Vere magnum, vere dignum ſignum, quod virgo concepit filium & Dei filium. Dabit inquit propheta, Dominus vobis ſignum. Signum vtique reconciliationis Deo, ſignum liberationis a diabolo, ſignū ſanationis a peccato, ſignum reuocationis ab exilio. De. 1. Numeri. 17. Refer virgam Aaron in tabernaculum teſtimonij, vt ſeruetur ibi ſignum &c. Quia virga Aaron ſimul cum fructu floruit, hoc fuit ſignum ſacerdotij eius, quo populus Dei reconciliandus

conciliandus fuit. Aaron Chriſtum ſignificat primum & ſummum ſacerdotem eccleſiæ, qui ſemetipſum pro nobis obtulit in cruce. Tunc certe pro nobis interpellauit in patibulo, nunc autem in cœlo. Heb 7. ſemper viuens ad interpellandum pro nobis. ſ. reconciliandis filijs Aaron. ideſt ſacerdotibus Chriſti commiſſum eſt in mundo. 2. Corin. 5. Omnia ex Deo, qui reconciliauit nos ſibi per Chriſtum, & dedit nobis myſterium reconciliationis &c. Huius igitur ſacerdotalis gratiæ ſignum fuit quod virga arida, flores & fructum ſimul habuit cum fructu prolis. Lu. 1. Benedictus fructus v. t. Sicut ergo virga florida & fructifera, ſignum fuit ſacerdotij reconciliationis regaliter; ſic fœcunditas virginis, ſignum fuit & eſt noſtræ reconciliationis æternaliter. Veneremur ergo charisſimi fructiferam virginem, per quam noſtrum recepimus reconciliatorem. De quo Anſel. Tu Domina viſibilem exhibuiſti mundo creatorem ſuum, quem prius non videbat. Tu genuiſti mundo reſtauratorem, quo perditus indigebat. Tu peperiſti reconciliatorem, quem reus non habebat. De. 2. Iudicum. 6. Ne iraſcatur furor tuus contra me, ſi adhuc tentauero ſignum quærens in vellere. Nota hiſtoriam quomodo filij Iſrael, valde oppreſsi erant ab inimicis, & ſignum liberationis eis datum eſt in rore implente vellus, ſic genus humanum oppreſſum erat ab inimicis infernalibus, ſed per partum virginis liberatū eſt. Vnde in rore filius Dei ſignificatur. Oſeæ 14. Ero. q. ros &c. Ad modum enim roris ſuauiter, ſubtiliter, vtiliter deſcendit in vterum virginis, qui per vellus ſignificatur. Pſ. Deſcendet ſicut pluuia in vellus. De hoc vellere vteri virginalis, facta eſt tunica precioſa, quæ pro debitis totius mundi fuit impignorata, videlicet caro Chriſti. Ber. O diues in omnes &c. require in ſuperiori ſer. Ros igitur de vellere exprimitur, quando Chriſtus de vtero virginali naſcitur. Terra autem fuit arida, & expers roris, quam diu mūdus caruit fide, & gratia redemptoris. Quęcuuque anima adhuc eſt arida, clamet ad Dominum, & dicat. Anima mea ſicut terra, ſine aqua tibi &c. Terra nō

F 4 perfun-

perfundebatur ſignum. Sicut ergo vellus roris, ſignum fuit liberationis Iſrael, ab hoſte corporali: ſic fœcunditas virginis ſignum eſt & cauſa noſtræ liberationis, ab hoſte ſpirituali. Vnde Origenes ait. Ecce virgo concipiet & pariet ſ. ad colligandum fortem armatum, ad conculcandũ ſerpentis impij caput, ad diripiendam prædam eius, atque
L captiuitatem ſui populi conuertendam. De. 3 4. Reg. 20 Quod erit ſignum, quod Dominus me ſanabit. Nota hiſtoriam de Ezechia infirmante, quoniam in ſignum ſanationis eius ſol deſcendit. 10. gradibus deorſum. Ezechias genus humanum ſignificat, quod varijs peccatorum languoribus infirmum, ſanatum eſt per Chriſtum incarnatum. Pſ. Miſit verbum ſuũ id eſt filium, & ſanauit eos. Sol Chriſtus eſt. Mal. 4. Orietur vobis &c. Sol iuſtitiæ: hodie mirabiliter latuit in virgine. Ber. Verbum quando carnem aſſumpſit, latuit in virgine tanquam ſol in ſidere, tanquam oriens in veſpere, tanquam artifex in opere. O quam fælix eſt, cuius anima, ad hos gradus aſcendit. Decimus autem gradus eſt homo. Sol ergo Chriſtus. 9. gradus angelorum tranſiens, venit in decimum, quando angelos relinquens, hominem aſſumpſit. Heb. 2. Nunquam enim angelos appræhendit, ſed ſemen Abrahæ, vtique hoc factum eſt: hodie enim lucerna accenſa eſt, qua relictis 9. drachmis, decima quęſita eſt. Sic ergo retroceſſio ſolis, ſignum fuit & cauſa noſtræ ſaluationis. Veneremur ergo Chariſsimi virginem, per quam animarum noſtrarum recepimus ſaluatorem. Ber. Mittitur filius virginis, filius altiſsimi Dei, & iubetur occidi, vt vulneribus
M noſtris pretioſus ſanguis illius balſamo videatur. De quarto Exo. 4. Si non crediderint inquit tibi, neque audierint ſermonem ſigni prioris, credent verbo ſigni ſequentis Nota hiſtoriam quomodo, Exo. 3 promiſit Dominus educere Iſrael de exilio ægypti, ad terram fluentem lac & mel: cuius ſignum fuit, quod virga in terram proiecta, in colubrum eſt verſa. Signum ſequens fuit, quod manus Moyſi etiam leproſa facta eſt. De virga ergo ſerpens factus eſt, quando de virgine ille factus eſt, qui

ſeipſum ſerpenti in Euangelio, & vermi in pſal. comparauit. Manus enim Moyſi, ideſt poteſtas Chriſti, ad modū leproſi contempta fuit in paſsione. Eſa. 53. Nos repu. e. q. leproſum &c. Sed ſana & clara iterum comparuit in reſurrectione. Credendum eſt ergo, & ſignum incarnationis de virgine, & ſignum reſurrectionis de morte. Vtrumque eſt enim ſignum reuocationis electorum ad patriam, ad terram vtique fluentem lacte & melle. ideſt dulcedine humanitatis, ac diuinitatis Chriſti. Sed ecce totum lac & mel, quo homo in patria delectabitur, hodie ſub lingua Mariæ clauditur. Can. 4 Mel & lac ſub lingua tua. Tota enim dulcedo noſtræ B. pependit ex illo verbo Mariæ, Fiat mihi ſecundum verbum tuum. Benedicta ſis hodie melliflua lingua Mariæ. Veneremur chariſsimi mellifluā linguam ideſt virginem Mariam, per quam accepimus reductorem de exilio, ad melliſiuam patriam. Anſel Per fæcunditatem Dominæ mundi, peccator eſt iuſtificatus, dānatus ſaluatus, exul reductus.

De eadem Annuncia. Ser. III.

Flos de radice eius aſcendet, require in ſpeculo ſalutationis B. virginis Mariæ.

De Eadem pro Ser. IIII. V. VI. & VII.

AVe Maria gratia plena, require in eo Dominus tecum, require in eo. Benedicta tu in mu. require in eo. Benedictus fructus ventris tui, requi. in eodem.

DE S. MARCO EVANGELISTA.
Sermo Primus.

A ECce examen apum erat in ore leonis, & fauus mellis. Iudi. 14. In figura quatuor Euangeliſtarum, vidit Ioannes in Apoc. quatuor animalia, quæ & viderat Ezechiel, ex quibus homo Mattheum, leo Marcum, vitulus Lucam, aquila Ioannem ſignificat Leo ſecũdum quoſdam Matthæum, ſed ſecundum plures doctores, Marcum ſignare dicitur, quia reſurrectionem Domini diligentius deſcribit, per quam ſicut leo mortem vicit. Iſte leo apes aculeatas, & mel in ore
B habuit, quia B. Marcus, & aculeos paſsionis Chriſti, & dulcedinem reſurrectionis Chriſti deuote docuit. Inuenimus autem quatuor notabilia in ore habita, videlicet ramum in ore columbæ, mel in ore leonis, ſtatherem in ore piſcis, gladium in ore filij hominis. Bonus eſt Euangeliſta, ſiue doctor, qui vitam habet bonam, & bonam doctrinam. Bonus eſt Euangeliſta, ſecundum quatuor virtutes cardinales. Eſt columba per iuſtitiam, leo per fortitudinem, piſcis per temperantiam, filius hominis per prudentiam. Bonus Euangeliſta, habet in ore doctrinam bonæ operationis, æternæ retributionis, humanæ redemptionis, æternæ vltionis. Primum in ramo, ſecundum in melle, tertium in ſtathere, quartum in gladio ſignifica-
C tur. De. r. Gen 8. Portans ramum oliuæ virentibus folijs in ore ſuo Virens ramus, ſignat bonum opus. Quicunque ergo bene operari docet, quaſi virentem ramum in ore habet. Ramum autem boni operis, cum B. Marco, non ſolum in ore, ſed etiam in manu debet habere, quicunque in morte, vel in iudicio voluerit Domino obuiare, & cœleſtem Hieruſalem cum ipſo intrare. Io. 12. Acceperunt ramos palmarum, proceſſerunt obuiam ei. Certe

B. Marcus, rammum in ore, & in manu habuit, dum doctrina & vita claruit. De ipſo ſic legitur. Tantæ enim doctrinæ, & vitæ continentiæ fuit, vt omnes ſectatores Chriſti, ad exemplum ſuum prouocaret. Sed heu, ſicut columba ramum dei habet, ſic ciconia, diaboli ramum habet in ore. ſ. ranam. Rana autem garrula eſt. Triplex eſt autem garrula rana diaboli. Rana diaboli eſt lingua peruerſi aduocati. Rana diaboli, eſt hæretica lingua. Rana diaboli, eſt lingua cuiuslibet tentatoris, ſiue ſcandalizatoris: qui alium conſulendo, detrahendo, procurando, adulando, & quocunque verbo ad peccatum inducit. Apoc. 16. Vidi de ore draconis, & de ore beſtiarum, & de ore pſeudo prophetæ, exire tres ſpiritus immundos, in modum ranarum. De 2. dicitur hic: Ecce examen apum, &c. In melle dulcedo immortalis vitæ ſignificatur. Eccl 24 Hæreditas mea ſuper mel & fauũ. Non dicit ſuper mel tantũ, ſed ſuper mel & fauũ. Illius enim vitæ inæſtimabilis dulcedo, ſuper omnem dulcedinem eſt, & ſuper omnem ſenſum eſt, quam nullus mortalium poteſt comprehendere quod nec oculus vidit &c. Propter hoc bene terra illa viuentium dicitur melliflua. Exo 4 Quæ fluit lacte & mel le. Dulcedo humanitatis Chriſti in lacte, diuinitatis vero in melle ſignificari poteſt. Sancti ergo Euangeliſtę & doctores omnes, mel in ore habent, dum dulcedinem cęleſtis vitæ prædicant. Habent etiam in ore apes, quæ pungunt: quia ad æternæ vitæ dulcedinem, per aculeos paſſionis perueniendum eſſe oſtendunt. Igitur qui hic afflictionem pro veritate ſuſceperit: illic dulcedine vera ſatiabitur. Ideo bene poſt reſurrectionem ſuam Dominus, de piſce aſſo, & de fauo mellis comediſſe legitur: in piſce aſſationem ſuę paſsionis ſignans: in melle dulcedinẽ ſuæ reſurrectionis. Ideo etiam Marcus, dum fune ad collum eius ligato traheretur, dum crines eius in terra fluerent, dum ſanguine eius ſaxa inficerentur, patienter ſuſtinuit, vt per tam graues aculeos, ad mellis æterni dulcedinem perueniret. Sed multi hoc mel appetunt, qui aculeos fugiunt. Mel vtique appetunt, ſed quia aſſari paſsionibus

nibus

nibus nolunt, fugiunt: ſimul mundi & cæli dulcedinem quærunt: contra quos ait Hierony. Difficile immo impoſſibile eſt, vt præſentibus quis & futuris fruatur bonis. De 3. Matthęi. 17. Eum piſcem qui primus aſcenderit tolle, & aperto ore eius, inuenies ſtatherem, illum ſumes, da eis pro me & pro te. Sicut mundus tunc tributarius erat Cęſari: ita ſpiritualiter diabolo Cæſari infernali. Nullus adeo ſanctus erat ante Chriſti paſſionem, quin eſſet cēſualis diabolo. Vnde per vniuerſum, illius temporis eccleſia lamentatur. Hiere. Tre. 1. dicens. Princeps prouinciarum, facta eſt ſub tributo. Denarius autem cenſualis, quem vnuſquiſque dare debuit, erat anima. ſ. quam ad infernum tanquam nummum diaboli, omnem hominem præſentare oportuit. Sed Chriſtus nos a tributo mortis æternæ liberauit, quando in morte ſeipſum pro nobis cēſum dedit. Greg. Qui pro nobis mortem carnis indebitā reddidit, nos a morte animę liberauit. Vnde ipſe Chriſtus per ſtatherem ſignificatur. Stather enim duas drachmas habet, & Chriſtus duas ſubſtantias habet, quibus ipſe Chriſtus & Petrus, & quilibet innocens, & pęnitens, a tributo diaboli liberatur. Liberati ergo a tributo, inſultare poſſumus diabolo: ſecundum illud Eſa. 14. Quomodo ceſſauit exactor, quieuit tributum: Beatus ergo Marcus, & ſancti doctores, ſtatherem in ore habuerunt, dum Chriſtum eſſe liberatorem noſtrum docuerunt. O quam pretioſiſsimus ſtather, qui pro totius mundi tributo ſufficientiſsimus fuit. O quam pretioſiſsima maſſa, de qua tam pretioſiſsimus ſtather eſt ſumptus. Be. O diues in omnes & ſuper omnes Maria, de cuius ſubſtantia modica pars aſſumpta, totius mundi ſufficit ſoluere debita ſeu delicta. De 4 Apoca. 1 & 19., De ore eius gladius ex vtra-
G que parte acutus exibat. Gladium in ore habet Euangeliſta & doctor, dum nos terret de iudicio, dum nos terret timore de æterno ſupplicio. Eſa. 49. Poſuit os meum. q gladium acutum O quot millia hominum. B. Marcus, iſto gladio, capita truncauit, quorum caput diabolus fuit. Gre. Iniquorum omnium caput diabolus eſt. Et de iſto gladio

gladio require in ſer.Tuam ipſius ani. in ſecundo, mem.

De B. Marco Sermo. II.

DIgnus eſt operarius mercede ſua. Luc. 10. Super hunc locum ait Grego. Bono operi noſtro, duę mercedes debentur: vna in via,altera in patria.Vtraque fuit dignus. B. Marcus tanquam bonus in meſſe Dei operarius. Attende ergo duplicem mercedé: videlicet,terrenam in mundo,& æternam in cęlo. Prima ab homine: ſecunda a Deo debetur. Circa primam attende,quod merces terrena quandoque terrenis, quandoque diuinis, quandoque diabolicis operibus deſeruit. Deſeruitur inquam terrena, vel eſt operantium ſub Deo ſeruiliter,vel pro Deo ſalubriter, vel contra Deum turpiter. De primo Tob.4. Quicunque tibi aliquid operatus fuerit,ſtatim ei mercedem reſtitue: & merces mercenarij tui,apud te omnino non maneat. Grauiter ergo peccant,qui ſeruos & ancillas,& quoſcunque operarios ſuos mercede debita defraudant, pro qua ſępe tam anxie laborant. Tales enim ſcriptura comparat homicidis: Eccle. 34. Qui effundit ſanguinem,& qui fraudem facit mercenario, fratres ſunt. Penſa quam periculoſum ſit fraude mercedem retinere,quam prohiberis procraſtinare,maxime ſi indigẽs fuerit operarius. Deut. 24. Eadem die reddes ei præciũ laboris ſui ante Solis occaſum, quia pauper eſt,&c. De ſecundo dicitur in Euangelio hodierno. In eadem autem domo manete,eden.& bib. quę a.il.ſunt. Dignus eſt enim operarius mercede ſua. Ecce mercede ſuſtentationis digni ſunt, qui ſpirituales operationes alijs impendunt. 1.Corint.9. Si nos vobis ſpiritualia ſeminamus, magnum eſt ſi nos carnalia veſtra metamus: Sed væh eis, qui largam in beneficijs eccleſiaſticis operariorum mercedem recipiunt, & tamen operarij non ſunt. Penſate cuius ſit damnationis, ſine labore hic percipere mercedem laboris, Væh ergo eis iterum omnibus, qui mercedem ſine labore, officium ſine opere, nomen ſine re, honorem ſiue onere ambiunt. O quamlon

H

k

ge.

ge. B. Marcus fuit a tali ambitione, qui etiam pollicem ſi bi amputaſſe dicitur, vt ſacerdotio reprobus haberetur. De tertio Zacha. 11. Et appenderunt mercedem meam triginta argenteos. Hac mercede Iudas Chriſtum tradidit. O quot ſocios tam Iudæi quam Iudas habent adhuc in mundo. O quot ſocios iam habent & habebunt in inferno. Socij enim Iudæ in inferno erunt, quicunque pro mercede malum agunt in mundo. Socij vero Iudæorum erunt, quicunque alios ad peccãdum mercede inducunt, ideo vtique merces quæ cum peccato acquiritur, abominabilis Deo, & ſanctæ eccleſiæ efficitur. Deut. 23. Non offeres mercedem proſtibuli, & precium carnis in domo Domini Dei tui. Malus canis fuit Iudas mordẽs propriũ Dominum. Canes etiam diaboli, ſunt raptores, & pauperum oppreſſores, & vſurarij, quorum oblationem eccleſia non recipit: ſicut nec meretricis. Eccl. 34. Dona iniquorũ
M non probat altiſsimus &c. Circa ſecũdum. Attendite, quod mercede æterna; digni ſunt viuentes decenter, ſuſtinentes; patienter, docentes ſapienter. Viuentes in ſanctitate, ſuſtinentes in aduerſitate, docentes in veritate. De primo nota, quod Abrahæ ſancte & iuſte viuenti dicitur, Gen. 15. Noli timere Abraham, ego protector tuus ſum, & merces tua magna nimis. Protector in via, merces in patria. Vere protector. Pſal. Protexiſti me a conuentu malignantium hominum, vel dæmonum. A conuentu vtique mundi vel inferni. In vtroque conuentu abbas eſt diabolus: nullus recipitur in ſecundo, niſi fuerit in primo. Sed ecce contra conuentum diaboli, habet Dominus conuentum ſeruientium ſibi. Pſ. In conueniendo populos in vnũ &c Hic eſt conuentus eccleſiæ, in quo ſi bene te habueris ad conuentum angelorum tranſibis: in quo Dominus eſt tibi merces magna nimis. Quare tua: quare magna: quare nimis: Tua vtique quia bona voluntate: magna, quia bono opere: nimis, quia bona cõſuetudine pro ipſa laboras. Ber. Si labor terret, merces vincet. Vnuſquiſque enim propriam mercedem accipiet, ſecundum ſuum laborem.
N 1. Corint. 3. De ſecundo. Mat. 5. Beati eritis, cum maledixerint

ſedixerint vobis homines &c.vſq; Merces veſtra copioſa eſt in cœlis Bene ait, Gaudete & exultate. Iaco. 1. Omne gaudium exiſtimate fratres, cum in tentationes varias in cideritis, &c. Gaudeant ergo qui tribulationem patiuntur, quia magna bona per ipſam conſequuntur. Per ipſam enim a peccatis purgantur. Tob. 3. In tempore tribulationis peccata dimittis, ijs qui inuocant te. &c. Per ipſam a Deo conſolantur. 2. Corin. 1. Qui conſolatur nos in omni tribulatione, &c. Hoc bene expertus. B. Marcus fuit, qui in tribulatione carceris, primo angelica viſitatione confortatus, deinde ipſo Domino ſibi apparente, ad regna cęlorum vocatus eſt. Item per ipſam in cœlo coronātur. Vnde hic dicitur, merces veſtra &c. Et Mat. 5. Beati qui perſecutionem, &c. De his tribus ait Bernar. Non ſunt condignæ paſsiones huius temporis, ad præteritam culpam quę remittitur, ad præſentem gratiam quæ immittitur, ad futuram gloriā quæ promittitur. De tertio. Prou. 11. Seminanti iuſtitiam, merces fidelis. Seminator eſt prædicator. De hoc require in ſer. 2. Exit qui ſeminat, in primo membro. Bene ſeminauit. B. Marcus, qui ſemine Euangelij, non ſolum Alexandriam & Aegytum, ſed etiā orbem impleuit: ſicut alij Euangeliſtæ. Eſa. 7. Implebunt faciem orbis ſemine. Penſate Chariſsimi, quanta ſit. B. Marci merces in cœlo, qui & bene viuentium, & bene patientium, & bene docentiū mercede iā gaudet in Deo. O P

De Eodem. Ser. III.

DEſignauit Dominus & alios. 77. & miſit illos binos ante fa. ſu. &c. Lu. 10. Hunc ſermonem totum require infra, in feſto. B. Lucæ Euangeliſtæ.

 687

iuſti: quorum vita arguit prauitatem noſtram, & probat id quod ipſi fecerunt a nobis poſſe fieri. Apoſtoli ergo Dei, & alij iuſti, teſtes ſunt agendorum, non ſolum per doctrinam, ſed etiam per vitam. & non ſolum ſunt teſtes faciendorum, ſed etiam fugiẽdorum. Epheſi. 4. Teſtificor in Domino, vt iam non ambuletis ſicut & Gentes ambulant, in vanitatibus ſenſus ſui, &c. Item non ſolum ſerui Domini, ſed etiam ipſe Dominus teſtis eſt faciendorũ, immo & factorum noſtrorum, nõ ſolum calidorum & frigidorum, ſed etiam tepidorum. Apoca 3. Hæc dicit qui eſt teſtis fidelis & verus, ſcio opera, quia nec frigidus nec calidus es &c. Igitur chariſsimi, teſtes noſtros Apoſtolos & doctores, ſic audiatis in mundo, vt ipſi contra vos teſtes non ſint in iudicio: immo certe, vt cum creatore, omnis creatura grauiſsimo nos non opprimat teſtimonio: iuxta illud. 1. Mach. 2. Teſtes erunt ſuper nos cœlũ & terra, quod iniuſte perdetis nos. Io. Chry. Cœlum & terra, Sol & Lunã, dies & noctes, & totus mundus ſtabit aduerſus nos, in teſtimonium peccatorum noſtrorum. De E tertio. Hebræ. 12. Tantam habentes impoſitam nubem teſtium, deponentes omne pondus & circonſtans nos peccatum, per patiẽtiam curramus ad propoſitum nobis certamen, aſpicientes in auctorem fidei, & conſummatorem Ieſum, &c. Nubem teſtium dicit multitudinem ſanctorum, de quibus prædixerat. Sancti ludibria & verbera experti ſunt, & vincula & carceres, lapidati ſunt, ſecti ſunt, in occiſione gladij mortui ſunt. Qui bene nubi comparãtur, quia dicit Gl. Sancti ſicut nubes, exemplo ſui in æſtu tribulationis nos refrigerauerunt, nos & doctrinis compluerunt. Teſtes ergo Chriſti Apoſtoli iſti, & alij ſancti, grauia teſtantur, non ſolum verbis, ſed etiam exemplis: Qualiter per patientiam curramus ad certamen paſsionis, & cuiuslibet aduerſitatis. Ambroſius. Corona propoſita, ſubeunda certamina ſunt: quia Apoſtolus ait ad Roma. octauo. Non ſunt condignæ paſſiones huius temporis, ad præteritam culpam, quæ remittitur, ad præſentem gratiam, quæ

F immittitur,non ad futuram gloriã,quæ promittitur. Et nota,quòd non ſolũ Apoſtolos & Martyres,ſed & ipſum Dominum , teſtem habemus perferendarum patienter paſsionum.Vnde Apoſt. ſubdit. Aſpicientes in auctorem &c.Hinc eſt,quod S.Iob tanta patienter paſſus,ait. Iob.
G 16.Ecce in cælo eſt teſti meus &c. De quarto 1 Theſ. 2.Teſtificati ſumus,vt ambularetis digne Deo , qui vocauit nos in ſuum regnum , & gloriam Ad hanc gloriam iam ipſi teſtes gloriæ peruenerunt. Augu. Si teſtes fuerunt , verà dixerunt,& vera dicendo,coronas acceperunt . Sed ecce Apoſtoli,& doctores , non ſolum teſtes ſunt gloriæ , ſed etiam vindictæ impiorum .Theſ 4 Vindex eſt Dominus de ijs omnibus,ſicut prædiximus vobis,& teſtificati ſumus Hãc vindictã diues expertus, qui pro ſeipſo teſtes non parauerat in mundo,ipſe pro alijs teſtificatus eſt qui ſunt in inferno. Luc.16.Habeo quinque fratres,vt teſtetur illis &c Et certe non ſolum Apoſtoli, & alij, teſtes coronarum & pœnarum recipiendarum , ſed etiam ipſe coronarum & pœnarum iudex .Hiere. 29.Ego ſum iudex & teſtis , dicit Dominus.

De eiſdem. Ser. II.

HI ſunt duæ oliuæ,& duo candelabra.Apoc.11. B. Apoſtoli Chriſti, Philippus & Iacobus, ſunt duæ oliuæ per vitam fructuoſam ſanctitate : duo vero candelabra per doctrinam luminoſam veritate . Duæ bonæ oliuæ fuerũt, quæ tantum oleo ſpiritus ſancti abundauerunt . Sed attendite Chariſsimi , quod in ſcriptura inuenimus duas oliuas,duo oliuarum oſtia , duos de oliuis Cherubin.In his omnibus, duo Apoſtoli iſti,oleo ſpiritus ſancti vnctuoſi poſſunt ſignificari . Ipſi enim ſunt duæ oliuæ,per pietatem vitę,& duo oſtia olei,per veritatem doctrinæ, & duo filij olei,per ſingularitatem gratiæ, duo Cherubin per immortalitatem gloriæ. De primo dr̃ hic. Duæ ſunt oliuæ. Oliuæ non ſolũ ſunt Apoſtoli , ſed etiam quilibet in Chriſto pie viuens,& pijs operibus

in

in Chriſto fructificans. Oliua eſt ſpiritus ſanctus. Pſal. Ego autem ſicut oliua fructificaui &c. Iſta oliua, tot habet ramos, quot fideles habuit. B. Iacobus, de quo ſicut legitur, ex vtero matris ſuæ ſanctus fuit. Vinum & ſiceră non bibit: carnes nullas comedit: nunquam attonſus eſt, nec vnctus vnguēto, nec vſus balneo: laneis non vtebatur veſti us, ſed lineis, fixis genibus, pro populo deprecabatur, intantum, vt in callorum duritiam tranſiſſe eius genua crederentur. Ecce quam boni rami, bonæ oliuæ. Legitur Gen 8. quòd ramum oliuæ attulit columba ad Noe. Noe rector Iſrael, ſignificat Chriſtum rectorem eccleſiæ: qui ramum boni operis leuiter recipit, ſi per columbam ideſt per animam columbinam oblatus fuerit. Columba cultrix amoris Dei & proximi. Augu. Qui diligit Deum & proximum, animam habet pennatam, liberis alis, ſancto amore volantem ad Deum. De ſecundo. 3. Regum 6. In ingreſſu oraculi, fecit Salomon duo oſtiola de lignis oliuarum. Per oſtia intratur ad domum, ſic per Apoſtolos, primo per doctrinam eorum multi intrauerunt, & adhuc intrant in domum eccleſiæ, & in domum patriæ cæleſtis. O quot viri intrauerunt per Philippum: qui per annos viginti, per Syriam legitur prædicaſſe Euangelium. Per iſta oſtia largitur Dominus multa bona, Vnde multum ſunt frequētanda. Eccle. 6. Si videris ſenſatū, euigila ad illum, & gradus oſtiorum exterat pes tuus. Quis tam ſenſatus, quam noſter Salomon Ieſus Chriſtus: qui tam miranda oſtia domui ſuæ ordinauit. Gradus oſtiorum ſunt virtutes Apoſtolorum: per quas aſcenditur ad palatium cælorum. Hos gradus exerceamus imitando, oſtia frequentemus venerando, pulſe nus orando. Oſtia iſta de oliuis fuerunt. quia Apoſtoli ſicut eos vnctio ſpiritus ſancti docuit, ſemper vnctionem miæ docuerunt. Vnde & Iacobus iſte ait. Iaco. 2. Superexaltat autem miſericordia iudicium. De tertio. Zacha quarto. Iſti ſunt duo filij olei ſplendoris: quia Apoſtoli ſingulariter & copioſius, oleo gratiæ vncti ſunt. Ideo ſpecialiter filij olei dicti ſunt, de quibus in Pſ.

K
L
M

Filij tui ſicut nouellæ oliuarum , in circuitu menſæ tuæ ſcilicet Chriſti. Hiero . Iſti comparantur nouellis , quæ fortiores fide,viridiores ſpe,nobiliores charitate . Filij ergo debent eſſe,non hoſtes,etiam filij oleati eſſe debẽt, non aridi,quicunque de menſa dei debent refici. De men ſa vtique ſacramentali in mundo de menſa. quoque æter nali in cælo,de qua Lu.22.Ego diſpono vobis &c. Mirabilis eſt huius menſæ ſatietas. Aug.Satietas eſt inſatiabilis,ſemper eſurientius,ſemper ſaturati erimus. Qui priuilegiati filij gratiæ fuerunt Apoſtoli, qui ſplenduerunt in miraculis.Ideo bene dicitur.Filij olei ſplendoris. de quo ſplendore dicitur Abac.3,Ibunt in ſplendore fulgurantis haſtæ tuæ.Fulgurans haſta in manibus Apoſtolorum fuit operatio miraculorum. Act.5. Per manus Apoſtolorum fiebant ſig. &c. B. Philippus hac haſta bene pugnauit,quando draconem fugando , & tres a dracone interfectos ſuſcitando,& morbidos omnes ſanando,multa millia ad Dominum conuertit . De quarto.3.Regum. 6.Fecit in oraculo duos Cherubin de lignis oliuarum . Cherubin interpretatur plenitudo ſcientiæ,Vnde ſancti Apoſtoli Philip. & Iaco.ſunt quaſi duo Cherubin in templo, quia iam ſcientia ſunt pleniſsimi in cœlo. Quid mirum , cum etiam de alijs iuſtis dicat Anſel . Tunc iuſti ſcient quæ Deus fecit ſcienda?Item quid mirum,ſi per duos angelos iſti duo Apoſtoli ſignificãtur.cum etiam omnes iuſti in reſurrectione,angelis dei comparẽtur?Mat.22. Erũt ſicut angeli dei in cælo.Et Aug. Reſurrectionis & promiſſionis Dei filij,æquales erunt angelis Dei,ſed non corpore , nõ ætate.ſed ſanctitate,fælicitate.Notabile eſt,quod angeli illi de lignis oliferis facti, & auro veſtiti fuerunt, ſicut Apoſtoli iſti, & omnes iuſti oleo ſpiritusſancti feruentes in mundo,auro immortalitatis & ęternę claritatis veſtientur in cælo.Vere omnes iuſti.3.Reg.6.Non erat in templo quod non auro tegeretur .

N

De Eiſdem. Sermo. III.

PHilippe, qui videt me, videt & pat.m Io. 14. Videtur Dominus per fidem in mũdo: videbitur per ſpeciem in cęlo. hic obſcure, ibi clare. Videamus quidem nunc Deum per fidem, ſi cum Philippo & Iacobo velimus eum videre per ſpeciem. Viſionem autem Dei meretur homo, mundando ſe diligenter, proficiendo feruenter, ſuſtinendo patienter, orando frequenter, regẽdo prudenter, contemplando luculenter. De primo. Mat. 5. Beati mundo corde &c. Cogitet quilibet de corde mundando, quia nullus niſi mũdatus a macula ſpirituali, nullus etiam niſi abſolutus a vita mortali, videre poterit lucidiſsimam faciem dei. Vtique de qua Fulgen. ſic ait. Dei faciem ſi omnes damnati in inferno viderent, nullam pœnam, nullum dolorem, nullamque triſtitiam ſentirent. De ſecundo. Pſa. Ibunt de virtute in virtu. vid. d. d. in ſion. Ibunt de virtute in virtutem, proficiendo in virtutibus, Pſal. Euntes ibant. &c. Ibunt ergo non ſtabunt. Vnde. Ber. Charitas autem proficit, aut deficit. Si ergo ſic ibimus: Deum deorũ in Sion videbimus. Sion interpretatur ſpeculum. Filius autem Dei, eſt ſpeculum æternitatis. Vnde Sap. 7. Candor enim eſt lucis ęternæ, & ſpeculum ſine macula. In hoc ſpeculo maxime lucet facies patris. Vnde ait. Qui videt me &c. O quanta omnes beati mirabilia in hoc ſpeculo videbunt in cęlo, in inferno, in mundo. mirabilia vtique præſentia præterita, & futura. Grego Qui creatoris ſui claritatem vident, nihil in creatura agitur, quod videre non poſsint. De tertio. Stephanus quum lapidaretur dixit, Actu. 7. Ecce video cælos &c. O quotſunt qui verbis & factis iniurioſe lapidant proximum, immo & heu lapidant Deum. Ioan- decimo Multa bona opera. &c. Suſtinent autem electi patienter lapides, & aduerſa mũdi, vt vi

O P Q R

dere mereantur faciem Dei. Habes enim hoc in Iob; qui tanta patientiſsime ſuſtinuit, fidentiſsime ait. Iob. 19. Quem viſurus ſum ego &c Hinc etiam quod B. Philippus crucifixus, lapidatus, & B Iacobus præcipitatus nece, & percuſſus: quia tulerunt patienter, ideo nunc Deum vident gaudenter. Vnde Philippus qui tunc dixit, oſtende nobis patrem; iam patrem, & filium, & ſpiritum ſanctum
S clariſsime videt. De quarto. Iob 33. Deprecabitur Dominum, & ipſe deprecabilis erit ei, & videbit faciem eius in iubilo. Ecce propter deprecationem, fit Dominus placabilis in via, & viſibilis in patria. Vnde hæc duo maxime ſunt poſtulanda, vt Dominus. ſ. fiat nobis placabilis in via, & viſibilis in patria. Fruſtra B. Philippus orauit videre patrem in via. Quā perſeueranter autem orandum ſit, oſtendit B. Iacobus, de quo legitur, quòd fixis genibus tātum orauit, vt in calloſum duritiam tranſiſſe eius genua videantur. Qui autem non ſolum noſtra oratione, ſed ēt interceſsione ſanctorum, ad Dei viſionem poſſumus venire, hoc bene ſignificatum eſt Ioan 12. vbi legitur, quod quidam Gentiles rogabant Philippum, dicentes, Domine volumus videre Ieſum. Venit Philippus dixerunt Ieſu. O Chariſsimi dicamus etiam nos Philippo, dicamus quoq; Iacobo, dicamus o. b9 Apoſtolis, o bus ſanctis vo
T lumus Ieſum videre. De quinto vero. Eſa 42 Videbūt Gentes iuſtum tuum, & cuncti reges inclytum tuum Reges ſunt animarum rectores, qualis fuit B. Iacobus triginta annis regens eccleſiā Hieroſolymis. Tales reges indigēt bono ītellectu Pſ Et nūc reges intelligite &c Tales ſi bene regunt, Deum videbunt. Vnde bene paſtores vigilantes & cuſtodientes vigilias noctis ſuper gregem ſuum, dixerunt, Lucæ. 2. Videamus hoc verbum, &c. Videntes autem cognouerunt, &c Gregorius. Ili præ cęteris videre ſublimia merentur, qui fidelibus gregibus præ eſſe ſoliciti ſunt Nolite ergo negligere ſubditum, qui vultis videre Deum. Gen. 43. Non videbitis faciem meam, niſi fra-
V trem veſtrum minimum adduxeritis vobiſcum. De ſexto. Cant. 3. Egredimini filiæ Sion &c. Filiæ Sion ſunt
animæ

nimæ contemplatur. Volentes Deum videre, debēt ha-
ere vacationem exterius. Pſ. Vacate & videte &c. Item
regustationem interius Pſal Guſtate & videte &c. Item
ſcenſionem ſuperius. Hoc patet in diſcipulis aſcenden-
ibus ad viſionem transfigurationis: & Zachæus vt vide-
et Ieſum, aſcendit in arborem. Augu. Qui eſt interius
ntrans, & exterius penetrans, ſeipſum tranſcendit, hic
eraciter ad Deum aſcendit. Penſate nunc Chariſsimi,
uàm clariſsime. B. Philippus & Iacobus Deum nunc
ideant in cælo, qui hoc omnibus prædictis modis me-
uerunt in mundo. ipſi enim in corde mundiſsimi ipſi in
roficiendo feruentiſsimi, in ſuſtinendo patientiſsimi, in
rando frequentiſsimi, in regendo prudentiſsimi, ipſi in
ontemplando lucidiſsimi fuerunt.

DE INVENTIONE SANCTAE Crucis.

Sermo Primus.

Equieſcite ſub arbore. Gene. 18 Chariſ- A
ſimi, quia hodie feſtum arboris coli-
mus, merito hodie ſub arbore mente
& ſpiritu requieſcimꝰ. Arbor requiei,
eſt crux Chriſti, ſub qua in ſpe & in fi-
de & in charitate requieſcunt animæ
Chriſtianæ. O vere beata arbor, ſub
ā oēs iuſti, ſiue incipientes, ſiue proficiētes, ſiue perue-
ētes, tātā requiē inueniunt. Per hāc.n arborē incipiētes
puteum compunctionis: proficientes ad fructum dile
onis: perfecti ad tranſitum ſecuræ euolationis perue-
unt. De primo. Gen. 21. Cunque conſumpta eſſet B
ua in vtre, abiecit puerum ſubtus vnam arborem, &
ijt. Nota hiſtoriam, quomodo puer Iſmael ſub arborē
iectus eſt: ſub arbore ſiti cruciatus eſt: ſub arbore pro

aqua exauditus eſt. Significatur aũt in his, quod homo cui deficit aqua gratiæ, primo debet in abiectione humilitatis eſſe. Pſal. Elegi abiectus eſſe &c. Debet abiectus eſſe ſub arbore, pro quo Chriſtus abiectus fuit in arbore. Pſ Ego autem ſum vermis & non homo, obprobrium hominum, & abiectio plebis. Tantam domini abiectionem attendens B. Auguſtinus, ait. Quid ergo o homo intumeſcis: o pellis morticina, quid tenderis: o ſanies fœtida, quid inflaris: Princeps tuus humilis eſt, & tu ſuperbus. Sis ergo abiectus in oculis tuis, ne ſis abiectus in oculis Dei. Abijcias te temporaliter, ne abijciaris æternaliter. Eſa. 27. In menſura contra menſuram, cum abiecta fuerit iudicabis eam Meditata eſt in ſpiritu ſuo per diem æſtus. Iccirco ſuper dimittetur iniquitas domui Iacob, & iſte
C omnis fructus, vt auferatur peccatum eius. Secundo debet homo ſub arbore crucis ſitibundus eſſe, per vehemens deſiderium ſalutis ætetnę Io. 7. Si quis ſitit &c. Sitiat ſub arbore pro Chriſto, pro quo Chriſtus ſitiuit in arbore. Augu. Scio quid Domine ſitis, vtique fidem noſtrã ſalutem noſtram. Sed heu multi, ſitienti fel propinant, dũ eum opere exacerbãt. Ideo conqueritur in Pſal. In ſiti
D mea potauerunt me aceto. Tertio. Exauditur homo ſub arbore crucis in oratione, vt fonte lachrymarum refocilletur in contritione. de quo Hiere. 9. Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarũ: &c. Hunc fontem orando diligenter quæramus, quia ſecundus eſt animarum noſtrarum baptiſmus. Gre. Qui poſt baptiſma inquinamus vitam, baptizemus lachrymis con-
E ſcientiam. De 2. Leui. 23. Sumetis vobis primo die fructus arboris pulchrrimæ. Arbor pulcherrima eſt crux Chriſti, pulchra in folijs, pulchrior in floribus, pulcherrima in fructu. Pulchra vtique eſt arbor crucis in folijs, cuius folia ſunt omnia verba a Chriſto in cruce prolata, vel omnia verba ad laudem crucis ſcripta vel prædicata. Hæc folia ſunt valde ſanatiua animarum. Apoc. 22. Folia ligni ad ſanitatẽ Gentiũ. Pulchrior eſt aũt arbor crucis, in floribus virtutum. Ibi enim flos pietatis, flos humilitatis,

ſitatis, flos obedientiæ, flos patientiæ inuenitur. Can. 1. Lectulus noſter floridus. Crux eſt lectulus ſponſi eccleſiæ, in quo brachia ſua extendit ad amplexum. Ber. Vide caput inclinatum ad oſculandum: brachia extenſa ad amplexandum: manus perfoſſas ad largiendum: latus apertum ad diligendum: totius corporis extenſionem ad ſe totum impendendum. In hoc etiam lecto Chriſtus obdormiuit in morte. Pulcherrima quandoque arbor crucis in fructu, qui eſt Chriſtus. De hac. B. Andreas dicit. O bona crux, quæ decorem & pulchritudinem de membris Domini ſuſcepiſti. Qui bene pluraliter dicitur fructus, quia in hoc vno fructu, omnes ſalutis fructus habemus. Ber. In cruce pendet omnis fructus vitæ, quia ipſa eſt arbor vitæ, in medio paradiſi Ecce hic eſt fructus dilectionis noſtræ. De tertio Gen. 18 Lauentur pedes veſtri, & requieſcite ſub arbore: ponamque buccellam panis, & confortetur cor veſtrum, poſtea tranſibitis. Angelis ſic loquebatur Abraham. Qui ergo cum angelis tranſire de mundo voluerit ad cælum, debet hæc tria circa ſuum tranſitum obſeruare. Primo debet lauari lachrymis contritionis. Ioan. 13. Si non lauero te. &c. Secundo debet requieſcere per ſpem ſub arbore paſsionis. Hoc circa tranſitum maxime neceſſarium eſt, contra æſtum cuiuslibet tentationis: maxime contra periculum deſperationis. Magna enim ſpes eſt nobis repoſita ĩ arbore crucis. Ioan Chry. Crux ſpes Chriſtianorum, crux reſurrectio mortuorum, crux dux & lux cæcorum Crux eſt vita deſperatorum, propter quod catholica conſuetudo eſt, quòd crux ante oculos morientium locatur, vt fidere de Chriſti paſsione moneatur. Tertio debet homo confortari pane ſacræ communionis, quo tranſitus noſter optime fit. Ber. Euchariſtiæ plane ſacramentum, potens eſt pecata conſumere, debellare obuias poteſtates, inferre cœlis reuertẽtes de terris. His ergo tribus Chariſsimi, tranſitum veſtrum communire debetis, poſtea tranſibitis ad Deum ſcilicet Ieſum Chriſtum. vt tranſeat de hoc mundo ad patrem.

F

DE

De Eadem. Sermo. II.

G MIhi abſit gloriari, niſi in cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti. Ad Gal 6 Sic charisſimi omnes cũ Apoſtolo gloriemur. Maxima enim gloria eſt nobis, quòd rex gloriæ crucifixus eſt pro nobis. Ber. Quid glorioſius nobis, quàm quòd tanti æſtimauit Deus nos? Merito ergo gloriandum eſt in cruce. In cruce vtique Chriſtum clarificante. In cruce angelum homini reconciliante. In cruce hominem ſaluante. In cruce Diabolum ſuperante. De primo Philip. 2. Humiliauit ſemetipſum factus obediens vſque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod, & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen, vt in nomine Ieſu, omne genu flectatur, cæleſtium, terreſtrium & infernorum, & omnis lingua cõfiteatur, quia Dominus Ieſus Chriſtus in gloria eſt Dei patri. Ecce Chariſsimi in quantam gloriam eſt Chriſtus per crucem exaltatus, oſtendens quod per paſsiones & tribulationes ad gloriam perueniendum eſt. Penſate Chariſsimi, quanta pro illa gloria oporteat pati ſeruum, pro qua tanta oportuit pati filium Dei. Lu. 24. Nonne hęc oportuit pati Chriſtum, & ita intrare in gloriam ſuam? Penſate quanta p[a]ſſus eſt. Humiliauit inquit ſemetipſum Gloſſa. Humiliauit vſque ad incarnationem, vſque ad diaboli tentationem, vſque ad populi deriſionem, vſque ad ſputa & vincula & alapas, & flagella, vſque ad mortem, mortẽ. ũt crucis. O ſtupenda dulcedo. O inuicta manſuetudo, regem gloriæ pro deſpectiſsimo vermiculo crucifigi Sed ecce propter crucem, ſicut

I dicit Apoſtolus: iam omne genu flectatur crucifixo, cæleſtium, terreſtrium, & infernorum, id eſt angelorum, hominum & dæmonum. Si ergo angeli, & dæmones, crucifixo flectunt genua: quanto magis Chriſtianus, per crucem redemptus? Miche. ſexto. Quid dignum afferam Deo, curuabo genua D[e]o excelſo. Sed ecce diabolus genu flectit, &

tamen

tamen diabolus eſt. Ita multi crucifixo flectunt genua, & tamen non relinquunt peccata. Deum genibus honorāt, ſed operibus blaſphemant. Similes autem ſunt illis, de quibus. Mat. 27. Genuflexo ante eum illudebant ei. De ſecundo, Col. primo. In Chriſto complacuit omnem plenitudinem inhabitare, & per eum reconciliari omnia in ipſum, pacificans per ſanguinem crucis eius, ſiue quę in cœlis, ſiue quæ in terris ſunt ideſt homines & angelos. Inimicitiæ enim erant inter ipſos, ſed certe per crucem homines cum angelis pacificantur. Vnde Rabanus ait. In te crux ſancta, angeli gaudia ſua accumulata conſpiciunt. I
Vnde & crucis ſignum in fronte Chriſtiani, reuerentur ſancti angeli. Eze. nono. Signa Thau ſuper frontes virorū gementium, & dolentium ſuper cunctis abominationibus ſuis, & infra. Omnem autem ſuper quem videritis Thau, ne occidatis. Ecce quibus prodeſt ſignum crucis, dolentibus vtique, & deteſtantibus abominationes vitiorū. Crux enim Chriſti non patrocinatur crimini. Vnde Ioannes Cryſo. Qui vadit ad fornicationem, nunquid ſignum crucis ponit in fronte, vt non comprehendatur in crimine? quòd ſi fecerit, non ſolum non iuuatur, ſed amplius traditur, quia neſcit iuſtitia Dei, patrocinium dare criminibus. De. 3. 1. Corin. 1. Verbum crucis, pereuntibus ſtultitia eſt, ijs autem qui ſalui fiunt ideſt nobis, virtus Dei K
eſt. Virtus ergo noſtræ ſalutis, in cruce poſita eſt: virtute enim crucis infernus ſpoliatur: cælum reſeratur: mundus reconciliatur. De hac virtute dicitur in Pſal. Dextera Domini fecit virtutem &c. Vtique in cruce extenſus, fecit virtutem in inferno, exaltauit hominem in cælo. Itē fecit & facit cotidie virtutem in mundo, tam in malis quā in bonis. Rabanus Tu ſancta crux, peccatorum es remiſſio, pietatis exhibitio, meritorum augmentatio, remediū infirmorum, laborantium auxilium, & laſſorum refrigerium, ſanorum incolumitas, quietorum ſerenitas, informatorum fælicitas. Magna eſt virtus dextræ crucifixi. Vnde etiam qui in dextera pendebat, ſtatim hanc virtutem expertus eſt. Lucę vigeſimotertio. Hodie mecum eris in paradiſo.

paradiſo. Qui vero a ſiniſtris pendebat, crucifixum blaſphemabat. Vnde iſte, pereuntes, quibus crux ſtultitia eſt. Alius autem ſaluandos, quibus crux Dei virtus eſt, ſignificat. & ſicut pereuntes a ſiniſtris crucis: ſaluandi a dextris ſunt in hoc mundo: ita etiam ſtatuentur in iudicio, vbi crux cũ crucifixo apparebit. Io. 19. Mat. 25. Statuet oues quidem a dextris, hædos autem a ſiniſtris. De quarto.

L Nota quòd chirographũ diabolicæ iuriſdictionis, Chriſtus per crucem rapuit. Col. 2. Affigens illud cruci, expolians principatus & poteſtates, traduxit confidenter, palam triumphans eos in ſemetipſo. Deſtruxit priuilegium diaboli, quo Dominabatur homini per crucẽ. Expoliauit principatus & poteſtates infernales, auferens eis animas per potentiam de inferno, vel per pœnitentiam in mundo per crucem etiam confidenter ſpolia tranſduxit. Gl. Longe a regno diaboli ad cælum duxit. per crucem quoque principes infernales triumphauit in ſemetipſo, non in alio, ſicut Dauid: qui in baculo, & 5. lapidibus, de Golia triumphauit, & poſtmodum ſuper Iſrael regnauit. Sic Chriſtus, baculo crucis, & 5. vulneribus proſternens diabolum, iam regnat in cœlo. Au. De cruce cui infixus erat diabolum occidit, & nũc rex noſter eſt. Vidiſtis ergo Cha

M riſsimi quid Chriſtus, quid angelus, quid homo, quid diabolus, per crucem conſecutus ſit. Per crucem enim Chriſtus victoriam, angelus lætitiam, homo vitam, diabolus ruinam habet. Per crucem vtique ſuper cœleſtia glorificantur, cœleſtia reformantur, terreſtria viuificantur, inferna expugnantur. De his oĩbus ait Caſsiodorus. Crux eſt humiliũ inuicta tuitio, ſuperborum abiectio, victoria Chriſti, perditio diaboli, infernorum deſtructio, cœleſtium reformatio, mors infidelium, vita iuſtorum.

De Eadem Ser. III.

COlligo duo ligna. 3. Regum. 17. Vidua iſta colligẽs N
duo ligna, ſanctam illam viduam Helenam ſignare poteſt: quæ fideli requiſitione, duo ligna crucis collegit. Hæc etiam vidua, ſicut ait Rabanus, eccleſiam ſignat gentium: quæ a ſuo ducenda fuerat conditore, de infideli terra. Hęc ergo vidua, eſt fidelis anima, quæ fide & deuotione colligere debet ligna crucis. Vere merito ligna illa ſic colliguntur, per quæ tanta bona recipiuntur. Ligno crucis Dominus honoratur, diabolus humiliatur, mundus expiatur, eccleſia multiplicatur, anima ſuſtinetur, ad uerſitas dulcoratur, patria recuperatur. De his omnibus per ordinem, require in ſermone. In exaltatione ſanctæ crucis. Exaltaui lignum humile.

IN TRANSLATIONE BEATISſimi Franciſci Patris Noſtri.

Sermo Primus.

ANte translationem teſtimoniũ habuit placuiſſe Deo. Hoc loquitur Apoſtolus de A
Enoch. Heb. 2. Quod bene de B. Franciſco accipimus: cuius hodie translationem agimus. Enoch interpretatur cum Deo ambulans. Et vere. B. Franciſcus multum perfecte cum Deo ambulauit: & ideo vere multum Deo placuit. Placuit inquam ante translationem, immo certe etiam placuit
poſt tranſlationem. Placuit ante tranſlationem de ſe- B
pulchro, ſed etiam poſt translationem de peccato. Triplex eſt enim ſanctorum translatio. Prima de peccato ad iuſtitiam, vt ſanctificentur. ſecunda de mundo ad gloriam, vt beatificentur. Tertia de ſepulchro ad aram, vt venerentur. Circa primum nota quòd homo non ſolum transfertur de peccato, ſed etiam

etiam de ſeculo,& non ſolum de ſeculo,ſed etiam de ſeipſo. Transfertur autem homo de peccato, per beneficium myſticum iuſtificationis: de ſeculo,per ingreſſum religionis,de ſeipſo per exceſſum contemplationis. De 1. Io.3. Nos ſcimus quoniam tranſlati ſumus de morte ad vitam, quod fideles ſciunt. Certe B.Franciſcus ſciuit de morte culpæ ſe tranſlatum, quia ſciuit nouiſſimum ſibi quadrantē dimiſſum. Sed heu econuerſo multi tranſferūt nō de morte ad vitam,ſed de vita ad mortem,de Deo ad diabolum, Sed verè magna confuſio eſt. 2.Parali.9. Tranſlati vero in babylonem,propter delictum ſuum. Babylon confuſio in-
C terpretatur. De 2.Pſal Vineam de ægypto . i. de ſeculo tranſtuliſti. Vinea domini eſt religio Requi e in ſermone. Ite & vos in v. m. am &c. Huius vineæ nobilis vitis fuit. B.Frāciſcus.de quo tres palmites.i.tres ordines ſunt creati. Gene.40. Videbam coram me vitem:in qua erant tres propagines,ideſt tres inſtitutiones vel diſtinctiones. De
D. 3.Eccle.2.Cogitaui in corde meo abſtrahere a vino carnē meam, vt animum meum transferrem ad ſapientiam &c. Sic trāſfertur homo à carne ad ſpiritum,a ſeipſo in Deū, ab exterioribus ad interiora,ab inferioribus ad ſuperiora. Ber.Vt in cælum aſcendas,primum eſt te noſſe, leuare te ſuper te,calcando deſideria carnalia quæ in te faciunt vilitatem aduerſum te. Sed certe B. Franciſcus a ſeipſo in Deum:ab humana ad diuinam ſapientiam tranſlatus fuit:
E quando occulta Dei & hominum cognouit. Circa ſecūdum,notā quòd iuſti transferuntur de mundo ad gloriam tanquām de exilio ad regnandum, de ſtabulo ad paradiſum,tanquām de naufragio ad portum. De primo.Col. 1. Qui eripuit nos de poteſtate tenebrarum, & tranſtulit in regnum filii dilectionis ſuę Gloſa Iam enim credentes, qui fixa mente deuoti ſunt,exeuntes de ſeculo,duce dextra patris,angeli inducunt in cælum. Tunc ergo transferuntur in glorioſum regnum. De hoc regno,& quomodo S Franciſcus,ſedem huius regni conſecutus ſit,require in proximo ſermone. De 2 Eccl.44. Enoch placuit Deo,& tranſlatus eſt in paradiſum. Fælix qui de ſtabulo mundi,

in paradiſum cæli transferrur, Quid enim putas mundũ eſſe, niſi fætidum diaboli ſtabulum? Ambr. Mundus quaſi fœtidum luto, & quaſi inquinatum cadauere, & quaſi fœtore nociuum relinquendus. In hoc ſtabulo grauantur boni, fœtore iumentorum diaboli, ideſt omnium iniquorũ: qui proprio peccatorum fætore putreſcunt. Ioelis 1 Computruerunt iumenta, in ſtercore ſuo. Gre. Iumenta in ſtercore computreſcere, eſt homines in luxuria vitam finire. De hoc ſtabulo transferentur boni, ne inficiantur ſtabuli ſordibus. Sap 4. Viuens inter peccatores, translatus eſt, raptus eſt, ne malitia mutaret intellectum eius &c. De hoc ſtabulo, B. Franciſcus translatus eſt in paradiſum cæleſtem. Sed ſicut Helias in curru igneo. require in ſermone ſequenti. De 3. Sap. 10. Transtulit illos per mare rubrum, & tranſuexit eos per aquam nimiam. Mare mundũ ſignificat. Pſ. Hoc mare magnum &c. Væ ei qui de hoc mari transfertur in gehennam. Iob. 18. Expellet eum de luce, in tenebras, & de orbe transferet eum. Sed certe iuſti de hoc mari transferuntur ad portum cæli, per aquam nimiam aduerſitatum huius ſeculi. Actu. 14. Per multas tribulationes, oportet nos intrare in regnum Dei. Et quia B. Franciſcus per nimias tribulationum aquas tranſiuit de mundo: Ideo bene quaſi ſuper aquas multas, nebulæ grandis effigie, viſus eſt aſcendere in extremo. Circa tertium. Nota quod translatio corporalis quædam eſt miſerabilis, quædam venerabilis, quędã mirabilis, De t. Iob. 4. Vtinam conſumptus eſſem, ne oc. me. vi. &c. f. q. non eſſem de. v. t. ad tumulũ. De 2. Baruch. 2. Locutus es in manibus puerorum tuorum prophetarum, vt transferentur oſſa regum noſtrorum, & oſſa patrum noſtrorum. Sancti Dei sũt reges in cælo, Patres autem noſtri ſunt in mundo. Tob. 2. Filij ſanctorum ſumus &c. Horũ oſsa adhuc de ſepulchris transferentur, vt in eccleſia reuereantur. Sic hodie eſt maxima gloria: translata ſunt oſſa regis noſtri, & patris ſancti Franciſci. De 3. Iob. 18. Transferentur rupes de loco ſuo. Rupes dici poſsunt corpora rapta per incinerationẽ, quæ transferentur de quolibet loco per reſurrectionem.

F

G

Iuſtum

Iuſtum deduxit Dominus per v.r.&.o. i. r. Dei. Sap. 10.
H Verba iſta, bene conueniunt patri noſtro Franciſco, qui per vias rectas ductus fuit in conuerſione: peruenit ad regnum Dei in retributione. Teneat ergo vias rectas in mũdo, qui ſibi oſtendi vult regnum Dei in cœlo. Oſtendit autem Dominus fidelibus generaliter, & ſancto Franciſco ſpecialiter, quid credendum, quid agendum, quid patiendum, quid fugiendum, quid timendum, quid appetendũ
I ſit. De. 1. Lu. 1. Videamus hoc verbum quod. f. eſt, quod fecit d.&.o.n. Ecce hic credendum eſt, quod viſibiliter Deus factus eſt homo. O magna conſolatio pauperum, & diuitum, quod Dominus in infantia ſua oſtendit ſe pauperibus & diuitibus, ideſt paſtoribus & regibus: in quo oſtendit quòd ipſe venit colligere pauperem & diuitem. Pſal. Similes in vnum diues & pauper. Chriſtus ergo eſt Aſuerus noſter, de quo dicitur Heſter. 1. quod inuitauit omnem populum, qui inuentus eſt in Suſis, a maximo vſque ad minimum, a rege vſque ad paſtorem. Prius autẽ oſtendit ſe pauperibus, quam diuitibus. Pauperibus ſe oſtendit ſine muneribus, diuitibus autem non ſine muneribus. Similiter in morte Chriſti, pauper latro venit ad paradiſum nihil ferens. Diues autem Nicodemus, venit ferens myrrham & aloes q.l.c. Diuites ergo venire debẽt cum muneribus eleemoſynarum. Nota quod ſicut, Dominus in præſepe oſtendit ſe pauperibus, ſic ſpiritualiter oſtendit ſe pauperi. patri enim Fran. hoc patet de puero qui apparuit in præſepio.
K De 2. Eze. 43. Fili homnis oſtende domui Iſrael templum, & confundetur ab iniquitatibus ſuis &c. Templum eſt cor tuum. Templum eſt eccleſia, in quo tot ſunt lapides, quot fideles. Quicunque autem lapidem de hoc templo exciderit, licet modo non videatur, tamen in fine ad fundũ inferni deſcendet. Exo. 15. Deſcenderũt in profundum q. lapides. Si poſſet nobis oſtendi quantitas peccatorum, & abominationes quas faciũt Chriſtiani in templo Chriſti, & quam multiplex ſit ruina huius templi, quantum deberent confundi qui ſunt rei. Confundantur ergo, & erubeſcant val. velo. Greg. Erubeſcere

Erubeſcere malum, ſapientiæ eſt: non erubeſcere fatuitatis. Nota quod Dominus S. Fran. oſtendit de templo ſuo ſpecialiter, de quo confundebatur ſalubriter. Hic recita quod imago crucifixi ei loquebatur. De. 3: 3. Reg. 8. L
Oſtendit eis viam bonam, per quam ambulent. Bona via eſt via ad cœlum. Hierem 6. Interrogate de ſemitis antiquis, quæ ſit via bona, & ambulate in ea, & inuenietis refrigeriũ aĩabus vr̃s &c. Ad cęlum eſt bona via coniugalis, melior vidualis, optĩa virginalis. Certe valde vĩa ſecura eſt clauſtralis, Econtrario via mala, eſt via ad infernũ, quæ licet ſit quibuſdam mõ valde delectabilis, tñ erit eis valde execrabilis. Ber. Via iniquitatis ingrediẽtibus mel ſophiſticum: progredientibus fel & acetum: egredientibus autem eſt execrabile venenum aſpidum. Viam malam oſtendit diabolus, viam bonã oſtendit Dñs. In via bona ambulare debes, quouſque rapiaris in paradiſum cęleſtem. Nota quod bene. S. Franciſcus in via Heliæ fuit, cum currus Heliæ ipſũ vexit. hoc dico de curru ligneo quem viderunt ſocij Franciſci. De. 4. Lu. 4 Oſtendit manus & pedes. q. d. Si ad hãc immortalem vir in qua ego ſum venire vultis, exemplum dedi quanta pati debeatis. Videte inquit manus m. & pe. m. Certe multum conquæreris hodie tribulationes tuas, ſed adhuc nec manus nec pedes confixos habes, nec cor transfixum: Videte ergo manus. m. Ber. Vult benignus dux deuoti militis vultum & oculos in ſua ſuſtolli vulnera, vt illi ex hoc animum erigat, & vt ex hoc eum reddat ad tolerandum fortiorem. Item manus & pe. Chriſti, aſpicere debes: vt & clauis timoris, & amoris, manus & pe. configas, ne ad iniquitatem moueantur. Et certe ſi tu ma. & pe. non ligas in mundo, ligabuntur vinculis igneis in inferno. Mat. 22. Ligatis ma. & pe. &c. Nota quod ſicut vulnera Chriſti oſtenſa ſunt diſcipulis, in manibus & pedibus, latere, ita corporaliter, B. Franciſcus hæc habuit, quando ſeraphin confixum vidit, poſt ſtigmata acce pit. De. 5. Lu. 12. Oſtendam autem vobis quem timeatis: timete eũ qui poſtquam occiderit, habet p̃tãtẽ mit- M N

terre in gehennam. Ber. Primus timor eſt, ne crucie mur in gehenna. Secũdus ne excluſi ſimus a viſione Dei, & priuemur tam ineffabili gloria. Tertius replet animã omnium ſolicitudine, ne forte deſeratur a gratia, Si ergo chariſsimi gehennam timetis, & gehennam fugere vul tis, ſerpentes diaboli ideſt peccata fugere debetis. Matth. 3. Genimina viperarum, quomodo fugietis a iudicio gehennæ: Ecce miſeri peccatores, ſerpentes diaboli eſtis, & antiqui ſerpentis pulli eſtis. Quot enim feciſtis peccata, tot habetis ſerpentes in anima. Eccle. 12. Timete a facie colubri ideſt peccati. Fuge ſerpentem antiquum, ne ſuo veneno ſerpens fias, & ſerpentibus plenus; nequeas fugere, quia vtique inſidiatur tibi. Exemplum de ſerpente, qui, orante B. Franciſco exiuit de crumena, quę videbatur pecunijs eſſe plena. De. 6. Hic oſtendit illi regnum Dei, hoc regnum de quo. Mat. 20. Dic vt ſedeant hi duo filij &c. O Deus quales ſunt ſedes, in quibus ibi ſedetur, & quomodo ad eas perueniamus: Certe per humilitatẽ acquirendæ ſunt, quia per ſuperbiam a corruentibus angelis perditæ ſunt. Lu. 1. Depoſuit po. de ſe. & exalta. hu. Libẽter ergo teneat ſepem humilem in mundo, qui aſcẽdere vult ad ſedem ſublimen in cœlo. Iſido. Deſcende vt aſcendas, hic humiliare, vt exalteris. Propter hoc, B. Frã. tenuit ſedem humilem in mundo, vt ſublimem haberet in cælo. Huc adduc de illa glorioſa ſede, quam vidit ſocius eius. Propter hoc franciſcus tam humilem in mun do, tam ſublimen in cœlo habet. Hic dic de illa glorioſa ſede quam vidit ſocius eius.

De eadem Translatione. B. Franciſci. Ser. I I.

EGo ſtigmata Domini Ieſu in corpore meo porto. Gal. 6. Hoc verbum dicere potuit B. Frãciſcus, quia illa mirabilia ſtigmata Chriſti, mirabiliter in corpore ſuo portauit. Certe. b. Fran. Chriſtum in corde portauit: nomen Chriſti in ore: coronam Chriſti in capite. Exem-

plo

plo itaque. B. Fran. portat, dum eſt Chriſtus in corpore per dilectionem. Portanda ſunt ſtigmata Chriſti in corpore, per mortificationem, nomen Chriſti in ore, per prædicationem, portanda eſt corona Chriſti, per glorificationem. De his omnibus per ordinem require in ſer. Beatus venter qui te portauit &c.

DE B. ANTONIO DE PADVA

Sermo Primus.

Oculi ſapientis in capite eius ſunt. Ecc. 2. Sapiens fuit. B. Antonius, de quo canimus. Dono ſapientiæ plenus &c. Vnde de ipſo dici poteſt illud Eccle. 15. Impleuit illum ſpiritu ſapientiæ & intellectus, ſed quoniam oculi ſapientis ſunt in capite eius, vbi eſt cor, vbi eſt os, vbi ſunt manus ſapientis: Cor in dextera: os in corde: manus in opere: oculos in capite habet. Sapienté ergo ex corde, ex corpore, ex opere, ex facie cognoſcere potes. Sapiens enim in affectione, ſapiens in loquutione, ſapiens in operatione, ſapiens in contemplatione debet eſſe homo. De primo. Eccle. 10. Cor ſapientis in dextera eius, & cor ſtulti in ſiniſtra illius. Conſtat quòd iuſti erunt ad dexteram, & impij ad ſiniſtram in iudicio. Mat. 25. Statuet oues quidem a dextris &c. Via autem ad dexteram eſt bona vita. Prouer. quarto. Vias quæ a dextris ſunt nouit Dominus: peruerſæ vero ſunt, quæ ſunt a ſiniſtris. Qui ergo ad hanc dexteram cor ponit, ſapiens eſt: qui vero ad ſiniſtram, ſtultus eſt. Sapiens reuera eſt, qui dexteram non relinquit propter aſperitatem, nec a ſiniſtra allicitur propter amœnitatem. ſtultus autem qui econtrario facit. Ergo ſtultus viator eſt, qui in itinere poſitus, & amœna pra-

ta conſpiciens, obliuiſcitur quo tendebat. O quàm ſapiēs fuit B. Antonius, qui cor totaliter habens in dextram, quando ſiniſtram fugit amænitatem, religionem intrando, ordinem committendo, martyrium deſiderando. De
C 2. Eccleſi. 21. In ore fatuorum cor, & in corde ſapientium os illorum. Fatuus dicitur habere cor in ore: quia quicquid habet in corde, ſtatim effundit ore, ſicut olla bulliens. Prouer. 15. Os fatuorum ebullit ſtultitiam. Os autem ſapi. in corde dicitur eſſe, quia ſine deliberatione os non loquitur. Pro. 15. Os iuſti meditabitur ſapientiā &c. Amb. Sapiēs vt loquatur, occulta prius conſiderat: quid dicat, cui dicat, quo loco quo tempore. Sic ergo os in corde diligenter claudatur, vt nec ad verbum pernicioſum, nec ocioſum rapiatur. Semper enim timendum eſt quod dicitur. Mat. 12. De omni verbo ocioſo &c. Item ſapiens, os in corde habet: dum ex humilitate, vel ex alia iuſta cauſa doctrinam oris in corde abſcondens, tacet. Sap. 20. Sapientes abſcondunt ſapientiam &c. Sic B Antonius os ī corde habuit, quando ſub indocti facie, tantum diuinę gra-
D tiæ lumen abſcondebat. De 3. Pro. 19. Sapiens mulier, ædificat domum ſuam: inſipiens, exſtructam quamque manibus deſtruet. Sapiens mulier interpretatur fidelis anima, vel eccleſia: ædificat. Interli bonis exemplis accipientibus domum ſuam. Interli. in cælo, de domo conſciētiæ vel eccleſiæ poteſt accipi. Prou. 24. ſapientia ædificabitur domus. Inſipiēs autem deſtruit pluſquàm ædificet. Aedificat dando pro Deo, deſtruit lucrando ſolidum vel marcham contra Deum. Aedificat dū bene facit, deſtruit dum male. Eccleſia. 34. Vnus ædificans, & vnus deſtruens, quid prodeſt illis niſi labor? quid prodeſt fundamentū deſtruere, & ſine fundamento ædificare? quid prodeſt in malo ſtatu permanere, & quædam bona facere? Quid inquā prodeſt ad ſalutem æternam? Auguſt. Sicut nec impediunt a uita æterna iuſtum, quædam peccata venialia, ſine quibus hæc vita non ducitur: Sic ad uitā æternā nō proſunt impio aliqua bona opera, ſine quib⁹ vita difficillime cuiuſcunque peſsimi hominis inuenitur. Sapiens ergo ædi-
ficat.

ficat, ſtultus deſtruit in arena. Mat.7. Omnis qui audit verba hæc, & facit ea, aſſimilatur viro ſapienti: qui ędifi. do. ſ ſupra petram, & deſcendit pluuia, & venerunt flumi na, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & nõ cecidit, fundata enim erat ſuper petram. Et omnis qui audit verba hæc, & non facit ea, ſimilis erit viro ſtulto, qui ædificat domum ſuam ſuper arenam &c. Porta enī Chriſtum: arena t palta ſignificat. Vide ergo quã ſapiens fuit B. Antonius de quo cãtatur. Domus ab Antonio &c. De 4. dicitur hic. Oculi ſap. in capite eius. De oculis autem ſapientis dicitur. Prou. 18. In facie prudentis lucet ſapientia. Oculi autem ſtultorum in finibus terræ. Oculi ſapientum reſpiciunt ſeipſos, oculi ſtultorum alios. Mat. 5. Quid aũt vides feſtucam in oculis fratris tui, & trabẽ in oculo tuo non vides? Caput eſt Chriſtus. 1. Corin. 11. Omnis viri caput eſt Chriſtus. Oculus ergo intentionis & oculus contemplationis tuæ, in Chriſto debent eſſe. Quantũ autem oculi B. Antonij in capite Chriſti fuerunt poſiti, patuit extremis quando dixit. Video Dominum meum. E contrario impij in extremis quando vident Dominum ſuum id eſt diabolum. Vnde de quodam peruerſo B. Gregorius ait. Ecce iuuenis impius, draconem in morte vidit, cui in vita ſeruiuit.

De eodem B. Antonio. Ser. II.

PErfectus omnis eſt, ſi ſit ſicut magiſter eius. Lu. ſexto. Hoc verbum bene dici poteſt de Beato Antonio, qui perfectus imitator fuit magiſtri ſui, ſcilicet Beati Franciſci. Sed attendite chariſsimi, quomodo & in quibus perfectus fuerit. Perfectio militis probatur in certamine: artificis in operatione, curſoris in itinere, amici in munere, ſponſæ in decore. Sic perfectus fuit Beatus Antonius, & ſic perfectus fit quilibet ſancti imitator: immo quilibet Chriſti diſcipulus. Perfectus inquam in certa-

mine cotidianæ tentationis: perfectus in operatione bonæ actionis. In itinere humanæ peregrinationis, in munere diſcretionis, perfectus in decore ſanctæ conuerſationis.
G De 1. Ephe. 6. Accipite armaturam Dei, vt poſsitis reſiſtere in die malo, & in omnibus perfecti ſtare. perfecti inquam militia ſpirituali. Eia milites Dei, accipite armaturam non diaboli, ſed Dei; non vitiorum, ſed virtutum: nõ carnis, ſed ſpiritus. 2. Corin. 10. Arma militiæ veſtræ, non ſunt carnalia &c. Glo. Hac chariſsimi armatura armemini, vt poſsitis reſiſtere in die malo. Glo. In hac vita eſt tẽtatio. de quo etiam die dicitur in Pſalmiſta. Obumbraſti ſuper ca.m. in die belli. Hac omnino armatura armemini, vt poſsitis in omnibus perfecti ſtare. In omnibus certe quibus diabolus animas impugnat ſtare, non vtique fugere: ſtare non cadere debetis: non fugere pœnitentiam, non cadere per culpam. Bern. Fremit mundus, premit corpus, inſidiatur diabolus, non cado: fundatus enim ſum ſupra firmã petram. O quàm perfectus B. Antonius miles Chriſti, ſtetit contra diabolum, Vnde dum diabolus non poſſet
H eum in anima ſuperare, tentauit eum in corpore ſuffocare. De 2. Timo. 3. Perfectus ſit homo Dei, ad omne opus bonum inſtructus. Perfectus artifex eſt, cuius opus bonũ: quanto autem perfectior eſt, tanto de opere non bono reprehenſibilior eſt Iſido. Peccata quæ inſipientibus leuia ſunt, perfectis viris grauia reputantur. Omne ergo opus bonum, perfecto congruit homini, ſicut bona conſtructio artifici. Vnde bene ait Apoſtolus: ad omne opus bonum inſtructus. Item ſicut omnis fructus bonus, bonæ arbori. Col. 1. In omni opere bono fructifices. Item ſicut omnis lapis bonus aureo vaſe, Eccleſ 1. Quaſi vas auri ſolidum, ornatum omni lapide precioſo. Talis artifex, arbor talis, talo vas fuit B. Antonius. Sed heu nos miſeri, non vaſa aurea, ſed quaſi lutea ſumus: qui tam cito per impatientiam, vel per alterius tẽtationis impulſum frangimur. Propter hoc B. Antonium rogemus, vt vaſa noſtra vitrea. i. corda noſtra fragilia conſeruet, ſicut conſeruauit vas vitreum de alto iactum. De 3. Phil. 3. Quicunque perfecti ſumus, hoc ſentiamus.

tiamus. Gloſ. Perfecti curſores & viatores, ſentiamus quàm perfecti ſimus, perquirite curſores de via mandatorum,& ſemita conſiliorum Dei. Perfectus Dei curſor, leuis, velox, cautus, eſſe debet. Leuis temporalia relinquendo. Mat. 19. Si vis perfectus eſſe &c. Bernardus. Paupertas leuem facit hominem, vt currat. Humilitas modicum,vt lateat. Patientia fortem, vt reſiſtat. Item velox inſtanter proficiendo. Pſalmiſta. Qui perficit pedes meos tanquam &c.Velociter currunt curſores,ergo Dei ſunt quicunque velociter proficiunt. Item cautus lapſum cauendo. Pſalmiſta: Perfice greſsus meos in ſemitis tuis, vt non mo.ſ.ad lapſum,veſtigia mea. Sic vtique B. Antonius temporalia relinquendo, velociter proficiendo,lapſum cauendo,perfectus ad Deum, perfectus ad cęlum curſor fuit.& quia tam perfectos in ſeipſo greſſus habuit,non ſolum ſpirituales,ſed etiam corporales greſſus recuperare meruit. Legitur etiam de ipſo quòd poſt mortem ſuam,in primo anno,circiter.19.claudos,ad greſſum impotentes,miraculoſe ſanauit. De 4. K
Mat.5.Eſtote perfecti, ſicut p.v.c.p.eſt. Glo. Perfecti in charitate Dei & proximi. Hæc eſt perfectio amicitiæ ad Deum,& ad proximum. Probatur autem hæc perfectio triplici munere,ſcilicet in munere beneficentiæ, vt ad ſimilitudinem patris cęleſtis bene faciamus amicis: ſicut ibi dicitur, quòd pater cœleſtis Solem ſuum oriri facit ſuper bonos. Item in munere indulgentiæ,vt indulgeamus omnino iniurias. Hoc nimis valde gratum & perfectum eſt coram Deo.Coloſſ.3.Super omnia autem charitatem habete,quod eſt vinculum perfectionis. Vt autẽ ſciatis in quo charitatem habere debeatis, ideo Apoſtolus bene præmittit ibidem,dicens;Supportantes inuicẽ, & donantes vobiſmetipſis,ſi quis aduerſus aliquem habet querelam: donantes iniurias clementer, ſupportantes iniuriantes patienter. Greg.Ille vere perfectus eſt,qui ad imperfectionem proximi impatiens non eſt. Item in munere excellentiæ,vt amore excellenti,amore filiali,Deo ſeruiatur,& non timore ſeruili.1.Io.4. Perfecta charitas

foras mittit timorem; & Hoc munere nullum excellentius, nullumque perfectius Deo dare potes. Hæc perfectio coegit B. Antonium pro amico ſuo Ieſu Chriſto deſiderare martyrium. De quinto. Eze. 19. Perfecta eras in decore tuo, quem poſueram ſuper te. Prima autem perfectio decoris animæ, eſt carere macula culpæ. Deut. 18. Perfectus eris, & abſque macula, cum Domino Deo tuo.

L

De eodem B. Anto. Ser. III.

NEmo accendens lucernam, operit eam vaſe, aut ſubtus lectum ponit: ſed ſuper candelabrum, vt intrantes videant lumen. Lu. 8. Lucerna eſt S. Antonius, & quilibet doctor ſanctus, eccleſiam Dei illuminans qui nec ſub modio cupiditatis, nec ſub lecto carnalis voluptatis ponendus eſt; ſed ſuper candelabrum charitatis, vel vitæ eminentis. S. Antonius quum lumine ſapientiæ diuinæ repletus eſſet, lucem occultabat, quando ſub indocti facie tantum diuinę gratiæ lumen abſcondebat. Occultauit quidem non ſub vaſe cupiditatis, ſed ſimplicitatis: quando propter Deum paupercula vaſa & ſcutellas lauando, quaſi idiotam ſe exhibuit. Sed Dominus hanc lucernam in palam poſuit, quando ſapientiam ſancti Antonij manifeſtauit. Lucerna autem noſtra. S. Antonius, & quilibet doctor ſanctus eſt ad dæmonum confuſionem, ad hoīum illuminationem, ad angelorum congratulationē, ad Dei glorificationem. De primo. Pſ. Paraui lucernā Chriſto meo, inimicos autem eius in confu. Lucerna hæc Chriſto paratur, quia per doctorem Chriſtus mundo manifeſtatur. Immaniter autem diabolus per lucernam confunditur, cum ſua malitia per doctorem detegitur. Fur enim merito confunditur, quando cum lucerna comprehenditur. Eccl. 5. Super furem confuſio &c. Timendus eſt ſubtilis fur. Fur eſt diabolus, qui & diuitias animarum, & ipſas animas noſtras furari voluit: Nonne ſubtilis eſſet, qui oculum de capite, linguam de ore, cor de pectore fu-

M

N

paretur: Subtilior eſt hic diabolus, qui tibi viſum animæ confeſsionem de ore, amorem dei, & alias virtutes furatur de corde. Fur iſte ſubtiliſsimus eſt, quia ipſe eſt fur antiquiſſimus. Iſidorus: Ineſt dæmonibus cognitio pluſquam infirmitati humanæ, partim ſubtilioris eius acu, partim experientia longiſsimæ vitæ, partim per dei viſum angelica reuelatione. Fur primo lucernam extinguit, vt ſecurius furari poſſit. Sic diabolus eos maxime conatur perdere, quos verbo vel exemplo videt lucere. Hoc verbum bene ſignificat Dauid, quem Ieſbidenob niſus eſt extinguere, propter quod dicitur ei 2. Reg. 21. Iã non ingredieris nobiſcum in bellum, ne extinguas lucernam Iſrael. Sic diabolus lucernam noſtrã S. Antonium non ſolum ſpiritualiter, ſed etiam corporaliter extinguere nitebatur. De ſecundo Iob 29. Splendebat lucerna ſuper caput meum, & ad lumen eius ambulabam in tenebris. Caput animæ mens eſt, ſuper quam lumine lucernę idest prædicationis doctrina ſplendente in tenebris præſentis miſeriæ ſecurius ambulemus. O ſi aliquis per pontem arctum magni fluminis ambulare deberet in tenebris, quam neceſſaria eſſet lucerna. Et vere arctus pons, & arcta via eſt iuſtitia. Mat. 7. Arcta eſt via quę ducit ad vitam. Vere arcta: Arctatur enim a dextris, per illud præceptum. Mat. 7, Omnia quæcunque vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis. Arctatur a ſiniſtris, per illam prohibitionem Tob. 4 Quod ab alio odis fieri tibi, vide tu ne alicui alteri facias. Ber. Iuſtitia nec fractura eſt alteri quod fieri ſibi nolit: nec quod ſibi vult negatura. Caueas ergo chariſsime, ne a dextris vel a ſiniſtris labaris de ponte. Per hanc arctam viam oportet nos tranſire hoc mare magnum & ſpacioſum, videlicet præſens ſeculum. Vnde ne propter tenebras huius vita cadamus, lucerna doloris indigemus. Hoc bene ſignificatum eſt Exodi. quarto. vbi legitur, quod filij Iſrael per lumen columne, mare tranſierunt in tenebris nocturnis. O quot, ſunt qui per lucernam noſtram luminoſam, ſcilicet. S. Antonium, pericu-

riculoſam huius maris viam tranſierunt: Spiritualiter ꝭ Quod eius etiam meritis legimus corporaliter. Hic dic ꝭ quomodo ſub lucis radio, naufragas ad portum duxerit.
S De tertio. Lucæ 15. vbi de drachma perdita dicitur. Nonne accendit lucernam &c. vſque Ita erit gaudium angelis Dei & cætera. Drachma iſta quæ imaginem regis habebat, eſt anima ad imaginem ſummi regis creata. Hæc per mortale peccatum perditur. Hæc animæ drachma & eius imago nunc non videtur, quamdiu in marſupio corporis tenetur. De marſupio extrahetur, & tunc anima examinabitur Mat. 22. Cuius eſt imago hæc & ſuperſcriptio? Drachma vero per lucerna minuenitur, quoties anima per doctorem conuertitur. Gaudent autem angeli, dum ſic anima inuenitur: quia ſic ſibi, ſic angelis, ſic Deo per pœnitentiam redditur. Aug. Pęnitentia eſt quę homines ad angelos reducit, creaturam autem creatori
T reddit. O quoties per lucernam noſtram Antonium, Chriſtus drachmam ſuam inuenit: Et ideo vere hæc lu-
V cerna gaudium angelis fecit. Angelorum autem de hac lucerna congratulatio, forte oſtenſa eſt in quadam ſua prædicatione, vbi S. Franciſcus pendens in aere, benedixit fratribus. Aut enim angelus fuiſſe in ſpecie ſancti Frãciſci, aut angelorum miniſterio ſanctum Franciſcum in
X aere pependiſſe credi poteſt. De quarto. Mat. 5. Nec accendunt lucernam &c. vſque glorificent p. 5. qui in cælis eſt. Ad gloriam enim Dominorum, ſæpe accenduntur lucernæ, & bonum eſt honorare patrem cœleſtem. d. 1. Reg. 2. Quicunque glorificauerit me, glorificabo eum. Vnde & lucernam noſtram S. Antonium multum Chriſtus glorificauit, quando in morte ad eum venit. Hic dic, qualiter moriens vidit Chriſtum. Ecce quantę vtilitatis iſta lucerna. Sed heu, ægri fidelium, oculi lucernam non valent
Y aſpicere ardentem. 1. Reg. 3. Non poterat videre lucernam Dei, antequam extingueretur. Sic nec infideles Antonium cognouerunt, antequam in morte, hac lucer-
Z na extincta, miracula claruerunt. Exemplum de hęretico, qui vitrum proiecit de alto.

DE NATIVIT. D. IOAN. BAPT.

Sermo Prmus.

VNa dies facta eſt quaſi duæ. Eccl. 46. Grego. A
Dies eſt vita iuſti. Dies ergo iuſtus Ioãnes:
dies etiam iuſtus eſt Helias. Vna ergo dies
facta eſt quaſi duæ, cùm homo vnus, ſimul
fuit Ioannes & Helias. Mat. 11. Si vultis recipere, iſte eſt Helias, Ioannes in perſona, Helias in ſpiritu. Bene Ioannes diei comparatur, propter tria. Dies enī videntium lætificatiua, dies horarum contentiua, dies dierum excesſiua, vel ſuperatiua eſt Sic. B. Ioannes lætificat animas multorum: continet horas priuilegiorum, excedit gratias ſanctorum. Primo attendite Chariſsimi B
quòd dies naturaliter lætificat, ſicut patet in cantu, auium in die, Sic. B. Ioannes multas animas lætificauit. Vnde Lu. 1. Multi in natiuitate. g. propter quod bene dici poteſt. Hæc dies quam fecit Dominus, exul, &c. Non dicit, quam natura, ſed quam facit Dominus. Steril is enim parere non potuit, ſecundum naturam. Lætentur inquam ſecundum Deum, non contra Deum. Sicut heu multi lætantur, qui hodie lętitia ſua non honorant B. Ioannem: nos autem ſic lætemur, vt breuem lætitiam non ſequatur æterna triſtitia. Prou. 14. Extrema gaudij luc. oc. Gre. Quia pænitentiæ gaudia, ſequuntur perpetua lamenta: hanc chariſsimi lætitiam vanam fugite, ſi ibi flere formidatis. Lætentur itaque de Ioanne homines in mũdo, quia lætantur de ipſo angeli in cœlo. Si enim gaudium angelis dei ſuper vno pec. p. a. quantum putas gaudent angeli in cœlo dei, ſuper vno B. iuſto, iniuſtos peccatores conuertẽte ad Dominum &c. Secũdo attẽdite chariſsimi, quod C
dies etiam hominis conſtat ex. 12. horis, Io. 11. Nõne duodecim ſunt horę diei: ſic B. Io. 12. habet horas, ideſt 12. prærogatiuas. Prima eſt quod per prophetas pręconizatus

tus eſt. Eſa. 11. Vox clamantis &c. Et Mal. 3. Ecce ego mitto angelum &c. Secunda quod per angelum ſolennißime nunciatus eſt, ſicut patet Lu. 1. Aug. Quantæ gloriæ eſt quod ab angelo illo promittitur, a quo Mariæ Deo natus nunciatur. Tertia quod miraculoſe generatus eſt, videlicet de matre ſterili & vetula. Lu. 1. Non erat il-
A lis filius, eo quod eſſet Heliſabeth ſterilis &c. Aug. Præmittitur filius ſterilis, ante filium virginis. Quarta quod de nobilißimis parentibus propagatus eſt. vere nobiles quos virtus & mores nobilitant. Lu. 1. Erant autem ambo iuſti ante Dominum &c. Nobilitas etiam carnis accedit, quia Heliſabeth Mariæ cognata fuit, & ex hoc Ioannes cognatus efficitur Ieſu. Quinta eſt quod in vtero ſanctificatus eſt. Luc. 1. Spiritu ſancto replebitur adhuc ex vtero &c. probatur per exultationem Lu. 1. Exultauit in
B gaudio infans, &c. Sexta eſt quod eius meritis vterque parentum a Domino viuificatus eſt. vterque enim ſpiritu
N prophetiæ repletus eſt, ſicut patet Lu. 1. Inſuper & patri loquela reddita eſt. Lu. 1. Apertum eſt illico os eius &c. Septima eſt quod præcurſor Domini, a Domino ordinatus eſt. Luc. 1. Præibis ante faciem Domini parare v. e. Auguſt. Præmittitur lucerna ante ſolem, ſeruus ante Dominum, amicus ante ſponſũ, peccator ante iudicem, vox ante verbum. Præcurſor autẽ Chriſti fuit Ioannes, non ſolum in mundo, ſed etiam in inferno, ſicut exponit Grego. illud Mat. Tu es qui venturus es &c. Grego. Quem præcurrens mundo nunciabat, hũc moriens ad inferos præcurrebat. Octaua eſt quod Dominus ab ipſo baptizatus eſt, & etiã primus hominum baptiſta fuit. Nona eſt, quod trinitatis confeſſione glorificatus eſt, quando pater in voce, filius in homine, ſpiritus ſanctus in columba ipſi apparuit. Decima eſt quod ſolennißimæ opinionis probatus eſt. Luc. 3. Exiſtimante autem populo, & cogitantibus omni-
C bus de Ioan. ne forte ipſe eſſet Chriſtus &c. Inſuper & Chriſtus Ioannes creditus fuit. Mat. 16 Io. baptiſtam. Vndecima eſt quod a Domino excellentißime commen-
D datus eſt: ipſum enim lucernam, ipſum Heliam, ipſum pluſ-

pluſquam prophetam, ipſum angelum dicens concluſit. Mat. vndecimo. Non ſurrexit maior inter natos mulierum &c. Duodecima eſt quod natiuitatis eius celebratione priuilegiata eſt: quod priuilegium ſolus cum Chriſto & Maria commune habet. Tertio. Attendite Chariſsimi, quod ſicut dies excedit diem in claritate, & in alijs, Sic. B. Ioannes plæriſque ſanctis in merito & præmio. Eccle. 33. Quare dies diem ſuperat, & iterum lux lucē, & annus annū a ſole: Dies fuit. B. Ioā. in vita ſua, lux in doctrina. ſol in gloria. Dies vt que fuit in vita quā tantum ſuperans & excellens fuit, vt potius angelus quā homo dici meruit Matthæi. 11. Ecce mitto angelum meum &c. Grego. Magnum quidem nomen eſt, ſed vita nomini diſsimilis non eſt Item lux fuit. B Ioēs in doctrina. Io. 5. Ille erat lucerna ardens & lucens. Ardens in vita, & lucens in doctrina. hæc lux oēm prophetarū lucē, tantū ſuperauit, q pluſquam ꝓpheta dici meruit. Itē ſol eſt. B Io. in gloria, & quilibet B. Quid mirum ſi ſole clarior eſt anima, cuius etiam corpus ſoli comparatur: Matth. 13. Tunc iuſti fulgebunt ſicut ſol. Sol ergo ſolem ſuperans, eſt anima beata, glorificata, corpus excellens luminoſitate.

De eodem B. Ioannis Baptiſtæ natali. Ser. II.

MVlti in natiuitate eius gaudebunt. Lu. primo. In Beatiſsimo Ioanne hodie, & in omni anno impletur. Gaudent multi de aliorum ſanctorum natiuitate in cœlo: Sed gaudent multi etiam de Ioannis natiuitate in mundo. Conſiderandum ſūt eſt q quadruplex eſt natiuitas, de qua multi gaudent. Eſt enim natiuitas naturę, natiuitas culpæ, natiuitas gratiæ, natiuitas gloriæ. Prima ærumnoſa, ſecūda ignominioſa, tertia gratioſa, quarta glorioſa. De prima Iob. 13. Homo natus de muliere, &c. Attendite in his verbis, humanæ vitæ humilitatē, cū dr̄ Homo na. de mu. pudet heu dicere,

re,quam viliter,quam immunde,quam miſere, tam potẽtes quam impotentes naſcuntur de muliere.Nullus enim cum purpura, nullus naſcitur cum corona. Sap.7. Nemo ex regibus adhibuit natiuitatis nuncium. Item attendite breuitatem,cum dicitur,Breui.v.tẽpore:& ſępe breuiori tempore quam ipſe ſperet. Lu. 12. Stulte animam tuam hac nocte repetent a te &c.Item attendite pœnalitatem,cum dicitur,Repletur mul.mi Apo.3.Neſcis quia tu miſer.ſ in corpore, & miſerabilis es.ſ.in anima tua. De his tribus ait hic Homo natus de mu.& ob hoc cum reatu.Breui.v.tempore, ob hoc cum metu.Repletur m. mi. & propterea cum fletu.Et vere multis, quia corporis & animæ ſimul.B.etiam Ioannes fuit natus de muliere, ſed tamen purgatus reatu originali.Breui.v. tempore,præoccupante eum ſnĩa capitali. Repletur,m. mi. in deſerto in luctu,& in cuſtodia carcerali. De.2.Prou.17.Natus eſt ſtultus in ignomina ſua In ignomina natus eſt, qui peccando filius diaboli factus eſt.Ideo totiens ex diabolo naſcitur,quotiens mortaliter peccat.Ignominia certe eſt,ſi homo natus eſt de parente turpiſsimo,immo de cane vel de lupo:quantomagis de diabolo.Io.8.Vos ex patre diabolo eſtis. Ignominia quoque eſt, ſi homo ſtultus natus eſt. Quæ autem maior ſtultitia eſt,quam dare coronam regni,pro putrido pomo voluptatis:Ignominia eſt ſi homo ſine naſo, vel ſine oculis natus eſt. Vnde cæco nato ignominoſe obijcitur. In peccatis natus es totus. Vnde bene videtur cæcus in peccatis totus natus, qui nec ad Deum,nec ad diabolum, nec ad cęlum,nec ad infernum oculos habet. O quam longe fuit ab hac natiuitate. B. Ioannes.quãdo enim lucerna de tenebris:angelus de diabolo naſci poſſet? Ioa.2.Lucerna Ioannes, angelus a deo dictus eſt. De.3.Io.1. Quotquot autem re.eum &c. vſque ex Deo nati ſunt.ſ.in baptiſmo vel in pœnitentia. Ille ex Deo natus eſt, qui veraciter ad Deum conuerſus eſt:& Deus ei pater,& ipſe ei filius effectus eſt. Amb. Pater noſter eſt Deus,dum bene agimus:Iudex vero,dum peccamus. Ille quaſi caput ex Deo natum habet, qui

credit

credit credenda. 1. Io. 5. Omnis qui credit quoniam Ieſus eſt Chriſtus, ex Deo natus eſt. Ergo omnis qui non credit ex diabolo natus eſt. Ille etiam quaſi manus ex Deo natas habet, qui facit facienda. 1. Io. 2. Omnis qui facit iuſtitiam, ex deo natus eſt. Ille quoque quaſi pedes ex Deo natos habet, qui fugit fugienda, id eſt peccatum. 1. Io. 5. Omnis qui natus eſt ex Deo &c. In his tribus poteſt oſtendi. B. Ioannem totaliter natum eſſe ex Deo. De quarto. H
Pſ. Annunciabunt id eſt manifeſtabūt cœli iuſtitiam eius, populo qui naſcetur. Iuſtitia quæ in cœlis manifeſtatur. eſt illa de quę ait. 2. Timo. 4. Repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ. Et Mat. 20. Quod iuſtum fuerit, dabo vobis. Hæc iuſtitia non manifeſtatur in cœlis, niſi populo qui naſcetur, inchoando vitam æternam in cœlis. Sed hæc etiam dicuntur natalitia. Animæ ergo iuſtorum, naſcuntur vitæ æternæ i euolatione, ſed corpora in reſurrectione. Ec. 14. Generatio carnis & ſanguinis, alia finitur, alia naſcitur. Finitur per mortem generatio mortalis, naſcitur per reſurrectionem, generatio immortalis. Sicut autē differenter naſcuntur flores de terra, & vermes: ſic pij & impij in reſurrectione. Verum quilibet glorioſe reſurgēs, tunc dicere poterit: refloruit caro mea. Tunc. B. Io. florebit ſicut lilium, propter caſtitatem: ſicut viola, propter vitę ſanctitatem: ſicut roſa, propter paſſionem. Huius I
quadruplicis natiuitatis, quadruplex gaudium ex Euangelio colligere poſſumus. Primum tolerabile, ſecundū damnabile, tertium laudabile, quartum ineffabile natiuitatis miſeriæ. Gaudium eſt tolerabile. Io. 16. Iam non meminit prę ſſuræ propter gaudium, quia natus eſt homo in mundum. Gaudium quandoque fit nato illo, cui melius: etiam ſi natus non fuiſſet, Mat. 26. Bonum erat illi, ſi natus non fuiſſet. Item natiuitatis culpæ gaudium, eſt damnabile. hoc ſignificatum eſt in gaudio natiuitat. Herodis. Io. 5. & Mar. 6. in quo. Io. 1. gratia moritur, puella vero id eſt concupiſcentia, ſaltat & lætatur. Hoc gaudium fit quando homo gaudet iniquitate propria, & aliena. Prou. 2. Lętantur cum malè fecerint &c. Item natiuitatis gratiæ
gaudium

gaudium eſt laudabile.hoc ſignificatum eſt in natiuitate. B. Ioannis, qua multi gaudent non ſolum homines, ſed & angeli. Lu. 15. Gaudium eſt angelis dei. Item natiuitatis gloriæ gaudium eſt ineffabile. hoc ſignificatur in natiuitate Chriſti. Lu. 2. Euangelizo vobis g. m. &c. Natus eſt Chriſtus, B. anima, miſer in corpore. Sic in natalitijs ſanctorum animæ B. ſed corpora adhuc miſera remanent.

De eadem Natiuita. B. Io Ba. Ser. III.

ERit magnus coram Domino. Lu. 1. Gabriel angelus prædicens de Ioanne, quod multi in natiuitate eius gaudebunt, cauſam ſubiungit cum ait Erit magnus. Magnus vtique priuilegio, magnus merito, magnus officio, magnus teſtimonio, magnus præmio. De primo dicitur hic Erit magnus coram Domino, vinum & ſice. nõ bibet, & ſ. ſ. reple. &c. Magnum priuilegium eſt quod ſpiritu ſancto ex vtero repletus eſt. Magnus autẽ Io. priuilegio quod a. ſ. habet. A patre enim habet priuilegium ſingulariſsimæ prænunciationis. Dominus enim pater natiuitatem, nomen, & vitam Ioannis, per eundem nuncium prænunciauit quem poſt ſex menſes ad Mariam pro filio deſtinauit. Item a filio habet priuilegium mirabiliſsimæ exultationis. Exultauit enim ĩ vtero matris ſuæ, propter præſentiam filij Dei in vtero Mariæ. Item a. ſ. habet priuilegium electiſsimæ ſanctificationis, propter quod dicitur, ſpiritu ſancto replebitur &c. Vide homo quam cito Io. fuit ſanctus & quam cito tu fuiſti iniquus. Auguſti. Paucisſimi ſunt tantæ fœlicitatis, vt ab ipſa ineunte adoleſcentia, nulla damnabilia committant peccata. De

L ſecund. Gen. 26 Ibat proficiens atque ſubcreſcens, donec vehementer magnus effectus eſt. Hoc myſtice de B. Ioanne poteſt accipi: quia fuit magnus virtutibus, & ſpecialiter in tribus. Magnus fuit ipſe vtique in innocentiſsima puritate: pro qua etiam dici angelus Domini meruit. Matthæi vndecimo. Hic eſt de quo ſcriptum eſt. Ecce ego

mitto angelũ meũ ante faciẽ tuam;qui præparabit viam tuã ante te.Amen dico vobis;non &c. Greg. Magnũ quidem nuncium:ſed vita &c.Item magnus fuit in vrgentiſſima auſteritate,videlicet ciborum, locorum & veſtimentorum:de quibus oĩbus in Euangelio cõmendatur.Itẽ magnus fuit in altiſsima charitate,pro qua & amicus ſponſi dr̃.Io.3.Amicus aũt ſponſi,qui ſtat & audit eum &c.Ber. Quãtitas cuiuſque animæ,æſtimatur ſcd̃m menſurã charitatis: vt quę multũ charitatis habet,magna ſit.quæ parũ,parua:quæ vero nihil,nihil,dicẽte Apoſtolo,Si charitatem non habuero,nihil ſum.Sed heu, ſicut Ioãnes magnus eſt meritis, ita multi ſunt magni vitijs. De tertio. Mat.5. Qui fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cœlorum. Officium Ioannis fuit docere.& quia fecit & docuit, magnus fuit. Magnus autem fuit triplici officio prędicandi. Matth. tertio. Venit Ioannes baptiſta, prædicans in deſerto Iudeæ, & dicens. Pœnitentiam agite, ap. regnum cœlorum. Hoc primum thema Ioannis, hoc etiam primum thema fuit ſaluatoris. Item magnus officio baptizandi. Nam primus hominum Baptiſta fuit, & Dei filium ipſe baptizauit, & in baptiſmo Beata ei trinitas apparuit. Item magnus fuit officio prophetandi,immo prophetam demonſtrandi. Vnde plus quã propheta dicitur. Quem enim prophetauit, ipſe Deum oſtendit, quando dicit Io.2. Ecce agnus Dei &c. Agnus hic, glorioſi agni eſt oſtenſor. Notate chariſsimi: Ecce Hieremias debuit hunc ore prophetare: Ioannes autem digito monſtrare. Maria vero in vtero portare: & omnes iſti, ante fuerunt ſancti quam nati. Penſate ergo quàm ſanctus debet eſſe, qui habet agnum non ore prophetare, ſed ore ſumere: non digito demonſtrare, ſed digitis tractare: & qui non ventre, ſed mẽte portare debet. De quarto. Mat.vndecimo.Inter natos mu. non ſurrexit ma. Ioanne Bapt. O quàm magnus teſtimonio fuit Ioannes. Magnus autem fuit triplici teſtimonio. Magnus enim fuit teſtimo-

(margin letters: M, N, O)

nio humano. Lucæ tertio Exiſtimante autem populo, & cogitantibus omnibus in cordibus ſuis de homine, ne forte ipſe eſſet Chriſtus: vſque, Non ſum dignus ſoluere cor. cal. eius. Ecce quam magnus apud homines, & quã paruus apud ſemetipſum fuit Ioannes. Adeo vero completum eſt de ipſo illud Eccl. 3. Quanto magnus es, humilia te in omnibus. Item magnus fuit teſtimonio angelico. Vnde angelus ait. Hic erit magnus coram Deo. Eia homo ſic magnus, vel paruus teſtimonio angelico apparebis in die nouiſsimo, ſi tu ſis magnus, vel paruus in merito. Mat. 25. Cum venerit filius hominis in maieſtate ſua, & omnes angeli eius cum eo. Interl. Teſtes humanorum actuum, ſub quorum cuſtodia, bene vel male egerunt. Item magnus teſtimonio diuino. Deus enim eſt qui dicit. Inter natos mulierum &c. Vere magnus eſt, qui apud Deum magnus eſt. Propter enim iſtud ait Ioan. Chry. Ioannes maior homine, par eſt angelis. O felix, qui ſic viuit, quod a Deo & angelis & ab hominibus bonum teſtimonium habet. Rom. 12. Prouidẽtes bonum nõ tantũ coram Deo, ſed ẽt coram omnibus hominibus. Quid ergo erit de multis hominibus, qui malum habent teſtimonium ab his omnibus.

F De quinto Iob. 3. Magnus ibi eſt. Magnus eſt Ioannes Baptiſta, & quilibet ſanctus magni meriti. Ne autem putes minoris meriti ſanctos, alibi quàm in cœlo lętari. Ideo bene dicitur, quod paruus & magnus ibi ſunt. Magnus eſt in cœlo Ioannes Baptiſta, propter magnam gloriam. Pſal. Poſuiſti in capite eius coronã de lapide precioſo. Et poſt pauca ſubiungitur, Magna eſt gloria cuiuslibet ſancti propter vnam coronam. Quanta ergò gloria Ioannis, qui ſimul coronam omnium iuſtorum, & coronam virginum, coronam prædicatorum, coronam martyrum, ipſe virgo, prædicator, & martyr obtinet.

De eadem Natiuita. aut Decollatione B. Ioannis Bapt. Ser. IIII.

INter natos mulierum, non ſurrexit maior Ioanne Baptiſta. Mat. 11. In verbis iſtis commendatur. B. Ioann. Bapt. ab eo, in quo benedicendus eſt omnis homo. Iuxta illud promiſſum, quod habetur. Gen. 22. In ſemine tuo benedicentur omnes gentes. Quod exponens Apoſtolus, ad Gala. 5. Abrahæ dictæ ſunt promiſsiones, & ſemini eius. Non dicit, & ſeminibus quaſi multis, ſed in vno, & ſemini tuo, quod eſt Chriſtus. Et nota, uuod cum ipſum inter natos commemorat mulieris, probat id quod dicit Sapiẽs: Participantis ad non participantem, non eſt comparatio: & ita deſtruit errorem eorum qui dixerunt eum eſſe angelum incarnatum: contra quos Ioan. 1. Fuit homo miſſus a Deo. Et Lucas eius genealogiam natiuitatis texens ait. Fuit in diebus Herodis. &c. Et nota, quod filius hominis vocat Ioannem natum mulieris, vt per hoc manifeſte poſſet intelligi diſtantia natiuitatis vtriuſque. Homo enim licet ſexum vtrunque complectitur, tamen roboris virilis nomen retinet: mulier vero nomen fragilius habet. Quia ergo Chriſtus dicitur filius hominis, nota Quod eius natiuitas fuit in ſpiritu & virtute. Iuxta illud Lu. 1. Et virtus altiſſ. obum. ti. Qui autem Ioannes dicitur natus mulieris, nota quod eius natiuitas, in corruptionis fragilitate fuit. Et licet fuit ſimilis hominibus fragilis corpore, fuit tamen commendabilis multiplici dignitate. Vnde cum ſaluator extollat magnum Ioan. poteſt conſiderari excellentia eius, quo ad quatuor. Natiuitatem, conuerſationem, prædicationem, remuneratione. Poteſt igitur conſiderari in natiuitate, admirabilis dignitas: in conuerſatione, incomparabilis puritas. in prædicatione indeclinabilis veritas; in remuneratione inenarrabilis claritas. Et ita non ſurrexit maior Ioanne, dignitate, puritate, veritate, gloria. Et nota quod hęc dignitas in

natiuitate, ex quatuor apprætenditur ſcilicet ex dignitate nunciantis, ex miraculo concipientis, ex ſanctificatione naſcentis, ex impoſitione nominis. Item puritas conuerſationis,ex quatuor intelligitur, ex cõfeſsione fidei,ex pudicitia virginali, ex carnis mortificatione, ex perfecta humiliatione. Dignitas annunciantis apparet, quòd per eundem angelum annunciatur, per quem Chriſti conceptio eſt nunciata. Lu.1. Ego ſum Gabriel &c. cuius auctoritas probatur ex eo,quòd Zacharias dubitãs mutus efficitur. Miraculum concipientis notatur in eo, quòd Eliſabeth erat ſterilis,& proceſſerat in annos ſuos. Sanctificatio naſcentis oſteuditur, eo quòd ſpirituſancto repletus ex vtero matris ſuæ.Impoſitio nominis,dignitatem eius oſtendit Ioannes enim interpratatur gratia,& hic erat ordo conuenienter præcedens gloriam,Ioannes Ieſum. Ieſus enim interpratatur ſaluatio; nullus enim ſaluatur,niſi gratia præcedente. Puritas conuerſationis (vt ſupra dicitur) notatur ex quatuor teſtimonijs. Primo ex fidei confirmatione. Io. 1. Ecce agnus Dei &c. Quem enim in vtero clauſus materno exultans adorauerat,ipſum tandem videns,adorandum populis prædicauit, a qua fidei magnitudine, pluſquam propheta vocatur a Chriſto. Mat. 11. Etiam dico vobis pluſquam prophe.&c.In quo noſtra infirmitas confortatur,quia ſi nũc credimus,quod non videmus,tunc videbimus & laudabimus,dicentes cum Pſ. Sicut audiuimus ſic vi. &c. Secũdo ex pudicitia,propter quam adulterium Herodis pati nõ potuit.Mar.6.Dicebat Ioãnes Herodi, Non licet tibi ha. vx.fra.t.&c.Ex hoc nomẽ angeli promeruit.Mat.11. Hic eſt de quo ſcriptum eſt, Mala 4o.Ecce ego mitto angelũ meum. Vt enim dicit Iſid. Qui caſte viuere perſeuerauerint,& virgines manſerint,ſunt angeli Dei.Vide ergoecõtrario luxurioſi nomen,& quem locum ſortiantur, certe iumenti.Vnde Ioel.3.Computruerunt iumenta in ſtercore ſuo. Glo. Iumenta in ſtercore ſuo computreſcere, eſt luxurioſos quoslibet,in carnis vitio vitam finire. Tertio. Carnis mortificatio notatur, ex deſerti inhabitatione

625

tione, quæ neceſſaria eſt ad cuſtodiam caſtitatis. Lucæ. 1. Puer autem creſcebat, & erat in deſertis &c. De quo cantat eccleſia. Antra deſerti, teneris ſub annis &c. Diſcant ergo qui volunt puritatem, & innocentiam ſeruare, fugere conſortia hominũ, & plateas. Nam vt ait Apo. Corrumpunt bonos mores, colloquia praua. &c. Hinc eſt, quod ſalutanda virgo ab angelo, in conclaui inuenitur. Lu. 1. Econtrario Dina egreſſa ad videndum mulieres regionis, rapitur & violatur. Gen. 34. Ioannes vero ex gratia ſolitudinis, puritatem conſeruans, Heliæ & præcurſoris Chriſti nomen promeruit. Iuxta illud Lu. primo. Ipſe præibit ante illum in ſpiritu & virtute Heliæ &c. Item in victus parcitate, & in veſtium aſperitate. Mat. tertio. Habebat veſtimentum de pilis camelorum, & zonam pelliceam circa lumbos ſuos. Eſca autem eius erant locuſtæ, & mel ſilueſtre. Nihil enim proficeret ſolitudo, ſi abſtinentia non adeſset: quia illa ſine hac, libertas eſt ad peccatum. In quo religioſi illi arguuntur, qui in ſolitudine clauſtri, mundi delitias quærunt, ſimiles filijs Iſrael in deſerto. Exo. decimoſexto. Vtinam mortui eſsemus, per manum Domini, in terra Aegypti, quando ſedebamus ſuper ollas carnium, & comedebamus panem in ſaturitate: Aut appetitum veſtium habent inordinatum, cum dicat Auguſt. Non affectetis veſtibus placere, ſed moribus. Reprehenditur autem generaliter veſtimentorum ſuperfluitas & vanitas. Vnde glo. ſuper illud Mat. vndecimo. Quid exiſtis &c. Niſi peccatum eſset veſtium ſuperfluitas & precioſitas, non laudaretur Ioannes de veſtium aſperitate: nec damnaretur diues de earum precioſitate. Reprehenduntur etiam & illi, qui in diebus ieiuniorum, delicijs & comeſsationibus vacant, volentes diurnam ſuperflua refectione recompenſare. Quarto. Humilis refectio, vel perfecta humiliatio. Cum enim ipſe Ioãnes, tantę eſset opinionis apud homines ex præmiſſis, vt a turbis Chriſtus crederetur, interrogatus ab eis maluit (vt dicit Gre.) ſubſiſtere in ſe, ne inaniter D

raperetur ſupra ſe. Ideo dicitur Ioan. 2. Confeſſus eſt, & non negauit. immo vocem eius quem ſe eſſe negauerat, eſſe ſe aſſeruit. Quia vero in ſe humilis præſtitit, ſublimari à Chriſto meruit, vt ab ipſo baptizaretur: ex quo priuilegio baptiſma autonomatice nominatur. Vnde illud. Ve
V nit Ioannes baptiz. &c. Veritas prædicationis indeclinabilis, reddit ipſum commẽdabilem ex quatuor. Primo ex communi omnium eruditione. Mat 3. Pœnitentiam agite, appropin. re. cœ. Et iterum. Facite ergo fructum dignum pœnitentiæ &c. q. dicat. Humanum dico, propter fragilitatem carnis. ſi nondum eſt in vobis plenitudo omnium bonorum, non ſit in vobis ſaltem plenitudo omniũ malorum. Si non poteſtis facere fructus dignos perfectæ iuſtitiæ, faciatis ſaltem fructus dignos pœnitentiæ. Secundo ex imbecillium & infirmorum ſupportatione. Iuxta illud ad Gal. 6. Fratres, & ſi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui ſpirituales eſtis, inſtruite in ſpiritu lenitatis: conſiderans teipſum, ne & tu tenteris. Alter alterius onera portate. Vnde ipſe dicebat militibus. Lu. 3. Neminem concutiatis, neque calumniam faciatis. ideſt nec violentiam inferatis: & contenti eſtote ſtipẽdijs veſtris. Non imponebat eis grauia, docens eos ſup-
X portandos. Tertio ex dura obſtinatorum, & hypocritarum redargutione. Mat. 3. Videns autem multos Phariſęorum & ſacerdotum venientes ad baptiſmum, dixit eis. Progenies viperarum, quis demonſtrabit vobis fugere à ventura ira. Progenies viperarum vel genimina, dicũtur hypocritæ, propter varietatem ſimulationis. Venerunt enim ad baptizandum exterius, maculam ferentem internæ corruptionis. Tales enim exemplo Ioannis, ſunt à viris ſpiritualibus arguendi. Ioan. 16. Cum venerit paraclitus, arguet mundum ideſt hypocriſim mundanorum, de peccato quod habent de iuſtitia, quam non exercent. &c. Quarto ex conſtantia in paſsione, quæ eius doctrinam acceptabilem inſtruit. Iuxta illud Prou. 19. Doctrina viri, per patiẽtiam noſcitur. Non enim metuebat Ioãnes Herodem, cui dixit. Non licet tibi &c. ſed Herodes
Ioan-

Ioannem, Sciebat enim ipſum eſſe virum iuſtum & ſanctum. Vnde ſecure arguebat ipſum, non ſicut prælati, & prædicatores moderni, nō ex auctoritate ſanctæ vitæ arguentes, ſed ſibi conſcij potius opinionis ſanctæ, humanā gratiam amittere formidantes, vel ſua de merita recolētes. Quales autem debeant eſſe oſtendit Ber. Tales inquiens eligendi ſunt, qui poſt aurum non eant, ſed Chriſtum ſequantur: non requirant aurum, ſed fructum, qui ſe regibus Ioannem exhibeant: Aegyptijs Moyſen: fornicatoribus Fines: Heliam idololatris: Heliſeum auaris: Petrum mentientibus: Paulum blaſphemantibus: negociantibus Chriſtum, qui vulgus non ſpernant ſed doceant, diuites non palpent, ſed terreant: pauperes non grauent, ſed foueant: minas principum, non paueant, ſed contemnant. Pſ. Os iuſt. medi. &c. lex Dei eius in cot. ip. & non ſu. g. eius. Hac igitur conſtantia veritati, Ioannes patienter mortem ſuſtinuit, propter quod meruit a Domino in cœleſti gloria præmiari. Y

DE S. PETRO ET PAVLO APOST.
Sermo Primus.

INterfecit Ioab duos iuſtos, melioreſque ſe. 3 Regum. 3. Ioab inimicus interpretatur. Inimicus Chriſti & eccleſiæ fuit, qui duos iuſtos viros, Petrum & Paulū, hodie interfecit. Hi duo viri ſæpe figurati ſunt in ſcriptura. Hi enim duo viri, viriles in prælatione, viriles in paſsione fuerunt. Viri certe fuerunt, quia viriliter in veritate, viriliter in bonitate, viriliter in auctoritate, viriliter in aduerſitate ſteterunt. De primo. Nu. 11. Remanſerunt in caſtris duo viri, quorum vnus vocabatus Heldab, & alter Medap, ſuper quos requieuit ſpiritus ſanctus prophetie. Heldab interpretatur exacuens, quod conuenit. B Paulo qui fuit exacutus lingua ſua contra infideles. Eſa. 49. Po-

A

B

ſuit os m. quaſi gla. acu. Medap interpretatur menſurans, quod conuenit. B. Petro: cui vniuerſalis menſurādi auctoritas commiſsa eſt in clauibus. Eze. 40. Calamus menſuræ in manu eius. Menſura iuſtitiæ conuenit omnibus ſacerdotibus eccleſiæ in culpis & pœnis menſurandis, ad imitationem ſummi menſuratoris qui ait. Eſa. 28. Ponam in pondere iudicium, & iuſtitiam in menſura. Sup hos duos viros Pe. & Pau. in caſtris Eccleſiæ requieuit ſpiritus loquendi viriliter veritatem. Mat. 11. Non enim vos eſtis qui loquimini &c. Sed [illegible] in quibuſdam loquitur non cœleſtis ſed infernalis patris ſpūs, non bonus ſed malus ſpūs. Io. Chry. Oīs malus ſermo, qui de mundo profertur, a ſpū immūdo dictatur Ille ſpūs loquebatur p os Petri negantis, ſed bonus ſpiritus loquebatur per os Petri prædicantis. Act. 10. Adhuc loquente Petro verba hęc; cecidit ſpiritus ſanctus &c. Iā enim prædicādo vir erat, qui negando paruulus fuerat. Vnde conſocio ſuo. B. Paulo, dicere potuit illud. 1. Corin. 10. Cū eſsem paruulus &c. vſque Quando autem factus ſum vir, euacuaui quæ erant paruuli. De ſecūdo. primi. Reg. 10. Inuenientes duos viros ſalientes magnas foueas. Magna fouea eſt peccatū mortale. Mat. duodec mo. Quis eſt ex vobis qui habeat vnam ouem, & ſi ceciderit Sabbatis in foueam, &c. Heu mundus plenus eſt foueis. Et heu in fouea diutius relinquit homo animam ſuam, quā ouem. Profunde in foueam cadit homo peccando: profundius perſeuerando: profundiſsime autem creatori imputando. Augu. Malum eſt peccare, peius perſeuerare, perniciosius culpam defendere, perniciosiſsimum eſt culpam in creatorem refundere. Qui has foueas tranſire voluerit, oportet vt vir. ideſt viriliter ſe habeat: ſicut. B. Petrus nō fuit vir, qn ancilla ipsū in foueā pcipitauit. Itē magna fouea īfernus. Iob. 40. Abſcōde eos ī puluere. i. ſepulchri, & facies eorū demerge ī foueā ſ. inferni. Duo viri Petrus & Paulus, poſtq̄ viri facti ſunt has foueas viriliter tranſierunt. Bonus ſaltator eſt quicunque has tam magnas foueas tranſilit. Eſa. 35.

Tunc

Tunc ſaliet ſicut ceruus claudus. Interli. De vitijs ad virtutes, de mũdo ad cœlum. Bonus ſaltator fuit Paulus, qui vſque ad tertium cœlum ſaltauit. De tertio. Ioſue 2. Miſit Ioſue filius Nun, duos viros de Sethim exploratores &c. Iſti exploratores grauiter ſe obligauerunt, quando dixerunt. Hiere. 2. Anima noſtra ſit vobis in mortem. Exploratores ſunt rectores, qui in obligatione graui ſunt pro animabus ſubditorum. 3. Reg. 20. Cuſtodi virum iſtum, qui ſi lapſus fuerit, erit anima tua pro anima eius. Iſti exploratores, familiam Raab gladio & igne liberauerunt: ſic prælati de gladio & igne ſcilicet gladio extremæ ſententiæ, de quo Iob. 19. Fugite a facie gladij, quoniam vltor iniquitatum gladius eſt, & ſcitote eſse iudicium. Liberauit etiam de igne gehẽnæ, vnde debent ſuos ſaluare de igne gehennæ rapientes; ſic viri duo iſti Pe. & Pau. viriliter in cura ſua laborantes in mũdo, multos ſaluabunt in iudicio. Grego. Ibi Petrus cum Iudæa conuerſa quam poſt ſe traxit. Apparebit ibi Paulus, conuerſum mundum (vt ita dixerim) deducens. De quarto dicitur hic: interfecit. &c. Duo iſti viri Petrus & Paulus viriles fuerunt, non ſolum in ſui interfectione, ſed etiam in omni aduerſitate. Dicat de ſe ille virilis Paulus. 2. Corin. 11. A Iudæis quinquies quadragenas vna minus accepi: ter virgis cæſus ſum &c Viriliter poſtremo hodie Paulus enſem, & Petrus crucem ſuſtinuit. Iſti ergo, ſunt duo viri botrum in vecte portantes. Aug. Primus botrus in torculari Chriſtus eſt, qui in paſſione expreſſus eſt manu, illud vinum effundens, Vnde calix inebrians quam præclarus eſt. Hunc botrum Petrus & Pau. portauerunt in vecte crucis. Portauerunt autem quatuor prædictis modis, portauerunt inquam docendo, bene viuendo, regendo, patiendo.

De eiſdem Ser. II.

VEre vos teſtes mei eſtis, dicit Dominus. Eſa 43. Beati Apoſtoli Petrus & Paulus idonei teſtes Chriſti fuerunt. De Petro ſatis patet: de Paulo etiam dicitur Actuum. 22. Eris teſtis illius ad omnes homines, eorum quę vidiſti & audiſti. &c. Teſtes ergo Chriſti fuerunt & hi, & alij Apoſtoli ipſius gratiſsimę miſerationis, potentiſsimæ operationis, & dignantiſsimæ paſsionis, veriſsimę reſurrectionis, glorioſiſsimæ aſcenſionis, clementiſsimæ remiſsionis, & nouiſsimę in iudicio bonorum, & malorum diſcretionis. De primo. Ioan. 3. Teſtificamur quoniam pater miſit filium ſaluatorem mundi. Vere ſaluatorem mundi. Gen. 41. Vocauit Pharao Ioſeph lingua Aegyptiaca ſaluatorem mundi. nunc Ioſeph Ieſus Chriſtus vocatus eſt ſaluator mundi, non ſolum Aegyptiaca, ſed etiam prophetica. Zachar. 9. Ecce rex tuus venit iuſtus & ſaluator. Item Apoſtolica. Vnde Pau. ait ad Phil. 3. Saluatorem expectamus Dominum noſtrũ Ieſum Chriſtum &c. Item angelica. Lu. 2. Natus eſt vobis hodie ſaluator mundi. Sed heu plurimi obliuiſcuntur ſaluatoris ſui. Pſal. Obliti ſunt Domini qui ſal. e. Sed verbo eis, quia dicit Aug. Percutitur hac animaduerſione peccator, vt moriẽs obliuiſcatur ſui, qui dum viueret oblitus eſt dei.

F

G De ſecundo. ait Pe. Act. 10. Qui pertranſijt benefaciendo, & ſaluando omnes oppreſſos a diabolo, quoniam Deus erat cum illo. Et nos teſtes ſumus omnium quæ fecit &c. Quæ fecit dęmoniacos liberando, cæcos illuminando, leproſos mundando, mortuos ſuſcitando, panes multiplicando, ventis imperando. O quantã dixit, vt homo doceretur: O quanta fecit, vt doctrinę crederetur: O quanta ſuſtinuit, vt mundus ſaluaretur. Penſa ergo quam facilis fuit totius mundi creatio, & quam difficilis ſolius hominis recreatio. Ber. Qui dixit & facta ſunt hic dicit multa.

H fecit iura. pertulit dura. De tertio. 1. Pe. 5. Seniores qui

in vobis ſunt obſecro conſenior & teſtis Chriſti paſsionũ &c. Io. 19. Qui vidit, teſtimonium perhibuit &c. Non ſolum autem Apoſtoli, ſed etiam gentiles teſtes fuerunt, quod vere Deus patiebatur: ſicut patet in Centurione tũc præſente, & in Dionyſio abſente, qui Sole obſcurato in paſsione dixit. Deus naturæ patitur. Hoc etiam non ſolum homines, ſed etiam creaturæ inſenſibiles teſtabantur. Terra cognouit, quia eo moriente contremuit. Sol cognouit, quia lucis ſuæ radios ſubſtraxit. Saxa & parietes cognouerunt, quia ipſa hora mortis ſciſſa ſunt. De t quarto. Act. 4. Virtute magna reddebant Apoſtoli teſtimonium reſurrectionis Ieſu Chriſti Domini noſtri. &c. Teſtes habet reſurrectio Chriſti, non ſolum viuos, ſed ẽt mortuos Mat. 28 Multa corpora ſanctorum &c. vſque, apparuerunt. Interl. Ad teſtimonium Dominicæ reſurrectionis. Teſtes reſurrectio Chriſti habet, non ſolum homines, ſed ẽt angelos. qui non ſolum corporalẽ, ſed ẽt ſpiritus reſurrectionẽ teſtantur. Gre. Quia omnipotẽs Deus, etiam terribilis eſt peccatoribus, & blandus iuſtis; recte teſtis reſurrectionis eius angelus in fulgore vultus, non k ſolum in candore habitus demonſtratur. De quinto. Ait Pe. Act. 5. Ieſum quem vos interemiſtis ſuſpendẽtes in ligno, hunc principem Deus ſaluatorem exaltauit. Interli. Aſcendit in cœlum. Et poſt pauca ſequitur. Et nos teſtes ſumus horum verborum. Ecce Chriſtus primo humiliatus eſt in ligno, poſtea exaltatus in cælo. Quanto magis tu homo humiliari debes in mundo, ſi ex altari volueris in cœlo, Lu. 14. Omnis qui ſe extat humiliabitur, & qui ſe hu. exal. Aug. Humilia te, vt exalteris, ne exaltatus humilieris. De ſexto. Lucæ. 24. Opportebat pati L Chriſtum, & reſurgere a mortuis tertia die, & prædicari in nomine eius pœnitentiam, & remiſsionem peccatorũ in omnes gentes, incipientibus ab Hieroſolyma. Vos autem teſtes eſtis horum. O quàm larga miſeratio, quod dicit in omnibus. Ideo bene ait Petrus, Act. 10. In veritate comperi, quia non eſt perſonarum acceptor Deus: ꝙ non ſolum in omni gente, ſed in omni crimine, & in omni

omni tempore ſit remiſsio peccatorum, ſi peccator perfecte pœniteat.Augu.Quæcunque neceſsitas cogit peccatorem ad pœnitentiam : nec criminis immenſitas,nec vitæ enormitas,nec vitæ extremitas,excludit a venia, ſi perfe
M cta fuerit voluntas pœnitentis. De ſeptimo ait Petrus Act.10. Pręcepit nobis prędicare & teſtificari, quia ipſe eſt qui conſtitutus eſt a Deo iudex viuorū & mortuorū. verum eſt viuorum & mortuorum corporaliter: Omnes enim de foro Chriſti ſunt.Roma 8. Siue morimur,ſiue viuimus, Domini ſumus. Item viuorum & mortuorum ſpiritualiter,ideſt iuſtorum,etiam iniquorum ad gehennam.Ambro. Pro meritorum qualitate ſanctorum iudex verus & iuſtus,aut ſupplicia decernat aut præmia.

DE BEATO PETRO SEORSVM *Sermo Primus.*

A TV es Petrus. Math.16.Simon prius vocatus eſt, nunc autem Petrus, a petra Chriſti dictus eſt.Ioan.1.Tu es Simon filius Ioanna, tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus.Cephas ergo & Petrus, non re ſed voce, diuerſa nomina ſunt. Simon Hebræum eſt, Cephas Syrum eſt, Petrus Græcum & Latinum eſt.Tria ergo nomina ſecundum diuerſos populos habuit Petrus, qui diuerſorum mundi populorum paſtor erat futurus. Conſiderandum ergo eſt, quod Petrus trina nominis appellatione: Petrus trina ſaluatoris negatione: Petrus trina dilectionis interrogatione. Petrus trina vaſis oſtenſione nobilis eſt. In primo conſiderare poſſumus ſignum gratiæ ſpiritualis: in ſecundo periculum culpę mortalis: in tertio officium curæ paſtoralis: in quarto typum pœnitentiæ ſalutaris. De primo dictum eſt: Ioan.1.Tu es Simon.&c.Obediens: Simon: Petrus agnoſcens: Cephas firmitas interpretatur.Ergo obe

diens

diens fuit in præceptis, agnoſcens in credendis, firmus in aduuerſis. Aut obediens fuit Deo patri. Vnde ipſe ait Actu. primo. Obedire oportet Deo magis quam hominibus &c. Agnoſcens etiam fuit filium. Mat. 16. Tu es filius Dei viui. Firmatus fuit a ſpiritu ſancto. Pſ. Verbo Domini cœ. f. ſ. & ſ. &c Rogemus ergo Chariſsimi, vt cũ Petro faciat nos obedientes pater Deus: agnoſcentes filius Deus: firmos ſpiritus ſanctus Deus. De ſecundo. C
Lu. 22. Dico tibi Petre, non cantabit gallus, donec ter ab neges noſſe me. Ter ergo negat. Sed gallo cantante amare fleuit. O quot ſunt qui Dominum negauerunt multoties opere ſed non ore. Timo. primo. Confitentur ſe noſſe Deum, factis autem negant. &c. Fornicationibus igitur, odijs, vſuris, rapinis, periurijs, homicidijs, contradictionibus, & alijs mortalibus peccatis negatur Deus. Petrus ter negans, fleuit amare, & tu miſer centies negaſti, vel forte millies mortaliter peccando, & non fles cum Petro. Auguſtinus. Sciat ſe culpabiliter durum &c. Item Petrus cantante gallo fleuit, & tu non bis, vel ſemel, ſed centies, immo forte millies audiſti gallum cantare, & heu non fles. Gallus enim prædicator eſt. Iob. tregeſimoctauo. Quis dedit gallo intelligentiam: Quoties doctores clamantes, toties audiſti gallum cantare. O ſancte Petre adiuua me, vt nunc me miſero gallo cantante peccator fleat. De tertio. D
Ioan. vigeſimoprimo. Dixit Simoni Petro Ieſus, Simon Ioannis, diligis me plus his &c. Nota quod Petrus ter ſi amet, requiritur: ter ſe amare confitetur. &c. Ter ei dicitur, paſce oues meas. Ber. Paſcere tripliciter debemus. exemplo conuerſationis, verbo prædicationis, fructu orationis. Vide quam ſtudioſe poſt paſsionem ſuam, oues ſuas Dominus commendauerit paſtori. Nec mirum, iam enim precioſo ſanguine, & amara morte eas emerat. Ioan. 10. Animam meam pono pro ouibus meis. Quærit autem Dominus ante commiſsionem ouium a paſtore, an eum

diligat:

diligat;aperte ſignificans, quod cura paſtoralis,non niſi diligenti Deum,debet committi. Tertio autem interrogat ſi diligit.Ter enim diligendus eſt.ſ.cordis affectione, operis exhibitione, corporis expoſitione. Et quia hoc tertium graue eſt,bene contriſtari dicitur Petrus,in tertia interrogatione.Cum ergo non amore dei,ſed temporalium,ſuſcipit curam animarum:nō eſt paſtor,ſed mercenarius: & ideo lupis & beſtijsq; infernalibus oues ſæpe relinquit.Ideo conqueritur Deus,Eze.34.Diſperſæ ſunt oues meæ,eo quod non eſſet paſtor,factæ ſunt in deuorationem omnium beſtiarum agri. De quarto dicitur
E Act.10.quod vidit Petrus cœlum apertum, & vas quoddam velut lintheum magnum, de cęlo ſubmiſſum in terram,in quo erant quadrupedia,ſerpentia,& volatilia. & dictum eſt ei;Surge petre,occide,& manduca.Petrus autem ait.Abſit a me Domine, nunquam manducaui commune & immundum.Et vox ſecundo ad eum.Quod Deus purificat,tu ne commune dixeris.Hoc autem factum ter. & ſtatim receptum eſt vas in cęlum. Ecce mirum. Ecce
F ſerpentes beſtiæ recipiuntur in cœlum In lintheo quod multis tunſionibus & laboribus fit de lino,ſignificatur pęnitentia, quæ multo labore eſt agenda:qua etiam cor & caro fortiter ſunt tundenda.Auguſt.Tunde pectus, & tundendo eſto correctus. In tali lintheo Dominus inuoluitur,dum in vera pœnitentia corpus ſuum ſumitur. Ioan. 19.Acceperunt Ieſum, & ligauerunt eum in lintheis cũ aromatibus.Sicut in lintheo pænitentia, ſic in aromatibus virtutes ſignificantur.Quòd autem lintheum Chriſti oſtenditur, ſignificari poteſt pœnitentiam tribus modis accipi.Agitur enim contritione,confeſsione,ſatisfactione. Animalia immunda quæ in lintheo ſunt, ſignificant peccatores,qui in pęnitentia ſunt. Beſtiæ quidem auaros: ſerpentes luxurioſos: aues ſuperbos ſignificant. In his iubetur Petrus occidere virum beſtialem, & manducare ideſt traijcere in corpus eccleſiæ. O Domine Deus, poſsunt ne ſerpentes & beſtiæ ad cęlum venire: poſsunt vtique, ſi in lintheo ſe reponunt. In lin-
theo

theo enim pœnitentiæ purificata, in cœlum recipiuntur. Aug. Animæ ſanctæ, quæ in hoc, aut per vitæ innocentiam purę ſunt, aut pęnitentiæ ſatisfactione purgantur, a ſaluatore excipiuntur.

DE SANCTO PAVLO SEORSVM
Sermo Primus.

REpoſita eſt mihi corona iuſtitiæ. 2. Timo. 4. O quanta confidentia, o quanta conſolatio repoſita eſt (inquit B. Paulus) mihi corona iuſtitię. Quis tam confidenter hoc audeat dicere; quis eſt. tā ſecurus de corona; Conſiderate Chariſsimi, ſecūdum quatuor virtutes cardinales, quatuor coronas triumphales. Prima eſt omniū iuſtorum. ſecunda doctorum: tertia virginum, quarta martyrum. vna aurea, tres aureolæ. Prima iuſtitiæ: ſecunda prudentiæ: tertia temperantiæ: quarta fortitudinis ſiue conſtantiæ. De prima dicitur hic. Repoſita eſt mihi corona. & cætera. Vere corona iuſtitiæ dicitur, quæ iuſto iudice, iuſto homini, redditur iuſte. Matth. 21. Quod iuſtum fuerit, dabo vobis. Hæc corona mirabiliter ſplendore ornat faciē tēpli coronis aureis. Sed attēdite, quod templum fuit ornatum poſt triumphū, proſtratis quinque millibus potentum: ſic tu ſi templum animæ tuę coronari volueris, oportet prius quinque millia id eſt quinque ſenſuum vitia ſuperare. ſecundæ Timot ſecundo. Non coronabitur, niſi qui legitime certauerit. Quanto autem laborioſius certaueris, tanto glorioſius coronaberis. Ergo labor protrahitur pugnæ, vt creſcat corona victoriæ. De ſecundo. Prouerb. quarto. Cunque eam fueris amplexatus, dabit capiti tuo augmenta gratiarum, & corona inclyta proteget te. Hoc dicitur de prudentia. Hāc debes amplexari intellectu & affectu, fide, amore, corde, & opere: ſed heu, quidam libentius

G H I

eius amplexantur, vnde ſtercorizentur, quam vnde coronentur. Treno.4. Amplexati ſunt ſtercora. Sapientia autem amplexata, dat capiti gratiam in mundo, coronam in cęlo. In hac corona, doctor tot habet gemmas, quot conuertit animas. O quam glorioſam de conuerſis coronam animabus habuit Apoſtolus. primæ Theſſa. 2. Quæ eſt autem noſtra ſpes, aut gaudium, aut corona? nõne vos aute Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum in aduentu eius? De tertio. Sapientiæ. 4. O quam pulchra eſt caſta generatio &c. vſque in perpetuum coronata triumphat. O quam fœda eſt, non caſta generatio. Ioel. 1. Cōputruerunt iumenta, in ſtercore ſuo. Iumenta diaboli ſunt luxurioſi. O quam pulchra eſt corona coram Deo, & angelis, animæ caſtæ. Ciprianus. Pudicitia, ornamentum eſt nobilium, exaltatio humilium, nobilitas ignobilium, pulchritudo debilium. O Deus quam pulchra fuit illa anima caſtiſsima Apoſtoli, qui tam confidenter admirationem caſtitatis ſuæ, alios prouocans, dicit. primæ. Corin. 7. Volo autem omnes homines eſſe, ſicut meipſũ. Pulchræ certe ſunt omnes animę caſtæ, ſed pulcherrima illa eſt, quæ pro candore virgineo, coronari meruit a virgine. Can. 4. Veni de libano, veni, coronaberis. Libanus interpretatur candor vel candidatio. De quarto. Pſalm. Poſuiſti in ca e. c. de la. pre. Vnde hoc in eccleſia legitur & cantatur de vno martyre, qui pro precioſo lapide ideſt Chriſto, merito lapide coronatus eſt, qui ſanguine purpuratus eſt. Purpura enim, coronæ conuenit. primo Machab. 10. Miſi tibi purpuram & coronam aureã &c. Sed nos miſeri libenter volumus coronari, ſed nolumus purpurari, vel aliter tribulari: oportet tamen vt ſufficiat, ſi neceſſe fuerit purpurari, vel aliter tribulari, qui cũ purpuratis, vel aliter ttribulatis voluerit coronari. Iaco. 1. Beatus qui ſuffert tentationem &c. vſque accipiet coronam vitæ. Augu. Quanto acrior fuerit virtus belli, tanto maior gloria non cadendi, tanto precioſior corona martyrij. O quam glorioſam paſsionis coronam, Apoſtolus a Chriſto obtinuit, qui ad mortem & vſque ad mortem.

tem, tanta frequenter mala ſuſtinuit. 1. Corin. 11. In mortibus frequenter. Propter prædictas quatuor coronas. Nota quod non ſolum faciem templi, ſed etiam menſam, & archam, & altare coronas habuiſſe legimus. Exodi. 37. Coronas templi, ad omnes fideles: coronam menſæ, ad doctores: coronam archæ, ad virgines: coronam altaris, ad martyres referre potes. De prædictis quidem coronis, accipi poteſt quod dicitur Zacha. ſexto. Coronę erunt Helem & Tobię, & Idaiæ & Hen filio Sophonię. Helem interpretatur veſtibulum, quod omnibus iuſtis: Tobias interpretatur ductus ad luctum. hoc conuenit martyribus. Idaia interpretatur amabilis Domino. hoc conuenit virginibus. Hen interpretatur eccleſiæ oculus. hoc conuenit doctoribus. doctor enim eſt oculus eccleſiæ. M

B. MARIAE MAGDALENAE
Sermo Primus.

POſt lachrymationem & fletum exultationem infundis. Tobię. tertio. Hoc verbum dixit bona Sara, licet etiam potuit dicere Beata maria Magdalena. Ipſa enim bene per Saram ſignificatur, quia Sara princeps, vel carbo interpretatur. Et vere Magdalena omnium pœnitentium princeps eſt, per ſuam conuerſionem; carbo vero eſt, per ſuam igneam dilectionem. Præterea ſicut Sara a Dęmonio, ſeptem viros occidēte liberata eſt, per fumum materialem. ſic Magdalena a ſeptem dęmonijs per fumum ſpiritualem liberata eſt. Per fumum vtique cōpunctionis. Conſiderandum aūt ꝙ eſt lachrymatio verę contritionis, piæ cōpaſſionis, ſanctæ dilectionis. Poſt hanc triplicem dilectionis lachrymationem, Dominus infudit Magdalenæ triplicem exultationem, ſicut videbitur. De prima lachrymatione ſignificatum A B

gnificatum eſt in fletu Dauid, & ſuorum, pro ciuitate ſuo cenſa. 1. Reg. 30. Planxerunt donec defecerunt in eis lachrymæ. Ciuitas hæc eſt mundus. Eze. 24. Væh ciuitati ſanguinum. hanc ſuccendit diabolus, igne impietatis. Mat. 9. Adhuc ignis in domo impij, ideſt in corde impij. Quot enim ſunt ibi corda impia, quot impiæ animæ, tot mundi ardent in hac ciuitate. In hac enim ciuitate, igne peccatorum valde arſit domus Magda. Lu. 7. Ecce mulier quę erat in ciuitate peccatrix. Sed lachrymis ſuis docuit te Magdalena o peccator, quomodo extingui debeat domus tua. Inſanis peccator, miſer inſanis. Ecce vna hora non ſines ardere domum tuam: & heu iam. 10. vel. 20. vel. 30. annis ſinis ardere igne diaboli animam tuam? fac miſer peccator, ſicut fecit Magdalena. Extingue ignem culpæ, lachrymis pœnitentiæ. Extinguamus fletibus & dignis pœnitentiæ fructibus, culpas criminis. Ignem autem vitiorum, non ſolum debes extinguere aqua lachrymarum, ſed etiam obruere mole eleemoſynarum. Eccle. 30. Ignem ardentem extinguit aqua, & eleemoſyna reſiſtit peccatis. Poſt lachrymationem compunctionis, Dominus infundit Magdalenæ exultationem remiſsionis. Lu. 7. Remittuntur ei peccata multa, quoniam dil. mul. &c. Vide quomodo in fonte lachrymarum Magdalenæ, ignis diaboli eſt extinctus, in remiſsione, & ignis ſſ. accenſus in dilectione. Fons ergo contritionis, illi ſimilis eſt, de quo Augu. in li. de ciuitate Dei dicit, quod in ipſo facula ardens extinguitur, & facula extincta accēditur.

C De. 2 Hier. 13 Plorans plorabit, & deducet oculus meus lachrymas, quia raptus eſt grex Domini. Lachrymandum eſt pro captiuitate ſpirituali, immo etiam pro corporali, & pro alijs affectionibus proximorum. Io. 30. Flebam quondam ſuper eo, qui affectus erat, & compatiebatur anima mea pauperi. Et ad Ro. 12. Flere cum flentibus. Væh miſeris qui non ſolum non compatiuntur flentibus, ſed etiam eos ad flendum cogunt iniuſte. Eccle. trigeſimoquinto. Nonne lachrymæ viduæ, ad maxillam deſcendunt, & exclamatio eius ſuper ducentem eas?

eas? A maxilla enim aſcendunt vſque ad cœlum, & Dominus exauditor non delectabitur in illis. Ecce clamor miſerorum,& lachrymæ tribulatorum, aſcendunt ad cælum, contra iniuriatores eorum: & Dominus non delectabitur, immo multum prouocabitur in illis. Iterum væh miſeris, qui cum flentibus non flent, ſed gaudent. Prou. 18. Qui iniuria lętatur alterius, nō erit impunitus. Noli ergo chariſsime lętari, in alterius iniuria. Gre. Inimici dilectio, tunc veraciter cuſtoditur, dum nec profectu eijcitur, nec de iniuria eius lętatur. Lachrymas compaſſionis fudit Magdalena, pro fratre mortuo: poſt lachrymas autem compaſsionis, Dominus infudit Magdalenæ exultationem ſuſcitationis, quando quatriduanum fratrem eius, viuum ab inferis reſuſcitauit. O mira virtus D lachrymarum compaſsionis, quæ corpus de ſepulchro, animam de inferno, lachrymas de Chriſto traxerunt, Io. 11. Lachrymatus eſt Ieſus, Lachrymas compaſsionis multum Dominus commendauit, quando totiens ex compaſsione fleuit. De. 3. Pſal. Quemadmodum deſiderat E ceruus ad fon. &c. vſque ibi. Fuerunt mihi lachry. m. p. d. ac nocte. Dicit panes. Lachrymæ enim tanti deſiderij & amoris, mirabiliter reficiunt animam, & confortant. Et merito reficiunt animam lachrymæ amoris. Aug. Da mihi Domine in hoc exilio panem dolorum & lacrymarum, quem eſurio ſuper omnem copiam delitiarum. Has lachrymas fudit Magdale. ad ſepulchrum Chriſti. Io. 20. Dicunt ei angeli, Mulier quid ploras? O Deus cur Magdalena adhuc lachymatur, quod non de viſione angelorum conſolatur? Sed quid ſunt ſtellæ ad ſolem, quid ſtillæ ad fontem: quid ſunt omnes creaturæ ad creatorem? Gre. Nihil extra Deum viuit, ſufficit qui Deum veraciter quærit. Poſt lachrymas dilectionis, Dominus infudit Magdalenę exultationem ſuæ viſionis. Io. 20. Vidi Domi F num &c. Eia chariſsime, conſtitue ex omnibus prędictis quam potens ſit lachryma in conſpectu Dei potētis. propter quod bene ait Bern. O humilis lachryma, tuum eſt regnum, tua eſt potentia: ante faciem Domini non vere

ris aſcendere : ſola ſi intraueris quicquid petieris impetrabis : accuſantibus inimicis ſilentium imponis : quandoque ſententiam ab ore iudicis rapis : & quid plura : vincis inuincibilem : ligas omnipotentem .

De eadem B. Magdalena Sermo. II.

HAec autem,lachrymis rigauit pedes meos. Lu. 7.
G Lachrymę purgant[a peccatis animam,in lachrymante Maria . Quatuor enim ſunt quæ lachrymas extorquent a pęnitente,ſi bene penſaret in mente. ſ. miſeria tranſgreſsionis,ſæuitia tentatoris , timor offenſionis,carentia conſolatoris.De primo Pſ.Quoniam eripuiſti animam meam de mor. &c.Et hic patet quod oculi peccatoris a lachrymis non debent ceſſare , donec animam a morte & lapſu culpæ,ſentiant exemptam eſſe.[La
H pſus in culpam abominabilior eſt,quam in cloacā. Quid enim eſt mala voluntas, vel mala vita, niſi diaboli cloaca,in quam congerit peccatorum ſtercora.Ioelis.1. Cōputruerunt iumenta,in ſtercore ſuo. Lapſa in hanc cloacam Magdalena,turpiter fuit maculata.Grego.Quæ turpitudinis ſuæ maculas aſpexit, lauanda ad fontem miſericordiæ cucurrit . O peccator,quia ergo ſpiritus tuus in cloacā diaboli lapſus eſt, immo quia ibi mortuus eſt, lachrymandum eſt.Eccle.38. Fili in mortuum produc lachrymas.Sed heu, multi plus pro morte carnis alienæ , quam pro morte animæ propriæ lachrymantur . Aug. Sciat ſe culpabiliter durum,qui deflet damna temporis , vel mortem amici , & dolorem peccati non oſtendit lachrymis. De.2.Mar.2.Eclamans pater pueri , cum la-
I chrimis aiebat. Credo Domine &c.Nota iſtoriam, quomodo pro lachrymis,filius liberat⁹ eſt à dæmonio,quod ipſum in terra miſit, & frequenter in ignem , & aquam miſit . Tria autem ſunt vitia , quibus diabolus pręcipue mundum vexat.1.Io.2.Omne quod eſt in mundo, concupiſcentia carnis eſt, & concupiſcentia oculorum , & ſuperbia

perbia vitæ &c. Diabolus hoīem elidit in terra, per terrenorum amorem & auaritiam. Lu. 19. Ad terram proſternent te. Item mittit in aquam profundam, & ſubmergentem luxuriā, hac enim aqua ſubmerguntur, ſicut dicitur Mat. 13. Item mittit in ignem, per eleuantem ſuperbiam. Ignis enī natura eſt ſurſum ferri, ſic & ſupbiæ. Pſal. Superbia eorū qui te oderunt aſcen. ſp. Per ignē non ſolū vrens ſuperbia, ſed ēt vrens inuidia, vrēs iracūdia, vrens auaritia, & luxuria ſignificatur. & hic ignis nō eſt illuminatiuus aīarum. Pſ. Supercecidit ignis, & nō viderūt ſolē. Lachrymare ergo peccator, qa filius tu⁹ ideſt ſpūs tuus, vexatur a Dæmonio; ipſum in terram allidentē per cupiditatē: in aquā ſubmergente per voluptatem: ipſum in ignē mittētē per elationē. Lachrymare miſer peccator, vt a tam ſæuiſsimo Dęmonio liberetur anima tua. tanto ēt plus lachrymeris, quanto amplius a dæmonibus vexaris. Attende quæ lachrymæ in Magdalena eiecerunt ſeptem dæmonia. De tertia. Iudith. 8. Indulgentiam eius ſub lachrymis poſtulemus, vt ſcilicet offenſus, offenſas indulgeat. Offenſam aūt ſuā, multū diſsimulat in mundo, ſed ſæuiſsime iudicabit in iudicio. Vnde Hiere. nono. Mittam poſt eos gladiū, donec conſumātur &c. vſque deducant oculi veſtri lachrymas, & palpebrę defluāt aquis. Gladius iſte eſt ſentētia dānationis. de qua Mat. 25. Diſcedite a me male. &c. De hoc gladio. Apo. 1. De ore eius gladius. &c. Huius gladij timor, multas lachrymas educit, de oculis pœnitentis. merito enī flet, cuius collo iā gladius imminet. Gre. Imminēte tātæ animaduerſionis gladio, nos īportunis fletibus inſiſtamus: offenſo enī creatore, oīs creatura offenditur. Sapiētiæ 5. Propugnabit pro eo orbis terræ, contra inſenſatos. Contra hanc pugnam, & hunc gladium extremæ ſententiæ, pacificatur homo, per lachrymas pœnitentiæ. vnde lachrymanti Magdalenę dicitur 3. Vade in pace. Gregorius. Deuota ad lachrymas mente veniamus, vt diſtrictus iudex, dum culparum noſtrarum nos pœnitentes conſiderat, ipſe a ſententia propoſitæ damnationis

gladium

gladium reducat. De quarto. Tren. primo. Plorans plorauit in nocte, & la. e. in ma. eius. non eſt qui conſo. e. ex omnibus charis eius. Quomodo enim ab angelis, vel ab hominibus conſolari poſsit, qui peccando ſupremum conſolatorem amiſit: Myſtice autem in nocte plorat, qui ſic peccata deplangit, quod eum tenebra eorum vitiorum non relinquit. De tali autem, B. Grego Qui fletibus ſuis mundiciam ſubtrahit ante Dei oculos, ſordibus etiam impias lachrymas facit. Vel in nocte plorat, qui tantum timore gehennæ peccata deplorat. In die autem plorat, qui amore lucis æternæ, peccata deplorat. Ploret ergo plus die, quam nocte, plus amore, quam timore, qui veros cõſolatores vult inuenire. Tren. ſecundo. Deduc quaſi torrẽtes lachrimas per diem & noctem &c. ſicut Magda. plorauit, cum a ſummo conſolatore conſolatorium verbum illud audire meruit. Lu. 7. Remittuntur ei peccata multa &c. Mag. ergo tandiu lachrimas fudit, donec ex omnibus charis eius, chariſsimum conſolatorem inuenit. patet hoc non ſolum in eius conuerſione, ſed etiam in fratris ipſius ſuſcitatione, immo etiam in Chriſti reſurrectione, vbi non ſolum charos angelos, ſed etiam ipſum Dominum chariſsimum conſolatorem habuit.

De eadem Magdalena. Sermo. III.

P Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Lu. 7. Olim conquerebatur propheta. Tre. 1. Lachrimæ eius in maxillis eius, non eſt qui conſo. e. ex. o. c. eius. Sed certe de B. Maria Magdalena dici poteſt: lachrimæ eius in maxillis eius, & eſt qui conſolatur. e. pre omnibus cha. Magnæ enim conſolationis eſt, quod hic dicitus remittuntur ei peccata multa. Conſiderare autem poſſumus quatuor, per quæ adultis remittuntur peccata, ſcilicet per veram contritionem, per piam erogationem, per ſinceram dilectionem, per deuotam orationem. Iſta quatuor obſequia dilectionis, ſignificata in pedibus

bus Chriſti, a Mag. deuotiſsime exhibentur. Primo ergo nota quod peccata remittuntur, per veram contritionem. Lu. 24. Oportebat pati Chriſtũ, & reſurgere a mortuis tertia die, & prædicari in nomine eius, pœnitentiã & remiſsioné peccatorum, in omnes gentes. O quam magna miſericordia Dei, quod in omnibus gentibus, & in omnibus criminibns, & temporibus, poteſt remiſſio peccatorum obtineri per pænitentiam. Pęnitentiæ autem Q
virtus, maxime in contritione conſiſtit. Contritio autem ſignificata eſt, immo exhibita in primo Magdalenę obſe R
quio, quo pedes Domini lachrymis rigauit. O mira virtus pedum Chriſti, ad quos pedes peccatrix proſtrata, tantis lachrymis abundauit. Sed quid mirum, ſi ignis glaciem ſoluit: & fluere facit: pedes enim Domini igniti sũt. Apoc. 1. Oculi eius tanquam flamma ignis, & pedes eius ſimiles aurichalco, ſicut in camino ardenti. Ecce tam oculi Chriſti, quam pedes, ſunt igniti per effectum: & ideo cõ gelata peccatorum pectora, per ipſos liquefiunt ad lachrymas. Liquefiunt inquam pedes eius a tactu, liquefiũt oculi eius reſpectu, vt patet in Petro, quem Dominus reſpexit, & egreſsus foras, fleuit amare, ſicut dicitur. Lu. 22. O ſi nos Chriſtus iſtis pedibus tangeret: O ſi nos iſtis oculis reſpiceret: o quantum fleremus. Flent pueri dum percutiuntur, fleamus nos ne percutiamur. Greg. Vnuſquiſque noſtrum, ad pœnitentiæ lamenta recurrat: dum ante percuſsionem flere vacat. Secundo. Nota quod peccata remituntur per eleemoſynarum largitionem. Pſal. Re S
mitte mihi vt refrigerer, priuſquam abeam. Refrigeratio animę, ſunt eleemoſynę, quibus abſtu peccatorum refrigeratur, Eccle. 3. Ignem ardentem extinguit aqua & eleemoſyna reſiſtit peccatis. Et Ambroſius ait. Magna eleemoſyna, quę ardentium criminum globos beneuolentię ſuę fonte refrigerat. Hoc refrigerium quærendum eſt ante mortem. Vnde bene ait. Vt refri. priuſquam ab. i. deſt priuſquam moriar. Priuſquam enim abierat ab hac vita diues ille, qui Lazaro eleemoſynam negauit, refrigerari ſibi petijt, ſed non obtinuit. Lu. 16. Mitte Lazarum, vt in-

T tingat extremum digiti ſui in aquam, vt refrig. li. m. Ec-
ce iſta temporalium largitio, ſignificata eſt in ſecundo
Magdalenę obſequio, quo pedes Domini, capitis ſui ter-
ſit capillis, qui ſuperfluitatem ſignificant temporalium:
Iſti ſunt capilli Abſalon, cuius caput pondere capillorū
quęrcui adhæſit, muloque cui inſedit recedente, ſuſpen-
ſus, eſt interfectus. Sic & multorum animę temporali-
bus capillatę, ſuffocantur laqueo auaritiæ: contractéque
hoc bene ſentient, cum mulus id eſt corpus, cui nunc in-
ſidēt, receſſerit ab eis in morte. Crinibus ergo pedes ter-
git Chriſti, quicunque temporalia pauperibus propter
V Deum impendit. Tertio remittuntur ei peccata, per ſyn
ceram dilectionem. Vnde hic dicitur. Remittuntur ei
peccata multa, quia dil. Ille enim multum diligit rem,
qui eam perditam quærit multum diligenter, & inuen-
tam multum tenet fortiter, ſicut Magdalena Chriſtum.
Vnde ipſa potuit dicere illud Cantico. tertio, Inueni quē
diligit anima mea, tenui illum, nec dimiſi illum. Bernar-
dus. Occultat ſe Dominus, vt ardentius quęratur, quę-
ſitus cum gaudio inueniatur, inuentus cum ſolicitudine
X teneatur. Ecce Magdalenæ iſta dilectio, ſignificata eſt in
illo obſequio, quo pedes Domini oſculata eſt. Oſculum
enim ſignum amoris eſt. Oſculatur ergo Chriſtum ſuaui
ter, qui diligit eum dulciter. Oſculare chariſsime Chri
ſtum, non vt Iudas, qui ore amicum ſe oſtendit, ſed cor-
de inimicus fuit. Sic heu multi hodie oſculantur Chri-
ſtum, ore benedicendo, & opere male viuendo. Item ore
corpus Chriſti ſumendo, ſed corde abijciēdo, & maligna
facta non relinquendo. Tales cum Iuda, Domino appro-
pinquant ore, ſed longe ſunt corde: Hieremiæ 12. Prope
es tu ori eorum, & longe à renibus. Et Matthæi 15. Po-
pulus hic labijs me honorat, cor autem e. l. eſt a. m.
Y Quarto remittuntur peccata, propter intentam oratio-
nem. Petrus ad Simonem Magum ait. Actu. 8. Roga Do-
minum, ſi forte remittatur tibi hæc cogitatio cordis tui.
His verbis, vel Petrus oſtendit quod ipſe Simon rogando
conſequi potuit remiſsionem. Audierat enim a magiſtro

ſuo Chriſto, quod rogando remiſsionem meruit, qui mille talenta debuit. Mat. 18. Ecce dimiſi tibi quoniam rogaſti me: &c. O quam grauiſsima debita, decem millia talenta, & tamen dimiſit quando etiam debitori quingentorum denariorũ dn'ita dimiſit. Et hæc deuota oratio, ſignificata eſt in 4. Magdalenæ obſequio, quo vnxit pedes Ieſu: Maxime enim Ieſum vngimus, quando deuote oramus. Sed heu vnguentum orationis, & deuotionis, ſępe negligitur, per muſcas diaboli: quæ ſunt malæ cogitationes, & affectiones, & turbationes, & curę ſeculi. Eccle. 10. Muſcę morientes, perdunt ſuauitatem vnguenti.

DE S. IACOBO MAIORE APOST.

Sermo. Primus.

Occidit autem Iacobum Io fratrem, gladio. Actuum 12. Iaco. ille frater Ioannis Euangeliſtę, filius ſororis Mariæ, conſobrinus Domini: quem Herodes, occidit gladio. Gladius autem & omnia tormenta, alleuiantur per fidem, per ſpem, per charitatem, per patientiam, per zelum, per ſcientiam, quæ omnia in ſancto Iacobo notare poſsumus. Beatus Iacobus fide reſurrectionis, ſpe glorificationis, charitate redemptionis, patientia ſupportationis, zelo ædificationis, pręſcientia præmunitionis a Domino inſtructus, & confortatus fuit. Vnde & patienter gladium ſuſtinuit. De primo, Marci quinto. Non permiſit quemquam ſequi niſi Petrum, & Iacobum, & Ioannem &c. Ibi habes quod familiariter admittitur iſte Iacobus, quando Dominus puellam ſuſcitauit. Ioannis quinto. Procedent qui bona fecerunt &c. Hanc Dñs ſurgere iubebit. Hiero. Semper ſonat vox illa horribilis in auribus meis: ſurgite mortui, venite ad iudicium. Propter hanc reſurrectionis fidem, martyres A B

patienter ſuſtinuerunt mortem.2.Maccha.7.Rex mundi defunctos nos pro ſuis legibus, in æternæ vitæ reſurre-
C ctionem ſuſcitabit. De.2.Mat.17. Aſſumpſit Ieſus Petrum, Iaco. & Ioannem, & duxit illos in montem &c. Ibi preſente Iacobo, facies Chriſti reſplenduit ſicut ſol. & certe quilibet iuſti fulgebunt ſicut ſol, &c. Anſel. In illa vita, pulchritudo iuſtorum, ſolis pulchritudini, quæ ſe
D ptempliciter quam ſit, ſplendidior erit, ęquabitur. Ad hanc gloriam qui voluerit peruenire, debet in montem cœleſtem, virtutibus & bonis operibus aſcendere. Pſal. Quis aſcendet in montem Domini &c. Spes tantæ glorię alleuiat gladium, & omnia aduerſa. Ro.8. Non ſunt condi
E gnæ paſſiones &c. De.3.Mar. 4 Et aſſumpſit Petrum & Io. & Iaco. ſecum, & cępit pauere, & tædere. Certe ibi habes, quam familiariter cum iſto Iacobo tractabat Chriſtus, de inſtante paſſione, quę maxime accendit charitatem. Bern. Super omnia reddit te amabilem mihi bone Ieſu, calix quem bibiſti. Huius calicis charitas, alleuiauit martyrum pęnas. lignum eſt crucis, dulcificans aquas a-
F maras. ſicut dicitur Exo.15. De quarto. Lu.9. Iaco. & Io. dixerunt, Domine vis dicamus deſcendat ignis de cœlo, & conſumat illos &c. Ibi habes quomodo Dominus, Iacobum illum increpando, ad patientiam informauerit, qui æquanimiter male tulerat irrogata. Igitur patiētia eſt, aliena mala æquanimiter portare; Contra eum
G quoque qui male irrogat, nullo dolore turbari. Iacobus igne volebat conſumi eos, qui non receperunt. Ecce Chriſtus ardenter recipi quærit. Apoca.3. Ecce ſto ad oſtium & pulſo &c. Vnde qui ipſum non recipiunt, ardebunt
H igne non corporali, ſed æternali. Mat.25. Diſcedite a me maledicti, in ignem æternum. De quinto ſignificatum eſt Lu.5. & Io.21. in duabus capturis piſcium, quibus Iacobus iile interfecit. ſignificant enim conuerſiones hominum: Vna eſt infidelium ad fidem veram, alia eſt malorum Chriſtianorum, ad vitam bonam. Vnde in prima captura, piſces nec magni nec numerari dicuntur. In ſecunda vero vtrumque deſcribitur. nam credentes ſunt nume

ti multiplicati,ſed bene viuentes apud Deum, magni & numerati. ſunt numerus: omnes ſanctos regnaturos habet numeratos & numerat Deus. Zelus huius capturæ animarum,alleuiat gladium & tormentum. ſecundi Timo.2.Omnia ſuſtineo propter electos. De ſexto. Mat. 10. Calicem quidem bibetis &c. Bibit B. Iacobus de calice ferreo,quando caput ſuppoſuit gladio in via. Vnde exaltauit caput in patria patientius,tanquam a Chriſto pręmunitus. Greg. Minus enim iacula feriunt, quæ præuidentur. I

De eodem. B. Iacobo Maiore. Sermo. II.

DIc vt ſedeant hi duo filij mei,vnus ad dexteram & vnus ad ſiniſtram tuam,in regno tuo.Matthęi. 20.Conſiderate Chariſsimi,quod quadruplicem ſeſsionem habeamus. Prima eſt ſeſsio humilitatis pęnitentialis,in conuerſione,ſecunda tranquillitatis ſpiritualis, in contemplatione: tertia auctoritatis iudicialis, in regnatione;quarta ſecuritatis æternalis, in beatificatione. De prima.Nota quod de rege Niniue,dicitur Ionę. 3.Abiecit veſtimentum ſuum a ſe,& iudutus eſt ſacco, & ſedit in cinere. Pœnitens debet abijcere ueſtimentum ſecularis & malæ conſuetudinis. Hæc enim eſt veſtis leproſa,de qua Leui.13.dicitur, quod ſi tua veſtis a lepra non ceſſauerit,igne comburenda eſt: aut ſi ceſſauerit lepra,lauanda eſt aqua.Mala enim veſtis, quæ eſt veſtis leproſa, ſi ceſſauerit, lauanda eſt aqua pœnitentiæ: ſi autem non ceſsauerit,cremanda eſt igne gehennæ.Eſa.9. Veſtimentum mixtum ſanguine,& in combuſtione, & cibus ignis. Abiecto ergo tali veſtimento,pœnitens indui debet ſacco pœnitentiæ, quæ bene per ſaccum ſignificatur, propter aſperitatem & grauitatem. O quam glorioſa commutatio fit pro iſto ſacco. Pſal. Concidiſti ſaccum meum &c. Tali ſacco pænitens indutus, debet incedere in cinere, hoc eſt cinerem ſe recognoſcẽdo,debet ſe in omni humilitate k

litate tenere. Iſidor. In cinere ſemper viue lugens, ſemper mœrens, ſemper ſuſpiria cordis emittens. Ad hanc ſeſsionem inuitatur anima peccatrix. Eſa. 47. Deſcende, ſede in puluere virgo filia Babylon, ſede in terra &cæte.
L De ſecunda. Canti. 2. Sub vmbra illius quem deſiderabā ſedi, & fructus eius dulcis gutturi meo &c. Sedi inquam per quietem contemplationis. Thren. 3. Sedebit ſolitarius, & tacebit &c. In vmbra ſignificatur refrigerium diuinæ protectionis, contra æſtum tentationis & tribulationis. Pſalm. Sub vmbra alarum tuarum protege me. Gloſſa. Alarum miſericordiæ & charitatis. Nota quod dicit deſiderabam. Pſal. Quemadmodum deſiderat ceruus, &c. Ceruus vexatus a venatoribus laſſatur, ſudat, & fontem deſiderat: ſic & anima fidelis, dum a venatoribus infernalibus. i. dæmonibus agitatur, fontem Chriſtum deſiderare debet: fontem illum de quo. Pſal. Apud te eſt fons vitæ. Nota etiā quòd dicit fructus eius dulcis gutturi meo. Vere dulcis, & omni melle dulcior. Eccleſia. 24. Spiritus meus ſuper mel dulcis &c. Auguſt. Dedit nobis dominus pignus ſpiritus, in quo ſentiamus eius dulcedinem, deſideremus ipſum vitæ fontem.
M De tertia. Mat. 9. Vos qui ſecuti eſtis me, in regeneratione cum ſederit fi. ho. in ſe. ma: ſ. ſedebitis & vos ſuper ſedes duodecim &c. Ecce B. Iacobus, & alij Apoſtoli, & cæteri ſtemporalium contemptores, qui pro Chriſto pauperes ſunt in mundo, ipſi cū Chriſto erunt iudices in die nouiſsimo. Iob 37. Iudicium pauperibus tribuit. Temporalibus iudices corrumpi cōſueuerunt: ideo merito iudices erunt, qui temporalia cōtempſerint. Greg. Quiſquis ſtimulis diuini amoris excitatus, hic poſſeſſa reliquerit, in iudicio culmen iudiciariæ poteſtatis obtinebit.
N De quarta. Eſa. 32. Sedebit populus meus in plenitudine pacis, & in tabernaculo iuſtitię, & requie opulenta. Ad hanc beatam ſeſsionem non venitur, niſi per victoriam. Apoca. 3. Qui vicerit, dabo ei ſedem mecum, id eſt in Throno meo. Non pigeat igitur in mundo pugnare, quem delectat in Throno ſedere: teneatur mente magnitudo præmiorum, ne deterreat certamen

tamen laborum. Nota ergo nunc quòd in prima ſeſsione, O
tenemus dexteram vel ſiniſtram Chriſti patientis. Mat. 26. Crucifixi ſunt cum eo duo latrones, vnus a dextris, & vnus a ſiniſtris. Crux pænitentiam, vel religionem ſignificat, quę carnem crucifigit. Ad Gal. 5. Qui autem ſunt Chriſti, carnem ſuam crucifixerunt cum vitijs & concupiſcentijs. Peruerſi vero ſunt, qui a ſiniſtris ſunt. Valde timendum eſt, ne ſiniſtram iſtam in cruce teneamus. Ecce enim latro malus, etiam in cruce apud dominum pendebat, & tamen ſiniſtram damnabiliter tenebat. In ſecunda ſeſsione, contemplatiui tenent dexteram vel ſiniſtrã
Chriſti amplexantis. Cant. 2. Leua eius ſub capite meo, P
& dextera illius amplexabitur me. Per læuam ſignificari poteſt gratia beneficiorum Dei, in præſenti hac mortali vita nobis exhibitorum: per dexteram vero in æterna vita exhibendorum: circa quæ verſatur contemplatio. Vel læua ſupponitur tibi in contemplatione, & deuotione, circa Chriſti humilitatem. Dextera vero te amplexatur in contemplatione, circa dei diuinitatem. Amplexare ergo chariſsime amplexantem te, quia vt dicitur Proue. 4. A
Glorificaberis ab ea, quum eã fueris amplexatus, ſcilicet ſapientiam. Chriſtus autem eſt dei virtus, & dei ſapientia. In tertia ſeſsione, vniuerſi tenebunt dexteram, vel ſiniſtram dei iudicantis. Matt. 25. Statuet oues quidem a dextris, hœdos autem a ſiniſtris. Interli. primo in miſeria ęterna. Si hœdi ſtatuentur a ſiniſtris, quid ergo
de porcis, & alijs beſtijs. In quarta ſeſsione, tenetur dex Q
tera vel ſiniſtra Chriſti regnantis. De hoc exponi poteſt quod hic dicitur. Dic vt ſedeant &c. Per duos filios, corpus & ſpiritus: per lęuam vero gloria corporis, per dexteram, donum animæ ſignificari poteſt. In hac dextera & ſiniſtra duo filij Ioſeph ſedentes, a patre cœleſtis cancellatis manibus æternaliter benedicuntur.

DE

De eodem. B. Iacobo Maiore Sermo. III.

POteſtis bibere calicem &c. Matthæi. vigeſimo. Quis modo regnum Chriſti gratis conſequi præſumit, quod conſobrinos Chriſti calice emere oportuit: Conſiderandum autem quòd eſt calix damnationis gehennalis, paſsionis temporalis, &c. Require in communi de vno martyre. Calicem ſalutaris. &c.

DE S. PETRO AD VINCVLA Sermo Primus.

DIrupiſti vincula mea. Pſalmo. 115. Hæc verba. B. Petrus dicere potuit, cuius vincula Dominus mirabiliter dirupit. Vt etiam cum. B. Petro dicere poſsis,
A Dirupiſti vincula, &c. Conſidera ergo quadruplex vinculũ. Primũ reat⁹ originalis ſcdũm culpæ actualis: tertiũ miſeriæ temporalis; quartum pœnæ gehennalis. Primo vinculo in limbo, ſecundo, & tertio, in mũdo, quarto in infer
B no, homo ligatus eſt. De primo. Pſal. Eduxit eos de tenebris & vmbra mortis, & vincula eorũ diſrupit. In limbo vnde Dominus ſanctos ſuos eduxit, tenebræ ſunt, quibus Dei viſione priuantur: vmbra quoque mortis ibi eſt, non ipſa mors infernalis. Vel vmbra dicitur, propter refrigerium ab æſtu gehennæ. Vincula dicuntur alligationes ad hanc pœnam. Aug. Ibam ad inferos, portans omnia mala, quę commiſeram, & in te, & in me, & in multos alienigenas, ſuper originalis peccati vinculum. Hæc vincula, ſanguine filij Dei ſunt rupta. Zacha. 9. Tu in ſanguine teſtamenti, emiſiſti vinctos. &c. O magna Dei dulcedo. Ecce ſuo ſanguine captos liberat, ſuis vinculis noſtra ſoluit. Augu. Ligatur qui ſoluit comprehenſos; ligno ſuſpen-

ſuſpenditur,qui erigit eliſos. De ſecundo.Lu.13.Hanc C
autem filiam Abrahæ, quam ligauit ſathanas, ecce.18.
annis non oportuit ſolui a vinculo iſto, die Sabbati: O
quot animas alligat ſathanas hodie,vinculo peccatorũ,
& non tantum.18.immo.40.& 60.annis:& non vno immo
centum,vel mille vinculis. Quot enim commiſiſti pecca
ta mortalia, tot vinculis te diabolus alligat. O quam
mirabilia ſunt aliquorum vincula.2.Paralipo vl.Pecca-
ui ſuper numerum arenæ maris, & multæ ſunt iniquita-
tes noſtræ: incuruatus ſum multo vinculo.&c His vincu
lis diabolus ligat manus & pedes peccatoris. Grego. Pe-
des qui viſitare ægros negligunt, manus quæ nihil indi-
gentibus tribuunt,a bono opere iam ex voluntate ligatæ
ſunt.Hæc vincula, per ignem ſpiritus ſancti rumpuntur.
Iudi.16.Rupit vincula,quomodo ſi rumpat quis filum de
ſtupa tortum ſputamine, cum odorem ignis acceperit.
Ignis iſte eſt ille gehennalis, de quo Matt. 25. Diſcedite
a me maledicti in ignem ęternum. Huius ignis odore, ſi
corde tangantur vincula peccatorum,de facili per contri
tionem ſoluuntur. De tertio.Naũ.1.Afflixi te, & non D
affligam vltra,& nũc conteram virgam eius de dorſo tuo,
& vincula tua diſrumpam,quando ſcilicet abſterget De-
us omnem lachrymam.&c. Tunc non affligemur, & tunc
virga caſtigationis Dei, de dorſo noſtro tolletur.Virga
Dei,ſunt tyranni, & homines peruerſi, quibus percuti-
mur. Sicut autem mater quando filium percuſſum conſo E
lari vult,virgam conterit, & in ignem proijcit: ita Domi
nus peruerſos morte conterit,& in ignẽ inferni proijcit.
Vnde electi tandem dicere poterunt.Eſa. 14. Contriuit
Dominus baculum impiorum,virgam dominantium,cę-
dentem populos in indignatione,plaga inſanabili. Opor
tet tamen, quod puer virgam qua caſtigatus eſt oſcule-
tur: ſic oportet. quod homo ſuis perſecutoribus reconci-
lietur.Matt.5.Diligite inimicos veſtros.Greg. Inimici di
lectio,tunc veraciter cuſtoditur,cum nec de profectu il-
lius deijcimur. cuſtoditur, cum nec de ruina eius læta-
mur. Vincula præſentis vitæ,ſunt calamitates,ſcilicet
ægri-

ęgritudo corporum, mors amicorum, impugnatio dæmonum, & alia multa mala; quibus vinculis, ſi Dominus aliquando hominem non teneret, ſemper contra Deum laſciuiret. Hæc autem vincula nobis per orationem maxime rumpuntur. In omni enim tribulatione, optimum refugium eſt oratio. Tobiæ tertio. Peto Domine, vt de vinculo improperij huius abſoluas me. &c. Expone hiſtoriam. Et ecce ſicut Sara, merito orationis, etiam a vinculis improperiorum eripitur: ita qui in vinculis miſeriarum eſt, oret. Iſido. Omnibus malis, præualet oratio.

G De quarto. Iudæ. primo. Angelos qui non ſeruauerunt ſuum principatum, ſed reliquerunt ſuum domicilium, in iudicium magni Dei, vinculis æternis, ſub caligine reſeruauit. Principatum maxime iocunditatis, angeli apoſtatici dereliquerunt, in vinculis autem ęternis, non ſolum dęmones, ſed etiam impij homines tenentur. Vnde nec manibus ſe defendendo, nec pedibus fugiendo, euadere poſsunt. Mat. 21. Ligatis manibus & pedibus &c. Certe tūc ligabit pœna, quos nunc a bonis operibus ligauit culpa. Iſta vincula. nec ſanguine, nec vllo remedio, nec arte rūpi poſſunt, ſicut vincula præcedentia. Stultus eſt, qui vincula iſta non cauet. Sed heu, ſtultorum infinitus eſt numerus. Cæcus enim & ſtultus peccator, non videt, nec intelligit, quam doloſe ipſum diabolus ad vincula perpetua trahit. Prouerbio. 7. Ignoramus quod ad vincula trahatur, donec ſagitta tranſigat te eius. Sagitta vtique acutiſsima extremæ ſententiæ, de qua Matthæi 25. Diſcedite a me maledicti. &c.

De eodem. B. Petro ad Vincula Sermo. I I.

H SVper hanc petram ędificabo eccleſiam meam. Matth. 19 Petrus Domino dicit. Tu es Chriſtus filius Dei viui & Dominus Petro reſpondit. Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ędificabo eccleſiam meā. q.d. Dominus. Quia tu es fide tam ſolidus, ideo tu es Petrus, & ſuper hanc

hanc petrā ædificabo eccleſiā meam.q d.Dominus Quia tu es fide tā ſolidus: ideo tu es Petrus, & ſuper hanc petrā,idest ſuper hanc fidē ſolidā,quam confeſſus es, ædificabo eccleſiam meā. Vel q d.Quia me Petre es confeſſus, ideo tu es Petrus, & ſuper hanc petram,ideſt ſuper meipsū,quē confeſsus es,ędificabo eccleſiā meā. Aedificabo inquam per incarnationem,ædificabo per paſsionē, ędificabo per reſurrectionem,ędificabo per aſcēſionē. In horū reuera virtute,horū fide ædificata eſt eccleſia. De I
1.Pſ.Aedificauit ſicut vnicornis ſacrificium ſ.m.i.eccleſiā ſanctificauit. Pſ.Sanctificauit tabernaculū ſ.al. Vnicornis Chriſtū ſignificat Dicitur vnicornis talis naturæ, ꝙ ad virginē venit, & libenter cornu ſuū ferociſsimum, in ſinū virginis mittit. Vnde ſicut ſæuum illud animal, per virginem attrahitur, capitur,mitigatur·ſic certe Dei filius, per virginē Mariā.Ber.O quā mater miſericordiæ, quæ de cœlis ad terras filiū detraxiſti,& quaſi quoddam frenū deitati impoſuiſti, & fortē & ſeuerum quodāmodo emolliſti.Cornu huius vnicornis,ē diuinę poteſtatis ſeueritas. Hoc cornu adhuc mīa tenet, ne feriat peccatores: ſed in iudicio de manu mīæ educetur,qū vno eius impetu,per vnā ſnīam,tāta multitudo ad inferos detrudetur. Vnicornis iſte Ieſus Chriſtus,cornu ꝙ habet nūc,humiliat per mīam,tunc exaltabit per iuſtitiam.Pſal. Exaltabitur ſicut vnicornis cor, m. Filius ergo Dei, ſicut vnicornis ſacrificium ſanctificauit, quia in hoc eccleſiam ſuam per fidē fundauit, quia ſicut vnicornis per virginē in incarnatione captus fuit. De.2.3.Reg 6. Malleus & K
ſecuris, & omne ferramentum, non ſunt audita in domo Domini,cum ædificaretur. Dicunt Iudæi,quod per ſanguinem cuiuſdam vermiculi,lapides faciliter ſcindebantur ad ædificium tēpli: ſic in ędificatione eccleſiæ, nec malleus mundanæ potentię, nec ſecuris terrenæ ſapientię,nec ferrum humanę violentiæ audiebatur. 1. Corin. primo. Quia non multi ſapientes ſecundum carnem,non multi potentes &c. Patet hoc in Apoſtolo Petro, qui ſecundū ſeculum non potens, non nobilis videbatur, &

tamen per ipſum,& eius ſimiles,glorioſiſsimum eccleſiæ
L templum ædificabatur. Sanguis vermiculi, eſt ſanguis carnis Chriſti,qui in Pſal.ait.Ego ſum vermis.&c. Huius vermiculi ſanguine, ædificatum eſt templũ eccleſiæ. Aedificata eſt vtique eccleſia,de latere Chriſti morientis, ſicut Eua de latere Adæ dormientis.Gene.2. Aedificauit Dominus coſtam. &c. Eia miſer peccator, qui es lapide durior,te ſcindat nunc ſanguis Chriſti in mundo, ne feriat te ſecuris Chriſti in iudicio.Mat.3. Iam ſecuris ad ra dicẽ arboris poſita eſt. Itẽ ſcindat te ſanguis Chriſti in mũdo,ne conterat te malleus diaboli in inferno. Pro.19. Parata ſunt deriſoribus ſupplicia, & malleus percu.ſtul. Scindaris ergo potius in pœnitentia temporaliter, quam totus conteraris in gehenna æternaliter. Augu. Aut con-
M tinui dolores cruciabunt pænitentem vitam meam· aut æterni cruciatus vexabunt puniẽdam animam. De.3. Mar.14.Ego diſſoluam templum manu factum, & poſt triduum aliud non manu factum ædificabo. Hoc Iudęi de templo materiali calũnioſe Chriſto impoſuerunt, quod de templo eccleſiæ intelligere debuerunt. Vtrunque enĩ templum,per reſurrectionem Chriſti ædificatum eſt. Primum corporaliter in virtute reſurgentis: ſecundũ ſpiritualiter in fide reſurrectionis. Templum autem manu factum, fuit eccleſia Iudæorum. Per manum opus ſignificatur.Vnde quia Iudęi moribus legis,non gratia,iuſtificationem quærunt, Chriſtiani econtrario gratia non moribus:ideo Synagoga templum eſt manu factum, Eccleſia vero non factum manu,ideſt ex operibus non iuſtificatum Timo.3.Non ex operibus iuſtitię quæ fecimus nos. &c. Primum ergo templum diſsoluitur, in Iudęorum abie-
N ctione.ſecundum ædificatur,in Gentium vocatione. Aedificatur autem poſt triduum, ideſt poſt reſurrectionem Chriſti,poſt triduum factam:Hoc eſt triduum poſt quod reſurgimus a morte animę. ſicut Chriſtus poſt triduum reſurrexit a mortuis.Hoc eſt ergo triduum,poſt quod reficimur.7. panibus ſeptiformis gratiæ. De quo triduo dicitur,Marc.8.Miſereor turbæ, quia iam triduo ſuſtinent

me

me &c.Poſt hoc triduum, inuenimus Chriſtum in templo eccleſiæ, vel in templo gloriæ. Lu.2. Poſt triduum inuenerunt il. in t. Multum ergo eccleſia ædificatur per reſurrectionem Chriſti, multaque conſequitur. Aug. Reſurrectio Chriſti mortuis vitam, peccatoribus veniam, ſanctis dat gloriam. De quarto. Pſal. Lapidem quem reprobauerunt ædi. &c. Hic lapis Chriſtus eſt, qui ab ædificantibus, ideſt Synagogæ doctoribus, & mundi ſapientibus, reprobatus fuit. Sed nota, quod angulus eſt quo duo parietes conueniunt. duo autem eccleſię parietes, ſunt Iudæi & Gentes, in fide Chriſti conuenientes, ex quibus quot ſunt & fuerunt conuerſi, & fideles: tot ſunt in parietibus iſtis lapides. 1. Pe. 2. Tanquam lapides viui ſuper ædificium &c. Duo etiam eccleſiæ triumphātis parietes, ſunt angeli & homines. In caput ergo anguli factus eſt Chriſtus, dum in aſcenſione ſuper omnes vtriuſque populi ſanctos, immo ſuper omnes ſanctos & angelos exaltatus eſt. Et ſic per hunc lapidem in capite anguli poſitū, ædificium eccleſiæ conſumatur. Aptate vos Chariſsimi ad ædificium, tanquam lapides viui, quamdiu tempus eſt ædificandi. Augu. Nunc tempus eſt vt ædificetur Sion, nunc intrant lapides in ſtructuram, perfecto ædificio, & dedicata domo: quid curris ſero quæſiturus, pulſaturus fruſtra, foris remanſurus: Notandum autem quod iſte lapis, in caput anguli factus, valde capiti tuo eſt timendus. Caueas ergo tibi, quaſi luteæ ollæ, de iſto lapide: quia Olla luit, ſi petra ruit, vel ſi ruit olla. &c. Mat. 21. Qui ceciderit ſuper lapidem iſtum, confringetur: ſuper quem vero ceciderit, cōteret eum. Super lapidem cadis per offenſam, lapis autem cadit ſuper te per vindictam.

O

P

De eodem B. Petro ad Vincula Sermo. III.

DIſſoluta ſunt vincula brachiorum, & manuum illius, per manus potentis. Iacob Geneſis. 49. Quando manus potentis Dei, Iacob vincula manuum

Beati Petri diſſoluit, legimus. Actu. 12. Nota hiſtoriam.
Notandum autem quòd per vincula carnalia, ſignificantur vincula ſpiritualia animæ peccatricis. Anima enim peccatrix, tanquàm captiua diaboli, conſtringitur vinculo pedum, manuum, colli, & linguæ. Require in ſermon. Solutum eſt vinculum. de tempore æſtiuo. fo. 475.

DE B. LAVRENTIO MARTIRE.
Sermo Primus.

A IN medio ignis non ſum æſtuatus. Eccle. 51. Quando B. Laurentius Decio dixit, Carbones tui, non dolorem, ſed refrigerium mihi præſtant: quid aliud videtur dixiſſe, quam hoc verbũ, In medio ignis non ſum æſtuatus? In igne fuit corpus eius, ſed æſtuatus non fuit ſpiritus eius, quia per æſtum non fuit ſuperatus. Conſiderandum aũt, quòd eſt quadruplex ignis, in quo malo æſtu diaboli, nõ exuruntur iuſti. Primus eſt ignis tribulationis purgantis. Secundus tentationis probantis. Tertius dilectionis inflammantis. Quartus eruditionis illuminantis. Primus purgatiuus: ſecundus probatiuus. tertius inflammatiuus: quartus illuminatiuus eſt. De primo. Pſal. Igne me examinaſti, & non eſt inuenta in me iniquitas. O quàm felix eſſet qui cum B Laurentio hoc dicere poſſe. Felix in quo non inuenitur iniquitas, quãdo purgatur igne tribulationis. Libenter Chariſsimi ſuſtineamus ignem talem, vt amittamus rubiginem Grego. Quiſquis vult plene vitia vincere, ſtudeat viriliter purgationis flagella tolerare: vt tanto mundior ad mercedem veniat, quanto magis nunc eius rubiginem ignis tribulationis abſtergit. Oportet vtique animam purgari, ſiue per ignem, ſiue per aquã Nu. 31. Omne quod poteſt tranſire per flammas, igne purgabitur: quicquid autem, ignem non poterit ſuſtinere, aqua ſanctificationis expiabitur. Attendant hoc, qui eua

dere

dere volunt ignem, purgatorij: quia oportet eos expiari lachrymis: Immo etiam ignem mundanę tribulationis ſępe euadit homo, per aquam lachrymoſæ compunctionis, ſicut ſatis patent exempla in ſcripturis. De ſecundo. Iob. 41. De ore eius lampades procedunt, ſicut tedæ ignis accenſę. Tedæ iſtę ſunt ſuggeſtiones diaboli, & tentationes. Hac teda incendiarius peſsimus diabolus, in primis parētibus, totum mūdū concremauit. Vñ exuſti oēs, in cinerem redigimur. Eſa 33. Erunt populi, quaſi de incendio cinis. Spinæ congregatę igni comburentur: ſed quando ante oſtium alicuius ſuſpenditur teda hoſtium, tunc timet incendium, & vigilat ſolicite: ſic cum tentationem diaboli ſenſeris, vigila, ne in domo propria comburaris: ne vtique incendaris in domo cordis, per peccatum momentaneum, & poſtmodum corporis, per ſupplicium æternum. Iſido. Incenſor diabolus, eos quos viuentes incendit ad vitia, morientes ſubito protrahit ad ſupplicia. De tertio. Leui. 6. Ignis in altari meo ſemper ardebit, quem nutriet ſacerdos, ſubijciens ligna mane, per ſingulos dies. Ignis in altari ardens, eſt charitas in corde feruens. Lu. 24. Nonne cor noſtrum ardens erat in nobis. &c. Iſte ignis ſemper debet ardere, quia charitas ſemper debet perſeuerare. Prou. decimoctauo. Omni tempore diligit, qui amicus eſt. Et ad Roma. octauo. Certus ſum enim, quod neque mors, neque vita, neque angeli. &c. vſque, neque creatura alia, poterit nos ſeparare a charitate Dei. Ligna quæ hunc ignem nutriunt, ligna crucis ſunt. Ligna quoque hunc ignem nutrientia, ſunt omnia Dei beneficia, corporalia, & ſpiritualia, & æternalia. Ligna vtique ad hunc ignem, ſunt beneficia creationis, redemptionis, glorificationis; quibus optime nutritur ignis dilectionis. Anſelmus. Ecce Domine, quia feciſti me, quia redemiſti me, debeo meipſum amori tuo: quia tanta promittis, debeo meipſum amori tuo totum. Iſta ligna ſacerdos noſter Chriſtus Ieſus, ad nutriendum ignem charitatis, per ſingulos dies ſubijcit, quum. quotidie nobis

B C D

beneficia impendit, & impenſa,& impendenda nobis ad memoriam reducit. Sed lignis iſtis,videlicet Dei beneficijs, & maxime temporalibus, peruerſi ignem diuini amoris non nutriunt, ſed potius iterum in lignis Dominum crucifigunt,dum ipſi beneficijs ſuis Deum offendũt,
E & contra Dominum inſaniunt. De quarto.Pſal. Ignitũ eloquium tuum. &c. Hiere. 23. Nunquid vero verba mea, quaſi ignis ardens,& quaſi malleus conterens petrã. O quam miſerabilis eſt duritia cordis peruerſi, quod nec igne ſolui poteſt,cum tamen lapis illo ſoluatur. Iob. 28. Lapis calore ſolutus, in ęs vertitur.Item nec malleo verbi Dei frangi poteſt ad pęnitentiam, & ideo malleis pœnarum infernalium reſeruatur.Prou.19 Parata ſunt deriſoribus ſupplicia,& mallei percutiẽtes ſtultorum corporibus.Eia Domine Deus, quam durum eſt cor, quod nec igne molliri, nec malleis poteſt domari; Ber. Cor durũ eſt,quod nec compunctione ſcinditur,nec pietate mollitur.
F Secundum hunc quadruplicem ignem,quater inuenimus quoſdam in igne fuiſſe æſtuatos: videlicet, quatuor animalia.Eze.1.Item tres pueros.Dan.3. Itẽ Heliã. 4.Reg.2.Item Apoſtolos,Act.2.Nota ergo, quod ignis in quo erant quatuor animalia, ſignificat tribulationem: ſicut exponit.B.Grego.Quicunque volunt in hoc igne non comburi,debent animalia Dei eſſe: vt ſit quaſi leo in tentatione, homo in diſcretione, vitulus in carnis maceratione,aquila in contemplatione.Quicunque talis fuerit, illi dicitur Eſa.43.Cum ambulaueris per ignem,non combureris.&c.Item ignis trium puerorũ in camino, ſignificat tentationem. Vnde Eſa. 48. Ecce excoxite, ſed non quaſi argentum: elegi te in camino paupertatis,ideſt pænitentiæ,vel religionis.Hunc ignem Nabuchodonoſor,id eſt diabolus per nuncios ſuos accendit eis, qui contemnunt ſtatuam auream, id eſt ſeculi vanitatem, vel auaritiam. Tales enim diabolus impugnat vehementius. Itẽ ignis Heliæ,qui in curru igneo non comburebatur,ſed in paradiſum leuabatur,ſignificat charitatem; cuius prima rota amor Dei,ſecũda amor tui,tertia amor amici, quarta

ta amor inimici. Harum ſi vna defuerit, in paradiſum non volabis. Item ignis Apoſtolorum, qui in linguis ſedit ſuper ſingulos eorum, ſignificat ignitũ eloquium Dei. Qui enim in doctrinis ad Deum amandum, & bene viuendum prouocantur, ipſi quaſi linguis igneis inflammantur. Sed heu linguas igneas ſpiritus maligni habent multi, qui alios verbis ad deteriora prouocant. Iacobi. 4. Lingua noſtra ignis, eſt vniuerſitas iniquitatis.

De eodem B. Laurentio Sermo. II.

NIſi granum frumenti cadens in terram &c. Ioannis. 12. Granum frumenti nobiliſsimum, eſt Chriſtus. Hoc granum mortuum fuit in paſsione. fructum attulit in reſurrectione: mortuum in malis, fructum affert in bonis. mortuum a Iudęis, fractum in Chriſtianis. Auguſtinus. Ipſe Dominus Ieſus Chriſtus granũ mortificandum & multiplicandum: mortificandum in infidelitate Iudæorum, multiplicandum in fide Chriſtianorum. Conſiderandum autem, quod Chriſtus grano ſinapis, grano frumenti, grano botri comparatur. Chriſtus enim in animabus noſtris, eſt q granum ſinapis, dum lachrymas prouocat in contritione peccatorum; granum frumenti, dum confortat in opere mandatorum granum botri, dum confirmat in adeptione cœleſtium gaudiorũ. Eſt ergo Chriſtus granum ſinapis incipientibus: granum frumenti proficientibus: granum botri perfectis & cõſummantibus. De primo Lu. 13. Simile eſt regnum cœlorum gra. ſinapis, quod acceptum homo, miſit in hortum ſuum, & creuit, & factum eſt in arborem magnam, & volucres cœli requieuerunt in ramis eius. Granum ſinapis acutum eſt oculis, & lachrymari facit; ſic & Chriſtus in contritione. De ſinapi guſtauerunt Magdalena & Petrus amare lachrymantes. Hortus in quo Deus pater ſeminauit hoc granum, eſt Beata virgo, Eze. 36. Terra illa inclyta facta eſt, vt hortus voluptatis. In hoc horto inuenies pul

G

H

cherrimos flores virtutum. Hoc granum creuit in arborē magnam, in conuerſione mundi, creuit inquā in fide omnium credentium per mundum. Huius rami ſunt opera, & exempla Chriſti. Pulcher ēnim eſt ramus, quod ex virgine natus eſt. pulcher quod paſſus eſt, pulcher quod resurrexit. Et huiuſmodi rami extenduntur in fide omnium credentium, per orbem in latum. Pulcher etiam ramus, quod deſcendit ad infernum, & hic ſe extendit deorſum. Pulcherrimus ramus eſt, quod aſcendit in cœlum, & ſic ſe extendit in altum. Ecce quam magna arbor, quæ in latitudine per mundū, in profunditate in infernum; in altitudine ſuper cœlum ſe extendit. Pulchri quoque rami ſunt, charitas Chriſti, humilitas, patientia Chriſti. Et volucres in his ramis quieſcentes, ſunt animæ, operibus & exemplis Chriſti, fide & amore inhęrentes. O quā dulciter volucres in his ramis cantant, & animę credentium, alacriter Deum laudant. Ad Colo. 3 Commonentes voſmetipſos in pſalmis, hymnis, canticis ſpiritualibus, in gratia cantantes in cordibus v. ſtris Deo. Amb. Quis ſenſum habens, non erubeſcat ſine pſalmorum celebritate diem claudere, cum minutiſsimę aues, ſoléni deuotione, dulci carmine, ortum diei perſequuntur: O quā delectabiliter auicula Chriſti anima Laurentij, in iſta arbore requieuit, dum in craticula mundum corpus ſuum, cremari non abhorruit, & inſuper gratias agendo, dulciter cantauit.

k De ſecundo dicitur hic. Niſi granum frumenti &c. Hoc granum ideſt gratia, proficientes conſortat in via mandatorum Dei, quæ reſtat eis ad cœlum. Pſ. Panis cor hominis confirmet. Grano frumenti bene comparatur Chriſtus. Frumentum enim meſſum ligatur, trituratur, molitur, coquitur, comeditur. Sic & Chriſtus ligatus eſt. Ioan. 19. Comprehenderunt Ieſum, & ligauerunt &c. Aug. Ligatus eſt, qui ſoluit compeditos. Item flagellis trituratus eſt. Ioan. 19. Tunc apprehendit Pilatus Ieſum & flagellauit. Eia chariſsime Chriſtiane, ſi hoc granum puriſsimum, eſt flagellatum, quomodo tu ſine flagellis in cœleſte intrabis horreum: neceſſarium enim eſt gra-

no animę tuæ, vt flagelletur tribulatione. Ait enim Aug. Quod lima ferro, quod fornax auro, quod flagellũ grano, hoc tribulatio facit iuſto. Itẽ in mola crucis attritus eſt. Eſa. 53. Attritus eſt propter ſcelera noſtra. Itẽ in clibanũ inferni miſſus eſt. De hoc ꝑcipitur Leui. 2. quod panis de clibano offerri debuit abſq; fermento, & conſperſus oleo. Panis Chriſtũ, clibanus infernum, fermentũ culpā, oleũ gratiā ſignificat. Itẽ comeditur quotidie ſacramentaliter & ſpiritualiter. Matthęi 26. Accipite & comedite: hoc eſt corpus meũ. Sed heu multi comedunt ipſum panẽ nõ ſpiritualiter, quorũ ſpiritus & vita nõ cõcordat cũ Chriſto. Aug. Qui diſcordat a Chriſto, nec carnẽ Chriſti mãducat, nec ſanguinẽ bibit, & ſi tantæ rei ſacramentũ ad iudiciũ ſui quotidie accipiat. Panis ille Ieſus Chriſtus, nobis in Paſcha ita calidus miniſtratur: namq; illo die venit de clibano. Vnde ſicut butyrũ in pane calido, ita cor noſtrũ liquefieri debet in hoc ſacramẽto. B. Laurentius pro hoc pane, ſe in craticula calidũ obtulit Dño. De 3. Eſa. 65. Si inuenias granũ in botro, & dicatur ne diſsipes illud qm̃ benedictio eſt. cũ granũ nobiliſsimũ botri, Chriſtus fuit in ſanctorũ collegio. Sed hoc granũ excuſsis alijs granis per tẽpeſtatẽ paſsionis, quaſi ſolũ inuenitur, qñ Diſcipuli oẽs, eo relicto fugerũt. De hoc grano dicitur, ne diſsipes illud. O Iudeę, tibi dicitur, ne diſsipes illud in corpore ſuo per paſsionẽ. O Chriſtiane, tibi dicitur, ne diſsipes illud in corde tuo, ꝑ ꝑuaricationẽ. qua ratione: quia benedictio eſt. In hoc enim grano cõſiſtit oĩs benedictio. Ephe. 1. Qui benedixiſti nos, in oĩ benedictione ſpũli, in cęlis in Chriſto. Hoc granum mirabiliter eſt dulce, in guſtu animæ. Huius grani vinũ, mirabiliter eſt lætificatiuũ. Pſ. Vinũ lętificat cor his. Vinũ hui⁹ grani inebriãs aĩam, facit eũ audacẽ, & nõ timere pœnas & mortẽ. Vnde de vino dr̃. 2. Eſd. 3. Vinũ mentẽ cõuertit in ſecuritatẽ. Hoc apparebat in. B. Laurẽtio, q tm̃ de hoc grano inebriatus fuit, ꝙ ẽt ignẽ nõ timuit. Ber. Quicũq; vino charitatis ſemel ꝑfecte iebriatus fuerit, ad oẽm laborẽ & dolorẽ hilareſcit, dolet, & nõ ſẽtit: laborat, & ñ laſseſcit: deridet, & ñ aduertit.

M

DE

De eodem. B. Laurentio. Sermo. II.

N QVi ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet. 2. Corin. 11. Hoc verbum conuenienter legitur in Epiſtola, de B. Laurentio. Ipſe enim ſeminauit in benedictionibus, quoniam theſauros eccleſiæ diſperſit, dedit pauperibus. Nos etiam cum. B. Laurentio ſeminemus in mundo, vnde fructum vitæ æternæ metamus in cœlo. Omnia certe bona opera, ſunt quædã æternæ vitę ſemina. Sed ecce ſicut in ſeminatione materiali, ſic certe in ſpirituali, neceſſaria ſunt quatuor, quæ require in ſermone, Exjt qui ſeminat. de tempore hyemali. f. 140.

De eodem. B. Laurentio. Sermo. III.

O

IPſe ſcit vias meas, & probauit me. q. aurum, quod per ignem tranſit. Iob. 23. Dupliciter mercatur quis regnũ Dei: agendo, & patiendo. Primum notatur cum dicitur, Ipſe ſcit &c. Scd̃m cum additur. Probauit me. Itẽ no

P ta quod ſcire Dei ſumitur dupliciter. Eſt. n ſcire idẽ qđ cognoſcere, & ita ſcit omnia ante quã fiant. Ro. 4 Vocat ea quæ non ſunt, tanquam ea quę ſunt. omnia nuda &

Q aperta ſunt, ante oculos eius. Item ſcire idem quod approbare. Mat. 7. Multi dicent mihi in illa die, Dñe, Dñe, nõne &c. vſque & tunc confi. il. quia nunquam noui vos. Et Mat. 25. de virginibus non habentibus oleum ſecum: Neſcio vos. Item tria reddunt vitam commendabilem ſcilicet quando eſt munda, recta, ſecura. Munda per caſtitatem mentis & corporis. Pſal. Cor mundum crea in me. &c. Emundare manus peccatoris. Augu. Caſtitas corporis &c. Item recta per amorem caſtitatis, paupertatis. Sap. 10. Iuſtũ deduxit Dominus per vi. rect. & oſt. il. reg.

Dei. Eccleſia eſt via quę videtur omnibus recta. Rectum dicitur quod non deuiat ab extremis. Item ſectatur per humilitatem, contra viam quam tenuit angelus, & primus homo, qui ſuperbiendo corruit. Pſal. Viam pacis nõ cognouerunt &c. Eccl. 31. Via peccantium complantata eſt lapidibus. &c. Prou. 11. Qui cauet laqueos, ſecurus eſt. Item de ſecũdo cum dicitur, Probauit me &c. Nota quod aurum probatur tripliciter, ſcilicet pondere, tactu ad lapidem, igne. Per tactum notatur immiſſio tribulationis, qua probantur electi. Iob. 2. Tange os eius & carnem. Nota hiſtoriam. Iob. 19. Manus Domini tetigit me. Item probatur pondere contra aurum alchimiæ, ſeu chalciniæ, quod cognoſcitur ſua leuitate. Per hoc intelliguntur opera miſericordię, quę Dominus in iudicio ponderabit. Mat. 25. Venite benedicti patris mei &c. Dan. 5. Rex Balthaſar vidit manum ſcribentem, mane thetel Phares &c. quod ſonat numerus, appenſio, diuiſio vel fractio. Itẽ probatur igne contra falſitatem admixtionis. Eccle. 2. In igne probatur aurum. &c. Nouit igitur Dominus vias. B. Laurentij, ideſt approbauit, quia mundæ erant per caſtitatem: rectæ per paupertatem: ſecuræ per humilitatem: Probauit quaſi aurum per tactum vi tribulationis: per pondus pietatis: per ignem charitatis. 1. Corin. 13. Charitas nunquam excidit. &c. R

De B. Clara virgine. Sermo. I.

Oror noſtra es, creſcas in mille millia. Gen. 24. Verba quę dixerunt Rebeccæ fratres eius, poſſunt virgini Claræ dicere fratres eius, Frates Minores. Rebecca interpretatur multum accepit. B. Cla multum in mundo gratiæ, & multum gloriæ accepit in cælo. Dicamus ergo nos fratres, ſoror noſtra es, creſcas ĩ mil. mi. Soror noſtra conformitate ſpirituali, creſcas fœcunditate ſpirituali. A

ſpirituali. In his ergo nobis. B. Clara commendatur hic a duobus: videlicet, de conformitate ad ordiné fratrum Minorum, & de fœcunditate quãtũ ad ordiné ſororum.

B Circa primũ. Nota ꝙ ſancta Clara ſoror noſtra, ſoror angelorum, ſoror Chriſti eſt. Soror noſtra cõformitate paupertatis, ſoror autem angelorum conformitate virginitatis, ſoror Chriſti conformitate charitatis. Nihil autem ita conformat vos Chriſto, ſicut charitas. De 1. Luc 2. Si autem frater aut ſoror nudi ſint, & indigeant victu quotidiano &c. Soror Clara bene indigebat victu, quãdo pro. 50. ſororibus, tãtum medium pané habuit, de quo tamé Dñs eas mirabiliter ſatiauit Sicut autem quælibet fidelis fœmina, ita. ſ. Clara ſoror eſt oium generaliter: ſed ſoror eſt ſpecialiter fratrũ Minorum, propter conformitatem in paupertate, & hoc ita eſt in alijs, ſoror noſtra omnino ex eadem matre religione. Vnde bonus frater Minor, de ipſa dicere poteſt, quod Abraham dicit de Sara. Gen. 20. Vere ſoror mea eſt, filia patris mei, & non filia

C matris meæ. De 2. Can. 8. Quid faciemus ſorori noſtræ in die quando alloquenda eſt. ſi murus eſt, ædificemus ſuper eum propugnacula argentea: ſi oſtium compingamus illud tabulis cedrinis. Verba iſta poſſunt dici angelorum de alloquutione ſororis ſuæ. S Claræ ſolicitorum. Alloquebatur enim eam diabolus per ſe, & per alios tentando, alloquebatur eam Dominus per ſe ad B. Franciſcum inuitando, alloquebatur inſuper eam de pyxide euchariſtiæ conſolando &c. Nos dñs & diabolus frequenter alloquuntur. Auguſt. Aures tuæ poſitæ ſunt inter Deum monentem, & ſerpentem ſuggerentem. Alloquenti diabolo fuit S. Clara murus per fidem impenetrabilis, tot habens propugnacula quot ſunt credenda. Alloquéti autẽ Deo, oſtium fuit ipſa apertum, tot habens tabulas, quot virtu

D tes. De 3. Can. 5. Aperi mihi ſoror mea, amica mea, co. m. imma. m. Soror vbique charitate. Sed ecce anima non eſt ſoror vera, niſi ſit amica, columba & immaculata. Debet ergo eẽ amica, diligendo integre, ſine diminutione. Matt. 22. Diliges do. de. t. e. t. c. t. &c. Aug. Minus te dñe a-

mat

mat qui tecum aliq d amat,qđ non propter te amat.Itẽ debet eſſe colũba diligendo vere, ſine fictione.Ro.12.Dilectio ſine ſimulatione.1.Io.3 Non diligamus verbo,neque lingua,ſed opere & veritate. Item immaculata diligendo pure,ſine carnali affectione.Vnde Exo:37. dicitur ꝙ archa fuit veſtita auro puriſsimo. Archa animam rationalem,aurũ charitatem ſignificat: q̃ ab oĩ affectu corrupto puriſsima debet eſse,propter has tres conditiones charitatis,ait Apoſtolus.1.Timo.1. Finis præcepti eſt charitas,de corde puro, & conſcia bona, & fide nõ ficta. Cor purũ facit ſororẽ Chriſti immaculatã, cõſcia pura, facit eſſe amicã,fides nõ ficta facit eſse colũbã. Simplicitas.n.colũbæ,eſt cõtraria fictioni. Sctã igitur Clara, q̃a ſic clare & vere & pure dilexit, ideo dilecta ſoror Chriſti fuit,Et certe Xp̃s ipſe ait.Mat.12 Quicũq; fecerit vo. p.m.q in cæ.eſt,ipſe m.fr & ſo.& mr̃ eſt. Circa ſcđm. Nota ꝙ B.Clara creuit i numero,in merito, ꝑmio. creuit in familia ſororũ,in gr̃a meritorũ,ĩ gloria ꝑmiorum. De 1 dr̃ hic.Soror nr̃a es,creſcas ĩ mil.milia. Sctã Clara tãquã radix fructuoſa, tanq̃ prima ordinis ſui mater generoſa,creuit & creſcit ꝑ Dei gratiã in multa millia familiarũ.Creſcũt qdã verbis & exẽplis malis ĩ milia: ſed ecce in millia eiulãtiũ i inferno. Creſcũt aũt alij cũ ſancta Clara,verbo & exẽplo bono, in millia lætãtiũ in cælo.Sic millia letãtiũ hoĩum, ad millia veniũt angelorũ. De quibus Apo 5. Numerus eorũ millia milliũ dicentiũ &c.Aug. Erimus millia milliũ cõiũcta pſallẽtibus angelis choris cæleſtiũ, potẽter in vna ciuitate viuẽtiũ. De 2.Mat.6.Cõſiderate lilia agri,qũo creſcũt.&c. Lilia agri eccleſiæ sũt cõtinẽtes aĩæ O q̃ pulchrũ virginali cãdore liliũ,fuit sãcta Clara? O quãtũ creuit nõ ſolũ caſtitate, ſed oĩ virtute & perfectione.Iuſtorũ eſt creſcere.Prou.4. Iuſtorum ſemita.q.lux procedit, & creſcit vſq; in perfectum diem.Hier.Creſcat in te,cum animæ gratia,cũ ætate, iuſtitia. Sed heu quidam creſcunt non in bono, ſed in malo. ſecundi Machab. 4. Menelaus propter eorum qui in potentia erant auaritiam, permanebat

in

in poteſtate creſcens ī malitia,& ad inſidias ciuium Gre gorius.Nonnulli qui ætate creſcunt,in innocentia decre
H ſcunt. De tertio.Heſter.10. Paruus fons, qui creuit in fluuium,& in lucem ſolemque conuerſus eſt, & in aquas plurimas redundauit.Heſter interpretatur abſcondita ſe culo: quæ eleuata fuit in Deo. hæc creuit in fluuium æternę voluptatis in fruitione,& in luce plenæ veritatis in cogitatiõne, & in ſolem futuræ claritatis in reſurrectione.Mat.12. Fulgebunt iuſti ſicut ſol.Creſcunt merita,creſcit huius gloria,creſcit corona.Greg. Labor protrahitur pœnæ,vt creſcat corona iuſti iæ. Poteſt etiam dici quòd ſancta Clara creuit in aquas plurimas pluri mæ familiæ,creuit in fluuium gratiæ,creuit iu lucem ſo lemque gloriæ.

De eadem B.Clara. Ser. II.

I O Quàm pnlchra eſt caſta generatio cum claritate.Sap.4.Verba iſta conueniunt.B.Claræ virgini:quæ & virginalem caſtitatem, & bonæ vitæ claritatem habuit.Re ergo & nomine clara fuit.Eſt autē bonorum quadruplex claritas. Prima veræ cognitionis. ſecunda lucidæ conuerſationis.tertia bonæ operationis. quarta æternę glorificationis. De prima.2.Corin.3.Nos autem reuelata facie,gloriam Domini ſpeculantes, in eandem imaginem transformamur,a claritate fidei ſcilicet ad claritatem ſpei.Fide enim oculi animę clarificantur. Hæc autem claritas fidei, per doctrinam & gratiam habetur. Vnde de quodam cæco,quem Dominus illuminauit expuendo, & bis oculos manu tangendo, dicitur,
k Mar.8.Reſtitutus eſt ita vt clare videret omnia. Pagani habent oculos cæcos: Iudæi velatos, mali Chriſtiani lippos,ſed per ſputum doctrinæ, & per tactum gratiæ duplicem,ſcilicet gratiæ præuenientis,& gratiæ ſubſequētis,clarum fidei viſum recipiunt: & ſic reuelata facie, illuminata mente,fide clara, Deum ſpeculantur. Et certę

finę

ſine aliqua claritate fidei,ſine qua Deus in nobis non habitat,non perueniemus ad claritatem ſpei.Gre. Qui nũc Deo inhabitante non regitur de diuinæ claritatis ſpecie poſtmodum nõ lætatur.Tanta eſt claritas fidei, quod ferre eam non poſſunt infirmi oculi. Et hoc bene ſignificatũ eſt in claritate faciei Moyſi,quã habuit ex conſortio ſermonis Domini. O quam facies animæ ſanctæ Claræ clarificari potuit in fide,ex conſortio ſermonis Domini: quando ipſa cum Domino ſermonem habuit orando, & Dominus cum ipſa ſermonem habuit de pyxide in qua corpus fuit,reſpõdendo. De ſecunda dicitur hic. O quã L
pulchra eſt &c. Caſtitas vtique coniugalis, magis autem vidualis,ſed maxime virginalis pulchra eſt.Cum bonorũ operum claritate Deus honoratur. Matth. 5. Luceat lux veſtra &c.Sed heu claritas bonæ vitæ,per malorum ſocietatem ſæpius rumpitur.Separetur ergo a malis,quicunque clarificari vult cum bonis. Vnde quum Iudas ſeparatus fuiſſet ab Apoſtolis, Dominus dicit Io. 12. Nunc clarificatus eſt filius hominis. Clarificatus enim fuit in membris ſuis,malo ab ipſis ſeparato,attamẽ non caſtitas incorruptionis,nec claritas operationis ſufficit ſine claritate dilectionis.Vnde & virgines prudentes,cum lampadibus oleum acceperunt.In virginibus caſtitas,in lampadibus bonorum operum claritas, in oleo charitas ſignificatur.hoc ſolum oleum prudentes a fatuis diſcernit. Aug. Hoc ſolum oleum eſt quod ſeparat inter filios regni & filios perditionis. O quã prudens virgo fuit. S. Clara, quæ in vaſe cordis, ſufficienter acceperat oleum gratiæ & charitatis. hoc etiam Dominus in materiali oleo oſtẽdit. Hic dic quomodo eius vas vacuum, miraculoſe fuit M
oleo impletum. De.3. Sap.8.Habebo propter hanc claritatem ad turbas: ſcilicet propter ſapientiam.Per verã ſapientiam regitur ad Deum ſenſus, operando, & bene viuendo. Habuerunt bene ſancti claritatem bonæ famæ ad turbas,ideſt ad mere homines. Grego. A bono opere vires accipit,& fauoris gratiam.q.claritatis lumen aſpergit. Sed heu multi hanc iuſtorum claritatem,detractio

nibus

nibus & mendacijs obſcurant,quorũ mendacia ad hæc ma nifeſta.Et ſic de Ioſeph dicitur Sap. 10. Mendaces oſtendit qui maculauerunt illum,& dedit illi claritatem ęternam. Nam claritas famæ æternæ ſanctorum, etiam in morte non ceſſat: nam ſępe poſt mortem magis claret, quam in vita,ſicut patet in B. Clara,& in S. Franciſco,& in alijs S. Attende Chariſsime quot anni tranſierunt poſt mortem. S. Martini,& S. Nicolai, & aliorum Confeſſorum.Item poſt mortem ſanctæ Catharinæ & aliarum virginum. Item poſt mortem S. Laurentij & aliorum martyrum.Item poſt mortem S. Petri,& aliorum Apoſtolorum. Item poſt mortem Abrahæ, & aliorum patriarcharum: & ecce quanta fama eorum: maior eſt adhuc famę claritas mortuorum,quam viuorum. Sic certe quicunque in hac ciuitate bene viueret, pauperes defenſaret,diſcordes concordaret, fama eius etiam ipſo mortuo viueret.Eccle.44 Nomen eorum viuet in generatione & ge. Clarum ergo conſerues nomen tuum, vt clarificetur in te vnum ſummum nomen, de quo Io.12.Pater clarifica nomen tuum Venit ergo vox, & clarificaui, & adhuc clarificabo.Clarificauit enim ſicut dicit Glo.factis mirabilibus,quæ egit ſcilicet Lazarum ſuſcitando. 5.milia. 5. panibus ſatiando &c. Sic vtique nomen ſcilicet Claræ, & in Clara nomen Dei clarificatum eſt. Eius enim meritis,licet non.5.millia, tamen.50.ſorores dimidio pane ſatiatę ſunt. De quarta. Nota quod Apoſtolus loquẽs

N de glorificatione corporum reſurgentium ait 1. Corin.15.Claritas alia lunæ,alia ſtellarum claritas. Stella enim differt a ſtella in claritate: ſic & reſurrectio mortuorum quot ergo erunt millia corporum glorificatorũ in cœlo,quaſi tot erunt ibi ſoles. Claritas autem animarum, incomparabiliter maior erit. Ber. Quantum tunc putatis erit ſplendor animarum, quando ſplendorem ſolis lumen habebunt corpora. Ipſe enim Deus lumen erit animarum. Apoca.21.Ciuitas non eget ſole neque luna, vt luceant in ea,nam claritas Dei illuminabit eam. O

quanta eſt hodie claritas coronæ. ſ. Claræ: quam cum cõmunicantibus coronis viuificauerunt virgines cœleſtes in morte, ſicut de ipſa legitur.

De eadem B. Clara. Ser. III.

MAcula non eſt in te. Can. 4. Hoc verbum conuenienter dicere potuit dominus beatæ Claræ, quæ vita & gratia, & re, & nomine claruit. Conuenienter ergo Dominus ait beatæ Claræ. Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te. Quadruplex autem malitia, a qua immunis erat ſancta Clara, eſt macula cõſcientiæ, macula linguæ, famæ vitæ. Require in feſto Innocen. Sine macula.

DE ASSVMP. B. MARIAE VIRGI. Sermo Primus.

AStitit regina a dextris tuis. Regina cæli & terræ eſt B. Virgo Maria: quæ hodie ad dexteram Dei aſtare cœpit in gloria. Hierony. Regina mundi hodie de terreſtri & de præſenti ſeculo nequam, eripitur. Iterum dico gaudete. Attendite chariſsimi, quòd regina debet habere regium comitatum, regium veſtimentum, regium thalamum, regium diadema. Sic certe regina noſtra hodie ad regnum aſſumpta, habuit regium comitatum copioſum, veſtimentum precioſum, thronum glorioſum, diadema ſpecioſum. Primum ſignificatum eſt. 3. Reg. 10. Vbi dicitur quòd regina Saba ingreſsa Hieruſalem cum comitatu multo & diuitijs, & camelis portantibus aromata & aurum infinitum nimis. & gemmas precioſas. Vere regina eſt Maria. Auguſt. Hanc vere fatemur reginam eſſe, pro eo quod regẽ peperit angelorũ. Iſta regina hodie eſt A

ingreſsa Hieruſalem celeſtem,cum multo comitatu angelorum.Ber.Quis excogitare ſufficiat,quam glorioſa hodie regina mundi proceſſerit , & quanto deuotionis affectu,tota in eius occurſum cœleſtium legionum prodierit multitudo. Quid mirum ſi angelos in comitatu habuit Maria, cum & hoc de alijs ſanctis legatur, etiam de paupere Lazaro dicitur Lu.16.Factum eſt autem cum moreretur mendicus, & portaretur ab angelis in ſinum Abrahæ.In ſinu ſolent locari paruuli.Et vere paruula per humilitatem fuit Maria.Can.8.Soror noſtra paruula eſt,& quia præ omnibus ſanctis , paruula fuiſse creditur , ideo
C prę omnibus ſanctis delicatius in ſinu fouetur.Merito ille eam in ſinu fouet in cœlo, quem in ſinu ſuo , ipſa ſępe fouit in mundo.Ingreſsa eſt quoquehodie regina noſtra, cum multis diuitijs meritorum multorum,quibus ſuper omnes animas præter animam Chriſti abundauit. Prou. 31.Multæ filię congregauerunt diuitias : tu ſuper greſſa es vniuerſas.Vnde cameli Mariæ,ſunt ſenſus & vires animę eius,portantes aromata exemplorum & bonæ opinionis,aurum ſapientiæ & contemplationis, gemmas virtu-
D tum & bonæ operationis. De. 2 Pſal. Aſtitit regina a dextris t.in v.d.c.varietate. Veſtitus Marię deauratus , claram corporis ſtolā ſignificare poteſt:quæ propter claritatem , non ſolum auro , ſed etiam Soli comparatur. Apoca.12.Signum magnum apparuit in cęlo,mulier amicta ſole.Quid mirum ſi regina ſole veſtitur,vbi quilibet in regno ſole veſtitur? Mat. 13 Tunc iuſti fulgebunt ſicut ſol,in regno patris eorum. Quid etiam mirum ſi ſole clarius fulget regno ſuo: Ber. Tolle corpus hoc ſolare, quod illuminat mundum : quid niſi nox?tolle Mariam , hanc maris ſtellam , quid niſi denſiſsimę tenebræ relinquuntur?Item regina noſtra eſt amicta varietate merito-
E rum,quantum ad ſtolam animæ.O fęlix varietas virtutum & meritorum.O infœlix varietas vitiorum , de qua Hiere.13.Si mutare poteſt ethiops pellem ſuam , & pardus varietates ſuas , & vos poteritis bene facere,cum didiceritis malum. Conſidera chariſsime variam reginæ
noſtræ

noſtrę ſtolam. Varia enim eſt in liliali candore virginum, in roſeo rubore martyrum, in luminoſo ſplendore angelorum. Varia vtique in candore virginitatis, in rubo re charitatis, in ſplendore claritatis. Ber. O Maria virgo virginũ, ſingularis roſa cœlicæ amœnitatis, præludiũ angelicũ, inter primæuas lucernas diuini luminis ſuſceptiua. De. 3. 3. Regũ. 2. Cõpoſitus eſt thronus matri regis ad dexterã eius. Rex eſt Chriſtus. Pſ. Ipſe eſt rex gloriæ. Regis mater eſt, regina Maria. Reuera mater regis noſtri, reginarum regina: mater Dñi noſtri Ieſu Chriſti, dominarũ domina debuit nuncupari. Hęc eſt mater regis diligendi, timendi, agnoſcendi, & ſperandi. Eccle. 14. Ego mater pulchræ dilectionis, & timoris, & agnitionis, & ſanctæ ſpei. Mater ſum eius, per quẽ diliguntur diligenda, timentur timẽda, agnoſcuntur agnoſcẽda, ſperantur ſperãda. Huius matris, huius reginæ thronus, poſitus eſt nõ in infimo, nõ in ſcđo, neque in nono ordine angelo rũ, ſed ſuper oẽs ordines, ad dexterã regis angelorum. In hoc throno hodie ab ipſo rege inthronizata eſt. Hie. Creditur quod ſaluator oĩm, quantũ datur intelligi, ipſe hodie totus feſtiuus occurrerit, & cũ gaudio eam ſecum in throno collocauit. Regina autem a dextris ſedere, & a dextris, ſtare dicitur. Sedere regnãtis. Stare adiuuantis eſt: Sedet ergo Maria vt regnãs in cęlo. Stat aũt vt adiuuans eos q̃ ſũt in mũdo. Quartũ ſignificatũ eſt in regina Heſter, de qua dr̃ He. 2. Adamauit rex ſup oẽs mulieres, & poſuit diadema regni in capitę eius. Heſter interpretatur eleuata & ſignificat Mariã, quę hodie ſup choros angelorũ eſt exaltata, quã nõ Michael, nec aliq̃s angelus, ſed ipſe angelorũ rex, diademate regni hodie coronauit. Ber. O Maria te vere Dñs amauit prę oĩbus, & ornauit, ſtolã glorię induẽs, & coronã pulchritudinis ponẽs in capite tuo. Quid mirũ ſi regina de manu regis coronet̃, a quo ẽt alij ſãcti coronant̃. Sap. 5. Accipiẽt regnũ decoris & diadema ſpeciei de manu Dñi. Regina ergo noſtr̃ eſt archa illa, ſu p q̃ Beſeleel. i. Chriſtus fecit coronã aureã. Exo. 37. Ipſa eſt ẽt mulier illa habẽs in capite coronã ſtellarũ. 12.

F G H I

prærogatiuarũ.Eia nũc chariſsimi,q̃ta ſit regina diligẽtiſſime attendamus,& ei reuerentias reginæ debitas frequẽtiſſime exhibeamus. Ber. Mentem & oculos pariter cum manibus,ad te regina mundi attollimus,& coram tuæ conſuetudinis mĩa genu flectimus,& inuicem inclinamus, ac plenas ſuſpirijs ad te preces, in cœlum tranſmittimus.

De eadem Aſſumptione. Sermo. II.

K THronus eius ſicut ſol in conſpectu meo &c.Pſal.88. Verba iſta poſsunt eſſe de filio loquentis,& matris ſuæ gloriam commendantis. Ait ergo. Thronus eius ſicut ſol &c.Thronus filij Dei dicitur,thronus inquã mente & ventre,thronus corpe & anima, fuit mater Maria: quæ in conſpectu Dei patris, vna cum filio, etiam corporaliter eſſe creditur. Augu.Tronum dei thalamum Domini, tabernaculum Chriſti, dignum illi eſt, eſſe vbi ipſe eſt,tam clarum theſaurum, dignius eſt cœlum ſeruare quam terram. Conſiderandum autem, quod. B. virgo myſtice thronus eſt eburneus,ſapphirinus, nubeus, ſolaris.Thronus eſt eburneus, per integritatem incorruptionis: Thronus ſapphirinus, per ſanctitatem conuerſationis. Thronus nubeus, per pietatem miſerationis.
L Thronus ſolaris, per claritatem glorificationis. De primo.3.Reg. 10. Fecit rex Salomon thronum de ebore grandem,& veſtiuit eum auro fuluo nimis &c. Rex Salomon,regem verum pacificũ ſignificat. Huius thronus eſt virgo Maria. in ebore enim quod mundum & candidum & frigidum eſt,caſtitas ſignificatur. Maria ergo tota fuit eburnea,tanquam carne lignea.Talis thronus, talem regem decebat. Ber. Nec decebat Deum alia quam virgo, nec virginem alius quam Deus,quia nec maior inter matres inueniri, nec maior inter filios naſci potuit. Thro-
M nus iſte veſtitus fuit auro charitatis. hoc eſt aurum, quo & archa Dei veſtita fuit intus & extra,ſicut legitur Exo. 37.Archa Dei eſt mater dei,continens manua deitatis in vrna humanitatis Chriſti. Hæc archa facta eſt de lignis

cedri imputribilibus. Et vere Maria imputribilis fuit, per incorruptionẽ virginitatis. Et vere purridi ſunt corã deo & angelis, oẽs incõtinentes. Ioel. 1. Cõputruerũt iumenta in ſtercore ſuo. Archa iſta imputribilis caſtitate, veſtita fuit intus in corde, & extra in opere, auro precioſiſſimo ſynceriſsimæ charitatis. Hier. B. es Dei genitrix, cuius ſcã dor virginitatis, ſplẽdidior emicuit, circũdata officio charitatis. De. 2. Eze. 1. Super firmamentũ ꝙ erat imminẽs capiti eorũ. q. aſpectu lapidis ſapphiri, ſimilitudo throni, & ſuꝑ ſimilitudinẽ throni, ſimilitudo. q. aſpectus hoĩs deſuper. Nota hãc viſionẽ. Vidit propheta quatuor aĩalia & ſuper aniãlia firmamentũ cryſtallinũ, & ſuꝑ firmamentũ thronũ ſapphirinũ, & ſuꝑ thronũ ſimilitudinẽ ſcilicet hoĩs. Per quatuor aĩalia, ſicut exponit. B: Grego. ſignificãtur oẽs iuſti, degẽtes in carne. Per firmamentũ chryſtallinũ, natura angelica, vel ẽt tota triũphans eccleſia ſignificatẽ. Quẽadmodũ enim natura cryſtalli, peruia eſt luĩe æterno. Per thronũ ſapphirinũ. B. vir. Ma. ſignificatur, ꝓpter cæleſtẽ eius cõuerſationẽ. Sapphirus enim habet cęleſtẽ colorẽ. Sic vtiq; ſancti, hñt cęleſtẽ conuerſationem. Ad Phil. 2. Noſtra cõuerſatio in cœlis eſt. de talibus dicitur. Tre. 4 Sapphiro pulchriores. Sed heu multi ſunt carbone nigriores in cõuerſatione, de q bus ibidẽ ſubditur. Denigrata eſt ſuꝑ carbones facies eorũ. ſed certe oĩbus qui fuerũt ſapphiro pulchriores. B. Maria pulchrior fuit ꝑ vitam & mores, propter quod facta eſt thronus Dei ſpecioſiſsimus. Ideo in ipſa poſuit rex thronum ſuum, quia concupiuit eius ſpeciem & decorem. Videtis ergo chariſſimi quod ſuper animalia militantis eccleſię eſt firmamẽtum eccleſiæ triumphantis. Suꝑ hæc firmamẽta eſt thronus ideſt. B. Maria Suꝑ thronũ aũt eſt homo Chriſtus Ieſus. Et verè merito tam digniſsimum locũ ſuꝑ angelos & ſanctos ei cõtulit in cęlo, qui in ipſa locum digniſsimum habuit in terra. Ber. Nec in mundo locus dignior virginali vtero, in quo filium Dei Maria ſuſcepit. Nec in cęlis regali ſolio, quo Mariam hodie filius ſublimauit. De tertio. Eccleſi. 24. Thronus meus in columna nubis

B.Maria bene dicitur thronus nubis. Nubes enim protegunt nos ab ardore ſolis,ſic Maria ab ira Dei filij, qui eſt ſol iuſtitiæ.Pſ. Exponam nubem in protectionem eorum propter hoc bene ait.Bern, O mater clementiæ,ad tuæ protectionis vmbraculum confugimus, a facie formidinis Domini.Item dicitur Eccl.11.Si repletæ fuerint nubes,imbrem ſuper terram effundēt. Et nunquàm fuit nubes tam repleta, ſicut fuit Maria gratia plena: nec irrigat & vireſcere facit terram & plantas, ſicut Maria plena reſpergit & vireſcere facit eccleſiam, & animas fidelium immo ēt & alias creaturas.Anſel.O fœmina plena & ſuperplena gloria, decus plenitudinis, & inundantia reſperſa,ſic reuireſcit omnis creatura.O quot aridi peccatores reuiruerēt per Mariam:Exemplum de Theoph.
P De 4,dicitur hic thronus meus ſicut ſol &c. Maria eſt ſicut ſol per gloriam,quam habet in cœlo:& ſicut luna per gloriam quā habet in mundo. Gloſsa tamen exponit illud de duplici ſtola corporis & animæ.ſecūdum hoc ergo Maria eſt ſol in conſpectu Dei, quo ad animam, & ſicut luna perfecta in æternum,quo ad corpus.Can.6.Pulchra vt luna,electa vt ſol.Aug.Lucet enim velut columba ſpecioſa,pulchra vt luna,electa vt ſol,Ianua cęli,dec⁹ mulierum,caput virginum.Sed nonne omnia corpora iuſtorum erunt ſicut ſol in patria: vtique ſicut Mat.13.dicitur. Tunc iuſti fulgebunt ſicut ſol in regno in conſpectu patris eorum.Ergo corpus Marię, multo clarius credendum eſt ſole:quando ergo anima eius ſoli,& corpus lunę comparatur,id fit vt magis diſsimilitudo,quàm ſimilitudo oſtendatur. Diſsimiles enim ſunt claritates ſolis & lunæ.Sic vtique & multo amplius gloria animæ & corporis Mariæ. O quando in tanta claritate arridet ſol ſoli, filius matri. Auguſt. Nec mirum ſi tibi dignetur congaudere Deus regnans in cœlis, quem paruulum ex te hominem natum totiens oſculata es in terris.

De

De eadem Aſſumptione. Ser. III.

QVę eſt iſta quæ progreditur q. aurora conſurgens, pulchra vt luna, electa vt ſol, terribilis vt caſtrorum acies ordinata? Can. 6. In his verbis B. Virgo Maria digne commendatur: & propter excellentem gratię & gloriæ ſuæ claritatem, auroræ & lunæ & ſoli comparatur. Sed ad præſens tria videamus qualiter ipſa quædam ſpũalis aurora ſit. Aurora enim eſt noctis terminatiua, naturæ pręgreſsiua ſolis productiua, lucis diſcretiua. Sic B. Virgo Maria terminatio eſt noctis, culpæ prægreſsiua in lucem gratiæ, productiua ſolis iuſtitiæ, diſcretiua loci glorię. Require per ordinem de his omnibus in ſalutatione ſeu Speculo B. Virginis Mariæ. Q

De eadem Aſſump. Ser. IIII.

QVæ eſt iſta quæ progreditur. q. aurora &c. Auroræ comparatur B. Virgo: quia ſicut in aurora ſignificatur, ipſa eſt nobis ad Deum mediatrix, ad mores ipſos illuminatrix, ad dęmones defenſatrix. Require in ſalutatione beatæ virginis.

De eadem. Sermo. V.

BEnedicta es tu filia a domino deo excelſo, præ omnibus mulieribus ſuper terram. Iud. 13. O beatiſsima virgo, cui competit laus iſta. Sicut enim filius tuus benedictus eſt præ omnibus viris: ſic benedicta es præ omnibus mulieribus. Benedicta vtique propter pulchritudinem perſonæ quam genuiſti, multitudinem miſericordiæ quam exhibuiſti, magnitudinem gloriæ quã accepiſti. Require in ſalutatione B. Mariæ.

DE B. BARTHOLOMAEO APOST.
Sermo Primus.

A NVdauerunt eũ tunica talari. Gen. 37. Ioſeph de quo hoc verbum dicitur. B. Bartholomęũ Apoſtolum ſignificare poteſt, quẽ Dominus gratijs & virtutibus, & multis filijs ſpiritualibus augmentauit. Ioſeph enim augmentum interpretatur, quem perſecutores tunica talari. ſ. tunica naturali nudauerunt, quoniã ipſum viuũ excoriauerũt. Sed attendite chariſsimi duplicem nuditatẽ. Videlicet corporalẽ & ſpiritualẽ. Primam. B. Bartholomæus tolerauit patiẽter. ſecundã cauit diligẽter. Corporaliter attendite nudum hominem naſcentem, nudum neceſsario egentem, nudũ oĩa relinquentem, nudum Chriſtum patientẽ. De. 1. Eccl. 5. Sicut egreſsus eſt nudus de vtero matris ſuę, ſic reuertetur, & nihil ſecũ auferet de labore ſuo. hoc verũ de oĩ hoĩe. Ambr. Nudi oẽs naſcimur, nudi morimur, quare ergo miſer homo res per rapinã, per mẽdacia, per alios modos damnabiles congregas, ẽt cũ in fine nudus remaneas: Lucratur cũ labore, qui nihil ſecũ affert de labore. Mat. 6. Quid prodeſt hoĩ ſi mundũ vniuerſum lucretur &c. i. & ſibi & filijs ſuis panẽ incertum, & ignẽ certũ. Iob. 27. Filij eius in gladio erunt, & nepotes eius non ſaturabuntur pane. Gladius ſignificat damnationẽ. De. 2. Eſa. 58. Cũ

B videris nudum, operi eum &c. Operi chariſsime nudum, & maxime in neceſsitate. Opientes enim benedicti, non opientes maledicti erunt in iudicio. Mat. 25. Si autẽ maledicti erunt qui nudos non opiunt, multo magis qui eos nudos faciunt. de quibus dicitur Iob. 24. Nudos dimittunt homines indumenta tollentes. & poſt pauca, ſequuntur multæ maledictiones hominũ talium. Væh ergo qui violẽtijs, væh omnibus qui tallijs, qui conſilijs, vel alijs mini ſtis modis, pauperes faciunt eſse nudos, quia maledicti erunt, licet quandoque in temporalibus benedicti videãtur.

tur. Gre. Iniquus ſi ad tempus benedicitur, in reatu tamẽ maledictionis ęternæ tenetur. De. 3. Eſa. 20. Sicut ambulauit ſeruus meus Eſaias nudus, & diſcalceatus. Require expoſitionem in Penteco. In ſermone. Nolite contriſtare ſpiritum ſanctũ, ſer. 2. Vere. B. Bartholomæus nudus & diſcalceatus fuit temporalibus, ſicut & alij Apoſtoli. Mat. 19. Ecce nos reliquimus omnia &c. Vere omnia reliquit, qui nec caput, nec pellem retinuit. De. 4. require in paraſceue. In ſermone. Cum videris nudum, per totum. D
Hanc, quadruplicem. nuditatẽ. B. Bartholomæus habuit in ſe Primam naſcẽdo. ſecundã paſcendo. tertiam relinquendo. quartam in mente volendo. Spiritualiter autem nudus eſt homo virtutibus & meritis. Apoca. 3. Neſcis quia tu es miſerabilis, & pauper & nudus. Sed attende E
quoniam miſera anima nuda naſcitur in mundo, nuda relinquitur in extremo, nuda oſtenditur in iudicio nuda dimttitur in inferno. De primo Abacuch. 2. Væh qui potum dat amico ſuo miſcens fel ſuum & inebrians, vt aſpiciat nuditatem eius. Amicus peccatoris fraudulentus eſt diabolus. Falſus vtique amicus, ſed verus inimicus, amicus noſter in mundo, ſed inimicus ſentitur in inferno. Hic propinat animæ potum concupiſcentiæ: cui admixtum eſt fel amaritudinis æternæ: ſic anima in peccato inebriatur, & veſte virtutum denudatur. Thren. 4. Inebriaberis, nudaberis. Mira ebrietas nudare dominam: veſtire ancillam. Domina eſt anima, caro ancilla. Ioan. Chryſo. Omne tempus vitæ noſtræ conſumimus ſpoliantes dominam, adornantes ancillam. De ſecundo Eze. 23. Agent tecum in odio, & tollent omnes labores. t. & dimittent te nudam, ignominia plenam. Maligni ſpiritus videntur cum peccatoribus agere in amicitia in vita, ſed in odio agent in morte, ſicut cum porco in amicitia agitur dum impinguatur: in odio autem dum mactatur. Ambroſius. Sic amat filios diabolus vt perdat; ſicut amat gluto porcellum vt comedat. tunc ergo miſera anima omnino relinquitur nuda, ſic diabolus miſerabiliter delu- F

dit peccatores. Vnde B. Andreas bene ait. Tandiu eos deludit, donec exeant de corpore nudi & cæci, nihil ſecum
G prçter peccata portantes. De 3. Naum. 3. Oſtendã gentibus nuditatem &c. Et Eze. 16 Nudabo ignominiam tuam coram eis, & videbunt omnem turpitudinem tuam. omnem vtique & cordis, & oris, & operis turpitudinem, omnes videbunt. Vnde Orig. ait. Nudabitur peccatores mei conſcientia, & aperto corde videbunt lineamenta peccatorum, quæ ſtylo ferreo, & vngue adamantino ſcripta ſunt: atque vniuerſa ſpectantium multitudo, leget in pe-
H ctore meo ſignatas imagines peccatorum. De quarto. Apoc 17. Hi odient fornicariam, & deſolatam facient illam, & nudam, & carnes eius manducabunt, & ipſam igne cremabunt. Contra hanc quadruplicem nuditatem animæ in mundo, in extremo, in iudicio, in inferno. B. Bartholomæus veſtem bonæ vitç, veſtem virtutum optime cuſtodiuit: ſecundum illud Apo. 16. Beatus qui vigilat & cuſtodit veſtimenta ſua, ne nudus ambulet, & videant turpitudinem eius.

De eodem B. Bartholomęo. Ser. II.

I TVlerunt pallium meum cuſtodes murorum. Cant. 5. Ciuitas quædam eſt mundus. Eze. 7. Ciuitas plena iniquitate. Hæc ciuitas vallata eſt mundanis legibus & iudicijs. q. quibuſdam muris. Vnde mundani iudices, ſunt quaſi murorum cuſtodes. Hi pallium, pellem ſcilicet Bartolomęi tulerunt, dum eum nudum excoriauerunt. Hiero. B. Bartholomæus bene potuit dicere, tulerunt pallium meum cuſt. mu. Sed attendite chariſsimi, quòd eſt quadruplex pallium, videlicet pallium vſuale, pallium naturale, pallium ſpirituale, pallium immortale. Primum eſt miſeriæ, ſecundum naturæ: tertium gra-
K tiæ: quartum gloriæ. De primo Mat. 5. Qui vult tecum iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, da ei & pallium. Ecce tu qui pauperi nudo forte tunicam nunquam dediſti:

dediſti: ecce pauper nudus iam paratus eſt tecum coram ſummo iudice pro tunica contendere: coram illo vtique qui & iudex & teſtis erit pro paupere: ſecundum illud Mat. 25. Nudus fui & non cooperuiſti me. Nonne times tam graue iudicium pro tunica ſubire, qui centum, vel ducentas & amplius tunicas, poſset ſine tua penuria dare? Dimitte ergo pauperi non ſolum tunicam, ſed eciam pallium. Attende quòd ſanctus Martinus, non habẽs pallium ſuperfluum, diuiſit neceſsarium: & ideo vidit ipſum nocte ſequenti ſuper Dei filium. Greg. Minus amare proximum conuincitur, qui in neceſsitate illius, etiam quę ſibi ſunt neceſsaria, non partitur. Si autem ſic timendum eſt iudicium pro pallio non dato, quantò magis pro ablato, vel habito de iniuſto? Legitur enim Ioſue. 7. quòd Achior pallium coccineum ſubtrahens, horrenda morte perijt cum filijs & filiabus. Nonne times, ſi pallium, vel aliam veſtem de iniuſto habes? Nonne horrendum, quòd pro male acquiſitis, pater pro natis, nati pro patribus ſæpe puniuntur? quia patres pro natis ſæpe tranſgrediuntur? Grego. Sæpe ad auaritiam, cor parentis allicit, fœcũditas prolis. De ſecundo. Miche. 2. Deſuper tunicam, pallium ſubtuliſtis. Corpus eſt quaſi quædam animæ tunica naturalis. Hanc animam conſtanter relinquit in paſſione martirij, quia indubitanter recipiet eam in reſurrectione. Quomodo autem recipienda ſit, quærere poteſt anima martyrio. Can. 5. Expoliaui me tunica mea, quando induar illa? Super hanc tunicam eſt pellis, quaſi pallium naturale. Hoc pallium S. Bartholomæus volẽtibus tollere tunicam ſuam, primo dimiſit. Vnde vere poteſt dicere. Tulerunt pallium meum, Quare miſer homo de pallio foris pulchro ſuperbis, cum ſub pallio tam abominabilis, & immundus ſis? Augu. Pellis morticina quid tẽderis? o ſanies putrida quid inflaris? Item quid prodeſt animæ deformi? pulchrum pallium? & quid obeſt pulchræ animæ, vile pallium corporis? Auguſt. Non quærit amator noſter a nobis Deus, pulchram carnem, ſed pulchros mores. De tertio. Gen. 49. Laudabit in vino ſto- L M

Iam ſuam,& in ſanguine vuæ pallium ſuum.Hoc dicitur de Iuda,qui interpretatur confitens, & ſignificat pænitẽtem,peccata ſua confitentem: cuius ſtola eſt fides,palliũ conuerſatio: quæ ſi maculam habuerit, lauari debet in vino compunctionis, & ſanguine lachrymarum expreſſo de vuis oculorum.Grego Ab oculis lachr mæ quaſi quidam ſanguis animæ decurrunt.Et vere bene indigemus, ſi ſanguineas lachrymas fundere poſſemus , vt pallium vitæ noſtræ bene mundaremus.O quàm fœdum pallium, cum mala vita,mali mores:& quàm bonum pallium, cũ bona vita, boni mores. Hoc pallio bene ornatur homo, coram Deo & angelis & hominibus.Gregor. Verus ornatus,nec auri nec veſtis pompa,ſed boni mores ſunt.Item Chariſsimi ſtola,id eſt,bona vita: bonum p llium,eſt fama bona . Hoc pallium etiam poſt mortem hominis,remanet in terris. Sancti certe iam regnantes in cœlo,pallia ſua nobis reliquerunt in mundo. Hoc bene ſignificatum eſt in Helia, qui aſcendens in cœlum dimiſit palliũ ſuum Heliſæo.Certe B.Eartholomæus tot annis iam regnauit in cęlo,& adhuc pallium ſuum,fama eius, exemplum eius, recens eſt in terris: ſimiliter dico de alijs ſanctis.Sed heu dolendum eſt, quia ſicut iuſtus pulchrum,
N ita impius poſt ſe relinquit pallium fædum De 4 Eſa. 61.Darem eis coronam pro cinere: oleum gaudij pro luctu:pallium laudis pro ſpiritu mœroris.Eia Chariſsimi, vere pro ſordido malæ vitæ pallio,poſt mortem dabitur pallium igneum in inf rno:ſic pro mundo bonę vitæ pallio,a deo æquiſsimo vobis dabitur pallium ſolare,in cœlo.Notate ergo chariſsimi,quòd pro cinere humilitatis, pro luctu tribulationis,pro mœrore contritionis,dabitur corona dignitatis, oleum iocunditatis internę , pallium ſecuritatis æternæ. Hæc omnia bene ſignificata ſunt in Mardochæo,qui poſt cinerem &eiulatum, & poſt amaritudinem ,de quibus legitur Heſter.4. conſequutus eſt coronam auream,& pallium purpureum, &generale tripudium,ſicut legitur Heſt.8. Sicut ſæpe per cinerem humiliationis,ad coronam ſublimationis: per eiulatum tribulationis

bulationis ad pallium incorruptionis: per amaritudinē contritionis ad tripudium exultationis peruenitur. O quomodo ibi in pallijs ſancti relucent ſpirituales & pulcherrimi colores meritorum. Ibi B. Bartholomæus,& alij martyres, purpureis: virgines cādidis: confeſſores hyacinthinis pallijs ſpiritualiter adornantur. In reſurrectione B. Bartholomæo ſuperaddetur nouum pallium pro veteri, quod perſecutores tulerunt, quando pellem pro pelle, immortalem accipiet pro mortali.

De eodem Sermo III.

QVi manet in me & ego in eo, hic fert fructum multum. Ioan. 4. Euidenter patet quòd firmiſsiſime B. Bartholomæus in Chriſto permanſerit, quem nulla preſſura a Chriſto ſeparare potuit. Cui magna tamen preſsura fuit: ſicut ei & cæteris Apoſtolis prædixerat dominus. Ioan. 16. In mundo preſsuram habebitis. Magna vtique preſsura fuit, quæ ipſi pellem & caput abſtulit. Et quia firmiter in mente in Chriſto mãſit, ideo tam in ſe, quàm in alijs multum fructum fidei & bonorum operum attulit: fructum vtilem vtique multiplicem, delectabilem, durabilem. Require in ſermone, Omnis arbor bona. &c. de tempore æſtiuo. fo. 446.,

DE DECOLLAT. B. IOAN. BAPT. Sermo Primus.

ILlum oportet creſcere, me autem minui. Ioan. 3. Verba iſta ſunt B. Ioannis Baptiſtæ de Chriſto: & de ſeipſo. Auguſt. Ipſe minutus eſt in capite, ille creuit in cruce. Nos etiam cum Ioanne oportet minui, non in capite, ſed timore oportet nos minui, non decollatione, A

collatione,ſed humiliatione. Nota,quod dicit oportet. Et conſideranda ſunt multa, quæ oportet fieri in nobis. Oportet enim vt erudiamur in prædicatione veritatis: renaſcamur inuocatione trinitatis:vt exerceamur in tentatione aduerſitatis: vt progrediamur in conuerſatione ſanctitatis: vt inueniamur in coniunctione bonitatis: diſcernamur in manifeſtatione æquitatis. De primo. Lu. 24. Oportebat pati Chriſtum,& reſurgere a mortuis tertia die, & prædicari in nomine eius pœnitentiam & remiſsionẽ peccatorum in omnes gentes. Ecce vtique oportet Chriſtum pati,& pœnitentiam prędicare. Nota quod dicit in omnes gentes. Et de hoc require in feſto Apoſtolorum Petri & Pauli,in ſermone, Vere vos eſtis teſtes. in ſexto membro. Sicut autem oportet pœnitenriam prædicari,ita oportet impœnitentes argui. Timo. vi. Sunt autẽ multi inobedientes, vaniloqui,& ſeductores, quos oportet redargui &c. De ſecundo. Ioan 3. Non mireris quia
P dixi tibi,oportet vos naſci denuo. Primo carnaliter; ſecũdo ſpiritualiter. Primo ex vtero,denuo ex baptiſmo, per inuocationem trinitatis. Mat. 28. Baptizantes in nomine patris,& filij,& ſpiritus ſancti. Amen. Sicut autem natiuitatem carnalem, cognatio carnalis:ita natiuitatem ſpiritualem,cognatio ſpiritualis conſequitur, impediens & dirimens matrimonium. Vna eſt inter ſuſcipientem de fonte, & patrem & matrem ſuſcepti: alia eſt inter ſuſcipientem & ſuſceptum. tertia eſt inter ſuſceptum, & liberos ſuſcipientes. De tertio. 1. Petr. 1. In quo exultabi
C tis,modicum nunc, ſi oportet contriſtari varijs tentationibus, vt probatio fidei veſtræ multo precioſior auro, quod per ignem probatur,inueniatur &c Penſate chariſſimi, quod dicit modicum. Quantumcunque enim magnum & graue ſit quod patimur, modicum tamen eſt reſpectu peccatorum noſtrorum: modicum eſt reſpectu prĕmiorum æternorum. 2 Corinth. 4. Illud quod in præſenti eſt,momentaneum & leue. &c. Ideo bene ait Gregorius. Qui non vult prĕmia conſiderare quæ reſtant, grauiora æſtimat eſſe quæ tolerat. Oportet ergo chariſsimi,

vt

vt per tribulationem nō ſolum purgemur,ſed etiam probemur & glorificemur.Primum oportet vt ſicut multa cō tra iuſtitiam fecimus: ſic multa pro iuſtitia ſuſtineamus. Vnde Apoſtolum qui multum impugnauit nomen Chriſti,multa pati oportuit pro nomine Chriſti. Act. 9. Ego oſtendam illi quanta oporteat eum pro nomine meo pati.Super autem omnia oportet, vt omnem tribulationem & pœnam, etiam mortem ſuſtineamus, antequam quid contra Deum agamus.Mat 26. Si oportuerit me mori tecum, non te negabo. De quarto. 1. Theſſ. 4. Rogamus vos,& obſecramus in Domino Ieſu, vt quemadmodum accepiſtis a nobis quomodo oporteat ambulare & placere Deo, ſic ambuletis vt abundetis magis &c. Ambulate vtique virtutibus,ambulate ad patriam.Micheæ.6.Indicabo tibi o homo,quid ſit bonum,& quid requirat Dominus a te. Vtique facere iudicium,& diligere miſericordiam,& ſolicite ambulare cū Deo. Oportet te ergo facere iudicium de teipſo. Nam latro es animæ tuæ, & forte multarum animarum per te pereuntium. Oportet vt ſpiritualiter malo capite puniaris, vt cum B. Ioanne dicere poſsis. Me oportet minui.Item oportet te diligere miſericordiam in proximo.Matthæi. 18.Nonne ergo oportuit & te miſereri conſerui tui.&c. Auguſtinus.Duo ſunt miſericordiæ opera,quæ nos liberant. Dimitte & dimittetur.Date & dabitur vobis.Item oportet te per ſolicitudinem ambulare cum Deo tuo. Quid mirum:cum etiam per fidem oporteat te accedere ad Deum tuum? Ad Hebræ.11.Credere oportet accedentem ad Deum, quia eſt, & inquirentibus ſe remunerator ſit. Per hæc tria oportet nos ambulare & placere Deo. Oportet vtique primum. Vnde Mat.23 Væ vobis ſcribæ & phariſæi hypocritæ qui decimatis mentam & anetum,& cyminum, & reliquiſtis quę grauiora ſunt legis,iudicium,& miſericordiam, & fidem: hæc oportuit facere,& illa non omittere.Iudicium quo ad noſipſos diiudicare. miſericordiam, quo ad proximos iuuare.fidem, qua cum Deo ambulare debuiſtis. De quinto.Lu.18.Oportet ſemper orare & non deficere.

D (margin, beside "vos,& obſecramus"); E (margin, last line)

Glo.

Glo. Semper orat, qui ſemper bona agit; nec deſinit orare, qui non deſinit iuſtus eſſe. Quam diu ergo viuimus, oportet vt a bono non deficiamus, oportet vt bonis operibus inſiſtamus. Lu. 16. Sex dies ſunt in quibus oportet operari. Sex dies. 6. ætates ſignificant. Poſsunt etiam per. 6. dies, ſex miſericordiæ opera ſignificari. Continuanda ſunt ergo bona opera, continuanda ſemper eſt bona vita, & noſtra pœnitentia. Auguſti. Aut continui dolores cruciabunt pænitentem vitam meam, aut æterni cruciatus vexabunt puniendam animam meam. De ſexta. 2. Co-
F rin. 5 Omnes nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti, vt referat vnuſquiſque propria corporis prout geſſit, ſiue bonum ſiue malum. Gloſſ. Fruſtra ergo ſibi homo poſt hoc corpus promittit, quod in hoc corpore parare neglexit. Oportet ergo non ſolum animam, ſed & corpus recipere quæ geſsit: oportet vtique recipere non ſolum mala per damnationem, ſed etiam bona per glorificationẽ. 1. Corint. 15. Oportet corruptibile hoc induere incorruptionem.

De eadem Decollatione. B. Ioan. Baptiſt. Ser. II.

G VOlo vt protinus des mihi in diſco caput Ioannis Baptiſtę. Mar. vi. Iniqua Herodiadis filia, ab iniqua matre inſtructa, iniquum & magnum donum petijt ab Herode nequiſsimo. Quid enim iniquius quam petere caput innocentis: cum etiam caput nunquam maius vel dignius fuerit capite Ioannis, præter caput ſaluatoris, & pręter caput beatæ virginis. Conſiderãdum autem eſt quod eſt quadruplex caput. Primum eſt caput corporale omnium membrorũ. Secundum caput vniuerſale fidelium bonorum. Tertium eſt caput paſtorale omnium ſubditorum. Quartum eſt caput exitiale omnium iniquo-
H rum. De primo. Eccl. 4. Præſbytero humilia animam tuam, & magiſtro caput tuum. Et maxime illi magiſtro qui maximus eſt in cęlo & in terra. Humilia propter eũ

caput

caput tuum,qui propter te humiliauit caput ſuum Io. 19. Inclinato capite, tradidit ſpiritum. O quàm male Chriſto vices rependunt, qui tam ſuperbe caput erigunt. De quibus Iob.20.Si aſcenderit in cœlum ſuperbia eius, & caput eius nubes tetigerit, quaſi ſterquilinium in fine perdetur. Quid tantopere ornatur in mundo,qui ſterquilinium erit in ſepulchro? Ecce Chriſtus ſpinam, tu roſam: immo tu ſericum,tu aurum, tu gemmas in capite portas:ſed audi quid ait Hieronymus. Crimen eſt caput poſt chriſmatis ſanctificationem,aut croci,aut alterius pigmenti ſucco,vel puluere ſordidari, aut auro, vel gemmis, vel cuiuslibet terrenæ naturæ ſpecie condiri. Sit vobis o mulieres Heſter in exemplo, quæ orans ait ad dominum,Heſt.14. Tu ſcis infirmitatem & neceſſitatem meam,quòd abominer ſignum ſuperbiæ, & gloriæ meæ,quod eſt ſuper caput meum, in die oſtentationis meæ &c Beatus qui hoc caput propter fidem & iuſtitiam perdidit,ſicut B.Ioannes & multi alij Apoc.20. Vidi animas decollatorum &c Berna. Beatum vero caput, quod pro Chriſto ponitur in mundo, cui a Chriſto tanta gloria imponitur in cælo.Pſal. Poſuiſti Domine ſuper ca.eius &c. Secundum caput eſt Chriſtus. Ad Colo.2. I Ipſe eſt caput corporis eccleſiæ. O felix Eccleſia, felix anima,quæ tam nobile, tam formoſum, tam pretioſum caput habet. Caput vtique,de quo omnis gratia influit corpori eccleſię. Pſalm. Sicut vnguentum in capite, quod deſcendit in barbam, barbam Aaron. Quod deſcendit in oram veſtimenti eius.&c. Caput eſt Chriſtus, Barba Apoſtoli. Veſtimentum Eccleſia Ora veſtimenti, vltimi iuſti Hoc dilectum caput pro omnibus membris doluit. Bernar. Pro totius corporis putredine, cauterium quoddam infixum eſt in capite. O infelix anima, quam hoc caput perdidit, quæ mortale peccatum facit. Caput merito perdidit, quòd non cuſtodiuit. Hoc beneſignificatum eſt. 2.Regu.4. vbi dicitur,quòd dormiente oſtiaria, caput Hiſboſeth præciſum eſt a duobus principibus latronum. Oſtiaria noſtra eſt ratio, quæ cordis

noſtri oſtium, nulli aperire debet, niſi Chriſto pulſanti, qui ait, Apoca. 3. Ecce ego ad oſtium pulſo. Oſtiaria obdormit, quando ratio, ſalutem animæ negligit. Latrones animam iugulantes, ſunt peccata. Duo principes latronũ ſunt mala voluntas, & malus actus, quibus tot latrones ſubijciuntur, quot voluntate & actu peccata committuntur. Hiſboſeth, vir confuſionis interpretatur. Et vere con-
k funditur, cui caput Chriſtus abſcinditur. Tertium caput eſt quilibet in poteſtate conſtitutus, ſiue ſecularis, ſiue eccleſiaſticus. Amos. 6. Vęh vobis, qui opulenti eſtis in Sion, & confunditis in monte Samariæ optimates capita populorum. Sion, eccleſiam: Mons, ſecularem dgnitatem ſignificat. O quam infirma iam habet mundus, & eccleſia vniuerſalis capita. Et certe dum caput ægrotat, &c. membra dolent Ber. Principis error multos inuoluit, & tantis obeſt, quantis præeſt. Multi de cauda ad caput, de humilitate ad dignitatem venerunt. 1. Reg. 15. Nonne cum eſſes paruulus in oculis tuis, caput in tribbubus Iſrael factus es: ſed certe dum ſunt in capite dignitatis, dimittunt caudam humilitatis, ſicut Saul: & ideo multi caput cum cauda perdunt. 1. Reg. 3. Præciderunt caput Saul, & expoliauerunt eum armis. Saul præciditur dum potens quilibet deponitur, vel etiam monte deijcitur. Arma ſunt mũdana ſapientia, potentia, opulentia & huiuſmodi, quibus potens in morte ſpoliatur. Hæc ſunt arma quibus Dauid contra Goliam pugnare neſciuit: quia nõ carnalibus, ſed ſpiritualibus armis vincendus eſt. 2. Corint. 10. Arma mi-
L litiæ noſtrę, nõ ſunt carnalia, ſed potẽtia Deo. Quartum caput eſt diabolus. Thre. 1. Facti ſunt hoſtes in capite. Vere horribilis eſſet, qui caput caninum, vel ſerpentinum haberet, quanto magis horribilis eſt, cuius caput diabolus eſt: Greg. Certe iniquorum omnium caput eſt diabolus. Hoc caput amputatum eſt per Chriſti paſsionem, quod bene ſignificatum eſt. 1 Reg. 17. vbi Dauid Goliam cũ baculo, & quinque lapidibus aggreſſus, proprio gladio amputauit caput eius. Significat autem Dauid Chriſtum. Golias mundũ; caput diabolum: baculus cru-
cem:

cem: quinque lapides. quinque vulnera Chriſti. gladius, mortem Chriſti. Lu. 2. Tuam ipſius animam pertrãſi. gla. Quia ergo mundus mortem Chriſto intulit: mors autem Chriſti, diabolum deiecit. q. proprio gladio mundus caput perdidit. Abac. 3. Percuſsiſti caput de domo impij ideſt de mundo. Iure igitur vtique mundus caput perdidit, quando filium Dei innocentem occidit. Iuſtum fuit hoc iudicium. Io. 12. Nunc iudicium mundi, nunc princeps mundi eijcietur foras. Et hoc etiam caput cotidie peccatorum amputatur per pœnitentiam. Gen. 40. Tres dies adhuc ſunt, poſt quos auferet Pharao caput tuum, & ſuſpendet te in cruce. Tres dies, ſunt confeſsio, contritio, & ſatisfactio. Hæc crux quoque pænitentiam ſignificat.

De eadem. Sermo. I I I.

POſuiſti in capite e.c. de l. precioſo. Pſal. 20. Beatiſsimus Baptiſta Domini Ioan. iniuſto iudici pro iuſtitia, caput iuſtiſsimum expoſuit. Ideo merito iuſtus iudex, coronam gloriæ, eius capiti impoſuit. Caput virgineum meretrici datur in mundo, ſed a virginis filio coronatur in cœlo. Quatuor ſunt coronæ glorioſæ, quas præcurſor Domini meruit virtuoſe. Prima eſt corona ſubſtãtialis omnium iuſtorũ: Secũda corona doctrinalis prædicatorum. Tertia corona virginum incorruptarum. Quarta triumphalis martyrum ſanctorum. Require in Commemo. Pauli. Ser. Repoſita eſt mihi coro.

DE NAT. B. MARIAE VIRGINIS Sermo Primus.

CVm veniſſet archa fęderis Domini in caſtra vociferatus eſt omnis Iſrael clamore grandi. 1. Reg. 4. Archa Dei eſt. B. virgo Maria. A
Pſal. Surge Domine in requiem t. &c. Hæc archa hodie naſcendo venit in caſtra mili-

tiæ præſentis vitæ. Quamdiu enim hic viuimus, quaſi in caſtris militamus. Iob.7. Militia eſt vita hominis ſuper terram. Omnis ergo Iſrael ideſt omnes fideles, pro hodierno aduentu huius archæ, vociferare debet clamore grandi, in laudem & gratiarum actionem. Sed quid poſſumus nos miſeri, pro tãta archa vociferare; Auguſti. Quid nos tantilli, quid actione puſilli, in eius laudem feremus, cum omnium noſtrum membra, ſi in linguas verterentur, eam laudare nullus ſufficeret? Vociferandum tamen eſt grandi clamore, grandi laude, quia vere hæc eſt archa, per quam diabolus eijcitur, iuſtus benedicitur, peccator

B deſtruitur, ſaluandus perducitur. Primum ſignificatur 1.Reg.5. vbi legitur, quod Dagon per archam deiectus eſt, & caput & manus eius abſciſſæ ſunt ſuper limen: Dagõ interpretatur piſcis iniquus, & ſignificat diabolum. Hic eſt ille piſcis, qui Tobiam pedes lauare volentem, deuorare voluit, ſicut Tobię.6. dicitur. Diabolus eos qui ſe per compunctionem lauant, valde perſequitur; ſed ſæpe per archam Dei, per Mariam deijcitur. Caput diaboli eſt virtus, ſiue poteſtas diaboli, cui valde aduerſatur virtus Mariæ. Gen.3. Ipſa conteret caput tuum. Manus autẽ diaboli, ſunt operationes diaboli. Felix qui iſtas manus euadit, Eccl.51. Liberaſti me ſecundum multitudinem nominis tui, a rugientibus ꝑparatis ad eſcam, & de manibus quærẽtium animã meã. Caput ergo diaboli & manus abſcinduntur, dum poteſtas eius, & opera eius, effectu priuantur. Hoc autem ſæpe fit per archam iſtam, per ſanctam Mariam: & ideo archa iſta valde terribilis eſt inimicis. Ber. Non ſic timent hoſtes aciem militię, quantumlibet ordinatę, quemadmodum timent dæmones, Mariæ patrocinium, vocabulum, & exemplum.

C Secundum eſt ſignificatum Ioſue.6. vbi legitur, quod archa Domini circumgyrante ciuitatem Hiericho ſex diebus, quolibet die ſemel, ſed ſeptima die ſepties. Et tunc muri Hierico, & ciuitas, gladio & igne exterminata eſt. Ciuitas per pœnitentiã exterminanda, eſt peccatrix conſcientia; cuius murus, eſt cõſuetudo peccandi. Pſ. Die ac nocte circumdabit eam ſuper

V.

per

per muros eius iniquitas. Eius gladius, eſt acuta compun ctio. Prou. 12 Eſt qui promittit, & qui gladio pungitur cõſcientię. Ignis autem eſt feruens dilectio. Leui. 6: Ignis in altari meo ardebit ſp. Quicunque murum malæ conſuetudinis ſubruere, & gladio cõpunctionis, & igne dilectionis, qui vitia cordis vult deſtruere, debet benedictam archam. B. Mariam, cordi ſuo ſepties circunferre. Primo quidẽ ipſam recogitando: ſecundo ipſam inuocando: tertio ipſam collaudãdo. quarto propter ipſam ieiunando: quinto propter ipſam proximis ſubueniendo: ſexto cerimonijs ipſam ſpũaliter venerãdo. vt pote inclinationibus, genuflexionibus, cãdelis & huiuſmodi. ſeptimo exẽpla imitando. Et hic. q. die ſeptima, ſeptẽ virtutibus cir- D
cuitus fuit, contra 7. vitia capitalia. Circuit enim archa iſta exemplo hũilitatis, contra ſupbiã exẽplo charitatis; cõtra inuidiã: exẽplo manſuetudinis cõtra irã: paupertatis cõtra auaritiã: feruoris cõtra accidiã: ſobrietatis contra gulã: exẽplo caſtitatis cõtra luxuriã. Ber. Mariã Inuoca, nõ recedat ab ore, a corde: & vt impetres orationis eius E
ſuffragiũ, nõ deferas conuerſationis eius exemplũ. Tertiũ ſignificatũ eſt. 2. Reg 6. vbi dicitur quod bene dixit Dominus Obededom, & domum eius propter archã. Obededon interpratatur ſeruiens rupho, & ſignificat quẽlibet fidelẽ illi rupho ſeruientẽ, de quo, Can. 5. Dilectus meus cãdidus & rubicundus. Talis ſeruiẽs, & oĩs domus cõſciẽtiæ ſuę benedicitur a Domino. illa vtique benedictione, de qua Ephe. 1. Benedixit nos in omni benedictione ſpũali in cœleſtibus in Chriſto Hãc aũt benedictioẽ ſeruiẽs ille cõſequitur p benedictam archã, per. B. Mariã: pp quod ẽt bene legitur, Gen. 32 q. aſcendẽte aurora, Iacob benedicitur. Aurora aſcẽdens, eſt Maria naſcẽdo pgrediens. Cantic. 6: Quę eſt iſta quæ progreditur quaſi aurora: Sicut autem per archã benedicitur ſeruiens rupho. ſic in aurora benedicitur luctans, cum angelo. Seruiamusq; ergo operando iuſtitiam, & luctemur conando ad gratiã. Seruiamus exterius, & luctemur interius, vt benedicamur ſuperius. O vere benedicta archa, benedicta

aurora, benedicta Maria: cuius benedictio in omnes eſt tam copioſa: Anſel. O virgo benedicta, per cuius benedictionem benedicitur omnis creatura. Quartum ſignificatum eſt Ioſue. 3. & 4. vbi legitur, quod archa veniente ad Iordanem, fluuius diuiſus eſt, & populus ſaluus pertranſiuit in terram promiſsionis. Iordanis interpretatur riuus iudicij, vel fluuius iudicantis. Fęlix qui in fluuio iudicij Domini, non fuerit ſubmerſus, de quo fluuio dicitur Dan. 7. Fluuius igneus ingrediebatur a facie eius. In hunc fluuium decurrunt omnes fluuij particularium iudiciorum, qui fiunt in morte cuiuslibet. Qui igitur ſecurus in terram promiſsionis cœleſtem intrare voluerit, ſequatur archam. Ber. Mariam ſequens non deuias, ipſam rogans non deſperas, ipſam rogitans non erras, ipſa tenente non corruis, ipſa protegente non metuis, ipſa duce nō fatigaris, ipſa propitia peruenis.

F

De eadem Natiuitate. B. Mariæ virginis Ser. II.

G AVfer rubiginem de argento, & egredietur vas puriſsimum. Prou. 25. Vas puriſsimum fuit B. virgo Maria, quæ ante ſancta quam nata. Conſiderandum autem, quòd Maria vas puriſsimum, vas precioſiſſimum, vas vtiliſsimum, vas ſpecioſiſsimum. Vas vtique puriſsimum eſt ſanctitate: pcioſiſsimum fæcundiiate; vtiliſſimum pietate: ſpecioſiſsimum æterna claritate. De primo dicitur hic. Egredietur vas puriſsimum. Vere vas puriſsimum fuit Maria, quæ de vtero matris egreſſa eſt tam plena gratia dotata, vt in omni vita ſua, nunquàm fuerit peccato minimo vitiata. Bernar. Puto copioſior gratiæ benedictio in ipſam deſcenderit, quæ ipſius non ſolum ſanctificaret ortum, ſed & vitam deinceps ab omni peccato cuſtodiret: Immunem vtique ab omni peccato cordis, oris, operis. Purus eſse debet homo in corde, ſecundæ. Timo. ſecundo Sectare iuſtitiam, fidem, charitatem, & pacem cum his qui inuocant Dominum de corde puro. Purus etiam debet eſſe homo

in ore.Prouerbio.15.Purus ſermo,pulcherrimus eſt . &c. Purus inſuper debet homo eſſe in opere.Pſal. Puritatem manuum mearum . &c. Hac triplici puritate fuit Maria puriſsima.Pura ab omni peccato oris.purior ab omni peccato cordis : puriſsima ab omni peccato operis. Anſelmus . Decebat vt illius ho꞉s conceptio, de matre puriſſima fieret,ea puritate qua maior ſub Deo nequit intelligi.Sed heu ſicut Maria vas puriſsimum,vas Dei,ita peccator vas immundum , vas diaboli eſt . Oſee 8.Factus eſt Iſrael quaſi vas immundum . De ſecundo.Exo. 16. Sume vas vnum , & mitte intus manna. Vas in quo manna in tabernaculo ſeruabatur, bene ſignificat illam archam auream Mariam,propter ſanctam & auream eius vitam. Vnde Mariæ multo melius,quàm illi de quo dictum eſt , conuenit illud verbum. Eccl.50.Quaſi vas auri ſolidum, ornatum omni lapide precioſo ideſt omni virtute. Omnes enim virtutes, auream Mariæ vitam ornauerunt in mundo,& nunc magis in cœlo. Au. O Maria tu cubiculi regnum, beatitudinum gemmis , ac margaritis ornatum inſtruis. Sed heu Domine Deus, quęcunque vaſa ad ſimilitudinem Mariæ debent eſſe aurea per vitæ ſanctitatem, iam ſunt lutea per mentis vilitatem.Threno 4. Filij Siō inclyti, & amicti auro primo, quomodo reputati ſunt in vaſa teſtea . Bene áutem Maria dicitur vas vnum . Vere vnum,quod ſecundum non habet . quia nec primam ſimilèm viſa eſt,nec habere ſequentem.Vere vnum ſingulariter,quia ipſa eſt omnino ſingularis. Anſel.O fęmina mirabiliter ſingularis , & ſingulariter mirabilis , per quam elementa renouantur,inferna remediantur,homines ſaluantur,angeli reintegrantur. Vas ergo precioſum eſt Maria,quia aureum ſpecialiter , vas precioſius, quia vnum ſingulariter . vas precioſiſsimum , propter manna contentum.Manna enim Chriſtum ſignificat.Apoca. 2. Vincenti dabo manna abſconditum.Mira res,hoc manna paſcit angelos in cęlo, paſcitur ab homine in mundo . Mira vtique res , quod cibus cibatur. Auguſt: Eum qui præſentia maieſtatis ſuæ, angelos paſcit in cælo . vir-

k go hæc ſacratio vbere in terris lacte aluit. De 3.4.Re. 2. Afferte mihi vas nouũ,& mittite in illud ſal, quo miſſo in aquas peſsimas ſanatæ ſunt. Vas nouum eſt Maria. Hie.31 Creauit Dominus nouum ſuper terram &c Ideo vere nouum eſt,& omnium nouitatum ſupereminens nouitas virtutum. Sal figurat fidem. Vnde doctoribus fidei dicitur. Vos eſtis ſal terræ, nec enim cibus ſine ſale homini, nec opera ſine fide placent creatori. Hebræ. 11. Sine fide impoſſibile eſt placere Deo. Vnde etiam in Exo. præ

i cipitur offerri ſal in omni ſacrificio. Sal in nouo vaſe, eſt fides in ſancta virgine, per quam ſaluatorem concepit. Lu. 1. Beata es quæ credidiſti &c. Aqua ſignificat humanam naturam, ſiue vitam, quæ ſicut aqua defluit & decurrit 2. Reg. 14. Omnes morimur & q. aqua dilabimur

L in terra. Aquę peſsimę,& corruptæ ſunt poſt peccatum. Malæ vtique ſunt per miſeriã corporalẽ, peiores per miſeriam ſpiritualem, peſsimæ per miſeriam ęternalem. Ad quam obligatus eſt peccator. Sed ecce ſale noui vaſis id eſt fide nouæ matris, aquæ peſsimæ humanæ naturæ ſanantur. Vtiliſsimum ergo vas ſalis eſt Maria. Vtile quidem dum ſæpe corporaliter, vtilius cum ſpiritualiter, vtiliſsimum æternaliter, per ipſam homo lauatur. Maria ergo eſt vas ſalis & ſalutis vniuerſorum. Anſel. O Maria aula vtis pietatis, cauſa generalis renouationis, vas vitę

M & ſalutis vniuerſorum. De quarto Eccle. 44. Vas admirabile opus excellens, hoc dicitur de ſole. Et vere Maria eſt vas ſolare, immo vas ſole ſpecioſius in gloria. Can. 6. Quæ eſt iſta quæ progreditur quaſi aurora &c. B. Virgo fuit quaſi aurora per ſanctificationem in vtero, pulchra vt luna, per conuerſationem in mundo, electa vt ſol per glorificationem in cælo. Penſa ergo quàm ſpecioſum vas fuit Maria. Specioſum in ſanctificatione, ſpecioſius in cõuerſatione, ſpecioſiſſimum in glorificatione. Et quid mirum ſi præ omnibus tanquàm ſol eſt ſpecioſiſsima in cœlo, quæ tanquàm ſol omnibus eſt communiſsima in mundo. Bern. Quemadmodum ſol oritur ſuper bonos & malos indifferenter, ſic Maria omnibus ſeſe exorabilem, omnibus

hibus clementiſsimam præbet. Maria ergo eſt vas puriſſimum, precioſiſsimum, vtiliſsimum, ſpecioſiſsimum. Et ideo merito omni gratia pleniſsimum. Moueamus ergo vas tam plenum, vt effundat nobis aliquid bonum. Pſal. Commoueatur mare, & plenitudo eius. Mare eſt Maria, quę moueri debet deuotionibus & ſuſpirijs, precibus & venerationibus. Bern. Vas plenum ſi quando de facili effunditur, ſic beata virgo ſi moueatur precibus, effundit gratiam ſuam in nobis.

De eadem Sermo. III.

FEcit Salomon thronum de ebore grandem, & veſtiuit eum auro fuluo nimis 3. Reg. 10. Beata Maria, thronus eſt Salomonis æterni, Thronus filij Dei. Vnde Auguſtinus appellat eam thronum Dei, thalamũ Domini, tabernaculum Chriſti. Hunc thronum ſibi Salomon fecit, quando filius Dei Mariam ſibi parauit. Ipſa vtique eſt thronus &c. Require in aſſumptione, in ſermone. Thronus eius ſicut ſol.

De eadem Sermo IIII.

EGredietur virga de radice Ieſſe. Require in ſalutatione beatæ Mariæ virginis.

De eadem. Ser. V.

IAcob genuit nobis virum Mariæ &c. Requiratur in eodem Speculo: ſeu opuſculo de ſalutatione Mariæ.

DE EXALTATIONE S. CRVCIS.
Sermo Primus.

A EXaltauit lignum humile.Ezec,17.Lignũ
ſanctę Crucis, cuius exaltationis hodie
feſtum agitur, merito exaltatur debita
veneratione in mundo: quod tandem
exaltabitur ſolemni apparitione in iudi
cio. Merito hoc lignum exaltatur,quo
Deus honoratur, diabolus ſuffocatur,
mundus expiatur,recuperatur patria,eccleſia multipli-
catur,anima ſuſtentatur,aduerſitas dulcoratur. De pri
mo.Pſ.Secundum aliam translationem. Dicite in genti-
bus,quia Dominus regnauit a ligno.Iam Chriſtus in cœ
lo & in terra regnat a ligno, quia regnat propter lignũ.
In ligno humiliatus eſt, propter lignum exaltatus eſt.
Philip.2.Humiliauit ſemetipſum &c.vſque propter qđ
& deus exaltauit illum &c.De hoc require in Inuentio-
ne S.Crucis.In ſermone.Mihi abſit gloriari.In primo mẽ
B bro. De 2.Heſter 7.En lignum quod parauerat Mardo-
chęo,propter quod Iudęi fuerunt in gaudio & tripudio.
Mardochæus interpretatur amare conterens impuden-
tem,vel amara contritio impudentis: & ſignificat Chri-
ſtum qui contriuit diabolum. Primo in cælo.ſecundo in
ligno. tertio autem ipſum & omnem iniquum conteret
in iudicio. Mat.21. Super quem vero ceciderit,conteret
eum.Aman interpretatur iniquus, & ſignificat diabolũ,
qui in ligno crucis perijt,quam Chriſto fieri procurauit.
Perijt inquam quo ad dominum,in quo fraudulenter o-
mnem hominem habuit captiuum, propter quod non ſo
lum homines,ſed etiam angeli habent tripudium.Raba-
nus.In te crux ſancta,angeli ſua gaudia accumulata con
ſpiciunt.In te homines iura ſalutis ſuæ cognoſcunt: In te
inferi iuſtam retribntionem fraudis ſuæ percipiunt. De
C tertio 1.Petr.2. Peccata noſtra ipſe pertulit in corpore
ſuo

ſuo ſuper lignum. O quàm grauiter tã grauia onera per tulit. Eſa. 1. Laboraui ſuſtinens. Si peccata grauia non eſſent, animas tam cito non mergerent. Iob. 21. In puncto ad inferna deſcendũt. Item ſi grauiſsima non eſſent, portitor ſub onere mortuus non fuiſſet. Ber. Agnoſce homo quàm grauia ſunt vulnera, pro quibus neceſſe eſt Chriſtum Dominum vulnerari: ſi non eſsent hæc ad mortẽ, & ad mortem ſempiternum, nunquàm pro eorum remedio filius Dei moreretur. O quàm validum lignum, quod ſic pertulit onus orbis grauiſsimum. Auguſt. Domuit orbem, non ferro, ſed ligno. De quarto. Gen. 22. Cum ꝙ colligaſset Iſaac, poſuit eum ſuper ſtruem lignorum. Nota hiſtoriam, quomodo per Iſaac aries occiditur, & ſeminis multiplicatio promittitur. Iſaac Chriſtum ſignificat: quæ & ante crucem eſt, & ſuper ſtruem lignornm poſitus eſt. Aries vero carnem Chriſti ſignificat: qui inter vepres, ſpineam coronam habebat. Aug. Spinis coronatur, qui ſpinas peccatorum venit cõfringere: ligatur qui ſoluit compeditos: ligno ſuſpenditur, qui erigit eliſos. Ecce non Iſaac, ſed aries ſuper ſtruem lignorum occiditur, quia non verbum in cruce, ſed caro moritur. Exinde autem Chriſtiani, qui ſunt ſemen Chriſti multiplicantur. Io. 12. Si autem mortuum fuerit, multum fru. affert. Multiplicantur autem ſicut ſtellæ cœli, & ſicut arena maris. Boni Chriſtiani per ſtellas, mali vero per arenam ſignificantur: quia illi in cælo, iſti in inferno, tanquã arena in fundo maris erunt. De 5. 3. Regum. 17. En colligo duo ligna &c. Vidua iſta ad hęc colligit ligna, vt panem faceret quo reficeretur. Vidua eſt anima, ab amore & copula mundi ſeparata. Hæc pane gratiæ, vel etiam euchariſtię indiget confortari. Qui hoc pane vult refici, caueat ne ſit carnis diabolus. Mat. 15. Non eſt bonum ſumere panẽ filiorum, & mittere canibus. Sed quomodo ſine igne poſſet haberi iſte panis? Quæcunque ergo anima pane gratiæ refici deſiderat, ligna crucis, in igne charitatis colligat. Leui. 6. Ignis in altari meo ſemper ardebit, quem nutriet ſacerdos, ſubijciens ligna mane per ſingulos dies.

Altare

Altare cor, ſacerdos ſpiritum, ligna crucem ſignificant. quæ in amore crucifixi vehementer inflammant. Ber. Super omnia reddit te amabilem mihi bone Ieſu, calix quẽ
F bibiſti. De ſexto Nota de Moſe clamante ad Dominum pro aquis Marath dicitur Exo. 15 Qui oſtendit ei lignum, quod cum miſiſſet in aquas, in dulces verſę ſunt. Aquæ amaræ ſignificant aduerſitatem penitentis vitæ. Pſal. Saluum me fac Deus, quoniam intrauerunt aquæ &c. Aquæ iſtæ quandoque vertuntur bonis, in dulcedinem conſolationis Iob. 6 Hæc mihi conſolatio ſit, ut affligens me dolore non parcat. Et Iaco. 1. Omne gaudium exiſtimate fratres mei, cum in tentationes varias inciderit &c. Ad dulcorationem autem tribulationis, valde efficax lignum crucis eſt, diligens conſideratio dominicæ paſsionis. Gre. Quicquid afflictionis terrena propinat aduerſitas, leue eſt, ſi inſpiciamus quid biberit ad crucis patibulũ, qui nos inuitat ad Deum. De ſeptimo Sap.
G 14. Exiguo ligno credunt homines animas ſuas, & tranſeuntes mare per ratem liberati ſunt. Ecce charisſimi tranſeuntes mare ſeculi, ad portum patrię cœleſtis, exiguo crucis ligno, & per crucem & amorem crucifixi liberantur de exilio, de periculo. Iſido. Lignum conſcende crucis vt a mari. id eſt a tempeſtate libereris.

H *De eadem exaltatione ſanctæ Crucis. Ser. II.*

Vidi bam & ecce arbor in medio terræ. Dan. 4. Arbor illa ſignificat id quod ibidem exponitur in textu: poteſt nihilominus arbor illa crucem Chriſti ſignificare, de qua canit eccleſia. Arbor decora fulgida &c. Hæc arbor eſt ſub qua ſuſcitamur, in qua eleuamur, de qua cibamur. Suſcitamur in conuerſatione. Eleuamur in contemplatione, Cibamur in fruitione. De primo. Can.

8. Sub

8. Sub arbore malo ſuſcitaui te. Malus eſt arbor pomifera. Pomum autem arboris ſanctæ crucis, eſt Ieſus Chriſtus ſpecies cum ſapore cuius etiam delectatur. O quam rubicundum in arbore crucis pendebat hoc pomum. Rubicundum vtique exterius, candidum vero interius. Can. quinto. Dilectus meus candidus & rubicundus. Vere rubicundus per ſanguinis effuſionem. Candidus per innocentiam. Innocentiam autem ſanguinis Chriſti teſtatur eius traditor dicens. Matt. 27. Peccaui tradens ſanguinem iuſtum. Hoc etiam teſtatur iudex eius Matth. 27. Innocens ego ſum a ſanguine iuſti huius. Ecce quale pomum portauit arbor: pomum obedientię, pro pomo arboris inobedientiæ, pro pomo mortis, portauit pomum vitę. Viuet enim in anima veraciter, quicunque de hoc pomo guſtauerit efficaciter. Io. 6 Qui manducat me; & ipſe viuet propter me. Sub arbore ergo mortis, homo ſuffocatus eſt: ſub arbore autem vitæ ſuſcitatus: Adhuc cotidie ſub arbore ſuſcitantur animę, & de ſepulchro deſperationis. Io. Chryſo. Crux deſperatorum vita, crux claudorum baculus, crux conſolatio pauperum. De quarta Lu. 19. Præcurrens aſcendit in arborem ſicomorum, vt videret Ieſum. Sicomorus interpretatur ficus fatua, quod bene conuenit arbori crucis, quæ eſt quaſi ficus dulciſſima fidelibus, & pijs. Iuxta illud. dulce lignum, dulces cla. Fatuaque videtur infidelibus & impijs. 1. Corin. 1. Verbum crucis pereuntibus ſtultitia eſt, his qui ſalui fiunt id eſt nobis, dei virtus eſt, ſimiliter de cruce pœnitentiæ & religionis. O anima Chriſtiana ſi Ieſum videre deſideras, in arborem crucis aſcendas, aſcenſu credendo, diligendo, de virtute in virtutem proficiendo, vt Ieſum videas, Deum deorum contemplando. Ambroſius. Nemo poteſt Deum videre conſtitutus in terra. Aſcendo ergo arborem conſcenſam Chriſtus aſcendit corporaliter. Cant. ſeptimo. Aſcendam in palmam, & apprehendam fructus eius. hoc quandoque fieri potuit Chriſtus hoc omne dic. ... Chriſtianus. Fructus ergo huius arboris triplex eſt ... pendens

dens

dens in arborę corporaliter,alius pendens de arbore ſpi-
ritualiter . Primus eſt Chriſtus. Ad hunc aſcendamus
per imitationem, vt ipſum appræhendamus per dilectio
nem .Eſa. 4. Appræhendent.7. mulieres virum vnum ,
cuius fructus eſt oĩs electus,'oĩs per crucẽ ſaluãdus. pp
hunc Chriſtus aſcendit in crucem,vt ipſum apprehende
ret ad ſalutem.Lu.14.Ipſe apprehenſum ſanauit,& dimi
ſit . O quantum hunc fructum dilexit,qui ſicut puer pro
ipſo in arbore fleuit. Ber. Fleuit Chriſtus in ctuce,fleuit
quia cum paſsio ſua ſufficeret ad redemptionem omniũ ,
k profuit redemptioni paucorum . De.3.dicitur Dan. 4.
Videbam, & ecce arbor in medio terræ &c. ideſt commẽ
datur arbor de magnitudine,de fortitudine, de pulchri-
tudine,de plenitudine . Arbor crucis bene in medio ter-
rę viſa eſt,iuxta illud Operatus eſt ſalutem in medio ter
ræ. Magnitudinem huius arboris bene deſcribit . B. Ber.
d.In arbore vitæ, eſt profunditas iuſtitiæ, quæ reprobos
condemnat, ſublimitas gloriæ , quæ in ſummo cœli ſuos
remunerat,latitudo charitatis,qua peccatores conciliat,
longitudo finalis bonitatis,qua ſuos in gratia conſeruat.
L Fortitudo huius arboris magna eſt contra diabolum , &
contra peccatum.grauiſsimum enim pondus peccatorum
totius mundi portauit. 1.Pe.2.Peccata noſtra ipſe pertu-
lit ſuper lignum . Pulchratudo huius arboris magna eſt
M tam in folijs quã in floribus.Oĩa folia ſunt verba Chriſti
a Chriſto in cruce prolata,vel oĩa verba ad laudẽ ſcripta
& ꝑdicata. Flores vero crucis,ſunt virtutes crucifixi. Ibi
enĩ flos obedientiæ, flos patientiæ, flos humilitatis , flos
charitatis.Ber.Inter flores Chriſti,crucis dote,pendent
fructus omnis vitæ,quia eſt arbor vitæ in medio paradi-
ſi . Plenitudo huius arboris , plena eſt fructibus
N omnium animarum, per crucem redemptarum. Maxime
autem in fructu , qui fructibus his oĩbus maior eſt Chri-
ſtus Ieſus.De hoc fructu dicitur,Dan.4.quod anĩalia ſub
arbore , & aues in arbore veſcuntur : de quibus ibi le-
gitur . Animalia ſub arbore , ſunt quicunque ſub cruce
ſunt in mundo . Aues in arbore , ſunt quicunque per
crucem.

crucem in cęlo ſunt. Quaſcunque in hoc mundo prægu-ſtationes vel conſolationes a crucifixo percipimus, illas quaſi animalia ſuper terram, illas quaſi ſub arbore colligimus. Aues quæ in arbore ſunt, de fructu vbi pulchrior vbi dulcior fuerit veſci poſſunt, ſic ſancti in cœlo pro libito ſuo fruũtur crucis fructu, dominò noſtro Ieſu Chriſto: & quanto altius, tanto dulcius. Ber. Fructus quanto altior, tanto dulcior. Ergo tu ſolus dulcis &c.

De eadem. Ser. I I I.

Mihi autem abſit gloriari, niſi in cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti. Gal. 5. Hunc ſermonem require totum in Inuentione Sanctæ Crucis.

DE S. MATTHAEO APOSTOLO & Euangeliſta.

Sermo Primus.

Oſtendit mihi Dominus quatuor fabros. Zacha. 1. Quatuor fabri, quatuor euãgeliſtæ ſunt. Quia hodie illius glorioſi euangeliſtæ Matthæi feſtũ colimus, ideo quicquàm de quatuor euangeliſtis dicere propono. Saluator noſter ꝑ ſanctos quatuor euangeliſtas, & per ſãctam doctrinã eorum, multa bona fecit, & quotidie facit eccleſiæ ſuæ: Ideo filij eccleſiæ merito debent eos quàm plurimũ honorare. Quatuor. n. euãgeliſtę, ſunt quatuor fabri ad ędificãdũ, quatuor venti ad viuificandũ, quatuor aĩalia ignea ad inflãmandũ, quatuor rotæ ad trãſportandũ, quatuor colũnæ ad ſuſtentandũ eccleſiã. Per quatuor .n. euangeliſtas, eccleſia dei ædificatur inſtitutione, viuificatur A

catur iuſtificatione,inflammatur dilectione, tranſporta-
B tur prouectione,ſuſtentatur ſtabilitione. De 1. dicitur
hic.Oſtendit mihi Dominus quatuor fabros. Faber ne-
ceſſarius eſt domui ædificandæ Heb 3.Omnis namq; do-
mus fabricatur ab aliquo.Certe domus eccleſiæ fabrica-
ta eſt ab eo qui fabricauit auroram & ſolem. Fabricata
quidem eſt per quatuor fabros Euangeliſtas. Fabricata
vtique eſt dum per doctrinam eorum in fide & ſacramen-
tis inſtituta eſt.O quàm magni fabri,qui tam magnā do-
mum fabricauerunt.Vere magnam.2.Timo.2. In magna
autem domo,non ſolum ſunt vaſa aurea,ſed argentea,&
lignea,& fictilia quædam,Quædam in honorem,quædā
in contumeliam.Vaſa Dei aurea & argentea,ſunt iuſti,q
ſunt in honorem æternæ glorificationis. Vaſa lignea &
fictilia,ſunt iniuſti,qui ſunt in contumeliam æternæ dā-
C nationis. De 2 Eze.37.A quatuor ventis veni ſpiritus,
& inſuffla ſuper interfectos iſtos,& reuiuiſcāt. Quatuor
euangeliſtæ ſunt q quatuor venti. Per quorum doctrinā
viuificantur omnes interfecti a diabolo.Spiritualiter in-
terfecti ſunt quicunq; in mortalibus pctis ſunt.O quàm
flere debemus charos noſtros, ſic a diabolo interfectos.
Hiere. 9. Quis dabit capi.m a.& o.m.fon la.plo.die ac
noc.interfectos popu mei. Interfectus autem per diabo-
lum in culpa,viuificatur per ſpiritum in pœnitentia.Io.
A 6.Spiritus eſt qui viuificat. Aug. Pœnitentia morbidos
curat,leproſos mundat,mortuos ſuſcitat. De tertio no-
ta quod de quatuor animalibus dicitur Ezech.1 Simili-
D tudo animalium, & aſpectus eorum q. carbonum ignis,
ardentium.Quatuor animalia ſunt quatuor euangeliſtæ,
Matth.homo,bos Lucas,leo Marcus,aquila Ioan. Hi fue-
runt q.igni,ardentes in ſeipſis per charitatem.Vnde Lu-
cas euangeliſta de ſeipſo creditur illud ſcripſiſſe.Lu.24.
Nonne cor noſtrum ardens &c. Fuerunt & quaſi ignis at-
tendendo eccleſiā in amorem Dei,per ignea verba euan-
gelij.Hie.23.Nunquid non verba mea.q. ignis ardens di-
cit Dominus,& quaſi malleus conterens petras. Verba
certe Dei,corda humana.q. ignis accendunt per amorē,

&

& quaſi malleus conterunt per timorem. Quem ſpiritualiter non inflammaret illa verba euangeliſtarum, quæ de paſsione Chriſti ſcripſerũt? Ber. O duri & in durati filij Adam, quos non emollit tanta benignitas, tanta flamma, tantus ardor amoris, tantus vehemens amator. De quarto Gen. 2. Fluuius egrediebatur de loco volup. &c. E
Fluuius chriſtum, locus vero eccleſiam, quatuor flumina, quatuor euangeliſtas, vel euangelia ſignificare poſsunt, per quorum doctrinam, eccleſia, gratia & deuotione irrigatur: propter quod & bene ſignificantur quattuor euangeliſtæ, per quatuor hydrias. 3. Reg. 8. Helias cum quatuor hydrijs, iuſsit ſibi effundi ſuper holocauſtum altaris, quod cum totum factum fuiſset, tunc orante Helia, deſcendit ignis, ſuper ſacrificium. Quatuor euangeliſtæ ſunt quaſi quatuor hydriæ, corda humana per euangeliũ irrigantes. Altare ſignificat cor fidele, vbi imponendum eſt ſacrificium iuſtitię. Pſal. Tunc acceptabis ſacrificium iuſtitiæ. Imponendum enim eſt ſacrificium iuſtitiæ, miſericordiæ. Oſee. 6. Miſericordiam volui, & non ſacrificiu. Oblatio autem noſtra, & altare noſtrum, vita noſtra, & cor noſtrũ, infundi debet tripliciter. Primo aqua lachrymarum, poſt lachrymas compunctionis Secundo paſsionis. & Tertio compaſsionis. Has tres infuſiones in ſacrificio Mariæ Magdale. inuenies quando fleuit. Primo ad pedes Domini, ſecundo fratrem mortuum ad ſepulchrum, tertio ad ſepulchrum Domini Si ſic cum lachrymis ſacrificium bonæ vitę irrigauerimus, & cum Helia feruenter orauerimus. Deus vtique per ignem ſacrificium noſtrum acceptabit. Gre. Hoc ſolum Deus ſacrificium acceptat, quod ante oculos eius, flamma charitatis accendit. De quinto Ezech. 10. Vidi & ecce quatuor rotę iuxta cherubin. Et. 3. Regum. 7. dicitur. Quatuor quoque rotę, quæ F
per quatuor angulos baſis erant, cohęrebant ſibi. Quatuor rotæ in curru eccleſiæ, ſunt quatuor euangeliſtæ in curru vtique de quo Pſa. Currus Dei decem millibus, decem mandatorum obſeruationibus. modo quicunque veraciter in iſto curru ſunt, ipſi de virtute in virtutẽ eunt,

ſemper ad vlteriora procedunt,ad æterna proficiunt ſem per,ſecundum illud Apoſtoli. Ad Phil.tertio.Quę quidē retro ſunt obliuiſcaris. ad ea quę priora ſunt extendas teipſum &c.Propter hoc etiam bene ait Aug. Semper age, adde ſemper ambula, ſemper per fide, noli dormitare, noli in via deficere,noli irrideri. Quicunque in iſto curru veraciter fuerit, in paradiſum Dei tranſibit: ſicut ſignificatum eſt in Helia.4.Re.2. Væh eis qui de iſto curru cadunt in peccatum, & tandem in infernum. Heu quam multi ſunt cadentes. Iſa.8. Offendent ex eis plurimi,& ca dent,& conterentur. De.6.Nota quod Exo. 26. iubentur
C quatuor columnę ante Sancta ſanctorum fieri,de lignis ſethin,& deauratæ;quatuor etiam capita aurea, & baſes argenteę erant. Firmę eccleſię columnę, quatuor euangeliſtę ſunt.Cuiuslibet autem columnę baſis argentea, eſt fides munda. ſic ſicut Euangeliſtę, ſic omnes iuſtę animę debent eſse imputribiles caſtitate, contra quod dicitur Ioel.1. Computruerunt iumenta in ſtercore ſuo.ſicut iumenta diaboli ſunt omnes luxurioſi. Sed ecce non ſufficit quod imputribiles erant columnę,quin etiam eſsēt deau ratę:Sic certe nec ſufficit caſtitas,ſine charitate. Bernar. Subtrahe oleum, & lampas non lucet:tolle charitatem, & caſtitas non placet.

DE EODEM B. MATTHAEO.

Sermo. II.

H NOn eſt opus valētibus medicus,ſed male habentibus.Mat.9.Medicus ſancti Matthæi, medicus omnium animarum;medicus inquam, ſine quo nulla anima ſanari poteſt, eſt Ieſus Chriſtus.Huic medico pro turba,tanto debemus importunius inſtare,quanto nos ſen timus pericoloſius ęgrotare.Sed attendite chariſsimi, at tendite etiam medicamentum,attendite inquam diuerſitatem medicorum, attendite virtutem medicamentorum.
I Circa primum attendite quòd medicus eſt Deus, angelus,

h omo

homo, diabolus. De primo & ſummo animarum noſtrarum medico dicitur hic. Non eſt o.v.m.ſed ma.ha. Male autem habentes, curantur quandoque abſtinentia, quandoque minutione, quandoque potione. Sic medicus noſter Ieſus Chriſtus membra ſua ideſt fideles ſuos curauit abſtinendo. Matthæi. 4. Cum ieiunaſset. 40. diebus &c. Certe ſi deuoraſset homo ſerpentem diabolum, poterat digeri tanta abſtinentia. Item minuendo in manibus & pedibus & latere. Aug. Fuſus eſt enim ſanguis medici, & factum eſt medicamentum phrenetici. Item potione. Mat. 27. Dederunt ei vinum bibere, cum felle mixtum. Valde egra eſt anima, quæ tot remedijs non curatur. De. 2. K
Nota quod dicit Raphael angelus, Tobiæ ſexto. Cor & fel & iecur repone tibi: ſunt enim hæc neceſsaria medicamenta vtiliter. Raphael medicus Dei interpretatur. Nota ergo conſilium medicinę angelicæ. & pone cor per cogitationem ſuper carbones inferni. Fumus enim contritionis inde procedens, diabolum fugat, etiam contritio tanquam fel amarum, oculos mentis ſanat. Sed heu medici noſtri angeli Dei, de anima peccatrice ſub nomine Babylonis conqueruntur. Hiere. 51. Curauimus Babylonem, & non eſt curata, derelinquamus eam. Gloſsa. Sunt medici ſub magno medico angeli Dei, volentes animas noſtras a vitijs curare, quos ipſi repellimus, dum conſilijs eorum non acquieſcimus. De tertio. Eccle. 38. L
Qui derelinquit in conſpectu eius qui fecit illum, incidet in manus medici. quod verum eſt de medico corporali, & ſpirituali. Sæpe enim propter delictum flagellatur homo infirmitate, & cogitur quęrere medicum corporalem. & quia cum ægritudine corporis, percuſsus eſt ægritudine animæ, prius quęrenda eſt medicina animæ, quam corporis. Sed heu multi faciunt ſicut Aſa, de quo. 2. Paralipo. 16. dicitur. Nec in infirmitate quæſiuit Dominum, ſed magis medicorum arte confiſus eſt. Medicus autem ſpiritualis, ſacerdos eſt: in cuius manibus, delinquēs incidit in confeſsionem. Boni certe medici illi doctores, vel confeſsores eſsent, qui non ſolum ægros curare,

ſed etiam mortuos ſuſcitare poſsent. Pſalmiſta. Nunquid mor. ſa mirabilia, aut medi. ſuſ. &c. O quantus ergo medicus fuit Beatus Matthæus Apoſtolus & Euangeliſta, ſummi medici diſcipulus: qui filium vnicum regis Aegypti nomine a morte corporis, eundemque cum vxore &
M toto regno, a morte infidelitatis ſuſcitauit. De quarto Nota quòd de Hemorrhoiſsa dicitur Lucę octauo. Quæ in medicos erogauerat omnẽ ſubſtantiam ſuam, nec ab vllo poterat curari. Gloſsa. Medici dęmones ſunt. Hemorrhoiſsa ſignificat animam peccatricem. Subſtantiæ autẽ quæ cum his medicis peccando expenduntur, ſunt bona naturalia, ſanitas & ſenſus, & vires corporis & animæ, & tempus. quæ omnia filius prodigus conſumpſit. Lucæ 15. Diſsipauit ſubſtantiam ſuam viuendo luxurioſe. Horum medicorum conſilia & medicinę ad hoc dantur, ne homo illa morte moriatur. de qua morte dicitur. Col. tertio. Mortui eſtis, & vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo. Circa ſecundum. Nota quod ſummus medicus
N Ieſus Chriſtus, animabus hominum medetur verbo, ligno, ſacramento, cauterio. Verbo prædicationis, ligno redemptionis, ſacramento reconciliationis, cauterio caſtigationis. De. 1. Eſa. 61. Spiritus Domini ſuper me, eo quod vnxerit me. ad annunciandum manſuetis miſit me vt mederer contritis corde, & prædicarem captiuis indulgentiam Ecce quod Chriſtus annunciando & prędicando me detur. Pſ. Miſit verbum ſuum. ſ. & ſa. eos Gre. Sicut arte medicinę, calida frigidis, frigida calidis curantur: ita dominus noſter contraria oppoſuit medicamenta peccatis: vt lubricis continentiam, tenacibus largitatem, iracundis manſuetudinem, elatis pręcipit humiliationem. Summus autem medicus quot doctores miſit in mundum, tot pro ſe medicos ſubſtituit. Sed vęh eis qui curam infirmorum ſuſcipiunt, & artem medicandi neſciunt. tales quando vocarentur ad curam, deberent dicere illud Eſa. tertio. Non ſum medicus, & in domo mea non eſt panis, neque veſtimentum. Gloſsa. Vlceroſi ſe medicos iactant eſse. De ſecundo. Eccleſi. 38. Altiſsimus de terra creauit medicinã

& vir

& vir prudens non abhorrebit eam.Nonne a ligno indul corata eſt aqua amara.Terra eſt beata virgo.Eſa 45. Aperiatur terra,& germinet ſal.Iſte ſaluator eſt medicina ſalutis precioſiſsima,de terra virginali producta. Mittitur filius virginis,filius Dei altiſsimus, & iubetur occidi, vt vulneribus noſtris,precioſo ſanguine illius, velut balſamo medeatur.Lignum eſt crux Chriſti,quo medicina noſtra effuſa & expreſsa eſt.Hoc ligno amaritudo humani generis purgatur.Hoc etiā ligno amaritudo pœnitentiæ, & tribulationis dulcoratur. O quā multi hodie grati sūt tam fideli medico,ſimiles impijs crucifixoribus. de quibus Auguſtinus ait.Oībus curationibus eius ingrati ſunt tanquam multa febre phrenetici inſanientes in medicū.

De tertio conqueritur.Eſa. primo Vulnus & liuor & plaga tumens,non eſt circumligata, nec curata medicamine,neque fota oleo Interli. Vulnus malitiæ, liuor inuidię,& plaga tumens ſuperbiæ,non eſt, circumligata cum medicamine ſacramentorū, nec fota oleo gratię & dono rū. Septem autem pyxides medicinā ſacrāmētalē continentes,ſunt ſeptē ſacramenta. O quā magna medicamenta ſunt,Chriſti documenta,Chriſti tormenta,Chriſti ſacramenta.Vere magna ſunt remedia, quia magna curant humana vulnera:quibus alius mederi non poterat. Tren. ſecundo Magna eſt velut mare contritio tua,quis medebitur tūi?q.d Nullus de mundo,niſi veniat de cœlo. Aug. Magnus de cœlo venit medicus,quia magnus in terra iacebat ægrotus. P

De. 4. Iob 5. Increpationem Domini ne reprobes,quia ipſe vulnerat & medetur &c. Sicut medicus ſecando,ſic Dominus caſtigando & affligendo, vulnerat & medetur. Sed ecce t corpus redimas,ferrum patieris & ignem:quantomagis vt animam redimas? Vt autem oīa patienter ſuſtineas, Primo pēſa quātus ſit medicus,& quam ſapiens,qui tibi dolorē infert:quam optime nouit qualiter te curet. Aug.Plane in patientia ſalutē expecta: quibus medicamētis te curet,quibus ſectionibus, inſtitutionibus ille nouit. Secūdo pēſa quātus ſit morbus, ex corruptione peccatorū tuorū.Greg.Tāto quiſq; ferra- Q

mentum medici patientius expectat,quanto putridius cõſeruat quod ſentit. Tertio penſa quam integra , quam perpetua ſanitas ſequatur. Augu.Tolera medicinæ dolorem,futuram cogitans ſanitatem. Quarto penſa quanto grauius ſit vri in inferno , quam in mundo propter quod Domino Au.ait.Hic vre,hic ſeca,vt in æternum parcas. Hinc eſt quod beatus Matthæus , gladium perſecutoris libenter ſuſtinuit, ante ipſum expanſis manibus orans, qui eũ iuxta altare,vbi corpus Ieſu cõfecerat,trucidauit.

De eodem B. Matthæo Sermo. III.

SEquere me.Mat.9. O quam glorioſum eſt ſequi talẽ ducem.Eccleſi.21.Gloria magna eſt ſequi Dominum Et Eccleſi.2.Quis eſt homo,vt qui poſsit Deum factorem ſuum &c. Sequere ergo chariſsime Dominum,exemplo beati Matthæi.Sequere certe in mundo,in extremo, in iudicio,in cœlo. Sequere inquam in ſancta conuerſatione,in ſecura euolatione , in beata reſurrectione, in æterna confortatione. De his omnibus require in tertia feria Pentecoſtes. Oues enim ſequuntur. &c.

DE S. MICHAELE ARCHANGELO: Sermo. Primus.

A IMmittet angelus Domini in circuitu timentium eum , & eripiet eos. Pſ. 33. Videte chariſsimi,quam ſpecialem habeant angeli curam timentium Deum. Sed qui ſunt Deum timẽtes,niſi qui timore Dei deteſtantur peccatum? Septem autem peccata capitalia, quæ ex timore Domini expelluntur,deteſtantes ac timentes, ſpecialem angelorum amicitiam conſequuntur. Angeli ergo illis timentibus ſpecialiter aſsiſtunt,qui ſunt humiles contra ſuperbiam: amantes contra inuidiam, mites contra iram: li-

berales

666

berales contra auaritiam: feruentes contra accidiam: abſtinentes contra gulam: continentes contra luxuriam.

B

De primo nota, quòd Dominus prohibens contemni puſillos, in ipſum credentes, cauſam ſubiungit dicens: Mat. 17. Dico vobis, angeli eorum in cælis, ſemper vidét faciem patris. Eorum ideſt puſillorum. Puſilli ſunt humiles, non ſuperbia grandes. Puſilli in ſinu locari ſolent, non adulti. ſic angeli paruulos humilitate, locant in ſinu quietis æternæ. Patet hoc in puſillo Lazaro Lu. 16. Factum eſt autem vt moreretur mendicus, & portaretur ab angelis in ſinum Abrahæ. Ecce humilis qui non habet multam familiam in mundo, habet autem multã in extremo. Ioan Chry. Non ſuffecerat pauperi ad portandum vnus angelus, ſed plures veniunt vt faciant chorum lætitię. De C
ſecundo. Hebræ. 13. Charitas fraternitatis maneat in vobis, & hoſpitalitatem nolite obliuiſci. Per hanc enim placuerunt quidam angelis hoſpitio receptis. Charitas hoſpitalitatis, multa operatur. Per ipſam enim angeli recipiuntur: per ipſam mala ęuaduntur: per ipſam bona æterna accipiuntur. Aug. Obſequutus Loth angelis tanquam peregrinis, conſuetudine hoſpitalitatis, & temporale eua ſit incendium, & æternum conſequutus eſt præmium. Charitas iſta non ſolum angelos, ſed etiamq́ angelorum Dominum recipere inuenitur. Mat. 25. Hoſpes eram & colegiſtis me. Amate ergo chariſsimi proximum, ſuper omnia autem amate Deum, ſi habere vultis amicitiam angelorum. Legitur Gen. 18 & 22. quod Abraham per charitatem Dei offerendo filium, pro hoſpitio & filio angelicam meruit conſolationem. De tertio. Exo. 32. Angelus D
meus prçcedet te. Moyſes, cui hoc verbum dictum eſt, mãſuetiſsimus fuit. Vnde Nu. 12. Erat enim Moyſes vir mitiſſimus. &c. Vnde merito angelos familiares habuit, ſicut in angelo loquente de rubo: & in angelo legis miniſtro: & in angelo præcedente in deſerto apparuit: Qui ergo amicos angelos vult habere, debet mitis & patiens eſse. Mitis contra iram propriam, patiens alienam. Mitis, vt malum nulli inferat: pa-

ties,vt illatum ſibi benigniſsime ſufferat. Vnde dum Tobias cæcitatem,& tres pueri fornacem, & Petrus crucem ſuſtinuerunt, angelos conſolatores habuerunt. De 4.
E Dan. 3. Angelus autem Domini deſcendit cum Azaria & ſocijs eius in fornacem.Etenim angelus iſte,illos eripuit, qui ſtatuam auream adorare noluerunt. O quot ſunt, qui non ſolum auream ſed & argenteã ſtatuam adorant, qui aurum & argentum plus quam Deum amant. Oſee. 8.Argentum ſuum,& aurum ſuum fecerunt ſibi idola. Auri ergo cupidi & argẽti, ſunt idololatræ. Sed attendite quid ait Auguſtinus.Non ſolum auatus eſt qui rapit aliena,ſed & qui cupide ſeruat ſua. Certe ille beatus Tobias inuite rapuiſset aliena,qui de ſuſpecto dicit. Tobiæ. 2. Non licet nobis ex furto aliquid contingere. Inuite etiã auare ſeruaſset aliena, qui filium ſuum informanś dicit. Tobiæ. 4. Si multum tibi fuerit, abundanter tribue. &c. Propter hoc tam in ſe,quam in filio,magnas recepit con-
F ſolationes,per angelum Raphaelem. De quinto. Ioan. 20.Maria ſtabat.&c.vſque, Vidit duos angelos &c. Ecce quam familiares Maria angelos habuit, quæ tam feruẽs, quæ tam impigra inquirendo fuit: ſicut ſtando, flendo, inflammando,proſpiciendo,perſeuerando,oſtendit.Multi heu pigri minus feruenter,minus vigilanter agunt:qui ſi melioris eſsent voluntatis,vigilantius agerent, & angelos amicos haberent: ſicut paſtores vigilantes,& angelos canere audientes,In terra pax, hominibus bonę volunta
G tis. De ſexto. Habemus exemplum in Daniele, qui cibos regios vitauit,ſicut legitur Dan. 1. Inſuper ait Dan. 10.Panem deſiderabilem non comedi.&c.Vnde & meruit conſolationẽ angelorũ in reuelatione myſteriorũ,& in ꝑ miſsione neceſsariorũ per Abacuch,& in cõcludendo ora leonũ. Daniel. 6. Deus meus miſit angelum ſuum & concluſit ora leonũ.&c. Angel⁹ quoq; Heliã ad panẽ & aquã
H excitauit,non ad delicias. 3.Reg. 19. De ſeptimo, patet in Maria virgine, & ſuo nuncio Gabriele.Quid mirum, ſi gratificata eſt angelis virginitas,vel caſtitas. Io. Chry. enim ait.Caſtitas eſt res angelica,ꝑ q̃ ſingulariter hoĩes angelis

angelis aſsimilantur. Grataquidē eſt angelis caſtitas coniugalis, ſicut patet in illo caſto Tobiæ coniugio, & Saræ per angelū procreato. Itē grata eſt caſtitas vidualis. Vnde caſta vidua Iudith ait, Iudith. 13. Viuit Dominus Deus noſter, quia cuſtodiuit me angelus eius. &c. Item grata eſt caſtitas virginalis, quod patet nō ſolum in Maria, ſed etiā in Ioāne, quē angelus prohibuit adorare ſe. Apo. 22. Gratā inquā eſt angelis caſtitas coniugalis, gratior vidualis gratiſsima virginalis. Amb. Nec mirū o virgines, ſi p vobis angeli militant, quæ angelorum moribus militatis.

De eodem Sermo. II.

I

MIchael & angeli eius pręliabantur cum dracone Apo. 12. Draco iſte qui habet ſeptem capita, diabolus cum membris ſuis eſt, cuius ſeptem capita ſunt vitia capitalia, contra quæ angeli pugnant. Primum caput eſt ſuperbia. & omnes ſuperbos impugnant angeli. Patet in ſuperbia Dauid numerantis populum, pro qua angelus interfecit. 70. millia virorum. 2. Reg. 24. Patet etiam in ſuperbo Herode. Act. 12. Confeſtim percuſsit eū angelus Domini, eo quòd non dediſset honorem Deo: & conſumptus a vermibus expirauit. Merito a vermibus cōſumitur, qui eo quòd vermium cibus erit, non humiliatur. 1. Macha. 2. Gloria eius ſtercus & vermis. Ber. Poſt hominem vermis, poſt vermem fœtor & horror. Vitet ergo ſuperbiam qui vult vitare iram angelicam. Secundum caput eſt inuidia, & omnes inuidos impugnant angeli. K Patet hoc in Balaam, quem Balath rex Moab, ad populum Iſrael maledicendum vocauit. Sed angelus euaginato gladio ei reſtitit. Numer. 22. Proprium eſt inuidorū maledicere. Pſ. Quorum os maledictione ple. eſt. Sed maledictiones plus ipſis nocent, quā alijs. Prou. 26. Maledictum fruſtra prolatum in quempiam ſuperueniet. Inter. In proferentem. Propter hoc quātumcunq; ſit caſta vita tua, quantūcunq; facta tua iuſta, ſi tū alijs inuides, ſocius eris dæmonū in ęternū. Aug. Nō dicit diabolo vt dānetur adulte-

L adulterium commiſiſti, furtum feciſti, villam alienam rapuiſti, ſed ſtatim lapſus inuidiſti. Vitet ergo inuidiam, qui euadere vult inimicitiam angelicam. Tertium caput eſt ira. Hoc caput etiam omnes Angeli impugnant. Patet hoc in Nabuchodonoſor. Dan.3 qui furore repletus, pueros tres in fornacem mitti iuſſit, ſed flamma miniſtros excuſſit, & angelus flammã pueris excuſsit. Ex quo executores iracundiæ domini ſui, incendit ignis. Quid erit iracundis? Matt. 5. Omnis qui iraſcitur fratri ſuo, reus erit iudicio. &c. Væh prouncantibus, væh reminiſcentibus, væh contemnentibus placare offenſos. Ioan. Chry. Non iracundos tantum, & malitiæ memores punit Deus, ſed etiam eos qui iraſcentes ab offenſos fratres
M negligunt & contemnunt Vitet ergo iram propriam, qui euadere quærit iram angelicam. Quartum caput eſt accidia. Hoc caput, & etiam omnes accidioſos angeli impugnant: Patet hoc in Moyſe, qui neglexerat circuncidere filium ſuum, de quo dicitur Exod. 4. Occurrit ei dominus. (Alia litera habet Angelus) & volebat occidere eũ &c. Negligere præcepta, omittere facienda, conſuetudo accidioſorum eſt. Hos angeli perſequuntur. Ber. Vereor
N ne noſtram deſidiam cœli ciues aliquando abominantes, cum indignatione recedant. Quintum caput eſt auaritia. Hoc caput & omnes auaros impugnãt Angeli. Patet hoc in Sennacherib, qui more auarorum, aliena vſurpare volens, obſedit Hieruſalem. Iſa.37. Egreſſus eſt autem Angelus Domini, & percuſsit in caſtris Aſsyriorum. 185. millia. Vide ex his quàm periculoſum ſit obedire potentibus ad inuadendum aliena. Gregorius. Nunquam per obedientiam fieri malum debet. Sed nunquid iniuſtum iudicium eſt, quòd populus interficitur, & regi qui culpabilior erat. Parcitur? nunquid non audebant percutere regem? Reuera iuſtum iudicium eſt, quòd auarus ille, qui primo in cooperatoribus auaritiæ ſuę punitus eſt, & poſt modum ab illis populis, qui parentes auaritiæ inhiant, ad infernum miſsus eſt, dum a proprijs filijs interfectus eſt. Fugiat ergo auaritiam, qui effugere vult percuſsionẽ

ange-

angelicam. Sextum caput eſt gula. Hoc caput, & omnes guloſos angeli impugnant. Patet hoc in pœna gulæ primorum parentum. Gene. 3. Eiecit Adam, & collocauit ante paradiſum Cherubin, & flammeum gladium. Hoc eſt per miniſterium angelorum, igneam cuſtodiam conſtituit. Vides ergo, quòd Angeli non ſunt gulę amici. Vnde non ad delitias, ſed ad panem, & aquam, Angelus excitauit Heliam: ſicut legitur tertij Reg. 19. Vtiq; ergo gulam vitet, qui vult vitare eiectionem angelicam. P

Septimum caput eſt luxuria. Hoc caput, & omnes luxurioſos angeli impugnant. Patet hoc in Sodomitis. Gene. 19. Veneruntq; duo Angeli Sodomam veſpere, ſedente Loth in foribus ciuitatis. &c. Iſti angeli venerunt bonos ſaluare, & luxurioſos damnare. Patet etiam in ſenibus impudicis. Dan. 13. Angelus domini accepta ſententia ab eo, ſcindet te medium. Et merito angeli zelantur rem ſuam. Ioannes Chry. Caſtitas eſt res angelica. Fugiat ergo luxuriam, qui fugere vult animaduerſionem angelicam.

De eodem B. Michaele. Sermo. III.

Angeli eorum in cœlis, ſemper vident faciem patris Q
mei qui in cœlis eſt. Mat. 18. Hortatur nos Dominus in præſenti Euangelio, quòd nullum in ipſum credentem, quantumcunque in mundo abiectum contemnamus, quia angeli eorum. &c. Vere angeli ſunt eorum, qui credunt in Chriſtum. Eorũ in mundo, eorum in iudicio, eorum in cœlo. In mundo ſunt eorum inſtructores: eorũ defenſores, eorum incitatores. Inſtructores in veris; defenſores a malis: incitatores in bonis. De primo dicitur Apoc. 10. quòd Angelus habebat libellum apertum in manu ſua. Apertum vtique ad docendum idoneos. Ambro. Angelus Mariam, Angelus Ioſeph, Angelus paſtores edocet. Angeli angelicam, diabolus diabolicam ſapientiam docent: De quo Iaco. 3. Non eſt ſapientia deſcendens de ſurſum, ſed terrena, animalis, diabolica. Hic

dic

dic quid angeli,quid diaboli, nos doceant. De ſecundo. Pſ. 33. Immittit angelus Domini in circuitu timentium eum,& eripiet eos. Bene ait.Eripiet eos.Hiero. Angelorum auxilijs vnuſquiſq; ab inimicorum inſidijs liberatur.;Vnde etiam angelus Saram a dæmonio,ſeptem viros occidente liberauit. per fumum cordis ſuper carbones poſiti,Septem viri, qui a diabolo occiſi ſunt, ſignificant eos,qui ſeptem vitijs capitalibus ſuffocantur. Fumus autem fugans diabolum,ſignificat contritionem peccatorum.Fumus contritionis de corde naſcitur, quando per carbones inferni cor per timorem mittitur. De tertio Iudi.2 Cũq; loqueretur angelus Domini verba hæc, ad oẽs filios Iſrael,eleuauerunt vocem ſuam,& fleuerũt, immolaueruntque hoſtias Deo. Sic certe angeli ad hoc ſępe nos incitant ad fletum compunctionis,quia talis fletus eſt eis vinum exultationis.Lucæ.15. Gaudium eſt angelis Dei.&c.Bernardus.Lachrymæ pœnitentium,vinum ſunt angelorum.Incitant etiã nos ad immolandum Deo, hoſtias orationum,& eleemoſynarum,& aliorũ bonorũ, etiam membrorũ noſtrorũ.Roma 12,Obſecro vos per miſericordiam Dei, vt exhibeatis corpora veſtra hoſtiam

T viuentem, ſanctam, Deo placentem.&c. Item in cœlo ſunt angeli eorum,recommendatores,eorum collocatores,eorum conregnatores. Recommendatores exultantium:collocatores euolãtium:conregnatores regnantiũ. De primo ait angelus. Tobię.12.Ego obtuli orationem tuam Domino. Angeli noſipſos,noſtras orationes, noſtra opera aromatica, Deo fideliter recommendant. Apoca. 8. Aſcendit fumus incenſorum de orationibus,& de manu angeli coram Deo.Hiero. Perferunt angeli orationes,

V & deſideria ſanctorum Deo. De ſecundo.Luc. 6. Factũ eſt autem vt moreretur mendicus,& portaretur ab angelis in ſinũ Abrahæ.Angeli non ſolum de mundo,ſed etiã de purgatorio,aſſumunt animas in ſinum Abrahæ ideſt æternæ quietis. Vnde orat ecclẽſia dicens.Mitte angelũ ſanctum Michaelem, vt ille dignetur eos eripere.&c. O fęlix anima,quę in hunc ſinum a congratulantibus ange-

lis

lis collocatur in cœlo. Ber. Ambigam quòd angeli gratanter colligant in palatio, quem dignanter viſitant in iter quilino; O infelix anima quę in ſinum non Abrahæ, ſed ſathanæ a dæmonibus collocatur in inferno. De tertio. Lu. 20. Neque vltra mori poterunt, æquales enim ſunt angelis. Ecce in regno angeli & homines coæquales & conſodales ſunt. Aug. Reſurrectionis & promiſsionis filij æquales erunt angelis: ſed non corpore, non ætate, certe felicitate. O quanta eſt Dei dignatio, qua nos miſeros vermiculos ſic dignificat. & vt dicit Aug. de vermiculis angelos facit. Item in iudicio ſunt angeli eorum congregatores, atteſtatores, ſeparatores. De primo. Matth. 24. Mittet filius hominis angelos ſuos cum tuba, & voce magna, & congregabunt electos eius a quatuor ventis. Quæ eſt iſta vox magna, niſi illa de qua ait Hiero. Semper ſonat vox illa terribilis in auribus meis: Surgite mortui, venite ad iudicium. &c. Vox huius tubæ, audietur a quatuor plagis terræ. oſtende hoc in ſingulis plagis. De ſecundo. Mat. 25. Cum venerit filius hominis in maieſtate ſua, & omnes angeli eius cum eo. Interli. Teſtes humanorum actuum, ſub quorum cuſtodia, bene vel male egerũt. Tunc ergo angeli, teſtes erũt omnium malorum, quę mali omnibus membris ſcilicet occulte vel manifeſte egerunt. Timeant ergo omnes rei tantum iudicem, & tantos teſtes. Greg. Arguente cœlo. ardente terra, coruſcantibus elementis, cum angelis, cum Thronis, & Dominationibus, cum Principatibus tremendus iudex apparebit. De tertio Mat. 13. Exibunt angeli & ſeparabunt &c. Ibi heu parentes a filijs, fratres a fratribus & ſororibus, mariti, ab vxoribus ſeparabuntur in æternum. Igitur quid in illa die acturus eſt, qui a conſpectu iudicis rapitur, ab electorum ſocietate ſeparatur?

DE BEATISSIMO
Patre noſtro,
SANCTO FRANCISCO.

Sermo, I.

ECCE vidi quatuor viros ſolutos, am-
bulantes in medio ignis, & nihil corru-
ptionis in eis eſt: & ſpecies quarti, ſi-
milis filio Dei. Dan. 3 Verba iſta dixit
Nabuchodonoſor, de ijs quos in cami-
no vidit. Religio quaſi caminus animas
A probans, purificans, & meliorans ad ſi-
militudinem Precioſi metalli. In igne autem probatur
aurum & argentum. Homines vero receptibiles in cami
no humiliationis. Hos quatuor viros intelligere poſſu-
mus quatuor ſanctos religionis inſtitutores & patronos:
videlicet, Auguſtinum, Benedictum, Dominicum, & Fran
ciſcum. Iſti quatuor fuerunt viri, & ſoluti & in igne illæ-
ſi: ſed ſpecies quarti, ſingulariter ſimilis fuit filio Dei, in
conformatione ſtigmatum. Ieſu Chriſti. Et quia hodie
ſpecialiter de S. Franciſco loquendum eſt, Attendamus,
quòd S. Franciſcus fuit vir, fuit ſolutus, fuit illæſus, fuit
ſimilis Dei filio. Fuit vir itaque, in virtuoſa morum con-
uerſatione. Solutus fuit, in gratioſa peccatorum remiſ-
ſione. In igne illæſus, in victorioſa tentationum euaſio-
ne. Filio Dei ſimilis fuit, in miraculoſa membrorum con
B ſignatione. Primo attendite chariſsimi, quòd S Fran-
ciſcus, & quilibet homo iuſtus, vir eſt, viriliter ſapiendo:
viriliter capiendo: viriliter agendo, viriliter patiendo.
Dico quòd vir eſt, qui non puerilem, ſed virilem ſenſum,
& prudentiam habet. Mat. 7. Omnis qui audit verba hæc,
& facit ea, aſsimilabitur viro ſapienti, qui ædificauit do
mum ſuam ſupra petram. Ille apud deum vir eſt, qui cũ
animam ſuam, nec in cogitatione, nec in loquutione, nec

in

in operatione puerilis eſt. j.Cor.12. Cum eſsē paruulus, loquebar vt paruulus,ſapiebam vt paruulus: cogitabā vt paruulus: qñ aūt factus ſum vir, euacuaui q́ erāt paruuli. Talis ſapiens fuit. S. Franc. qui cordis domum, & domū ordinis ſui ſupra petram Chriſtū, non ſuper arenam temporalium ædificauit. Item vir eſt,qui viriliter bene agit. Pſalm. Expecta dominum,& viriliter age.&c. Quomodo autem viriliter agendum ſit,Seneca docet dicens,Vir bonus,quod honeſtum ſe facturum putauerit, faciet: etiā ſi pecuniā auferet,ſi laborioſum erit: faciet etiam ſi periculoſum erit, rurſum quod turpe erit,non faciet, etiam ſi pecuniam habebit,etiam ſi voluptatem,etiam ſi potentiā & dignitatem. ab honeſto, nulla re deterrebitur, ad turpia nulla reinuitabitur. Vir ergo eſt, qui viriliter iuſtus eſt proximo: viriliter perfectus in ſeipſo: viriliter ambulat coram Deo. Gen. ſexto. Noe vir iuſtus atque perfectus in generationibus ſuis,cum deo ambulauit. Sic & beatus Franciſcus fuit perfectus in generationibus trium ordinum, quos inſtituit. Vnde fratres chariſsimi, noſter Noe Sanctus Franciſcus, triſtegas ideſt tres cameras trium religionum, in archa Eccleſiæ ædificauit. C

Item vir eſt,qui viriliter capit. Iaco. 1. Beatus vir, qui ſuffert tentationem.&c. Ille vero vir eſt,quē nulla aduerſitas,vel tentatio vincit. Propter hoc merito vir Dei Iob erat,de quo Iob. 1. Eratque vir ille magnus inter omnes Orientales. Talis vir fuit B. Franciſcus: qui dum luto,& ſaxis impetitur:dum a patre in vincula ducitur: dum in foueam niuibus plenam proijcitur,hæc & multa alia viriliter patitur, immo etiam tanquàm martyrium deſiderauit,& viriliter quæſiuit. D

Secundo. Attendite chariſſimi, quòd S. Franciſcus ſolutus fuit in remiſsione peccatorum. Sic etiam quælibet animæ vere pœnitētes,ſoluuntur a vinculis diaboli. Luc. 13. Hanc autem filiam Abrahæ,quam alligauit ſathanas.&c. Soluitur a vinculis pedum,colli,& manuum. Dico quòd vincula pedum ſoluuntur,dum peccata affectionum remittūtur. Pſalmiſt. Humiliauerunt in cōpedibus pedū eius.& poſt pauca. Miſit rex E

& ſol-

& ſoluit. Rex eſt Chriſtus. O quàm ſolutos pedes habuit beatus Franciſcus, qui breui tempore, profectu virtutũ, tam fortiter cucurrit, quòd curſu viginti annorum, ad illam metam p. ruenit, ad quam, curſu mille annorum ſi quis perueniſset, fœliciter cucurriſset. Item vincula colli ſoluuntur, quando peccata locutionũ remittuntur. Iſa. 55. Solue vincula colli. &c. O quantum ſolutum, S. Franciſcus collum habuit, qui etiam ocioſa verba, tanta diligentia cauit. O quàm ſolutum collum habuit, qui deo & angelis, & diabolis, & hominibus & qui beſtijs, & auibus, tam libera voce loquebatur. Item vincula manuum ſoluuntur, quãdo peccata operum remittuntur. Gen. 49. Diſsoluta ſunt vincula eius, manuum & brachiorum, per manus potentis Iacob O quàm ſolutas a vinculis peccatorum manus, & omnia membra. S Franciſcus habuit, qui omnia peccata ſibi dimiſsa eſse cognouit in reuelatione. Vnde bene potuit dicere, quod Auguſtinus ait. Gratiæ tuæ deputo, & miſericordiæ tuæ domine, quòd peccata

F mea tanquàm glaciem ſoluiſti. Tertio attendite chariſsimi, quòd B Franciſcus illæſus fuit in igne tentationum Et quicunque vir eſt virtutibus, & vere ſolutus eſt a vitijs, ipſe in igne comburi non debet: ſicut non rubus in flamma, nec Helias in curru ignis, nec tres pueri in camino ignis comburebantur. Dico ergo, quòd ille in igne nõ comburitur, qui inter malos viuens, non corrumpitur. Bonum eſset inter malos, tantæ virtutis eſse, quantæ etiã difficultatis eſt ibi eſse. Quale namque eſt id, tangere picem, & non coinquinari? in igne ſine læſione verſari? Quicunque talis eſt, ipſe quaſi rubus incombuſtus eſt: & quaſi is, cui Dominus in rubo apparuit, libenter eſt. Talis fuit Sanctus Franciſcus in mundo, in quo eidem ter

G Dominus apparuit. Item in igne, ille non comburitur, qui in aduerſis non frangitur. Iſa. 43. Cum ambulaueris in igne, non comburetis. Quicunque talis eſt. q. Helias in igneo curru eſt. in quo qui non comburitur, ad paradiſum cœleſtem ducitur. Talis fuit. S. Franciſcus, qui bene in ſignum huius rei, in curru igneo, fratribus eſt oſtenſus.

ſus. Item ille non comburitur, qui in tentatione non vincitur, vt vere dicere poſsit illud Eccl. 51. In medio ignis, non ſum æſtuatus. Quicunque talis eſt, ipſe.q in camino incombuſtus eſt. Talis etiam fuit. S. Fran. qui bene in ſignum huius rei, ab igne, læſus fuit, quo tamen pro curru vſus eſt. Quarto attendite charisſimi, quod. S. Franciſcus non ſolum vir, non ſolum in igne illæſus, ſed etiam filio Dei ſimilis fuit. Similis inquam, ſimilitudine vniuerſali, ſimilitudine ſpeciali, ſimilitudine ſingulari. Dico quod ſimilis fuit S. Franci. filio Dei vniuerſaliter cum hominibus. Ge. 1. Faciamus hominem ad ima. & ſimi. no. & p. piſ. ma. & vo cæ. & beſ. terræ. Hic oſtende, qualiter, S. Franciſcus his animalibus preſuit, & quam bene ipſi obediuerunt. De piſcibus habes exemplum in trutta. De auibus, iu prædicatione auium. De beſtiolis vero, in lepuſculo & vitulo. Myſtice autem B. Franciſcus, auibus & piſcibus & beſtijs præfuit, dum trium ordinum ſubditos, quodammodo rexit. Item eſt ſimilis filio Dei S. Franciſcus, cum iuſtis hominibus ſpecialiter, ſimili inquam filius patri. Eccl. 30. Mortuus eſt pater eius, & quaſi nõ eſt mortuus. Similem enim ſibi reliquit poſt ſe. Similem vtique in humilitate, in paupertate, & in alijs virtutibus. Heu quanta inſania eſt, quod homo ſit ſimilis iumento, qui ſimilis debet eſse Deo. Pſal. Comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis. Erubeſce o anima, pro diuina, pecorinam commutare ſimilitudinem. Erubeſce voluptari in ceno, quę es de cœlo. Item ſimilis fuit S. Franciſcus filio Dei præ cæteris hominibus ſingulariter. Similis inquã in glorioſis illis ſtigmatibus, in quibus arbitror non eſt inuentus ſimilis illi. Vnde etiam de ipſo poteſt dici illud Eze. 28. Tu ſignaculum ſimilitudinis, plenus ſapientia, perfectus decore.

H

I

K

De eodem. B. Franciſco Sermo. II.

L ET omni corde ſuo laudauit Deum, & dilexit Dominum qui fecit illum. Eccl. 44. Verba iſta conuenientiſsime de S. Franciſco accipiuntur, qui totus in laude Dei, totus in amore Dei conficiebatur. De ipſo cãtamus. Laudans laudare monuit. &c. Sed quia dilectio prouocatiua eſt diuinæ laudationis, videamus quæ ſint prouocatiua dilectionis. Prouocatur autem homo ad dilectionem hominis, quandoque per viſum amoroſum: quandoque per verbum gratioſum: quandoque per factum virtuoſum: quandoque per donum copioſum Sic vtique diligendus eſt Chriſtus, cuius viſio tam delectabilis. alloquutio tam amicabilis: actio tam laudabilis: cuius donatio tam inæſtimabilis. De primo. Cantic. 5. Dilectus
M meus candidus & rubicundus. Ecce quomodo anima viuens per colores Chriſti prouocatur ad diligendum ipſum. Ideo enim vere dilectus, & vere diligendus eſt, quia candidus in conuerſatione: rubicundus in paſsione. Candidus vtique fuit Chriſtus, per innocentiſsimam vitam ſuam, cuius ſummæ innocentię, teſtes ſunt amici & inimici. Amicus enim eius Petrus ait, 1. Pe. 2. Qui peccatum non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius. O quam longe ab eo ſunt, in quorum ore tot doli ſunt. Inimicus Chriſti Pilatus ait. Ioa. 19. Nullam cauſam inuenio in eo. Væh imitatoribus Pilati, qui ſimiliter inuenientes nullã cauſam, crucifigunt hominem & affligunt Rubicundus ẽt fuit in paſsione in capite, per ſpinas. in dorſo, per flagella: in latere, per lanceam. in manibus & pedibus per clauos: in corpore toto, per ſudorem ſanguineum. Lu. 12. Factus eſt ſudor eius. &c. Et Augu. Cũ oraret, globus ſanguinis de toto corpore eius diſtillabat. O felix anima, ſi tali dilecto vis copulari, debes ei quodammodo aſsimilari. Eccl. 13. Quodammodo omnis homo, ſimili ſuo ſociabitur. Sis ergo cãdidus caſtitate. rubicũdus charitate,

Thre. 4. Candidiores Nazarei eius &c. O anima Chriſtiana, ſi talem vere videres, quã eum diligeres. Et ideo S. Franciſcus merito ipſum dilexit multum, quia per ſępe eum vidit. De 2. Can 5. Anima mea liquæfacta eſt, vt dilectus locutus eſt. Dilectus noſter Ieſus Chriſtus cotidie nobis loquitur ex Euangelio ſuo, ex ore doctoris: & tamen heu quorundam animæ duræ nimis, non liqueſcunt. Liquefactio autem duplex eſt, ſcilicet compunctionis, & deuotionis. Liquefit enim anima per compunctionem, ſicut glacies. Pſ. Emittet verbum ſuum, & liquefaciet ea &c. Vide in his verbis, quod verbo quaſi cooperante, & ſpiritu Dei flante, corda peccatorum congelata liquæ fiunt, quod aquæ lachrymarum inde defluunt. Aug. Gratiæ tuę deputo, & miſericordiæ tuæ Domine, quod peccata mea tanquam glaciem ſoluiſti. Item liquefit anima per deuotionem: ſicut ab igne ſpiritus ſancti. Pſ. Factum eſt cor meum tanquam cæra liqueſ. &c. Cæra cordis ſic liquefacta, ſigillo cœleſti in Chriſto eſt imprimenda. Cant. 8. Pone me ſicut ſignaculum ſuper cor tuum. Vides modo qualiter alloquutio dilecti animam liquefacit. Vnde Lu. 24. Nonne cor noſtrum ard. erat in no &c. Sic etiam liquefacta fuit anima B. Franciſci, quando dilectus ei locutus fuit per imaginem crucifixi. De tertio. 1. Reg. 18. Anima Ionathæ conglutinata eſt animo Dauid, & dilexit eum q. animam ſuam. Ionathas ſic dilexit Dauid, poſtquam baculo &. 5. lapidibus de Golia triumphauit. Dauid manu fortis; Ionathas columbã veniens, Golias robuſtus eorum interpretatur. Dauid ergo Chriſtum: Ionatha Chriſtianum: Golias diabolum. baculus crucem quinque lapides quinque vulnera Chriſti ſignificat. Vnde vide Ionatha, vide anima Chriſtiana, quãtum Chriſtus a te diligi meruit, qui tam graui duello, tam laudabiliter robuſtum diabolum expugnauit, & te ab hoſte ſęuiſsimo liberauit. Bern. Hic omnino amorem noſtrum facile vendicat, totum ſibi. Hoc inquam eſt quod noſtram deuotionem blandius allicit, & iuſtius exigit, & arctius ſtringit, & afficit vehementius. O quam anima noſtri

Ionathæ. S. Franciſci, propter. 5. lapides iſtos conglutina ta fuit Chriſto. Qui etiam vere. 5. lapides. 5. ſtigmatum paſsionis eius, in ſuo corpore habuit, vt vere dicere poſſet illud Gal. 6. Ego ſtigmata Domini in cor. m. porto.
P De. 4 nota quod multum diligendus eſt propter dona ſpiritualia, quæ maiora ſunt Pſ. diligam te Domine for. m. &c. Fortitudo, contra diabolum: firmamentum, contra carnem. refugium, contra mundum: liberator, contra peccatum. Vnde quanto plura ſunt peccata, quibus liberatus, vel liberandus es, tanto liberator tuus, plus diligendus eſt Lu. 12 Remittuntur ei peccata multa, quia dilexit multum. Ideo merito. S. Franciſcus Deum multum dilexit, qui ipſum de remiſsione omnium peccatorum certificauit. Item maxime diligendus eſt, propter dona
Q ſua æternalia quæ maxima ſunt: quæ vtique diligentibus dabit. Iac. 1. Beatus vir qui ſuffert tentationem quantū cum probatus fuerit accipiet coronam vitæ, quā repromiſit Deus diligentibus ſe. O Domine Deus, ad hæc oculis memoriȩ reduco vnum ineffabile donum tuum, pro quo vere diligendus es ſuper modum, quia videlicet dediſti teipſum. Ephe. 5 Ambulate in dilectione ſicut Chriſtus dilexit nos, & tradidit ſemetipſum pro nobis.

De eodem B. Franciſco. Sermo. III.

VIdi alterum angelum aſcendentem ab ortu ſolis, habentem ſignum Dei viui Apo 7. Angelus poteſt eſse
R Franciſcus, propter angelicam vitam, & doctrinam. Hic enim fuit angelus magni conſilij, ſed accepti ab illo. Hic ab ortu ſolis deſcendit, quia illuminante ipſum Sole iuſtitiæ, ad arduum ſtatum peruenit. Hic habuit ſignū potentiæ Dei, in operatione miraculorum, ſignum diuinæ ſapientiæ, in cognitione electorum, ſignum diuinæ clementiæ, in configuratione membrorum. De. 1. ſigno. 2.
S Macha. 8 Dato ſigno adiutorij Dei in prima acie, dux ipſe commiſit cum Nicanore, & facto ſibi adiutore omnipotente Deo, interfeceſerunt ſuper. 9. milia hominū. Dux
fidelium

 573

fidelium fratrum noſtrorum fuit ſcilicet Fran.dux vtiq; laudabilis memoriæ. An br Laude ducis virtutem,ſed eſt perductus fuerit ad triumphum. Dux iſte tres acies habuit, tres ordines contra hoſtes ordinauit. 1. Macha. 5. Venit tribus ordinibus poſt eos &c. Primus ordo eſt fratrum Minorum,ſecundus ordo,pauperum Dominarum, tertius pœnitentium. In prima vero acie ideſt in primo ordine dux ipſe pugnauit contra Nicanorem,hoſtem populi Dei,ideſt contra diabolum, & interfecit homines diaboli,per ſe & per ſuos,carnalem eorum vitam gladio verbi Dei cruciando. Oſee 6 Occidi eos in verbo oris mei.Bene autem dicitur quod ſuper 9. m Per.9.millia, omnes accipiendi ſunt qui ad.9. ordines angelorum aſſumendi ſunt. Aug.In patria erimus millia millium coniũcta pſallentibus angelicis choris,cœleſtium poteſtatum. Illi autem ſuper. 9. milli. ſunt,qui vocati quidem ſunt, non tamen de vno aſſumendorum ordine: ad nouem ordines,& ſuper numerũ ſunt vocati,& multiplicati ſũt ſuper vnũ.Signum vero adiutorij Dei,ad huiuſmodi victoriam conſequendam,eſt gratia miraculorum,de quo eccleſia adiuuatur.Mar. 16.Signa autem eos qui in me credunt,hæc ſequentur &c.O quantum ſignum miraculorũ effulſit in.B.Franciſco,de quo canimus. O virum mirabilem in ſignis & prodigijs &c. De.2.Eze 28.Tu ſignaculum ſimilitudinis, plenus ſapientia &c. Sigillum diuinæ ſapientiæ, multum impreſſum fuit in. B. Franciſco ſicut patet per cognitionem eorum ,quæ nullus ſcire poſset, niſi hæc de ſigillo Dei haberet.Verbi gratia. Nec ſtatum proprium,nec cor alienum, nec contingens futurum ſcit quiſquam,niſi de ſigillo Dei.Quis enim ſcit eſse in ſtatu bono.Eccl.9 Neſcit homo finem ſuum. Vtrum amore an odio dignus ſit Sic vtique, B. Fran.ſciuit ſtatum ſuum, quando ſciuit nouiſsimum ſibi quadrantem culparum dimiſsum.Ecce ſignum diuinæ ſapientię. Item quis alienũ cor:non vxor viri nouit. Quis inimici vel amici cor nouit:3.Reg.8.Tu ſolus noſti corda omnium hominum.Sed vtique. B. Franciſcus, corda hominum nouit,ſicut patet T

in hiſtoria Mariæ muratæ, de ſancto Franciſco in aſino ſedente. Ecce ergo ſignum diuinę ſapientię. Item quis ſcit contingentia futura: quis ſcit tempus mortis futuræ. Ber.
V Nihil in rebus humanis morte certius, nihil hora mortis incertius inuenitur. Et quis ſcit, quid maiori, quid minori futurum ſit: Eſa. 41. Annũciate quæ futura ſunt, & ſciemus quia dij eſtis. Sic vtique. B. Franciſcus mortem ſuã præſciuit, & Othonem Imperatorem modicum regnaturum, & Gregorium papam futurum prędixit. De ter-
X tio ſpiritualiter accipi poteſt, quod hic dicitur; habentem ſignum dei viui. Deus viuus Ieſus Chriſtus, propter miſericordiam ſuam & clementiam, pro bonis ſignum gerit quinque vulnerum. hoc ſignum fideliter eſt cordi imprimendum. Can. 8. Pone me vt ſignaculum ſuper cor tuum &c. Et Ieſus Chriſtus eſt nobile ſignum, clauis & lancea in cruce ſculptum. Hoc ſigillum ſuper totum, cor, ſuper totam animam noſtram, debemus fortiter imprimere per amorem. Quanto enim melius imprimitur, tanto imago Dei in nobis melius exprimitur. O quam bona, quam dulcis impreſsio. Auguſtinus. Tanto nobis melius eſt, quanto plus in illum imus, quo nihil melius eſt. Vt autem recipere poſsimus huius ſigilli impreſſionem, oportet cęram cordis mollificari per deuotioné, Pſalmiſta. Factum eſt cor meum tanquam cæra liquę. Si impreſsionem ſigilli cęra dura non recipit, quantominus cor ad modum petræ induratum, non ſigillum, ſed malleum requirit. non ſigillum dilectionis, ſed malleum comminationis. Hiere. 23 Nunquid non verba mea, quaſi ignis ardens, & quaſi malleus conterens petram. Quantum Beatus Franciſcus, diuinum ſigillum ſuper cor ſuum poſuerit in paſsione, patet in corporis ſui expreſsione, in quo ſigillum Dei habuit. Hic de viſione Seraph. dic, & ſtigmatibus.

DE

674

DE B. LVCA EVANGELISTA Sermo Primus.

HOnora medicum propter neceſsitatẽ.
Eccle. 28.Medicus merito honorãdus A
eſt Beatus Lucas,de quo Collo.4.Salu
tat vos Lucas medicus chariſsimus.Lu
cas fuit medicus corporalis, & ſpiri-
tualis. Sicut autem medico corporali,
ita ſpirituali quinque neceſsaria ſunt
ad remedium: videlicet medici peritia,medicinæ effica
cia, temporis congruentia, mercedis conuenientia, ægri
obedientia. De.1.Eccle.38 Diſciplina ideſt ſcia medi
ci,exaltabit caput illius. O quam ſciens & quam prudẽs
medicus fuit. B.Lucas, qui & verbis nouit curare hoĩum
animas. Vnde de ipſo ait Hiero. Animaduertimus pari-
ter omnia verba illius,animę lãguentis eſse medicinam.
Si neceſsarius eſt prudens medicus,pro ægro corpore,
quantomagis pro ægra anima. Si imperitus eſt medicus,
periculoſum eſt corpori. quantomagis animæ, propter
hoc bene ait Aug. Qui vult confiteri peccata,vt inueniat
gratiam, quærat ſacerdotem,qui ſciat ligare & ſoluere:
ne ſi negligens extiterit, negligatur ab eo,qui eum miſeri
corditer monet,& petit ne ambo in foueam cadant.Væh
ergo commitendo pueris & Idiotis curam animarum Vn B
de Iſido.ait.Sicut iniqui & peccatores,miniſterium ſacer
dotale aſſequi prohibentur,ita indocti & imperiti, a tali
officio retrahuntur. Illi enim exemplis ſuis vitam
bonorum corrumpunt, iſti ſua ignania iniquos cor-
rigere neſciunt. Quid enim docere poteret, quod
ipſi non didicerit: Væhi etiam ſuſcipienti, quti po-
tius deberet dicere illud. Eſa. tertio. Non ſum me-
dicus, & in domo mea non eſt panis, neque ve-
ſtimentum. Glo. Vlceroſi ſe medicos iactant. Con-
tra indoctos curam animarũ ſuſtinentes ait Iſido.Deſinat

locum docendi ſuſcipere, qui neſcit docere. Ignorantia
C quippe præſulum, vitæ non congruit ſubiectorum; quia
ſi cæcus &c. De 2. Eccl. 43 Medicina omnium, in feſti-
natione nebulæ Nebula autem quę quandoque in pluuiā
reſoluitur, poteſt ſignificare turbulētiam tribulationis,
quę quandoqu reſolu.tur in pluuiam lachrymarum, ſi-
cut patet in Maria Magda Au. Sciat culpabiliter eſse du-
rum &c. Hæc medicina valde efficax eſt quia ſanat cele-
riter & ideo dicit in feſtinatione. Si enim feſtinanter cō-
pungeris, feſtinanter curaris. Eccle. 10 Breuem languorē
præcidit medicus. Igitur chariſsime, Principijs obſta, ſe
ro medicina paratur. Quum mala, per longas conualuere
moras. Et ideò inualuit morbus, qui præſcindi non po-
teſt. Itē ſanat totaliter. Vnde dicit medicina omnium, vni
uerſaliter. Cium vtique ægrorum, & omniū membrorū,
quantumcunque multorum. Augu. Multi & magni ſunt
Domine languores mei, multi & magni, ſed amplior eſt
D medicina tua. De. 3. Hier 8 Expectauimus pacem, &
non erat, bonum tempus medelæ, & ecce formido Tem-
pus medelæ eſt in hac vita, non in futura. 2 Corin 6. Ec-
ce nunc tempus acceptabile &c. Sed tempus alicuius me
dicinæ eſt mane, alicuius ſero, alicuius omni hora: ſic ſpi
ritualis medicinæ Nam baptiſmatis tempus, eſt mane in
inchoatione. Medicine vero vnctionis extremæ tempus,
eſt in veſpere mortis. Medicinæ autem pœnitentiæ tem-
pus, eſt omni hora. In quacunque enim hora peccator in-
gemuerit &c. Au. Quæcunque neceſsitas cogat peccato-
rem ad pœnitentiam, nec horæ extremitas, nec culpæ
enormitas excludit eum a venia, ſi perfecta fuerit muta-
E tio voluntatis &c Heu impij tempus medelæ in formidi
nem conuertunt qui enim medicinam pœnitentiæ formi
dando fugit, multas formidines incurrit. Iob. 18. Vndique
terrebunt eum, formidine. Vere vndique. Merito enim
formidat ſupra ſe iudicem, ſub ſe internum horrendum,
ante ſe mortem futuram, poſt ſe vitam præteritam. A dex
tris bonos angelos repellentes a ſiniſtris dæmones rapien
F tes. De quarto. Nota quod legitur. Exo. 21. quod ſi iur

gati fuerint duo, quorum alter percuſſit lapide proximū vel pugno, ſi mortuus non fuerit, ſed ſuper baculum ambulauerit, percuſſor expenſas in medicos ſoluat. Rixantes ſunt corpus & anima, ſeu ſpiritus. Gal 5 Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum &c. Sed heu corpus ſępe concutit ſpiritum per peccatum. 2 Regum. 14. Percuſſit alter alterum Percutit pugno malæ operationis, vel lapide obdurationis. Baculus quo percuſſus innuitur Chriſtus eſt, vel ſpecies diuinę miſericordię quibus peccator ſuſtentatur. Pſalmiſta. Virga. t & baculus tuus &c. Virga diſciplinæ corpus caſtigans, baculus miſericordię ſpiritum ſuſcitans. Si ergo ſpiritus fuerit peccato percuſſus, & non fuerit morte æterna præuentus, ſed baculo crucis, vel diuinæ miſericordiæ fuerit innixus, tunc medicina pœnitentię eſt ſanandus. Sed adhuc requiritur repenſio expenſarum, de inſtauratione virium & membrorum, quas percuſſor medico ſoluere debet in lachrymis & pœnitentijs, in abſtinentijs, in diſciplinis, in eleemoſynis &c. Ber. Si vis agere pœnitentiam, punire oportet membra, corpus affligere, iudicare teipſum, vt non incidas in manus Dei viuentis. De. 5. Eccle. 38. Da locum medico ſcilicet illi obediēdo. Aegri ſępe mortem incurrunt, dum medicis obedire nolunt Vt ergo mortem euadas, medico animę tuæ fideliter obedias. Auguſtinus. Ponat pęnitens omnino in poteſtate iudici, in iudicio ſacerdotis, nil ſibi reſeruans ſui, vt eo iubente paratus ſit facere pro recipienda vita animæ ſuæ, quæcunquæ faceret pro vitanda corporis morte. Sanctus itaque medicus Lucas, apud ſummum medicum nobis ſubueniat, vt prædicta in nobis nō deficiant. quinimo in his perueniamus ad æternā ſalutē. G

De eodem. B. Luca Euangeliſta Sermo. I I.

DEſignauit Dominus alios ſeptuaginta duos, & iuſſit illos binos &c. Lu. 10. Gloſſa. 72. Mittūtur qui totidem linguarum gentibus Euangelium prędicarent.

carent. Miſit autem illos binos &c. Hic attendite chariſſimi, quòd in Euangelio pluries inuenimus diſcipulos domini combinatos. Inuenimus enim duos poſt dominum venientes, duos dominum præuenientes, duos aſinum ſoluentes, duos paſcha præparantes, duos dominum imitantes, duos ſimul currentes. Poſt dominum venitur in conuerſione, dominus præuenitur in prædicatione, aſinus ſoluitur in confeſsione, paſca paratur in communione, dominus imitatur in oratione, bene curritur in virtutum profectione. De primo dicitur, Mat. quarto, quòd dominus vidit duos fratres, Petrum & Andream, & ait illis. Venite poſt me. Quomodo autem venire debeant poſt dominum, qui conuertuntur ad dominum, dicitur Lucę nono. Si quis vult ad me venire, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me. Abneget propriam voluntatem, crucifigat ſenſualitatem, abneget ſe propter me. Quidam enim abnegant me, propter ſe. Timot. 1. Confitentur ſe noſſe Deum: factis autem negant. Item tollat crucem ſuam propter me. Quidam crucifigunt me, propter ſe. Hebr. ſexto. Rurſum crucifigentes ſibimetipſis filium Dei. O quot adhuc ſunt qui grauius crucifixoribus dominum perſequuntur. Bernard. Non tibi videtur dominus grauiorem ab eo ſuſtinere perſequutionem, qui ſuggeſtione mala, exemplo pernicioſo ſcandalizans crucem, auertit a Deo animas, quas ſanguine ſuo redemit, quàm ab illo qui ſanguinem ilium fudit. Item ſequatur me. Quidam enim ſequuntur diabolum propter me 3. Reg. 18. Si dominus eſt Deus, ſequimini. De ſecundo dicitur hic. Miſit illos binos ante faciem ſuam. &c. Dominus ad corda noſtra libenter venire volens, miſit ante ſe doctores, viæ ſuæ præparatores. Malach. 3. Ecce mitto angelum meum, & præparabit viam ante faciem meam, Et ſtatim veniet ad templum ſuum dominator quem vos quæritis &c. Item tanquàm exploratores, ſicut miſit Ioſue, ante ſe duos exploratores Hierico, per quas Raab meretrix, ideſt anima peccatrix ſoluatur,

Ioſue

Ioſue 2. Item bellatores ad expugnandam vrbem Rabba: quæ dum capienda eſſet, venit Dauid & cepit eam. 2. Reg. 12. Bellatores ſunt doctores, qui ciuitatem mundi, qui caſtrum cordis impugnant. In hoc caſtrum quaſi tot ſagittas mittunt, quot verbis cor tangunt. Auguſt. Vulnerauit Chriſtus cor meum, & geſtabam verba eius viſceribus meis, quaſi ſagittam acutam. Per talem impugnationem ſæpe venit rex noſter Chriſtus, vt capiat per compunctionem. De 3. Mat. 21. Dominus miſit duos diſcipulos, pro aſino ſoluendo. Aſinus ligatus, eſt quilibet peccatis conſtrictus. Prouer. 5, Iniquitates ſuæ capiunt impium, & funibus peccatorum ſuorū conſtringitur. Super aſinum ſic ligatum Chriſtus nunquàm ſedet. Soluendus eſt ergo in confeſsione, ſoluendus eſt penitus, vt Chriſtum portet. Corde enim ſoluendus, vt abire poſſit bene proficiendo. Ioan. 11. Soluite eum, & ſinite abire. Sed vide quales eſſe debeant, qui alios ſoluunt: quia diſcipuli Lazarum, diſcipuli aſinum ſoluunt. Ambroſius. Soluit eum manus Apoſtolica, talis vita. Soluendus eſt itaque aſinus Chriſti, in confeſsione peccatorum, adducendus eſt ad Chriſtum in via mandatorum, veſtimenta ei imponenda ſunt exemplorum ſanctorum. Tunc Chriſtus ſuper eum ſedebit, in dilectione Dei, & proximorum. De quarto. Luc. 22. Miſit Petrum & Ioannem dicens. Euntes parate nobis paſca, vt manducemus páſca. Paſca noſtrum agnus noſter eſt. paſcalis Chriſtus. 1. Corinth. 5. Paſca noſtrum immolatus eſt Chriſtus. Hoc paſca ſub ſacramento, manducemus. Cœnam huius paſcatis, Petrus & Ioannes præparare debent. Petrus interpretatur agnoſcens. Ioannes autem in quo eſt gratia. Accedentes ad hoc ſacramentum, debent habere agnitionem diuinæ conſiderationis in intellectu, & gratiam prædicationis in affectu. Item in cœna paſchæ Petrus pedes & manus ad lauandum exhibuit, & Ioannes in pectore Chriſti recubuit. Sic præparantes Chriſto paſcha, lauari debent per lachrymoſam compunctionē, L M

& recumbere in pectore Christi per familiarem deuotionem. O qualis præparator fuit paſchæ Caſſius Epiſcopus, de quo B. Gregorius ait Cum ad horam ſacrificij veniſſet, velut totus in lachrymas defluens, ſemetipſum cũ magna cordis contritione mactabat. De quinto dici-
N tur Lu 24. quòd duo diſcipulorum quibus in itinere apparuit Dominus, coegerunt illum dicentes Mane nobiſcum &c. Horum vnus putatur ipſe Lucas fuiſſe Nota q Dominus oratione imitatur, ſed lachrimis cogitur De hoc require in feria 2. Paſchæ in ſermone, Mane nobiſcũ in ſecundo membro. De ſexto. Io. 20. Currebant autem
O duo ſimul &c Bene currit, qui bene in virtutibus proficit. 1. Corin. 9. Sic currite, vt comprehendatis. Ber. Quia omnino curia cœleſtis frequens deſiderat & expectat. Curramus non quaſi in incertum. Curramus deſiderijs profectuque virtutum. O quam fœlix B. Lucas fuit, cuius pes in lubrico luxuriç, nunquam lapſus fuit, & qui in curſu tam longo, nunquàm defecit. Legitur enim de ipſo quod ſine crimine Deo ſeruiens, & in virginitate permanſit. obijt ſeptuageſimoquarto vitæ ſuæ anno plenus ſpiritu ſan. Sed quid in omnibus prædictis ſignificat binarius numerus diſcipulorum, niſi quod in prædictis omnibus, neceſſaria eſt charitas Dei & proximorum?

De eodem B. Luca. Ser. III.

DIgnus eſt operarius mercede ſua. Luc. primo. Hunc ſermonem require ſupra in feſto ſancti Marci Euangeliſtæ &c.

DE

DE SANCTIS SIMONE ET IVDA *Apoſtolis*.

Sermo Primus.

CVſtodit Dominus animas ſeruorum ſuorum. Dominus cuſtodit animas Apoſtolorum ſuorum. S. Simonis & Iudę, & ſẽper contra hoſtes animarum cuſtodit, qđ nec proſperitas, nec aduerſitas animas ſanctas lędit, & animæ ſanctificantur, & cuſtodiuntur per virtutes. & ideo bene ait propheta Multiplicabis in a.m. virtutem. Attendite chariſsimi, A
quod contra 7. vitia capitalia animarum, ſunt virtutes animarum ſanctarum. Vere hæ ſanctæ ſunt & habent humilitatem contra ſuperbiam, charitatem contra inuidiã mititatem contra iram, pietatem contra auaritiam, operoſitatem contra, accidiam, ſobrietatem contra gulam, caſtitatem contra luxuriam. D .1. Pſal 43. Humiliata B
eſt in puluere anima noſtra Homo humiliaretur, ſi cotidie cogitaret, quomodo corpus eius in puluerem redigetur. Gen. 3 Puluis es & in puluerem re. Sed heu ſicut animę ſanctorum, ſe per humilitatem deprimunt, ita animę impiorum ſe per ſuperbiam extollunt. contra quod dicitur Eccle. 6. Non te extollas in cogitatione animę tuę. Sicut taurus diaboli, duo cornua habet: vnum eſt tumor de gloria: aliud eſt furor de contumelia: arrogantes ſic laudibus inflantur, & correctionibus inflammant. De. C
2. Prou 19 Qui cuſtodit mandatum, cuſtodit animam ſuam. Mandatum vtique, de quo Io. 13 Mandatum nouum do. v. vt, d in. ſi. d. vos. Hæc dilectio duo brachia proximũ amplexantia debet habere. Vnum de quo Mat 7. Quęcunque vultis vt fa. vo. ho. & vos fa. illis. Aliud de quo Tobię quarto. Quod ab alio oderis fieri tibi, vide ne tu alteri facias. Si vere proximum dilexeris, ſi vere iuſtus fueris, iſta

duo

duobrachia habebis. Bernardus. Iuſtitia tua nec factura eſt quod ſibi fieri nolit, nec quod ſibi fieri velit negatura Sed heu, ſicut animæ ſanctorum, per charitatem ad bonum proximi ſe conuertunt, ita animæ inuidorum, a bono proximi faciem auertunt. Eccleſi. 14. Nequam eſt oculus inuidi, & auertens faciem, & deſpiciés animam ſuam.
D De tertio. Lu 21. In patientia veſtra, poſsidebitis animas veſtras. Sicut animas ſuas poſsident ſua mala patienter ſufferentes ita animas ſuas perdunt mala indebite inferẽtes. Ioannes Chr ſo. Ploratu digni ſunt, non qui patiuntur, ſed qui malum faciunt. nam ſeipſos quidem maxime ędunt, nobis autem maxime proſunt, niſi noſipſos iudicauerimus. Et heu ſicut animę ſanctorum, per patientiam poſsidentur ad vitam æternam ita animę impiorum, per iracundiam perduntur ad mortem ęternam. Et ideo neceſsarium eſt animę t. vt vites talium ſocietatẽ. Prouer. 22. Noli eſse amicus hominis iracundi, neque ambules cum homine furioſo, ne forte diſcas ſemitas eius, & ſumas ſcandalum animæ tuæ. De. 4. Prou 13. Redem
E ptio animæ viri, propriæ diuitię. Animam vtique ſuam homo diuitijs redimit, dum pro anima ſua debita ſua reddit. dum pro anima ſua miſericordię operibus intendit. Redime ergo nunc miſer homo dum viuis, redime te ipſum dum potes: redime te inquam, pretium in manibus habes, redime te, ne dũ mors te amara præuenerit, & vitã ſimul & ꝓtiũ ꝑdas. Sed heu ſicut animæ ſanctorum Deo ſe per mĩam redimũt, ita aĩæ impiorũ ſe vẽdunt diabolo ꝑ auaritiã. Eccl 10. Nihil iniquius quã amare pecuniã. hic enim aĩam ſuã venalẽ hẽt. De. 5. Iob. 13. Aĩam
F meã porto in ma. m. Ecce chariſsime, ſalus aĩæ. t. repoſita eſt in ma. t. in operibus. t. propter qđ ẽt Dauid ait Aĩa m. i ma m ſp. Iuſti itaq: iuſtis opibus inſiſtẽdo, tenẽt aĩas ſuas in manibus ſuis fortiter, vt ſic veniãt in manus Dei perenniter. Sap 2. Iuſtorũ aĩæ, in ma. d. Sed heu ſicut aĩæ ſanctorũ in manu Dei bonæ ſunt, per bonorũ frequentiã. ita aĩæ iniquorũ, in manu diaboli, malę ſunt, ꝑ torporẽ & negligentiam. Hiere. 34. Dabo eos in manus inimicorum

ſuorum,

ſuorũ,& in manuſ quærentiũ anias eorũ. De.6. Eccl.31. G
Salus eſt aĩæ & corpis, ſobrius cibus & potus. De cibo aũt ait Hiero. Modicus & tpatus cibus, carni & aĩę vtilis eſt. In quibus aũt tpantia cõſiſtat, exponit. B. Ber Obſeruandus eſt ſumẽdi modus & tempus, cibi qualitas, & quãtitas. O quam fœlix anĩa, quæ propter Deũ maceratur. Tũc enim aĩa ſpũ ſancto poſt melius impinguatur. Pſ. Sicut adipe & pinguedine &c. Et Eſa. 55. Delectabitur in craſſitudine aĩa noſtra. Sed heu ſicut aĩa abſtinens, delectationẽ: ita aĩa guloſa, abominationem habebit. Iob. 33. Abominabilis ei fit in vita ſua panis, & animę eius, cibus ante deſiderabilis. De.7. Ecc.9. Ne des fornicarijs animã.t. in vllo ne perdas te, & aĩam.t. & hæreditatem.t. Ecce te caſtum oportet eſse, ſi corpori.t. ſi animæ.t. ſi rebus t. cõſulere volueris. Iſidorus. Caſtitas ſecuritas mentis, ſanitas corporis. Sed heu ſicut animę ſanctorum per continentiã, perditionẽ euadunt ita animæ impiorum, per incontinentiã ꝑditionẽ incurrũt. Pro.6. Qui adulter, eſt ꝓpter cordis inopiam, hic perdet animam ſuam. H

De eiſdem. Ser. II.

ECce Simon frater noſter, ſcio quod vir conſilij eſt, ipſum audite. Sp ipſe erit vobis pater. Iudas Macchabæus fortis viribus a iuuentute ſua, ſit vobis prĩceps militiæ. 1. Macha. 2. Verba iſta ad laudẽ ſanctorũ Apoſtolorũ, Simonis & Iudæ accipi poſſunt: vt ſint verba iſta ſaluatoris, Apoſtolos ſuos, de donis conſilij & fortitudinis cõmẽdantis. Simon prædicauit Aegyptijs inſipientibus. Iudas vero Põticis, & Meſopotamijs, barbaris & indomitis gẽtibus. Vnde Simõ cõmendari poteſt a dono cõſilij, cõtra inſipiẽtiã Aegyptiorũ. Iudas vero ſpecialiter a dono fortitudinis, cõtra ſæuitiã barbarorũ. Circa primũ. Nota quod ad virũ conſilij, ſiue ad cõſiliariũ, tria exiguntur. Videlicet ſapia, amicitia, iuſtitia. Sapientia vt rationabiliter, amicitia vt fideliter, iuſtitia vt ſalubriter I K

briter

briter conſulat. Rabanus. Prouidenda eſt cõſiliario prudentia, fides & religio. De 1 Tob 4 Cõſilium ſemper a ſapiente perquire, non tamen ab illis ſapientibus, de quibus dicitur. Hier. 4. Sapientes ſunt, vt faciant mala &c. Tales sũt qui pro rebus & honoribus, pro voluptatibus, pro vindictis, & pro huiuſmodi conſulunt ſapienter, pro animabus inſipienter. Eſa. 19. Stulti principes Thaneos, ſapientes conſiliarij Pharaonis dederunt conſilium inſipiens Oſtendit iſos vere inſipientes. Io. Chryſo. Qualẽ conſilium, tales & conſiliatores. Vere talibus conſiliarijs
L ſeducuntur animę. 2. Reg. 17 dicitur quod talis conſiliarius videlicet Achitophel, ſeipſum ſuſpendit. De ſecundo Prou. 27. Bonis amici conſilijs, anima dulcoratur. Bono amici conſilio, ad pacem indigent, qui peccando, Dei & angelorum omnium & creaturarum inimicitias habent. Sequimini miſeri peccatores, conſilium pacis animarum. Prou. 12. Qui ineunt pacis conſilia, ſequitur eos gaudium. Item bono amici conſilio, ad vitam obtinẽdam indigeret, quicunque morbo vel ſuſpendio mori deberet, quanto magis ad vitam animæ, pro hac autem datur tibi conſilium. Prou. 1. Cuſtodi legem meam, atq; cõſilium, & erit vita animæ tuæ & gratia faucibus tuis Itẽ bono amici conſilio, ad regnum obtinendum indigeret, quicunque regno priuatus eſſet. Sed heu multi faciunt ſicut Roboam: qui derelicto conſilio ſeniorum, perdidit regnum 10 tribuum Et nota quod quaſi decem tribus, in regno cœlorum ſunt nouem ordines angelorum, & decima tribus hominum. Fac ergo anima Chriſtiana conſilia amicorum, ne pereas conſilia inimicorum de quibus Pſ.
M 30. Accipere animam meam conſiliati ſunt. De 3. Pſal. Qui gloriatur in conſilio ſanctorum Bern. Bonos in conſilio, bonos in obſequio, & bonos adhibe contubernales. Beatus ergo vir, qui non abijt in conſilio impiorum. Igitur a veneno corpus, & a malo conſilio animam cuſtodire debes. Eccleſi. 37 A malo conſiliario ſerua animam. Heu quomodo mali conſiliarij, contra ſe prouocant irã Dei. Pſalmi. Prouocauerunt eum in conſilio ſuo. Gloſſ.

malo.

 678

Circa ſecundum. Nota quòd Iudę Apoſtoli, & cuiuslibet, triplex eſt fortitudo Forteṡ enim debent eſse in veritate fidei, in firmitate ſpei, in charitate Dei. De primo 1. Pet. 5. Aduerſarius veſter diabolus, tanquàm leo rugiens, &c. vſque reſiſtite fortes in fide. Leoni diabolo, per fidem reſiſtimus, dum propter fidem peccatis non cōſentimus, immo etiam leonem diabolum deijcimus, & conculcamus, dum de profectu virtutum, ipſum ſubpeditamus. Pſalmiſta. Conculcabis leonem & draconem, quia leo eſt propter impetum, draco propter inſidias. Penſa ergo quā infirmæ fidei eſt anima quæ non conculcat, ſed conculcatur a leone. O infęlix anima, quæ tanquàm viliſsimum ſtercus, conculcatur in morte a dæmonibus Eccle. nono. Omnis mulier quæ eſt fornicaria, quaſi ſtercus in vias ab hominibus prætereuntibus conculcabitur. De ſecundo. Hebr. ſexto. Fortiſsimum ſolatium habemus, qui confugimus ad tenendam propoſitam ſpem, quam ſicut anchoram animæ habemus tutam & firmam. Re vera forti anchora indiget nauis noſtra. Nauis autem noſtra eſt mens noſtra, vel pœnitentia noſtra, vel bona uita noſtra, in qua nauigamus ad patriam. Vt ergo tuta contra periculoſos fluctus ſeculi, & tempeſtates diaboli, firmiter teneatur, neceſse eſt vt anchora ſpei terræ viuentium firmiter infigatur. Gregorius. Quamuis rerum perturbationibus adhuc animus noſter fluctuet, iam tamen ſpem veſtræ anchoræ in æternam patriam figite: intentionem veſtram, in veram lucem ſolidate. De tertio. Cantic. octauo. Fortis eſt vt mors dilectio. Gregorius. Virtuti mortis dilectio comparatur, quia nimirum mentem, quā ſemel perfecte ceperit, ab amore mundi funditus occidit. Amor ergo Dei, mors eſt amoris mundi, immo etiam amoris propriæ vitæ, ſicut patet in his, & alijs Apoſtolis, & martyribus: qui amore Dei propriam vitam contempſerunt. Ideo vere in talibus fortior eſt quàm mors dilectio, quæ morte vinci non poteſt. De triplici fortitudine prędicta, nota quòd legitur ſecundi Regum vigeſimotertio. Irruperunt ergo

O

P

tres fortes caſtra Philiſtinorum: & hauſerunt aquam de ciſterna Bethleem. Tres fortes ſunt charitas, fides, & ſpes. Per caſtra vitiorum irrumpentes, & aquam lachrymarum, de ciſterna contriti cordis haurientes, & ipſam regi Chriſto offerentes.

De eiſdem Simone & Iuda Apoſtolis. Ser. III.

VEre vos eſtis mei teſtes, dicit Dominus, Eſaiæ 44. Hunc ſermonem require in feſto Philippi & Iacobi.

IN FESTO OMNIVM SANCTORVM Sermo Primus.

A NVnquid coniungere valebis micantes ſtellas pliades. Iob. 38. Septem ſtellæ ſecundum gloſſam, omnes ſanctos ſignificant, qui ſeptiformi gratia illuſtrati, mundum illuminant. Hi a principio mundi, vſque ad finem, diuerſis quidem temporibus, diſtantes fuerunt in via, ſed omnes coniuncti ſunt in patria. Septem quoque ſtellæ, ſeptem ſanctorum differentias poſſunt ſignificare, & ſic ad ſeptem ſtellas, omnes ſtellæ cœli poſſunt pertinere. Vnde prima ſtella eſt ſancta Maria, cum ſuis virginibus. Numeri 24. Orietur ſtella ex Iacob &c. Bernar. Proprie nobilis iſta ſtella, orta ex Iacob, eſt ſtella cuius radius, vniuerſum orbem illuminat, cuius ſplendor in ſupernis præradiat, & in infernum penetrat. Non ſolum virgo virginum, ſed omnes virgines ſanctæ, ſunt quædam cœleſtes ſtellæ: quas ipſe filius virginis clauſit ſub cæra, & ſigillo virginitatis Iob nono. Stellas claudit quaſi ſub ſignaculo. O quàm fœlix anima, quæ cum ſignaculo reginæ venit ad palatium. O fœlix quæ & cum hoc ſignaculo venit
B ad filium. Secunda ſtella eſt S. Michael, cum omnibus angelis ſanctis. Apoc. 12. Cauda draconis, tertiam partẽ

ſtellarum trahebat. Stellarum cœli id eſt angelorum. De quibus Iob. 38. Demiſit lapidem angularem, cum me laudarét ſimul aſtra matutina, & iubilarent omnes filij Dei. Lapis angularis eſt Chriſtus, qui per natiuitatem demiſſus eſt. Aſtra matutina Deum laudauerunt, quando angeli cantauerunt: Gloria in altiſsimis Deo. Duæ partes ſtellarum quas non traxit cauda Luciferi, ſunt illi, de quibus Daniel. 8. Millia millium miniſtrabant ei, & decies centena millia aſſiſtebant ei. Pars ergo vna eſt aſſiſtentiū: pars alia eſt miniſtrantium: pars tertia, caudam Luciferi ſequentium. Similiter chariſsimi mei, qui non ſunt in parte aſsiſtentium contemplatiuorum, vel in parte miniſtrantium actiuorum, ipſi erunt in parte ruentium iniquorum. Tertia ſtella eſt S. Ioannes Baptiſta, cum omnibus præcedentibus Prophetis, & Patriarchis. Vnde Abrahæ dicitur, Gen. 22. Multiplicabo ſemen tuum, ſicut ſtellas cœli, & ſicut arenam quæ eſt in littore maris. Mare ſignificat infernum profundum, fœtidum, procelloſum. Hoc eſt mare iu quo porci ſubmerſi ſunt, ſicut Matt. 8 dicitur. Io. Chry. Porci ſunt qui vitam ſuàm & renes, libidini & voluptatibus ſeculi mancipauerunt. Arena igitur maris, ſignificat peccatores ad mare inferni pertinentes. Stellæ autem cœli, ſignificant Patriarchas & Prophetas, & alios iuſtos de ſemine Abrahę deſcendentes. Inter has ſtellas, vna de clariſsimis fuit Ioannes Baptiſta, de quo dici poteſt illud Eccl. 1. Quaſi ſtella matutina in medio nebulæ &c. Quàm lucida ſtella fuerit Ioannes, teſtatur Dominus dicens. Ioan 5. Ille erat lucerna ardens & lucens. C

Quarta ſtella eſt S. Paulus, cum omnibus ſanctis doctoribus: de quibus. Dan 12. Qui ad iuſtitiam erudiunt multos, lucebunt quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates. Hi enim ſancti doctores & Apoſtoli, non ſolum erudiunt, ſed etiam informant ad iuſtitiam, eam primitus faciendo: qui non ſolum doctrina, ſed etiam vita, tanquàm ſtellæ fuerunt clari. Iſido. Tam vita, quàm doctrina, clarere debent eccleſię doctores. Inter doctores autem, pręcipuæ & clariſsimæ ſtellæ fueruut Apoſtoli. Vnde de muliere, qua D

eccleſiam ſignificat,dicitur Apoc.12.In capite eius coro-
E na ſtellarum duodecim. Gloſs. ideſt duodecim Apoſtoli,
quibus mundus credidit. Corona ergo eccleſię eſt fides.
Hanc perdidit ſynagoga.Thren.5. Cecidit corona capi-
tis noſtri. In corona duodecim ſtellæ ſunt,quia duo de-
F cim Apoſtoli fidem docuerunt. Quinta ſtella eſt S.Ste-
phanus,cum omnibus ſanctis.Vnde Dan.8.dicitur de hyr-
co, quem vidit Daniel, qui habebat cornu grande,quo
fracto orta ſunt quatuor cornua: de vno autem ex eis e-
greſſum eſt cornu modicum,& factum eſt grande, & deie
cit de fortitudine,& de ſtellis,& conculcauit eas. Hyr-
cus diabolum,cornu vero ſignificat potentiam.Vnde po-
tentibus dicitur.Pſal.74.Nolite extollere in altum cornu
veſtrum.Magnum cornu diaboli,fuit poteſtas eius, quam
ante paſsionem Chriſti in omnes habuit, quando boni &
mali ad inferos deſcenderunt. Hoc cornu fractum eſt per
G paſsionem Chriſti. Sed heu quatuor cornua adhuc ha-
bet. Primum cornu eſt poteſtas,quam in Paganis: ſecun-
dum poteſtas quā in Iudæis:tertium poteſtas quā in hæ-
reticis: quartum poteſtas quam in malis Chriſtianis ha-
bet. De cornu autem modico,ortum eſt cornu poteſtatis
perſequendi fideles.Hoc cornu primo modicum fuit,quā
do tantum per Iudæos diabolus Chriſtum,& Apoſtolos,
& fideles alios perſequebatur.Poſtea vero grande factum
eſt,quando imperatores & reges,& principes, & iudices
terrarum,& mundus perſequebantur eccleſiam.Hoc cor-
nu deiecit de fortitudine, & de ſtellis, ideſt de fidelibus
fortibus & lucidis. Deiecit inquam corporaliter in morte,& conculcauit diuerſis tormentis. Sed conculcatores
illorum in mundo,conculcabuntur ab eis in iudicio. Ma-
lach.4. Calcabitis impios,cum fuerit cinis ſub planta pe
H dum veſtrorum. Sexta ſtella eſt ſanctus Benedictus,cum
omnibus monachis & religioſis ſanctis. Iudicum quinto.
Stellæ manentes in ordine & curſu ſuo, aduerſus Siſarā
pugnauerunt Stellæ manentes in ordine ſuo,ſunt omnes
lucidam vitam in ordine ſuo habentes. Hi in curſu ſuo
ſunt,dum in virtutibus & operibus ſanctis feruenter pro-
ficiunt.

ficiunt. Bernar. Curramus non quaſi in incertum, curramus deſiderijs ad profectum virtutum. Siſara interpretatur excluſio gaudij cœleſtis. Diabolus excluſus, omnes libenter excluderet. Contra hunc, homo ſemper pugnare debet, vt tandem dicere poſsit illud 2. Tim. 4. Bonum certamen (certaui), curſum conſumaui &c. Septima ſtella eſt S. Martinus, cum omnibus confeſsoribus. Baruc. 3. Stellæ dederunt lumen in cuſtodijs ſuis. Lumen de quo. Matth. 5. dicitur. Sic luceat lux veſtra coram hominibus &cæter. Hoc lumen ſancti confeſsores, non ſolum in alienis, ſed etiam in ſuis cuſtodijs dederunt, idum non ſolum ſubditos, ſed etiam ſeipſos, ſcilicet corpus ſuum, os ſuum, ſenſus ſuos, membra ſua optime cuſtodierunt. Deuter. 4. Cuſtodi temetipſum, & animam tuam ſolicite. Stellæ in tenebris lucent, ſic & ſancti confeſſores. Greg. Multi in tenebris vitæ præſentis, dum ſuperiora exhibent, aſtrorum more nobis deſuper lucent. I

De eodem omnium Sanctorum feſto.

Sermo II.

BEati qui habitant in domo tua domine. Pſalm. 83. Gregor. Vere beati ſunt omnes ſancti, qui omnes habitant in domo domini, in domo cœleſti, in domo, de qua Baruc. 3. O Iſrael quàm magna domus Dei. &cæt. Beati ergo qui habitant. O beata, o læta habitatio. Pſalm. K
Sicut lætantium omnium habitatio eſt in te. &c. Conſiderate chariſsimi, qualis ſit iſta habitatio: conſiderate qualis ſit in ſe, iuxta ſe, & ſupra ſe. In ſe eſt illa habitatio mũdiſsima, ſecuriſsima, digniſsima. Omnes enim ſancti, in domo cœleſti, habitant in ſanctiſsima puritate: in certiſsima ſecuritate: in ſublimiſsima dignitate. De primo, Pſ. Quis habita. &c. vſq; opprobriũ non accepit aduerſus

681

Prophe. Perdes omnes qui loquuntur mendacium. Et Sa. 1. Os quod mentitur, occidit animam. Nota etiam, quod dicit: Et proijcit auaritiam, ex calumnia, vt non videlicet propter auaritiam calumnietur proximum. Sic enim faciunt multi. Nota etiã, quòd dicit, Et excutit manus ſuas ab omni munere: ne videlicet turpe quicquàm accipias vel turpiter aliquod munus. Diuerſa enim ſunt munera. O
Gregor. Aliud eſt munus a manu, aliud ab obſequio, aliud a lingua. Nota quòd dicit: Qui obturat aures ſuas, ne audiat ſanguinem, & claudit oculos ſuos, ne videat malum. Non ſufficit malum non agere, immo etiam quòd ab alijs agatur non libenter audire. Qui ergo in his omnibus bene agit, iſte in excelſis habitabit. Qui autem in his male agit, iſte in profundis habitabit. O quot hodie habitant in mundo, qui poſt iam habitarent in profundo inferni, ſi non eſſet miſericordia Dei. Pſal. Niſi quia dominus adiuuit me. &c. Item ſecundo principaliter. Iſta habitatio P
eſt nobiliſsima, ordinatiſsima, concordiſsima. Omnes enim in domo cœleſti habitant in nobiliſsima ſocietate: habitant in ordinatiſsima diſparitate: in concordiſsima charitate. De primo. Nota, quàm nobilis ſocietas, quã glorioſa ciuitas illa eſset, in qua nullus omnino niſi principes & reges & reginæ habitarent. Talis autem eſt illa fraterna ciuitas. Hier. 17. Ingredientur per portas ciuitatis huius reges & principes: & poſt pauca ſubiungitur. Ciuitas hæc in ſempiternum. Reges vtique ſunt, omnes qui de manu ſummi Imperatoris, coronam regni accipiunt, regnum decoris. &c. Principes autem nobiliſsimi ſunt nõ ſolum ſancti homines, ſed etiam angeli ſancti. Pſ. Vt collocet eum cum princip. Glo. ideſt cum angelis. Principibus populi ſuii, deſt cum Apoſtolis. Benedictus Dominus, quia erimus omnes in illa nobiliſsima ſocietate, omnes in illa glorioſiſsima ciuitate. Auguſt. Omnes vna voce, in vno populo, in vna patria erimus millia millium coniũcti, & pſallentibus angelis cœleſtium poteſtatum in vna ciuitate viuentium. De ſecundo. Nota, quòd de paruulo grano ſinapis, vt dicitur. Matt. 13. fit arbor, ita vt volu- Q

Mat. 13. fit arbor, ita vt volucres cęli veniant & habitent in ramis eius. Paruulum granum ſinapis, eſt paruulus natus nobis. Hoc granum factum eſt arbor, cuius rami implent cœlum. Rami eius ſunt extẽſiones, a Chriſto ad omnes ſanctos procedentes. Rami ſunt diuerſæ retributiones ſanctorum. Io. 14 In domo p. m. mã. m. ſunt. Auguſt. Tanquam ſtellæ diuerſas claritates, ſic ſancti diuerſas manſiones ſortiuntur in regno. Volucres cœli, iubilantes angeli. Volucres ſunt animę ſanctorum, quæ habitant in diuerſis ramis, ſecundum diuerſitatem meritorum. In illa enim diſparitate ramorum, nulla eſt prorſus diſcordia inhabitatorum, immo qui habitant in ramis altioribus, tantum de his gaudent etiam illi, qui habitant in inferioribus. Au. Non erit ibi aliqua inuidia diſparis claritatis,
R vbi in omnibus regnauit vnitas charitatis. De tertio. Hier. 32. Habitare eos faciam confidenter, & erunt mihi in populum, & ego ero eis in Deum, & dabo eis coronam & animam vnam. O mira & dilectiſsima charitas, qua omnium ſanctorum anima eſt vna. Vna vtique non in ſubſtantia, ſed in charitate. Audi chariſsime, ecce ſi anima vna martyris & tua, erit vna anima, ergo gaudium animæ eius, erit gaudium animæ tuæ. Item ſi anima virginis & tua, eſset vna anima: ergo gaudium eius erit gaudium animæ tuæ. Sic de Apoſtolis, & alijs ſanctis dicas. Greg. Vera ſic charitas omnes ſibi ſociat, vt bonum quod quiſque in ſe non accipit, in alio ſe accepiſse gaudeat. Ecce ergo, quam bonum, & quam iocundum, habitare fratres in vnum. Item tertio principaliter. Supra ſe habitatio
S illa ſtabilſsima, lucidiſsima, affluentiſsima. Omnes enĩ ſancti habitant ibi, in ſtabiliſsima patris æternitate: in lucidiſsima filij veritate: in affluentiſſima ſpiritus ſancti bonitate. De primo. Pſ. Non commouebitur qui habitat in Hieruſalem &c. quia in æternum bene eſset. Vere in ęternum. Aug. O regnum, o gloriam ſemper veracem, & veraciter, ſempiternam: cuius lux veritas, cuius lex charitas,
T cuius modus æternitas. De 2. Pſ. Habitabunt recti cum vultu tuo. Quid lucidius vultu Dei. Pſ. Illuminat vultum ſuum

ſuum ſupremos. &c. Ille vultus lucidiſsimus, illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Pſ. Domi ne in lumine vultus tui. Iſte autem vultus clariſsimus, an gelos, & omnes animas in cęlo, clariſsimę illuminat, in co gnitione diuinitatis. Greg. Qui intus omnipotentis Dei claritatem vident, nullomodo certe credēdum eſt, quod ipſis foris aliquid ignoretur. De tertio. Pſ. Beatus quē elegiſti. per gratiam, in mundo) & aſsumpſiſti (ad gloriam in cœlo) habitabit in atrijs manſionum cęleſtium, (vbi re- plebimur bonis) domus cæleſtis in bonis ęternis, in bonis ſpiritus ſancti. Sed certe replebimur affluentiſsime & pleniſsime. Anſel. Plenus corde, plenus mente, ple. anima ple. toto homine, illo gaudio. adhuc ſupererit gaudium. Non ergo totum illud gaudium intrabit in gaudentes, ſed ipſi toti intrabūt in gaudium. Sic ergo chariſsimi om nes ſancti in illa domo cæleſti habitant in ſanctiſsima pu ritate, pleniſsima ſecuritate, in altiſsima dignitate, in no biliſsima ſocietate, in ordinatiſsima diſparitate, in con- cordiſsima charitate, in ſtabiliſsima æternitate, in luci- diſsima veritate, in affluentiſsima charitate. Beati ergo, qui habitant in domo tua Domine. V.

X

De feſto omnium Sanctorum. Sermo. III.

LAudemus viros glorioſos, & parentes noſtros. Ec- cl 44. Viri vere glorioſi ſunt sācti Dei, ab oībus glo rificādi. Ipſi quoque ſunt parentes noſtri, quia eo- rū fide, & verbis, & exemplis, ad veram vitam ſumus ge- niti. Tob. 2. Filij ſanctorū ſumus, & vitā illā expectamus, q̄ Deus daturus eſt ijs, qui nnnquam mutāt ab eo. Laude mus ergo viros glorioſos. Laudari autem ſolēt formoſi, vi ctorioſi, virtuoſi, artificioſi, glorioſi. Laudemus ergo sāctos formoſos in cōſcientiā victorioſos in pugna: virtuoſos in pia vita: artificioſos in doctrina. glorioſos in gloria. De 1. Cant. 6. Reginæ & concubinę laudauerunt eam. quæ eſt iſta quæ progreditur ſicut aurora. &c. Reginæ Y Z aa

ſunt

ſunt animæ quæ Deo ſeruiunt pro æternis. Concubinæ quæ Deo ſeruiunt pro terrenis: Reginæ quoque ſunt quæ fide & amore. Concubinę vero quę ſola fide Deo adhęrēt. Ab his laudatur anima, quæ eſt pulchra vt aurora fide: pulchra vt Luna in ſpe: electa vt Sol in charitate. Eia anima Chriſtiana, ſicut carnalis corruptibili amico, pulchritudine exteriori, & ita & tu ſatage interiore pulchritudine Chriſto placere. Hac ſtudioſa cura, & ſolicita cogitatione compone te. Sed heu pulchritudo corporis, plus quam animæ, a pluribus laudatur, cum tamen hac pulchritudine, hac ſæpe laude, homo in poſſeſsionem diaboli rapitur. Gen. 12. Laudauerunt eam ſcilicet Saram apud illum, & ſublata eſt mulier in domum Pharaonis ideſt diaboli.
bb De ſecūdo Gen. 49. Iuda te laudabunt, fratres tui, manus tua in ceruicibus inimicorum tuorum. Iudas interpræƚatur confitens, & ſignificat eum qui ore confeſsionem facit ad ſalutem. Huius inimici ſunt caro, diabolus & mūdus. De quibus Dauid ait. Eripuit de inimicis meis fortiſsimis. Inimici fuerunt Dauid, leo, vrſus, & gigas. Leo diabolum; vrſus carnem: gigas mundum ſignificat. Manus in ceruices inimicorum mittit, qui inſtanter operando conſtanter eis reſiſtit. Pſal. Benedictus Dominus Deus meus, qui do. ma. me. ad prælium. &c. Non ſolum autem manus, ſed pedes in ceruices inimicorum mittendi ſunt: quia non ſolum operibus, ſed etiam voluntatibus & affectibus reſiſtendum eſt. Ioſu. 10. Ponite pedes veſtros, ſuper colla regum iuſtorum. Reges iniquorum ſunt dęmones. Vnde de diabolo dicitur. Iob. 41. Ipſe eſt rex ſuper filios ſuperbię. Conculca anima Chriſtiana hos hoſtes, hos reges, Pſal. Conculcabis leonem & dra. Qui ſic exemplo omnium ſanctorum vincit, ille fratribus ſuis exempla, & angelis & hominib⁹ laudabilis eſt, & maxime poſt mortem. Ambro. Lauda ducis virtutem: ſi tamen perductus fuerit ad triumphum.
cc De tertio. Pſ. Laudabuntur omnes recti corde. Hoc, eſt omnium ſanctorum laudabilia ſunt in ſanctis recta corda, & recta opera. Prou. 13. Date ei de fructu manuū ſuarū, & laudēt eā in portis o pa eius.
Opera

Opera hominem laudabilem faciunt. Sed quantumcunque laudabilis vita ſit,timenda tamẽ eſt Dei iuſtitia. Augu . Non eſt laudabilis vita hominum , ſi remota miſericordia,iuſtitia diſcuciat eam?Quot autem portæ ſunt,in quibus opera noſtra nos laudanr, vel vituperant . Ecce duę ſunt,videlicet porta mortis,& porta æterni iudicij. Per vtraſque tranſibimus . Laudabiles autem debent eſse iuſti , non ſolum de rectis cordibus , & rectis operibus , ſed etiam de rectis rebus , poſseſsionibus.Eccleſi. 31. Beatus diues qui inuentus eſt ſine macula . &cæte. vſque . Quis eſt hic & laudabimus eum.Sed heu a quibuſdam magis laudantur curui & vitioſi , quàm recti & virtuoſi. Pſal.Laudatur peccator. &c. Prouerb.28. Qui derelinquunt legem, laudant impium qui cuſtodiunt,ſuccenduntur contra eum . De quarto.Ecc.9. In manu artificum opera laudabuntur, & principes populi in ſapientia ſermonis ſui . Artifices & principes ſunt doctores & rectores,docendo,operando,artem ſcripturarum . Laudabilis artifex eſset , qui domum maiorem quam ſit ipſa capientem faceret.Sic eſt doctor,qui cor aptat,vt Deum capiat.1.Io.3. Maior eſt Deus corde noſtro,& nouit omnia.Item laudabilis artifex eſset,qui aquam ad montem duceret.Sic per artis doctoris doctrinam,lachrymę ad cęlum mittuntur.Eccl 35.A maxilla aſcendunt vſque ad cęlum . Sic ergo vt laudabiliter aſcendant, laudabiliter viuendum,vincendumque eſt,ſed pro his temporaliter laudari appetendum non eſt.alioquin laudabilis apud homines,vituperabilis fiet apud Deum Aug.Domine gloria noſtra tu eſto , propter te amemur:& verbum tuum , & nomen tuum timeatur in nobis . Qui enim vult laudari ab hominibus,vituperante te,non defendetur ab hominibus iudicante te , non eripietur a damnante te . De quinto dicitur hic.Laudemus viros glorioſos. Sancti Dei glorioſi ſunt in illa glorioſa ciuitate cęleſti,de qua Pſal. Glorioſa dicta ſunt de te ciuitas Dei.Glorioſi ſunt apud Deũ in cœlo,qui in lege Dei virtuoſi fuerunt in mundo.1.Macha.2 . Viriliter agite in lege,quia in ipſa glorioſi eritis.

dd

ee

D. S. Martino Confeſsore. Sermo Primus.

A Vm videris nudum, operi eum. Eſai. 58. Hoc optime B Martinus impleuit, quã do non de ſuperfluo, ſed de neceſsario ſibi pallio nudum veſtiuit. O tu homo, putaſne ſolum. B. Martino hoc eſse præceptum? Immo certe ſicut illi, ita & tibi dicitur, Cum videris nu. &c. Vide ergo teipſum nu dũ, proximum nudum, Chriſtum nudum. Nuditas tua, ad humiliationem: proximi ad compaſsionẽ: nuditas Chriſti, ad deuotionem te moueat. De prima nuditate dici

B tur Iob. 1. Nudus egreſsus ſum de vtero matris meæ &c. Interl. Mater eſt terra, quę omnes genuit. Hæc nuditas proprij corporis, attẽdenda eſt prudenter. ſuſtinenda pa tienter: operienda decenter. De primo ait Iob. Nudus egreſsus &c. Prudenter attendere, & frequenter penſare nuditatem corporis, & inſtans mortis, multum valet, contra ſuperbiam & auaritiam. Quare miſer homo congregaret, qui hæc relinquenda penſaret: Ecc. 5. Sicut egreſſus eſt nudus de vtero matris ſuę, ſic reuertetur, & nihil auferet de labore ſuo ſecum. &c. Ambr. Nudi omnes naſcimur, nudi morimur: nulla diſcretio ĩter cadauera mortuorum, niſi forte plus fœteant corpora diuitum, diſtenta luxuria. De ſecundo. 1. Corin. 4. Vſque ad hanc ho-

C rã eſurimus, & ſitimus, & nudi ſumus, & colaphis cędimur. Nuditas iſta ſuſtinenda eſt patienter, maxime quando pro peccatis, vel pro iuſtitia, vel propter Deum quis ſuſtinet: ſicut Tobias. De quo Tob. 1. Fugiens nudus latuit. Nuditas iſta ſuſtinenda eſt patienter, non ſolum propter Deum, ſed contra diabolum; non ſolum propter hoc vt Deo placeamus, ſed ẽt vt dæmonibus facilius reſiſtamus. Gre. Nudi cum nudis luctari debemus. Nã ſi veſtitus quiſquam cum nudo luctatur, citius ad terram deijcitur, quia habet vnde teneatur. De. 3. Gen. 2. Cũq; cognouiſsent ſe eſse nudos, cõſuerũt folia ficus, & fecerũt ſibi perizomata. Ecce non purpura, nec pręcioſis texerũt primi parentes nuditatẽ ſuã. Forte cogitabis, quare veſtes non habuerunt

runt precioſas: nũquid nõ potuit facere precioſas, qui fecit pelliceas: Immo potuit. quia fecit oĩa: ſed voluit vt (quod poſtea Apoſt. verbo docuit. 1. Tim. 6.) Hebẽtes alimẽta, & quibus tegamur, his cõtenti ſimus. Ber. Cõtenti ſumus quibus tegamur, nõ quibus laſciuiamus, non quibus ſuperbiamus, nõ quibus mulierculis ſimilari vel placere ſtudeamus. De nuditate proximi dicitur, Tobię 4. De veſtimẽtis tuis nudos tege. Nudos tegere videlicet ad euaſionem culpę, ad collationẽ gratię, ad perceptionem gloriæ. ſicut de his oĩbus patet in B. Martino. De. 1. Eze. 18. Si nudũ operuerit veſtimẽto, a pauperis iniuria manũ ſuã auerterit, vſurã & ſupabundãtiã nõ acceperit, & iudicia mea fecerit, & in pręceptis meis ambulauerit. hic nõ morietur in iniquitate patris ſui, ſed vita viuet. Non morietur dicit. Morte vtiq; culpę & gehennę. Bernard. Quis det eis ſemel mori, ne in æternũ moriantur: qui dicẽt mõtibus, cadite ſuper nos, & collibus cooperite nos. Sed fruſtra tũc optabunt operiri collibus, qui pauperes modo nolũt operire veſtibus. De 2 dicitur hic. Cum videris nudũ &c. Nudũ vtiq; nõ veſtitũ. Aug. Tolle nuditatẽ cui præſtas veſtẽ. Quod eſt contra illos qui veſtiunt nõ nudos, nõ egẽtes: ſed veſtibus abundãtes. Nudũ ergo operi Dei, nõ diaboli, nõ hiſtriones & huiuſmodi. Io. Chry. Da indigenti, & nõ des ſaltãti, vt nõ cũ tuis pecunijs, & tuam animam & illius perdas. Attende, quid Dominus per Eſaiã promittat, ei qui nudum operit, ait enim. Tũc erũpet quaſi lumen tuũ, & ſanitas tua citius orietur, & anteibit faciem tuã iuſtitia tua. Tria hic promittuntur: videlicet, lumen, ſanitas, iuſtitia. Lumẽ gratię. ſanitas animę, iuſtitia vitæ. De tertio. Mat 25. Nudus fui & cooperuiſti me. Et poſt pauca. Venite benedi. pa. m. Econtrario alijs dicet. Nudus fui, & non coop. me. Diſcedite a me maledicti &c. Cum ergo tanta bona conſequatur qui nudos operit, tunc cogitet vnuſquiſq: quot nudos operuit. O quot sũt qui nec hoc anno, nec alijs aliquem cooperuerunt. Au. ait Paſce fame morientem, quia ſi non pauiſti, occidiſti. Similiter dico, cooperi frigore morientem, ſi non cooperuiſti

E

F

G

operuiſti occidiſti. O felices quibus dicetur: Nudus fui & cooperuiſtis me. O quam iocunde B. Martinus hoc verbum audiet in iudicio, qui hoc iam audiuit in mundo, dũ
H Dominus dicit. Martinus adhuc cathecuminus &c. De nuditate Chriſti ſignificatum eſt. 2. Regum. 6. vbi dicitur. Quam glorioſus fuit hodie rex Iſrael, diſcooperiens ſe ante ancillas ſeruorum ſuorum, & nudatus eſt quaſi ſi nudetur vnus de ſcurris. Tanquam ſcurra Chriſtus tractabatur, dum colaphis & alapis cædebatur. Vide ergo Chriſtum nudum in cruce pendentem: nudum in anima ad inferos deſcendentem: nudum in paupere veſtibus indigentem. De primo. Gen. 9. Quoniam inebriatus nudatus fuit Noe. Noe ſignificat Chriſtum, qui fortiſsimo charitatis ſuę vino inebriatus, pro ſalute hominis fuit ĩ morte nudatus. de qua etiam nuditate. B. Berna. ait. Vide pauperem & nudum Chriſtumnatum ſine hoſpitio: iacentẽ inter bouem & aſinum in pręſepio, inuolutum vili panniculo; fugientem in Aegyptum: ſedentem in aſino: nudum in patibulo. De ſecundo. Gen. 37. Nudauerunt Ioſeph tunica talari, miſeruntque eum in ciſternam veterem. Ioſeph Chriſtum ſignificat: tunica vero, talaris, carnẽ Chriſti, qua anima nudata deſcendit in ciſternam inferni. De tertio. Mat. 25. Nudus fui. &c.

De eodem. B. Martino Sermo. II.

I MOyſes orabat ad Dominum, & deſcendit ignis de cœlo 2. Macha. 2. Verba iſta aſſumpſi ad commẽdationem. B. Martini, qui bene per Moyſen ſignificari poteſt, non ſolum propter interpretationem nominis, ſed etiam propter virtutem orationis. Moyſes enim interpretatur aquaticus, vel aſſumptus de aquis, vngens vel liniens. Beatus autem Martinus, aquaticus fuit vel aſſumptus de aquis, per fluuium lachrymarum, quem pro peccatoribus effundebat. Fuit enim vngens vel liniens ꝑ pietatis opera, quæ pauperibus impendebat. Poteſt etiam

Moyſi comparari propter virtutem orationis. Sicut enim Moyſes, ita B. Martinus potens fuit in oratione. Moyſe etenim orãte, ignis deſcendit: & Martino ſacrificium offerente, globus igneus ſuper caput eius appariut. Commendatur autem. B. Martinus primo de digna ſpiritus ſui oratione, ſecundo de benigna ſpiritus ſui viſitatione. De primo commendatur in Moyſi oratione. De ſecundo ibi. Deſcendit ignis de cęlo. Circa primum, nota, quod oratio digna exoneranda eſt, ſubleuanda eſt, cõtinuanda eſt. K
Exoneranda eſt, per pœnitentiam peccatorum: ſubleuanda eſt, per ſufficientiam meritorum: continuanda eſt, per perſeuerãtiam deſideriorum. De primo Mar. 11. Cum ſtabis ad orandum, dimitte ſi quid habes aduerſus aliquẽ, vt etiam pater veſter qui in cælis eſt, dimittat vobis peccata veſtra. non ſolum autem onus rancoris, ſed etiam onus cuiuslibet iniquitatis, vel malæ voluntatis, grauant orationem. Pſ. Iniquitatem ſi aſpexi in corde meo. Et Beatus Gregorius ai. Graui mens noſtra orationis ſuo tempore confuſione deprimitur, ſi hanc, aut ſua operatio adhuc inquinat, aut alienę malitiæ ſeruatiuus dolor accuſat. Ab omni ergo odio, ab omni re iniuſta, ab omni crimine, orationem tuam exoneres: & de omnibus dolendo, confitendo, ſatisfaciendo, ad orationem te præpares: ne videaris potius Deum tentare quam orare. Eccl 18. Ante orationem præpara a. t. & noli eſse q. homo qui tentat Deum. Quis autem orando tentet Dominum, Ioan. L
Chry. exponit dicens. Qui orat Deum & peccat, non orat Deum, ſed illudit eum. O quampotens orator fuit ſanctus Martinus, qui nullo onere peccati, vel diaboli fuit grauatus. Ipſe diabolo confidenter ait. Nihil in me funeſtũ reperies. &c. De ſecundo. Tob. 12. Bona eſt oratio, cum ieiunio & eleemoſyua. &c. Bene ait, cũ ieiunio & eleemoſyna. Non enim ſufficit quòd oratio peccatis non grauetur, niſi etiam. bonis operibus ſubleuetur. Propter quod bene legitur Heſt. 15. quod Heſter oratura regem Aſſuerũ induta regio habitu, cum duabus famulis intrauit ad ipſum. Heſter interpretatur abſcondita, vel eleuata. & ſignificat M

ficat

ficat animam deuotam, quę maxime tempore orationis debet eſse eleuata interius,& abſcondita exterius. Matt. 6.Ora patrem tuum in abſcondito.Et Pſ. Abſcondes eos
N in abſcondito f.t.Duas autem famulas debet anima orãs habere,Vna eſt abſtinentia.Iſidor. Facilius per ieiunium oratio penetrat cœlum.Iſta famula tãtum familiaris fuit B.Martino,etiam adhuc militi, vt propter ipſam non iã miles,ſed monachus putaretur. Altera vero famula orãtis,eſt miſericordia.Io.Chr. Infirma eſt oratio,quæ eleemoſynæ largitate non eſt munita. Iſta famula apud Martinum tam potens fuit, quòd ipſum,tunicam, chlamydẽ cum paupere partiri coegit. Quæcunque ergo anima,exemplo B.Martini, regio virtutum habitu ornata fuerit, & duas famulas ſecum habuerit, ad regem Chriſtum intrare,& ſecure orare poterit.Vnde S. Martinus ait.Oratio quę caſtitatis,& iuſtitiæ, & eleemoſynarum operibus adiuuatur,excedit mundum,penetrat paradiſum, euolat
O ad ipſum ſummæ maieſtatis ſpiritum. De tertio Lu.18. Oportet ſemper orare,& non deficere.Vnde etiam Apoſtoli ſpiritum ſanctum acceperunt, quando in oratione perſeuerauerunt. Act. 1. Hi omnes erant perſeuerantes vnanimiter in oratione. Sed quomodo poſsumus ſemper orare,quando ergo debemus manducare,vel alia neceſsaria facere? Reſpondeo, quòd ſi non ore,tamen deſiderio ſemper orat,qui ſemper bonum, qui ſemper Deum deſiderat, 1.Theſs.5.Sine intermiſsione orate.Gloſ. Si continuet deſiderium,continua eſt oratio. Et Auguſtinus ait. Beatam vitam ſemper a domino deſideremus, & ſemper oremus. O quomodo B.Martinus ſemper orauit, qui oculis ac manibus ſemper in cęlum,immotum ab oratione ſpiritum nõ relaxabat.Ecce quia oratio B.Martini bene exonerata,bene ſubleuata,bene continuata fuit. Ideo vere oratione potentiſsimus fuit, ſicut in magnis miraculis claruit,& ſpecialiter in tribus mortuis, quos orationis beneficio ſuſcitauit. Circa ſecundum.Nota quòd ſecundum ſupradictas tres conditiones orationis, bene legimus quod orante,Moſe,orantę Salomone,orante Ḥelia,ignis deſcẽdit.

686

dit. Ignis autem ſignificat Spiritũſanctũ qui in igne datus eſt, de quo Luc. 12. Ignem veni mittere in terram &c. Quicunque in oratione ſua, ſub igne voluerit viſitari, debet ante orationem ſuam exonerare. hoc bene ſignificatũ eſt in Moſe, qui ægyptiaco iugo exoneratus fuit, antequã oraret, deinde ad orationem ſuam ignis deſcendit. Item quicunque in hoc igne voluerit viſitari, optat orationem eius bonis operibus adiuuari. hoc ſignificatum eſt in Salomone, qui poſtquàm templum ædificauerat, & vaſis ditauerat, poſtea deſcendit ignis ad orationem ſuam. 2. Para. 7. Cunque compleuiſset Salomon, fundens præces ignis, deſcendit de cælo &c. Item quicunque hoc igne voluerit viſitari, optat orationem ſuam perſeueranter cõtinuari. Hoc ſignificatum eſt in Helia, quando orare non ceſsauit, donec ignis deſcendit. 3. Reg. 18. Cecidit autem ignis, & vorauit holocauſtum &c.

De eodem. Ser. III.

AD te leuaui oculos meos, qui habitas in cœlis. Pſ. 22. Verba iſta, B. Martinus optime dicere potuit. De ipſo enim legitur & cantatur. Oculis ac manibus &c. Ecce vides quomodo S Martinus non ſolum oculos, ſed & manus, & linguam leuauit ad Deum, qui habitat in cœlis. Et nos chariſsimi, cum ipſo & ipſius exemplo leuemus linguam, oculos, manus, caput. Require hunc ſermonem, In Dominica de decem leproſis per ordinem in ſermone. Leuauerunt vocem.

DE B. CATHARINA VIR. ET MA. Sermo Primus.

OMnis gloria eius ab intus. Pſ. 44. Beata Catharina filia fuit regis terræ: corporaliter: ſed regis cœleſtis ſpiritualiter. Huius filiæ omnis gloria fuit ab A

intus non extra, nam exterior gloria hominis caduca eſt & breuis. 1. Machab. 2. Gloria eius ſtercus & vermis, hodie extollitur, & cras non inuenitur &c. Non ſolum caduca, ſed ét periculoſa eſt gloria temporalis, quia ſæpe ſequitur eam ignominia. Iuxta illud Oſeæ 4. Gloriam eorum in ignominiam commutabo. propter hoc B. Catharina æterni regis filia, non quæſiuit exterius gloriam fallacem, ſed interius gloriam veracem: quia omnis gloria eius ab intus. Conſiderate ergo chariſsimi triplicem eius gloriã. Continentię virginalis, ſapientiæ ſpiritualis, patientiæ triumphalis. Prima gloria eſt ab intus in concupiſcibili, ſecunda ab intus in rationali, tertia ab intus in iraſcibili.
B De 1. Eſa. 35: Gloria libani data eſt ei. Libanus interpretatur candidatio, quod conuenit caſtitati, & maxime virginali, Gregor. Vita eſt carnis de incorruptione virginitatis. Et quid candidius virginitate? Thre. 4. Candidiores Nazarei eius niue, per continentiam mentis: nitidiores lacte, per continentiam corporis. Propter hunc duplicem libani candorem, bene dicitur Can. 4. Veni de libano ſpõſa mea, veni de libano. Candor iſte eſt in angelis. Vnde & angeli ſæpe in candidis apparuerunt. Mat 28. Veſtimenta eius ſicut nix. Non dicit ſicut lac, ſed ſicut nix, quia non carnis, ſed tantum ſpiritus candor eſt angeli. Vnde audeo
C dicere. Glorioſior eſt candor virginalis in homine, quàm in angelo. In homine dupla, in angelo tantum eſt ſimpla. In homine per pugnam, in angelo eſt per naturam. Ideo in carne angelicam vitam adæquare, maioris eſt meriti, quàm habere. Merito angeli virginibus familiares ſunt, ex quo pariter niueo candore veſtiti ſunt. De hac candida Catharina bene legitur, quòd pugnatura cum Oratoribus, ab angelo confortata eſt. Item in carcere ab angelo viſitata eſt, & per duodecim dies, ipſi neceſſaria cœlitus miniſtrata ſunt. Item a rotarum tormento, per angelum liberata eſt. Item in monte Sinai, ab angelis collocata eſt.
D De ſecundo, Prou. 3. Gloriam ſapientes poſsidebunt. Sed heu quidam ſapientes ſunt vt faciant mala, bene autem facere neſcierunt, vt dicitur Hier. 4. Horum ſapientia nõ eſt

ſpiritualis,

ſpiritualis, ſed ſicut dicitur Iaco. 3. terrena, animalis, diabolica. Terrena eſt, & ideo non intelligunt quàm contemnenda ſunt tranſitoria. Animalis eſt, ideo non ſapiunt quã appetenda ſunt cœleſtia. Diabolica eſt, & ideo non prouident quàm timenda ſunt infernalia. Contra iſta tria ait. Bern. O vtinam ſaperes, & intelligeres, ac nouiſsima prouideres. Saperes quę Dei ſunt, & intelligeres quæ mundi ſunt: prouideres quę inferni ſunt, profecto inferna horreſceres, ſuperna appeteres, quæ ad manum ſunt contemneres. Qui ſapiunt, intelligunt & prouident, ſapientes ſunt. Sapientes vtique non vt faciant, ſed vt fugiant mala. Pro. 14. Sapiens timet & declinat a malo: ſtultus tranſit & confidit. Tales ſapientes, gloriam poſsidebunt. O quanta ergo gloria ſapientiſsimæ Catharinæ: quę quinquaginta ſapientibus Oratoribus ſapientior fuit! De tertio. Eccle. 23. Gloria magna eſt ſequi dominum 1. Pe. 2. Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt ſequamini veſtigia eius. Sic dominum ſequi per viã paſsionis, ad magnam gloriam via eſt, quæ gloria tanta eſt in cœlo; ꝙ parum eſt quicquid pro ipſa pati poſſumus in mundo. Ro. 8. Non ſunt condignæ paſsiones huius temporis, ad futurã gloriã quæ reuelabitur in nobis. Ber. Neq; n. condignæ ſunt paſsiones huius tp̃is, ad præteritã culpã, quę remittitur, nec ad preſentẽ conſolationẽ, quæ immittitur, nec ad futurã gloriã quę promittitur. Vere ergo magna gloria eſt ſequi Dñm. Et ideo bñ ait Apo. ad Ro. 5. Gloriamur in tribulationibus, ſciẽtes quòd tribulatio patiẽtiã operatur: patientia aũt probationẽ: probatio vero ſpẽ. Spes aũt nõ cõfundit &c. Si ergo aliq̃d terreat te, gloria alliciat te: ſic ſe queris per paſsionẽ in mundo, vt de gloria habeas conſolationẽ in Deo. Ro. 12. Spe gaudentes, in tribulatione patiẽtes. Et Iaco. 1. Omne gaudiũ exiſtimate fratres mei, cũ in tentationes varias incideritis, ſciẽtes quòd probatio fidei veſtræ, patientiam operatur, patientia autem opus perfectum habet &c. Hoc eſt quòd bene legitur. Leuit. 2. quòd oblatio ſimilæ de clibano, vel de ſartagine, vel de craticula, ſemper debuit oleo eſse conſperſa, et ſimilã purã mẽ-

tem. Per ſartaginem vel craticulam, puram paſsionē. Per oleū vero, vnctuoſam ſpirituſancti conſolationē accipere potes. O qualem ſimilam, quàm puram mentem, & quàm virgineam carnem. B. Catharina obtulit domino, quę paſ ſionibus ſatis fuit frixa, ſed intus per impatientiam non fuit vſta, quia oleo Spirituſancti fuit vncta. Pſal. Vnxit te Deus, Deus tuus, oleo lætitiæ, præ conſortibus tuis &cæ.
F Quantum autem B. Catharina oleo Spirituſancti abundauit in mente, ſingulariter hoc oſtendit oleum manans de corpore mirabiliter. Secundum hanc triplicem gloriam prædictam, nota tria priuilegia, quibus B. Catharina honorata fuit in morte. Primum eſt quòd lac pro ſanguine fudit. ſecundum, quòd in monte in quo vera ſapientia legis data eſt per angelos, ſepulta eſt. tertium, quòd
G oleum de corde eius fluit. Primum ad gloriam continentię, ſecundum ad gloriam ſapientiæ, tertium ad gloriam patientiæ referri poteſt. Item ſecundum hanc triplicem gloriam, tam meritorum: quàm præmiorum. B. Catharinæ, bene poteſt dici de ea illud Eſaiæ 35. Gloria libani data eſt ei, decor carmeli & Saron. Libanus interpretatur candidatus, hoc pertinet ad gloriam continentiæ, & incorruptionis. Carmelus interpretatur ſcientia circuncifionis hoc pertinet ad gloriam ſapientiæ & eruditionis. per quam multos conuertit ab erroribus, & circuncidit a mundo: de quibus magnam gloriam habet in cœlo. Saron interpretatur cantans triſtitiam. hoc pertinet ad gloriā patientię & paſsionis. Magna enim patientia, magna conſtantia fuit, quòd triſtitia paſsionis, verſa eſt ei in tantas gratiarum actiones.

De eadem. Ser. II.

DAte nobis de oleo veſtro. Mat. 25. Chariſsimi, B. Catharina oleo ſpirituali in anima copioſe, & oleo corporali, in corde miraculoſe abundauit:
H Ideo bene poſsumus ei dicere. Date nobis de oleo veſtro. Idque ſecure ei dicamus. Dare enim nobis poteſt quatuor ſpirituales liquores, ſcilicet aquam, lac, oleum, vinū. Da

ergo

ergo S. Catharina aquam ſapientiæ & veritatis, lac munditiæ & caſtitatis, oleum gratiæ & veritatis, & vinum gloriæ & iucunditatis. Da inquam obtinendo iſta nobis, tuis precibus & meritis glorioſis. De 1. Geneſ 24. Da mihi pauxillum aquę ad bibendum de hydria tua &c. Virgo Rebecca bene hoc deſignare poteſt. B. Virginem Mariam: ſignificare etiam poteſt S. Catharinam. Rebecca enim interpretatur multum accepit & certe B. Catharina multũ accepit gratiæ in mundo, & gloriæ in cœlo. Sed certe B. Maria omnibus accipientibus plus accepit. Prou. 21. Multę filiæ congregauerunt diuitias, tu ſupergreſſa es vniuerſas. Aqua in hydria, eſt ſapientia in corde. Hęc aqua hauritur de fonte ſummæ potentiæ, quæ eſt Chriſtus. De hoc fonte dicitur. Sitiuit anima mea ad d. fontem v. Et Eſa. 12. Haurietis aquas de fontibus ſaluatoris. Hæc aqua non ſolum mundat, ſed & reficit animas noſtras. Eccleſi. 15. Aqua ſapientiæ ſalutaris, potauit illum. Hæc etiam aqua extinguit ignem vitiorum. Sed quidam tam vehemēter incenſi ſunt, vt aqua doctrinę extingui non poſſunt. Sap. 19 Aqua extinguentis naturæ obliuiſcebatur. Econuerſo autem quidam aquæ ſapientiæ ſalutaris ita infuſi ſunt, quòd igne diabolicæ tentationis de facili tentari nō poſſunt. Eſa. 43. Cum ambulaueris per ignem, nōn comburreris &c. Hinc eſt quòd etiam quinquaginta oratores ita per B. Catharinam aqua doctrinæ ſalutaris infuſi ſunt, quòd materiali etiam igne non ardebant. De 2. Iudi. 5. I
Aquam petenti, lac dedit. Iahel dedit Siſaræ. Siſara interpretatur tollens recedentem, & ſignificat diabolum, qui tollit recedentem a Chriſto. Quid mirum ſi tollitur a diabolo, qui maledictus eſt dum recedit a Deo. Hier. 17. Maledictus homo, qui confidit in homine, & ponit carnē brachium ſuum, & a Deo recedit cor eius. Iſte Siſara petit a nobis non aquam viuam ſapientiæ ſalutaris, ſed aquā corruptam carnalis concupiſcentiæ. In quæ ranę diaboli luxurioſi: qui de paludibus, & aquis ægypti erumpunt: ſicut Exod. 8. legitur. Aut Iahel B. Catharinam & quamlibet fidelem animam ſignificare poteſt. Interpretatur enim ex

K pectans dominum ſuum. Luc. 12. Vos ſimiles eſtis hominibus expectantibus dominum. Lac vero candorem caſtitatis ſignificat. Vnde in laude cõtinentium dicitur. Thren. 4. Candidiores Nazarei eius niue, nitidiores lacte. Niue vtique per munditiam mentis. Lacte vero per munditiam carnis. Lac enim de carne exprimitur: propter hoc niuea conſolatur columba Catharinam in carcere, & lac pro ſanguine defluxit in eius decollatione. Ipſa enim lacteam munditiam in corpore habuit, & anima eius niuea columba Chriſti fuit. Can. 5. Aperi mihi, ſoror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea. Aug. Aperi mihi de ſanguine meo ſoror mea, de aſcenſu meo proxima mea, de

L ſermone meo perfecta mea. De tertio dicitur hic. Date nobis d. o. v. Hoc oleum eſt vnctio Spirituſancti, & ſpecialiter vnctio charitatis, ſine qua nec virginitas, nec aliqua virtus ſufficit ad ſalutem. Bernar. Subtrahe oleum, & lampas non ardet, tolle charitatem, & caſtitas non placet. Hoc oleũ, quanto plus communicatur, tanto plus multiplicatur. quod bene ſignificatum eſt in muliere, cui modicum olei quod habuit, tanto plus creuit, quãto per plura vaſa diuiſit. Sicut legitur 4. Reg. 4. Mulier iſta vniuerſaliter totam eccleſiam, ſpecialiter autem B. Catharinam, immo & quamlibet fidelem animam ſignificare poteſt Vaſa enim ſunt proximi, quibus dum charitas per beneficia communicatur, tanto plus & in benefacientibus, & in recipientibus multiplicatur. charitas enim tua dum proximo benefacis, in vtroque charitatem accendit. Ro. 12. Si eſurierit inimicus tuus, ciba illum: ſi ſitit, da illi potum: hoc enim faciens, carbones ignis congeres ſuper caput eius. Gl. Feruorem charitatis, vel ſpiritusſancti. O quàm prudẽs fuit virgo hæc B. Catharina, q̃ tãto dono gratię & charitatis abundauit in vaſe cordis, quod dominus quotidie oſtẽdit in oleo manante de membris eius. De quarto ait ſpõ

M ſa ſponſo. Can. 8. Dabo tibi poculum ex vino condito. Vinum ſignificat iocunditatem æternæ gloriæ Ideo bene dicitur 2. Eſdræ 3. Vinum mentem conuertit in ſecuritatẽ & iocunditatem. Hoc vinum, conditum eſt ſpeciebus virtu

tum,

681

tum, & meritorum: & quanto abundauerit in mundo anima, tanto delectabilius conditum bibet in cœlo. Hoc vinum B. Catharina, & quælibet beata anima, dat ſponſo ſuo Chriſto, dum in i ſum, beatitudinem ſuam laudando, & gratias agendo refundit. Dat quoque vinum cuilibet angelo, & cuilibet ſancto, dum quilibet mirabiliter gaudet de alterius gaudio. Greg. Tanta vis charitatis omnes N ſibi ſonat, vt bonum quod quiſque in ſe non accipit, in alio ſe accepiſse ga ideat: O quale conuiuium, ibi tale bibitur vinum, & vbi tales domicellæ propinant, immo ipſe ſponſus. Eſa. 25. Facite dominus omnibus populis in monte hoc conuiuium pinguium, conuiuium vindemiæ &c. In monte vtique cęleſti. O cum quanta gloria angeli hodie animam B. Catharinæ in montem ad conuiuium adduxerunt, ex quo etiam cum tanta gloria corpus eius a monte Sinai collocauerunt.

De eadem. Ser. III.

Os ſuum aperuit ſapientiæ &cæt. Prouer. 13. Quomodo aperiri debeant oculi ad credendum, aures ad obediendum, os ad docendum, manus ad largiendum, Require in dominica poſt Trinitatem in ſermone: Statim apertę ſunt aures eius. fol. 473

FINIS.

DE COMMVNI SANCTORVM & primo.

DE DVODECIM APOSTOLIS. *Sermo Primus.*

DVodecim fratres, vno patre geniti ſu
mus. Gen 42. Duodecim fratres ſunt
A duodecim Apoſtoli, ab vno patre cœ
leſti per gratiam geniti Et ſic omnes
fratres ſumus, quicunque in Chriſto
vere Chriſtiani ſumus. Matt. 23. Om
nes enim fratres eſtis &cæ. Sed atten
dite primum, quòd fratres carnales,
communicantiam habent in quatuor. videlicet in origi-
ne, in ſimilitudine, in affectione, in hæreditate. Sic & fra-
tres ſpirituales, conuenientiam habent in origine diuinæ
vocationis, in ſimilitudine ſanctæ conuerſationis, in affe-
ctione ſynceræ dilectionis, in hæreditate æternæ remune
B rationis. De 1. dicitur hic. Duodecim fratres, vno patre
geniti ſumus. Non ſolum duodecim Apoſtolorum, ſed ét
omnium diligentium Deum, pater eſt Deus. Ioan. 8. Si
Deus pater veſter eſſet, diligeretis vtique me. Sicut au-
tem benedicti fratres ſunt, quorum Deus pater eſt per gra
tiam: ſic maledicti fratres ſunt, quorum pater eſt diabo-
lus per malitiam. Ioan. 8. Vos ex patre diabolo eſtis. Et ta-
men tales dicunt: Pater noſter qui es in cęlis &c. Nota
quòd non dicitur vna matre, ſed vno patre geniti ſumus.
C Quatuor enim matres, duodecim patriarchæ habuerunt:
per quos quatuor ſtatus ſaluandorum in eccleſia ſignifi-
cari poſſunt, videlicet coniugalis, vidualis, virginalis, re-
gularis. Harum matrum quælibet habet legem ſuam,
quam filius eius nullo modo debet tranſgredi. Prou. 1. Ne
dimittas legem matris tuæ &c. Fratres ergo de vno patre

&

& non de vna matre ſunt, qui vni Deo in diuerſis ſtatibus ſeruiunt, Fratres autem de vna matre & non de vno patre ſunt, qui in eodem ſtatu viuunt; & tamen alij ex Deo, & alij ex diabolo ſũnt. De vno autem patre & matre fratres ſunt, qui in vno ſtatu vel profeſsione, ſecundum Deũ viuunt. Hoc etiam chariſsimi penſandum eſt, quòd non ſolum ſimus fratres ex vno patre per regenerationem, ſed etiam per creationem. Deut. 32. Nunquid non ipſe eſt pater tuus &cæ. Ber. Si naturaliter amat filius patrem, a quo habet patrem corporis ſui, quanto magis amare debet Deum, qui corpus & animam ſibi fecit. De ſecundo. Nota quòd Gedeon ad Zebee & Salmana dicit. Iud 8. Quales fuerunt viri quos occidiſtis in Tabor? Qui reſponderunt. Similes tui. Ille reſpondit. Fratres mei fuerunt. Similitudinem ſupernam debent omnes fideles habere in fide credendorum, in gratia ſacramentorum, in obſeruatione decem mandatorum, in bonis moribus & conuerſationibus. In huiuſmodi autem ſimilitudine, non frigidi, ſed ardentes eſſe debent: exemplo ſanctorum Apoſtolorum & Prophetarum. Eze. 1, Similitudo & ſpecies quaſi carbonũ ignis ardentium. Beatus eſt ille qui ſimilis eis erit in gloria. Eccleſi. 45 Similem illum fecit in gloria ſanctorũ. Sed heu multi diabolo ſimiles ſunt in culpa, & ideo ſimiles erunt in gehenna. Bern Homo cuicunque ſimilis es in mũdo, ei ſimilis eris in cælo, vel in inferno. Eccle. 13. Omnis homo ſimili ſui ſociabitur. De tertio. 1. Io 4. Hoc mandatum habemus a Deo, vt qui diligit Deum diligat & fratrem ſuum. Et Heb. 12. Charitas fraternitatis maneat in vobis. Sed ecce iuxta duodecim fratres, de quibus ſupra diximus, accipere poſſumus duodecim cõditiones, in quibus conſiſtit amor fraternus. Amor itaque proximorũ primus eſt, quòd fratri, nec facto nec verbo noceas 1. The. 4. Ne quis ſuperegrediatur, neque circunueniat in negocio fratrem ſuum, quoniam vindex eſt dominus &c. Vnde eos qui fratribus nocent, valde odit Dominus. Prouer. 6. Sex ſunt quæ odit Dominus &c. vſque. Qui ſeminant inter fratres diſcordias. Secundus quòd fratri te offendenti indulgeas,

dulgeas, alioquin pœnam ſerui nequam ſolues, Matt. 18. Sic pater meus cœleſtis faciet vobis, ſi non remiſeritis vnuſquiſquè fratri ſuo, de cordibus veſtris. Tertius eſt, quòd de malo fratris nō gaudeas, ſed doleas. 2. Reg. 1. Doleo ſuper te frater mi Ionatha. &c. Quartus eſt, quòd de bono fratris non doleas, ſed gaudeas, & maxime de bono ſpirituali. Lu. 15. Gaudere oportebat, quia frater tuus hic mortuus erat, & reuixit: perierat, & inuentus eſt. Quintus eſt, quòd eius ſcandalum caueas. 1. Cor. 8. Si eſca ſcādalizat fratrem meum, non manducabo carnem in æternum, ne fratrem meum ſcandalizem. Sextus eſt, quòd fratri ſcandalizato ſatisfacias, Matth. 5. Vade prius reconciliari fratri tuo &c. Septimus eſt quòd fratri ſubuenias. 1. Ioan. 3. Qui habuerit ſubſtantiā huius mundi, & viderit fratrem ſuum neceſſe habere, & clauſerit viſcera ſua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo. Subuenire autem debet homo fratri, non ſolum in rebus, ſed etiam in alijs auxilijs, & conſilijs. Magni enim eſt meriti, cogitare quid homines faciant fratribus ſuis, in tribulatione poſitis. Octauus eſt, quòd fratris cauiam & rē, non negligas. Deu. 25. Non videbis bouē, vel ouē fratris tui errantem, & prçteribis. &c. Nonus eſt quòd fratrē non contemnas. Mat. 5. Qui dicit fratri ſuo fatue, reus erit gehennæ ignis &c. Omnes fratres ſumus, patris vnius poteſtate geniti, & ſanguine redempti, & idcirco fratres noſtros, quantumlibet pauperes, & abiectos, deſpicere non debemus. Decimus eſt, quòd fratrē fraterne & charitatiue admoneas. Mat. 18. Si peccauerit in te frater tuus, vade & corrige eum inter te & ipſum ſolū &c. Vndecimus eſt quòd cū fratre benigne te habeas, benigne eum ſupportando, benigne loquendo & ſalutando, hoc. n. eſt bonū & iocundū. Pſ. Ecce quàm bonū, & quā iocundū habitare fratres in vnū. &c. Et 1. Thes. 5. Salutate fratres oēs, in oſculo ſancto. Duodecimus eſt, quòd pro fratre animam ponas. 1. Ioan. 3. Me animam ſuā pro nobis poſuit, & nos debemus aīas pro fratribus ponere. Et 1. Mac. 9. Moriamur in virtute pp fratres noſtros. De

F 4. Pro. 17. Seruus ſapiens, dominabitur filijs ſtultis, & inter

ter fratres hęreditatem diuidit. Seruus ſapiens eſt Chriſtus, qui 33. annis nobis ſeruiuit, immūditias noſtras portando. Eſa. 43. Seruire me feciſti peccatis tuis, præbuiſti mihi laboré, in iniquitatibus tuis. Filij ſtulti sūt mali filij. Filij quidem per baptiſmum & fidē: ſtulti aūt pp vitā malam, & iram patris. Filius ſtultus, eſt dolor matris, quæ genuit eū. Pater eſt Deus, mater eccleſia. talibus filijs Chriſtus dominabitur in iudicio, vbi tunc inter fratres bonos hæreditatē diuidet. Hęreditatē vtiq; ęternā, bonis dabit. Vnde 1. Pet. 3. Eſtote compatientes, fraternitatis amatores &c. vſq; Vt hæreditatē benedictionem poſsideatis.

De eiſdem omnibus Apoſtolis Ser. II.

EGo elegi vos de mundo. Ioh. 15. O quàm fœlix electio, qua Dominus ſuos elegit de mundo, vt non damnentur cum mundo. Vere fœlices Apoſtoli, & omnes a domino ſic electi. Conſiderandū aūt, quòd ſolicite eligi ſolent artifices ad operandum, milites ad pugnandū, coniuges ad cohabitandum, hæredes ad adoptādū, vel adoptiui ad regnum hæreditandū. Et ſic certe Dominus elegit ſanctos Apoſtolos, & alios electos. Elegit inquam ad operandum in actione, ad pugnandum in tentatione, ad cohabitandum in delectatione, ac regnum hæreditandum in glorificatione. De primo 3. Reg. 5. Elegit rex Salomon operarios de omni Iſrael, hos elegit ad tēplū ædificandū. Rex Salomō Chriſtū ſignificat. Interpretatur. n. pacificus. Fuit vero Chriſtus pacificus, iqñ pacem inter Deū patrē, & hominē, & inter nos & angelos fecit. Ad Gal. 1. Pacificās per ſanguinem crucis eius, ſiue quæ in terris, ſiue in cęlo ſunt. Operarii ad ædificādum templū eccleſiæ, electi ſunt Apoſtoli & doctores, immo & alij fideles, quorū manus operi inſtare debet. Eccl 9. Quodcunque pōt facere manus tua, inſtāter operare. Sicut autem in ędificando templo materiali; ſic & in ſpirituali, ſunt neceſſarij operarij, qui ſecando, qui portando, & qui partes coaptando operentur. Secādo inquam per pænitētiam, portando per patientiā, coaptādo partes per concordiam. Operemur ergo chariſsimi ſecando & reſecando, per pœnitentiam, omnia vitia.

tia. 1.Pe.2.Deponentes igitur omnem malitiam,& omnē dolum &c.Non ſolum autem vitia, ſed etiam omnia ſcandalizantia ſunt amputanda.Mat.18. Si manus tua,vel pes tuus,ſcandalizauerit &c.Item operemur,portãdo per patientiam,& beneuolentiam Collo.3. Supportantes inuicem,& donantes vobiſmetipſis.Si quis aduerſus aliquem habet querelam. Proximos ergo grauantes,portemus indulgendo,proximos vero grauatos, portemus compatiendo.Ad Gal.6. Alter alterius onera portate &c. Tantum quiſque portat proximum, quantū amat. Item operemur coaptando per concordiam, reconciliando nobis alios,& cum alijs nobiſmetipſos Mat.5.Vade reconciliari fratri tuo &c talis coaptatio maxime placita eſt inædificatione.Eccl.25.In tribus placitum eſt ſpiritui meo, quæ ſunt probata coram Deo & hominibus, concordia fratrū, & amor proximorum, & vir & mulier ſibi bene conſen-
I tientes. De ſecundo nota quòd de decem regibus dicitur,Apoc.17.Hi cum agno pugnabunt,& agnus vincet illos:quia Dominus dominorum eſt, & rex regum: & qui cum illo ſunt vocati,& electi & fideles.Nota qui ſunt illi decem reges,quos agnus cum electis ſuis vincet Legitur in 2. Sententiarum, quòd quandiu durat mundus,angeli angelis,homines hominibus, dæmones dæmonibus præſunt.Quidam enim dæmones vni prouinciæ: quidam vni homini.quidam vni vitio præſunt.Dęmones autem maxime in nobis impugnant decem mandata,per decem vitia mandatis contraria.Dęmones ergo horum vitiorum principes,& decem mãdatorum impugnatores, ſignificari poſſunt,per decem reges. Hic de ſingulis mandatis decem,& vitijs eis contrarijs,& de eorum regibus ſpecificare poteris.Hos decem reges,agnus vincit in electis ſuis,qui decē mandata fidei ſeruando, non excedunt in bellis. & ideo fideles dici poſsūt merito domini,& ſunt, quia verum dominum ſuum, in his tentationum conflictibus non relinquūt.Apo.2.Habebitis tribulationem diebus decem. Eſto
K fidelis vſque ad mortem,& dabo tibi coronam vitæ. De tertio.Nota quod de timore Domini dicitur.Eccleſiaſt.1.
Cum

Cum electis fæminis graditur. Electę fęminę,ſunt fideles animæ,quæ ſponſum ſuum Chriſtum,fide & amore,quaſi duobus brachijs amplexando,magnam ab eo gloriam cō ſequuntur.Prouer.4.Glorificaberis ab ea,cum eam fueris amplexatus.Iſtæ electæ ſponſæ,veſtibus virtutum ſunt or natæ.Col.3.Induite vos ſicut electi Dei, ſancti & dilecti, viſcera miſericordię,benignitatem, humilitatem,modeſtiam,patientiam &c.Ambr.Multo melius eſt animam or nare virtutibus, quàm corpus precioſis induere veſtibus. Sicut autem electæ ſpōſæ,ſic & electæ animę, cum magna cuſtodia ſunt ſeruandæ, in domo clauſtri vel eccleſiæ. Hęc enim eſt domus,ſicut dicitur.Heſt.2 in qua electę virgines ſeruabantur. Ad hoc autem ſeruantur,vt ad regem Aſuerum,ideſt Chriſtum,in cubiculum glorię introducātur.Sicut autem Deus eccleſiam,ita diabolus electam ſpōſam habet.Vnde de Syſara:quæ diabolum ſignificat,dicitur Iud,5.Pulcherrima fœminarum eligitur Apud ethiopes ideſt dæmones, illa anima reputatur pulcherrima, quæ fuerit in peccatis nigerrima.Pulchra quidem eſt per peccatum voluntatis, pulchrior per peccata operis, pulchrior per peccata conſuetudinis. De quarto.Ephe.1. L Elegit nos in ipſo,ante mundi conſtitutionem vt eſsemus ſancti,& immaculati in conſpectu eius, in charitate, qui prædeſtinauit nos in adoptionem filiorum.Ecce omnium Deus pater, elegit nos tanquàm filios adoptiuos in Chriſto,& cohæredes regni ſui.Roma 8.Quod ſi filij,& hæredes:hæredes quidem Dei,cohæredes autem Chriſti Cuius rei cohæredes?nunquid vnius caſę,vel agri?non tantū, immo maximi & glorioſiſsimi regni.Iaco.2. Nonne Deus pauperes in hoc mundo elegit diuites in fide, & hæredes regni,quod repromittit Deus diligentibus ſe.

De eiſdem. Thema III.

CONſtitues eos principes ſuper terram. Quomodo princeps eſt Chriſtus, angelus, homo, diabolus:

Require

Require in dominica poſt Trinitatem in ſermone: Cum intraſſet.fol.507.

De eiſdem. Thema. IIII.

SI impletæ fuerint nubes,ideſt Apoſtoli, imbrē ſuper terram effundent.Ecc.11.Quomodo Apoſtoli repleti fuerint ſicut nubes humido,camini foco,archę theſauro,vtres vino:Require feria ſecunda.Pente. in ſermo. Repleti ſunt.fol.379.

De eiſdem. Thema. V.

VOlabunt quaſi aquila feſtinans ad comedendum.Abacuch primo.Apoſtoli quaſi aquilæ volauerunt, ad Chriſtum ſequendum,ad diabolum fugiendum, ad mundum terrendum.Require in feſto S. Ioãnis Euãgeliſtæ,in ſermone. Quartum animal.fol.68.

De eiſdem. Thema. VI.

COnuocatis Ieſus duodecim diſcipulis ſu is,dedit illis poteſtatem ſpirituum immundorum.&c. De poteſtate diuina,humana,diabolica,Require in feſto B.Catharinę,in ſermone,Dedit illis Deus poteſtatem.

De eiſdem. Thema. VII.

SEdebitis & vos ſuper ſedes duodecim.&c.Mat.19.De ſeſſione humilitatis in ſatiſfactione,Require in feſto B.Iacobi,in ſermone,Dic vt ſedeant.&c.

De eiſdem. Thema. VIII.

EGo elegi vos de mundo. Ioan. 15. De electione humana, diuina, angelica, diabolica. Require in Dominica 21. poſt Trin. In ſermone, Multi ſunt vocati. fol. 531.

De eiſdem. Thema. IX.

EGo elegi vos, & poſui. &c. Ioan. 15. Quilibet Apoſtolus cõparari poteſt electo ſpeculo, electo vaſculo &c. Require in Conuerſione S. Pauli, in ſer. Vas electionis.

De eiſdem. Thema, X.

POſui vos vt eatis, & fructum afferatis. Quõ fructus ſunt boni vtilitate, delectabilitate: Require Dominic. 9. poſt Trinitatem: in ſermone, Omnis arbor bona. &c. fol. 446.

De eiſdem. Thema. XI.

MAiorem charitatem &c. vſque pro amicis ſuis. Ioan. 15. Qnomodo amicus ſit Deus, angelus, proximus, diabolus: Require in Dominica decima poſt Trinit. in ſer Facite vobis amicos: fol. 455.

De eiſdem. Thema. XII.

VOs teſtimonium perhibebitis. &c Ioan 15, Quomodo Apoſtoli fuerunt omnes teſtes credendorum, agendorum. &c. Require in feſto S. Philip. & Iaco. in ſer. Vere vos eſtis teſtes mei. &c.

De eodem Thema XIII.

TRiſtitia veſtra vertetur in gaudium. Ioan.16. Quomodo triſtitia quam habuerunt Apoſtoli de Chriſti paſsione, verſa eſt eis in gaudium, in Chriſti reſurrectione. Et quomodo triſtitia hodierna propriæ paſſionis, vertetur eis in gaudium propriæ reſurrectionis. Hunc ſermonem totum require in Dominica tertia poſt paſcha.fol.293

De eiſdem. Thema XIIII.

ERitis mihi teſtes in Hieruſalem.&c,Act 1. Quomodo Apoſtoli fuerunt teſtes Chriſti, teſtes inquam eius miſsionis, operationis &c. Require in feſto Petri & Pauli, in ſer. Vere vos &c.

DE QVATVOR EVANGELISTIS. Sermo, ſeu Thema I.

AQuatuor ventis veni.&c.Eze.36. Quomodo Euangeliſtæ ſunt quatuor fabri,quatuor venti.&c. Require in feſto S. Matthæi, in ſermon. Oſtendit mihi do.

De eiſdem Thema II.

IN circuitu ſedis,quatuor animalia], plena oculis.&cæt. Quatuor Euangeliſtæ & alijperfectij, ſont pleni oculis in cognitione &c.Require in ſer.B.Stephani, Stephanus plenus gratia &c.

694

DE VNO MARTYRE.

Sermo Primus.

CAlicem ſalutaris accipiam. Iſta verba hic ſanctus martyr, cuius hodie feſtum agimus, dicere potuit optime. Dicere vtiq; potuit: Quid retribuā domino, pro omnibus quę retribuit mihi? Calicem ſalutaris accipiam. &c. Gl. In paſsione, quę in æternam ſalutem propinat. Conſiderandum autem, quòd eſt quadruplex calix: videlicet, paſsionis temporalis: communionis ſacramentalis: beatificationis æternalis: damnationis gehennalis. Primus calix in mundo, ſecundus in templo, tertius in cęlo, quartus in inferno bibitur. De primo calice bibitur fel amaricans: de ſecundo ſāguis viuificans: de tertio vinum lætificans, de quarto ſulphur inflammans. De primo. Mat. 15. Poteſtis bi. ca. &c. Mira res. Sedes regni petitur, & calix exhibetur: quia ad gloriam nemo peruenit, niſi per pœnam. Vnde miranda eſt aliter ſentientium ſtultitia. Si enim deus pater, nec filio ſuo, nec dilectis amicis ſuis, videlicet Apoſtolis, & alijs ſanctis, nec iſti ſancto Martyri. N dedit ſedem regni, ſine calice ſupplicij: quomodo miſeri peccatores, ſine pęna, ad gloriam, ſine calice ad ſedem regni volunt peruenire? Horum vtique præſumptiones reprehendens Dominus ait. Hier. 49. Ecce quibus non erat iudicium, vt biberent calicem, bibentes bibent, & tu quaſi innocens relinqueris, non eris innocens, ſed bibens bibes. Dabitur autē de iſto calice, potus fellis amaricantis. Mat. 28. Dederunt ei vinum bibere cum felle mixtum. Vide homo quod pro te biberit deus, ne tibi graue ſit aduerſa bibere pro Deo. Gre. Quicquid afflictionis terrena propinat aduerſitas, leue eſt, ſi inſpiciamus quid biberit ſuper crucis patibulū, qui nos inuitat ad Deum. Bibamus ergo Chariſsimi, cū domino, fel cum vino. In felle tribulatio: in vino conſolatio ſignificatur. Sæpe enim electis, fel tribulationis, tē-

A

B

peratur cum vino conſolationis.Pſ.Secundum multitudinem dolorum.&c. Dum ergo tribularis o homo, ſi bonus es,tunc tibi Deus de ſuo calice propinat, quaſi amicus amico.Si autē malus es,tunc tibi propinat quaſi medicus infirmo,vt ad vomitum confeſsionis perducat. Abac. 2. Circundabit te calix dexteræ domini,& vomitus
C ignominię ſuper gloriam tuam. De ſecundo.1.Cor.11. Quicunque manducauerit panem, & biberit calicem domini indigne.&c.O quàm multi ſunt, qui hunc calicem, & hunc panem,indigne ſumunt.Aug. Quàm multos Iudas implet ſathanas,indigne accipientes bucellam ad iudicium ſuum.Bibitur autem de iſto calice potus ſanguinis viuificantis.Ioan.6. Qui manducat meam carnem,& bibit ſanguinem meum,habebit vitam æternam. Miſerabile prorſus eſt, ſi a diabolo aufertur Chriſto anima, de calice eius ſanguinis tam familiariter educata:ſicut ſignificatur.2. Reg. 12. in ouicula pauperis,quæ erat de pane eius comedens,& de calice bibens, quam diues multas oues & boues habens abſtulit ei. Pauper iſte Chriſtus eſt. 2.Cor.8.Propter nos egenus factus eſt &c. Diues diabolus multos boues & oues & animas plębium & potentum poſsidens.Ouicula autem pauperis,anima eſt fidelis. Lu. 15.Inueni ouem quam perdideram. Sed ecce nunc martyr iſte Beatus.N.ſpiritualis Chriſti ouicula,maluit mactari in mundo, quàm ad manus huius diuitis venire in
D inferno. De tertio.Pſ.Dominus pars hæreditatis meæ, & calicis mei. Si Dominus eſt pars calicis æterni, quid eſt ergo totus calix?ſi Dñm forte dicit Chriſtũ,quo ad humanam naturã,quæ eſt pars noſtri gaudij. Totus vero calix eſt gaudiũ,& beatitudo,de toto Chriſto. Bibitur autē de iſto calice potus delectationis.Can 5.Bibi vinũ meum cum lacte meo.In vino iocũditas gaudij de diuinitate. In lacte dulcedo de humanitate ſignificatur. De iſto calice tot bibes vini genera, quot habebis in cœlo diuerſa gaudia,Et vt bibas de quocunq; volueris, in cellarium introduceris.Cant.2.Introduxit me rex in cellam vinariã. O quomodo ibi inebriabimur de iſto calice. Pſ.Calix meus

inebrians,

635

inebrians, quàm præclarus eſt? Aug. O ſi inebriabor ab vbertate domus t. ad quã ſuſpiro. O q̃uo beatus iſte martyr N. de tam dulci calice vinũ bibit cum Dño in cęlo, qui tam amarum calicem bibit pro Dño in mundo. De E quarto. Pſal. Ignis, ſulphur, & ſpiritus procellarum, pars calicis eorum. Heu Domine Deus, ſi talis eſt pars calicis, quis poterit totum calicem ſuſtinere? Certe hunc calicẽ bibent, illius calicis amatores. de quo Prou. 23. Qui morantur in vino, & ſtudent calicibus epotandis. Bibitur autem de calice gehennæ, potus ſulphuris inflammantis, vt igni ardoris peruerſi cordis, ſulphur fœtori praui operis reſpondeat. Sed iſte potus non debetur niſi habentibus ſignum cautionis infernalis. ſ. diaboli. Vnde de accipiente characterem beſtiæ, in fronte cordis, in manu operis, dicitur Apoc. 14. Hic bibet de vino irę Dei, impius. ſ. & cruciabitur igne & ſulphure in conſpectu angelorũ ſanctorum. De hoc cruciatu, B. Gre. Quid in illa die F acturus eſt, qui a conſpectu iudicis rapietur, & a beatorũ ſocietate ſeparabitur? Qui tenebreſcet a lumine, & cruciabitur æterna combuſtione? Certe iſte martyr, cuius hodie feſtũ agimus, tantum bibit de calice paſsionis, quòd nunc immunis prorſus eſt a calice dãnationis. Nota qualis in quolibet calice fit mixtura. Pſ. Calix in manu Domini, vini meri plenus mixto. Mixta enim ſunt in primo G calice vinum & fel. In ſecundo vinũ & aqua. In tertio vinum & lac. In quarto ignis & ſulphur. Sanctus hic martyr N. de primo & ſecundo calice bibit in mũdo: de tertio inebriatur in cælo: de quarto nunquàm guſtabit in inferno.

De eodem. Ser. II.

ILle glorioſam mortem magis, quàm odibilem vitã amplectens, voluntarie præibat ad ſupplicium. 2. Mac. 6. Verba iſta de Eleazaro dicta, conuenienter pro iſto Mar- H tyre. N accipimus, cuius hodie feſtum agimus Eleazarus interpretatur Deus meus, adiuuans feſtinanter. Et certe martyrem iſtum ſanctum. N. Deus feſtinanter adiuuit,

 quando

quando ipſum breui paſsione conſumatum, ad ęternam gloriam celeriter perduxit. In verbo ergo propoſito, martyr iſte cõmendatur in tribus, ſcilicet quia ſuſtinuit mortem glorioſam: quia horruit vitam odioſam: quia habuit mentem virtuoſam. Primum tangitur ibi: Ille glo. mor. Secundum ibi: Quàm odibilem vitam. Tertium ibi: Voluntarie præibat ad ſupplicium. Circa primum. Nota, quòd mors martyris eſt glorioſa propter cauſam: fructuoſa propter exemplum: precioſa propter fructum. Mors inquam martyris glorioſa eſt quo ad ipſum, fructuoſa quo ad proximum: precioſa quo ad deum. De primo dicitur hic: Ille glorioſam mortem, &c. Vere glorioſum eſt mori pro Deo, mori pro fide, mori pro iuſtitia, mori pro lege Dei ſeruanda. Beatus eſt cui ſic datum eſt mori, vel aliqua pati. Matt. 5. Beati qui perſecutionem &c. Mors pro iuſtitia, tanto glorioſior eſt, quanto acerbior. Aug. Quan
I to acrior eſt impetus belli, tanto precioſior corona martyrij. Nos autem charißimi, beati eſsemus, ſi ſic viueremus: quia ſi non pro domino, ſaltem in domino moreremur. Apoc. 14. Beati mortui, qui in domino moriuntur. &c. De ſecundo. Ioan. 12. Si autem mortuum fuerit, multum fructum affert. Granum frumenti nõ ſolum Chriſtus, ſed etiam iſte martyr. N. dici põt, qui morte ſua pro Chriſto multum in credentibus fructum affert. Quicunque n. eius exemplo, vitam potius quàm iuſtitiam relinquere cupiunt, ipſi quaſi fructus huius grani ſunt. Vnde charißime, & cogeris ad blaſphemandum, vel ad fornicandum, vel ad aliud malum agendum contra Deum, tunc exemplo martyris huius. N. potius debes mortem pro domino ſubire, quàm contra eum aliquid agere. Augu. Eligat homo magis dilecto Deo mori, quàm offenſo viuere. De tertio. Pſ. Precioſa in conſpectu domini. &c. Precioſa merito mors dicitur, pro qua tam maximum præmium in cælo datur. Phili. 1. Mihi viuere Chriſtus eſt, & mori lucrum.
K Vbi Gloſſa ideſt Chriſtus, mortis meæ eſt precium. Precioſa certe eſt non ſolum mors martyrum, ſed etiam omnium ſanctorum, propter multa, de quibus quidam ſapiẽs

ſic

ſic ait. Mors nihil aliud eſt, quàm exitus de carcere, finis exilij, laboris conſummatio, ad portum applicatio, peruentio peregrinationis, finitio viarum, oneris grauiſsimi depoſitio ſcilicet corporis, de furioſo equo deſcenſio. i. de carne, de domo ruinoſa liberatio, omnium ęgritudinũ terminatio, omnium periculorum euaſio, omnium malorum conſumptio, omnium vinculorum diruptio, debiti naturę ſolutio, reditus ad patriam, ingreſsus ad gloriã. L
Circa ſecundum, Nota, quòd odibilis eſt vita contra Deũ ſeruata a doloribus: odibilis eſt vita contra Deũ, occupata erroribus: odibilis eſt vita, non vſitata in moribus: odibilis inquam eſt Deo, & angelis, & omnibus ſanctis. De primo dicitur hic. Ille glo. mor. ma quàm odi. vi. amp. Il la enim vita vere odibilis efficitur, pro cuius amore contra Deum agitur. Vnde chariſsime, ſi pro vita tua ſeruanda, deum negaueris, vel adulterium commiſeris, vel alia contra pręcepta Dei feceris, vitam tuam Deo, & angelis odibilem facis, quia vitam temporalem, pluſquàm æternam, vel Deum diligis: & tibiipſi certe talis vita odibilis eſſe debet. Ioan. 12. Qui odit animam ſuam &c. De ſecundo. Sap. 12. Illos antiquos inhabitatores terræ ſanctæ tuæ exhorruiſti, qui odibilia tibi opera faciebant per medicamina Interli. i. per veneficia, & ſacrificia iniuſta &c. M
Vnde venefici, ſortilegi, incantatores, & omnes qui erroribus occupantur, valde odibiles Deo efficiuntur. Ideo bene ait Auguſt. quòd quicunque diuinationes, aut fata, aut auguria obſeruat, aut intendit, aut conſentit obſeruantibus, aut talibus credit, aut ad eorum domum vadit, vel in ſuam domum introducit vt interroget, ſciat ſe fidem Chriſtianam & baptiſmum præuaricaſse, & paganum, & Apoſtatam, & Dei inimicum, & iram Dei incurrere: niſi eccleſiaſtica pœnitentia emendatus, Deo reconcilietur. De tertio. Eccl. 10. Odibilis coram Deo & hominibus ſuperbia, & execrabilis omnis iniquitas Gentium. N
Odibilis vtique & execrabilis Deo eſt omnis iniquitas. Sed ſpecialiter odibiles Deo ſunt illæ ſeptem iniquitates, de quibus Pro. 6. Sex ſunt quæ odit Dominus, & ſeptimum

mum deteſtatur anima eius. Oculos ſublimes: linguam mendacem; manus effundentes innoxium ſanguinem: cor machinans cogitationes peſsimas: pedes veloces ad currendum in malum: proferentem mendacia: teſtem fallacem, & eum qui ſeminat inter fratres diſcordias. Circa tertium. Nota, quòd virtuoſa mens debet eſse volũtaria, ad ſuſtinendum pro Deo aduerſitatem: ad exhibendam

O pro Deo pietatem: ad faciendam Dei voluntatem. De primo dicitur hic. Voluntarie præibat ad ſuppli. Chariſſime, & tu exemplo martyris huius. N. potius ad ſupplicium, quàm ad flagitium vadas: cum potius ad ſuppliciũ tranſitorium, quàm ad æternum debeas ire. Greg. Vere virtuoſa mens martyris, & cuiuslibet non timentis pro iuſtitia mortem corporis. Ioan. Chryſ. Quicquid ſtercoris habet mundus contemno, quicquid delectabilis deſpicio, diuitias eius non cupio, paupertatem non abhorreo,

P mortem non timeo. De ſecundo. Exod. 35. Omnis voluntarius & prono animo, offerat Deo aurum & argentum &c. Ecce voluntarie debet homo ſua miniſtrare ad cultum diuinum: immo vero & ad ſubſidium pauperi indulgendum. Sed heu multi de abundantia ſua inuoluntarij offerunt, & multi de penuria ſua valde voluntarij offerunt. 2 Cor. 8. Supra virtutem voluntarij fuerunt, cum multa exultatione obſecrantes nos gratiam & communionem miniſterij, quod fit in ſanctos. Talis fuit vidua illa offerens duo minuta: de qua Dominus ait. Luc. 21. Vere dico vobis, quòd vidua hæc pauper, plus

Q quàm omnes miſit, De tertio. 1. Paral. 28. Tu autem Salomon fili mi, ſcito Deum patris tui, & ſeruias ei cor de perfecto, & animo voluntario. Et 2. Mach. 1. Det vobis cor omnibus, vt colatis eum, & faciatis eius voluntatẽ, animo magno & volenti.

De

De eodem. Ser. III.

QVi odit animam ſuam in hoc mundo, in vitam ęternam cuſtodit eam.Ioa.12.Gloſ.Ille non amat, ſed odit animam ſuam in hoc mundo, qui diligẽ do Deum,pot us quàm in eum peccet, elegit occidi. Sic certe martyr iſte.N.animam ſuam ideſt vitam in hoc mũ do odiuit,vt ſibi melior cuſtodiretur in cęlo.Sic &tu charisſime,animam tuam ideſt vitam p udenter odias, vt odium Dei non incurras. Triplex eſt autem odium: videlicet,diabolicum,humanum,diuinum.Oditur.n.quiddam a diabolo,a proximo,a Deo. De odio diabolico. Pſ.Libera ab his qui oderunt me. Odium autem ſuum diabolus contra hominem exercet in mundo, & in extremo,& in inferno.Odit hominem in mundo perſequendo:in extremo rapiendo.in inferno torquendo. De primo.Pſal. Multiplicati ſunt ſuper capillos capitis mei &c.Ecce homo nõ habes tot capillos,quot inimicos. Magna ergo eſt odientium multitudo,& fortitudo. Pſ.Eripuit me de inimicis m.for.& ab his qui ode.me.&c.Fortes contra te sũt dęmones per malũ cõſenſum:fortiores per malũ actũ: fortisſimi per malum vſum. De ſecundo.Pſa.Qui oderunt nos,diripiebant ſibi.Dęmones animã peccatoris in morte diripiunt ſibi,Vnde de diabolo ait B.Gre. Quos viuendo blandiens decepit,hos morietẽtes ſæuiens rapit. Tripliciter aũt diuiduntur peccatores in morte: Res.n.eripiunt hæredes:corpus vermes:animam dæmones. Et licet gaudeant de rebus hæredes,de corpore vermes,maxime tamen gaudent de anima dæmones propter odium. contra quod Dauid orans ait. Non ſuper gaudeant mihi,qui ad uerſantur mihi inique,qui oderunt me gratis.Vbi gloſsa. Contra malignos ſpiritus ſolicite vigilemus, quia ipſos irriſores patimur,quos ad malum perſuaſores habemus. De tertio. Exod. 33. Agent tecum in odio, & tollent omnes labores tuos, & dimittent te nudum & ignominia

 plenum.

plenum. Grauiſsimum eſt hoc odium, quod agunt dæmones in damnatione, & dominatione animarum. Pſ. Dominati ſunt eorum, qui oderunt eos. Ambr. Pater diabolus non diligit filios ſuos, ſed odit. Sic amat diabolus filios ſuos vt perdat: ſicut amat gluto porcellum vt comedat. Notanter dicitur. Tollent omnes labores tuos Labores factos pro rebus, tollent hæredes: factos pro corpore, tollent vermes: labores factos inutiliter pro anima, tollent dæmones, & ſic infęlix anima nuda dimittetur. Hæredes corpus nudant rebus: vermes oſsa carnibus: dæmones a-
X nimam bonis operibus. De odio humano dicitur. Mat. 5. Benefacite his qui oderunt vos. &c. Sed attẽdite, quòd odium humanum triplex eſt. Odit enim homo proximũ: odit ſeipſum: odit Deum De 1. Ad Rom. 3. Omnis qui odit fratrem ſuum, homicida eſt. Hoc odium ſuffocat omnia bona opera. 1. Corin. 13. Si tradidero corpus meum ita vt ardeam, charitatem autẽ non habuero, nihil mihi prodeſt. Vnde ſi habens quis odium fraternum, ſicut Laurentius aſsaretur, vel ſicut Petrus crucifigeretur, nihilominus damnaretur. Vnde Iſido. Odium a regno Dei ſeparat, a cœlo ſubtrahit, a paradiſo eijcit: propter odium meritum paſsionis amittitur, ne pro martyre accipiatur. Vęh ergo tibi, ſi odis hominem propter iniuriam, & aduerſitatem, Sed magis vęh tibi, ſi odis propter iuſtitiam & veritatem. 3. Reg. 22. Ego odiui eum, quia non prophetat mihi bonum ſed malum. Sed certe ſicut multa eſt odientiũ damnatio, ita multa eſt patientium pro Chriſto remuneratio. Lu. 6. Beati eritis, cum vos oderint homines &c. Feras ergo odium pro Chriſto. Ioa 15. Si mundus vos odit, ſcitote quia me priorem vobis odio habuit. Aug. Recuſat eſſe in corpore, qui odium non vult ſuſtinere cum chari-
Y tate. De ſecundo. Pſ. Qui diligit iniquitatem, odit animã ſuam: qui diligit vtrunque nõ ſolum faciendo, ſed etiam alijs conſentiendo, & criminoſo in crimine participãdo. Prouer. 29. Qui cum fure participat, odit animam ſuam, adiurantem audit & non iudicat: falſe ergo amat animã ſuam. Vere odit. Vnde Au. Diligit ſe falſe, odit autẽ vere.
Sicut

 698

Sicut autem homo male ſe amando, mortem incurrit æternam: ſic bene ſe odiendo, vitam meretur æternam, vt ſupra dictum eſt: Qui odit animam ſuam. &c. Patet hoc in martyre iſto. N. Non ſolum autem noſmetipſos, ſed et parentes noſtros, & propinquos ſic odire debemus, vt potius ipſos iuſte mori, quàm iniuſte viuere velimus. Luc. 14. Si quis venit ad me, & non odit patrem ſuum, & mat. & vxo. & fi. & fra. & ſor. adhuc autem & animam ſuam, nō poteſt meus eſſe diſcipulus. &c. De tertio. Io. 15. Qui me odit, & patrem meum odit. O miſer peccator, ecce odit patrem & filium, ergo etiam odit ſpiritum ſanctum. Odit ergo infelix peccator totam trinitatem. Sed væh tibi, quia dicitur. Exod. 15. Ego ſum Dominus Deus tuus fortis, zelotes, vindicans iniquitatem patrum in filios, vſque in tertiam & quartam generationem, eorum qui oderunt me: & faciens miſericordiam in millia, his qui diligunt me, & faciunt præcepta mea. Vide quàm excedit iuſtitiam Dei miſericordia Dei: ſeueritatē Dei, benignitas Dei. Vindicta in tertiā & quartam extenditur generationem: ſed miſericordia in mille generationes extenditur. De odio diuino. Sap. 13. Similiter odio eſt Deo impius, & impietas eius. Odium autē Dei contra peccatores attenditur in tribus. Odit enim Dominus vitia eorum deteſtando: bona eorum non acceptando, tormenta eis æterna irrogando. De primo. Prou. 6. Sunt quæ odit Dominus, & deteſtatur anima eius: oculos ſublimes, linguam mendacem, manus effundentes ſanguinem innoxium, cor machinans cogitationes peſſimas, pedes veloces ad currendum ad malum, proferentem mendacia, teſtem fallacem, & eum qui ſeminat diſcordias inter fratrēs. Vere oculos ſublimes odit Dominus. Eccle. 10. Odibilis coram Deo, & hominibus, ſuperbia. Sed certe non ho. tantum, immo omnes vitipſos odit Dominus. Pſ. Odiſti omnes, qui operantur iniquitatem. De ſecundo. Amos. 5. Odi & proieci feſtiuitates veſtras, & non capiam odorem ſeminum veſtrorum, quòd ſi mihi obtuliſtis, holocauſtum, & munera veſtra, non accipiam. &c. Videtis ergo quàm ingrata

Z (beside "poteſt meus eſſe")
Aa (beside "gunt me")
Bb (beside "De odio diuino")
Cc (beside "rantur iniquitatem")

ſint

ſint Deo bona opera veſtra, quàm diu eſt praua vita veſtra. Si ergo aliqua bona opera facitis, dum vitia non derelinquitis: ſi in feſtiuitatibus datis vos Deo, & cor diabolo, nolite præſumere. Odi inquit & proieci omnes fe. v.&c. Eſa. 1. Eleemoſynas veſtras, & ſolemnitates veſtras, odit anima m.&cæt. vſque non exaudiam. Videtis ergo, quòd bonis operibus, a morte non liberamini, quàm diu intus ſuffocamini. Vnde Aug. Sicut non impediunt a vita æterna, quædam peccata venialia, ſine quibus hæc vita non ducitur: ſic ad ſalutem æternam, non proſunt impio bona opera, ſine quibus difficile vita cuiuslibet peſ-
dd ſimi inuenitur. De tertio. Eccl. 12. Altiſsimus odio habet peccatores, & impijs reddit vindictam. Reddet itaque Dominus odium mercedem in pœna, eis qui ipſum odiūt in culpa. Deutero. 32. Reddam vltionem hoſtibus meis, & ijs qui odernnt me retribuam. &c. Nota quòd dicit, reddam, & retribuam. Reddam in morte: retribuam in iudicio. Reddam in anima: retribuam in corpore.

De eodem. Thema IIII.

NVdauerunt eum tunica talari. Geneſ. 37. Corpus eſt quaſi talaris, qua perſequutores nudauerunt animam martyris. Hunc ſermonem totum require in feſto S. Bartholomæi.

De eodem. Thema. V.

FLebam ſuper eo qui afflictus erat. Iob 30. Multum afflictus erat martyr iſte in paſsione. Quomodo autem flendum ſit pro culpa ignoſcenda &c. Require in Dominic. 11. poſt Trinita. Cum appropinquaret. fol. 459.

De

De eodem. Thema. VI.

POſuiſti in capite eius coro. de la. precioſo. Pſ. 20. De quo require in ſolemnitate S. Pauli, in Iunio: In ſer. Repoſita eſt mihi co.

De eodem. Thema, VII.

DE torrente in via bibit, propterea ex. ca. Pſa. 109. Caput quod, pro Chriſto humiliatur ſub gladio, merito exaltatur in cęlo. De capite quadruplici, require in decollatione S. Ioan. ſer. Volo.

De eodem. Thema. VIII.

LEo fortiſsimus beſtiarum, ad nullius pauebit occurſum. Prou. 30. Leo fortiſsimus fuit iſte martyr. De fortitudine fidei, ſpei, charitatis: Require in feſto ſanctorum Simonis & Iudæ: In ſermone, Ecce Simon.

De eodem. Thema. IX.

TVlerunt pallium meum cuſtodes mu. Canti. 5. Perſequutores, pallium huius martyris tulerunt, quando corpus eius per tormenta ab anima ſeparauerunt. Hunc ſermonem totum require in feſto B. Bartholomæi.

De eodem. Thema. X.

FOrtis eſt vt mors dilectio. Cant. 7. Quomodo dilectio in ſolicitudine, & in fortitudine affectionis ſit videnda: Require in Dominic. 9. poſt Trinitatem: In ſermone, Diliges Dominum Deum tuum. fol. 514.

De

De eodem Thema XI.

VSque ad mortem certa pro iuſtitia.Ecc.4.De morte quadruplici,Require in Dominica 17. poſt Trinitatem,in ſermone.Reſedit qui erat mortuus.fol.502.

De eodem. Thema XII.

EGo autem ſicut fratres mei trado corpus meum, pro patrijs legibus 2.Mach 7. Quomodo fratres ſibi cõmunicent in origine,in ſimilitudine.&c. Require in communi omnium Apoſtolorum,in ſermon. 1.Duodecim fratres. Itẽ quomodo frarer eſt Chriſtus,angelus proprius, homo,diabolus:Require Domin.8.poſt Trin. in ſermon. Vade prius reconcilia.fol.437.

De eodem Thema XIII.

QVi non accipit crucem ſuam.Mat.10. Quomodo accipere debemus crucem mortificantem,ſpiritũ viuificantẽ, Require in Dom.in alb in ſermon. Accipite ſpiritum.

De eodem. Thema. XIIII.

QVi perdiderit animam ſuam propter me ,inueniet eam.Matt.10. De perditione multiplici: Require in Dom.3.poſt Tri.in ſer.Inueni drach.

De eodem. Thema. XV.

NIſi granum frumenti cadens in terram, mortuum fuerit,ipſum ſolum manet.&c.Ioan.12.Hunc ſer. de multiplici grano, require in feſto S.Laurentij.

DE

De eodem. Thema. XVI.

SI quis mihi miniſtrat, me ſequatur. Ioan.12. Sequatur in mundo, in extremo, in iudicio, in cælo. Require feria tertia poſt Pentecoſten. in ſermon. Oues illum, fol. 373.

PLVRIMORVM MARTYRVM. Sermo Primus.

QVi propria voluntate obtuliſtis vos diſcrimini. Aliter ſic. (Qui ſpõte obtuliſtis animas veſtras ad periculum) benedicite Dominum &c. Iudi.5. Sancti martyres iſti. N. N. quorum hodie feſtum celebramus, ſponte ſe pro Chriſto mortis periculo obtulerunt. Et quia hæc fidei gratia fecerunt, ac per hoc ad magnam gloriam peruenerunt: propterea merito benedicũt Dominum, iuxta illud: Martyres Domini, Dominum benedicite in æternum. Bene ergo dicitur: Qui ſponte obtuliſtis. &c. Offerre animã propriam optimum eſt: offerre euchariſtiam ſanctis, excellẽtiſsimum eſt. De primo. Deut.6. Offeret vnuſquiſque ſecundum quod habuit, iuxta benedictionem domini Dei ſui. Quicquid iſte habet, benedictio Domini eſt: & ideo benedictiones proximo, & oblationes Deo gratas facere poteſt. 2. Cor.9. Qui ſeminat in benedictionibus &c Ioan. Chryſ. Eleemoſyna q̃ a bonis eſt exhibita, hęc eſt quæ omnia facit munda. Quicquid autem iniuſte habes, quicquid contra Deum habes, diabolicum eſt. Quàm gratum autem ſit Deo, ſi ſibi benedictiones, maledictiones autem diabolo offerantur, dicitur Eccl.34. Qui offert ſacrificium de ſubſtantia pauperum, quaſi qui mactat filium in conſpectu patris ſui. Vnde bene ait. Ber. Non recipit Deus eleemoſynam de manu raptoris, ſiue fœneratoris. Nec de illo certe, qui facit vt glorificetur ab hominibus. Nõ ſolũ

de

de benedictione, ſed etiam iuxta benedictionem Domini, ſecũdum quod plus, vel minus habueris, in cauſis pijs offerre teneris. Tobiæ 4. Si multum tibi fuerit, abundanter tribue &c. Certe ſancti martyres in oblatione bonorum ſuorum, meruerunt: bona ſua Deo obtulerunt, nõ ſolum per mĩam, ſed etiam per patientiã: nõ ſolum per manus pauperũ, ſed ẽt perſecutorum. Ad Heb. 10. Rapinam
B bonorum veſtrorum, cum gaudio ſuſcepiſtis. De 2 Gen. 22. Tolle filium tuum vnigenitum, quem diligis Iſaac, & vade in terram viſionis, atque ibi offeres eum in holocauſtum, ſuper vnum montium, quẽ monſtrauero tibi &c. Si ad Dei ſeruitium offert pater filiũ: vxor maritum: vel amicus amicum pure ꝑꝑ Deum, multum offert: Si autem hoc facit ꝑꝑ cauſam tpalem, parũ facit. Nota, quòd dicit vnigenitum. Si de multis genitis, aliquẽ Deo offers, multum eſt. Si autem vnigenitum, magis eſt. Beatus es ſi illi offers vnigenitum tuum, qui pro te dedit vnigenitũ ſuũ. Io. 3. Sic Deus dilexit mundũ &c. Nota quoque quòd dedit, quem diligit. Quanto plus eſt dilectior, tanto eius oblatio eſt acceptior. Sed heu plurimi prolem dilectam offerunt mundo, minus aũt dilectum, & minus valentem Deo. Malac. 1. Si offeratis claudum & languidum, nonne malum eſt? Sed heu, omnes poſſemus Deo cõqueri, quòd tam multi offerunt pueros ſuos, non Deo, ſed diabolo. Pſalm. 15. Immolauerunt filios ſuos, & filias ſuas, dæmonijs. Nota quòd dicit ſuper vnum montium. Mons eſt re-
C ligio, mons eſt fides, mons eſt Chriſtus. Quicunque ergo religioni redduntur, quicquid pro fide, ſiue pro Chriſto patiuntur, quaſi in monte offeruntur. Sed heu, multi potentes, ſuos filios, non in monte offerunt, ſed ad vallem retrahunt. Ad vallem vtique inferni. Io. Chr. Alij militias filijs prouidẽt, alij honores: & nemo filijs prouidet Deũ: perditiones illorum magno pretio comparantur, & ſalu-
D tem nec dono accipere volũt. De 3. dicitur hic. Qui ſpõte &c. Offerte vos chariſſimi Deo, crucem accipiendo, vel pro fide & iuſtitia agonizando. Offerte vos cũ his ſanctis martyribus ad paſſionem. Vel offerte vos anima &

corpore

corpore ad religionem, vel ſaltem offerte vos,ad debitã ſatisfactionem. Numeri 28. Offerre debetis agnos annicu los,immaculatos duos,in holocauſtum ſempiternű. Duo agni ſunt anima & corpu . Hos agnos manendo in domo tua,offerre debes, & potes:offerte ergo animam,& corpus Deo Bern. Totum quod es,illi debes,a quo totum ha bes Offer ergo te totum,videlicet corpus,linguam,manus,pedes,vt hæc contra Deum non moueas. O Domine Deus,ſi agnos non habemus,& innocentia corporis & animę caremus: nunquid ſaltem pro agnis, non hyrcos accipies? Offer ergo ſecure duos hyrcos: ſi non habes hyrcos,offer corpus & animam peccatricem per pœnitentiã: ſi non potes offerre per innocentiam. Pſ. Offeram tibi oues cum hyrcis. De quarto. Mala 1. In omni loco ſanctificatur & offertur nomini meo,oblatio munda. Nunquàm fuit,nec eſt,nec erit,tam munda oblatio, ſicut eucharistia. Si quis locus,vel villa,vel caſtrum,caret hac oblatione,carere videtur omni oblatione. Oblatus fuit olim Chriſtus in cruce. Eſa. 53. Oblatus eſt,quia ipſe voluit. Huic oblationi martyres digne reſponderunt; ideo ſola eſt digna retributio, cum ſanguis ſanguine compenſatur, & pro Chriſto redemptore libenter occumbimus. Olim ergo in cruce,nunc quotidie Chriſto offertur in altari: offertur autem non ſolum a ſacerdotibus,ſed etiam ab omnibus fideliter & deuote circunſtantibus. Vnde in canone dicitur. Memento Domine famulorum,famularumque tuarum,& omnium circunſtantium: quorum tibi fides cognita eſt, & nota deuo. pro quibus tibi offerimus,vel qui tibi offerunt &c. Propter hoc,non ſolum ſacerdos, ſed etiam circunſtantes, ſe deuote debent præparare,vt hoc ſacrificium,ad abſolutionem ſui,digne valeant accipere vel offerre. Ergo ſingulariter ad abſolutionem noſtri,oblata cum lachrymis, & benignitate ſacri altaris hoſtia ſufferatur. E

De eiſdem pluribus martyribus. Ser. II.

F Apud Deum eſt merces eorum. Sap. 5. Verba iſta leguntur de ſanctis martyribus, qui magna propter Deum ſuſtinentes, non ſunt fraudati mercede debita: quia apud liberaliſsimum dominum fuit repoſita. propter quod bene dicitur. Apud dominum eſt merces eorum. Quorum? Nūquid martyrum ſolum? Abſit, immo certe merces iſta eſt merces omnium credentium credē da, dolentium peccata, vitantium tentamenta, agentium bona, relinquentium mundana omnia, patientium dura,
G docentium vera. De 1. Eccl. 2. Qui timetis Dominum, credite illi, & nō euacuabitur merces veſtra. Credite illi. Iuſtis enim dabit iuſtam mercedem gloriæ. Eccl. 18. Non verearis vſque ad mortem iuſtificari, quoniam merces Dei, manet iu æternum, Credite illi, qui iniuſtis dabit iuſtam mercedem gehennæ. Heb. 2. Si omnis præuaricatio, & inobedientia, accepit iuſtam retributionem mercedis: quomodo nos effugiemus, ſi tantam neglexerimus ſalutem? Credite ergo, quia vnicuique ſecundum opera ſua mala, vel peiora, vel peſsima, vel bona, vel meliora, vel optima, reddet iuſtam mercedem. Apo. 22. Ecce venio cito, & merces mea mecum eſt, reddere vnicuique ſecundū opera ſua. Qualiter autem credendum ſit, qualis debeat eſse fides, cuius merces non euacuabitur, Sancti martyres nobis oſtenderunt: qui potius vitam quam fidem relinquere elegerunt. Ideo bene de ſancto Laurentio ait Aug. Prerogatiuam nobis apud Deum non minimam contulit, oſtendens qualis eſse debeat fides Chriſtiani, de cuius
H conſortio martyres eſse merebuntur. De 2. Hierem. 31. Hæc dicit Dominus. Quieſcat vox tua a plora u, & oculi tui a lachrymis, quia merces eſt operi tuo. O tu qui vere doles, quòd creatorem tuum, quòd redemptorem tuum, & amicum verum offendiſti: quieſcat vox tua a ploratu. Vnde Augu. Qui ſe cognoſcunt, ſicut ſemper peccant, ita

ſemper

ſemper plorant in tota vita ſua, quæ eſt tentatio ſuper terram, plorent totam vitam ſuam, quam dignam nouimus, ploratus & dolores ac pęnitentias continuare. Ideo bene ait Aug. Aut continui dolores cruciabunt pœnitentem vitam meam, aut æterni cruciatus vexabunt puniendam animam meam. Quantum autem dolenda, & deteſtanda ſunt peccata, Sancti martyres nobis oſtenderunt: qui potius mori, quàm peccare voluerũt. Plora ergò peccata in hac vita, vt poſt hanc vitam quieſcat vox tua a ploratu, & oculi tui lachrymis: quando implebitur illud. Apoc. 21. Abſterget Deus omnem lachrymam. &c.

De 3. Gen. 15. Noli timere Abram, ego protector tuus, & merces tua magna nimis. Hoc verbum dicit Dominus. Hanc mercedem Abrahæ promiſit, poſt victoriam habitam de quatuor regibus. Per quatuor autem reges ſecundum. Glo. ſignificantur quatuor vitia, quatuor virtutibus cardinalibus contraria. Si enim vincimus vitia, animabus noſtris inimica, tunc vtique eſt Deus merces noſtra. Ap. 2. Vincenti dabo manna abſconditum. Vince ergo chariſſime diabolum, mundum, carnem. Merces enim tua eſt Deus, quia vincis diabolum & mundum. Merces tua magna nimis, quia vincis diabolum & carnem. Merces iſta non poſsidetur niſi Deo addiuuante, niſi Domino protegente nullus vincere poteſt, & ideo bene ait. Noli timere, ego prote.t. ſum. Magno etiam protectore indigemus, quia magnum bellum mundi, & magnum bellum dæmonum, & vitiorum ſuſtinemus. Pſ. Protexiſti nos Deus, a conuentu malignantium &cęt. Ergo niſi miſericors Deus tentamenta notificet, nullus tam perfectus eſt qui malignorum ſpirituum inſidias euadere poſſet. Hunc ergo magnum protectorem, magni pugiles, magni martyres iſti habuerunt. I

De quarto. Mat. 20. Voca operarios, & red. eis mercedem. Operarij Dei ſunt, qui bonis operibus ſedulo intendunt. Multum allicere debet pios ad bene operandum, quòd iuſtorum pia opera, nulla tam parua ſunt in mundo, quæ mercede careant in cœlo. Mat. 10. Quicunque potum dederit vni ex minimis iſtis, calicē aquæ K

frigidæ tantum in nomine diſcipuli, Amen dico vobis, non perdet mercedem ſuam. Et quanto magis laborioſa opera in mundo, mercede magna non carebunt in cœlo? Sap.10.Reddidit iuſtis mercedem laborum ſuorum. Magnis laboribus, magna merces, maximis maxima redditur.1. Corin. 3. Vnuſquiſque propriam mercedem accipiet,ſecundum ſuum laborem.Ber. Si labor terret,merces inuitet. De 5. Eccl.11. Facile eſt in oculis Dei,ſubito honeſtare pauperem. Benedictio Dei,in mercedem iuſti feſtinat. Ecce pauper voluntarius, pauper ille qui pro Chriſto omnia relinquit, conſequitur a Deo benedictionem, & poteſtatem, & mercedem : benedictionem in mundo: poteſtatem in iudicio: mercedem in cælo. Tali enim pauperi confert Deus centuplum in hoc mundo. Mat. 19. Omnis qui reliquerit domum &c.vſque centuplum accipiet. Non vtique centum domos,vel centum agros, pro vna derelicta, ſed gratiam & conſolationem .ſ.centuplo cariorem omnibus dimiſsis. Item confert ei thronũ in iudicio.Mat.19.Ecce nos reliquimus &c.vſq; ſedebitis & vos ſuper ſe.duodecim.&c.Itẽ confert ei theſaurum in cœlo.Mat.19.Si vis perfectus eſſe,vade & vende omnia quæ habes,& da pauperibus, & habebis theſaurum in cœlo,& veni & ſequere me. De ſexto. Matt.5. Beati eſtis cum maledixerint,vo. homines, & perſecuti. v.ſ.&c.vſque merces veſtra co.eſt in cęlis. Hanc mercedem hodie martyres iſti habent, & nos beati cum ipſis haberemus, ſi cũ ipſis pietatem & iuſtitiam ſeruaremus, patienter aduerſa ſuſtineremus 1,Pet.3. Si quid patimini propter iuſtitiam,beati.Vnde ſicut ipſi fuerunt martyres in corpore,ſic nos in corde eſse poſsemus.Mori a perſequente neceſsarium eſt,in aperto: ore non facere contumelias:odientem diligere,neceſse eſt,in occulta cogitatione. De ſeptimo 1. Cor. 9. Væh mihi ſi non euangelizauero, ſi autem volens hæc ago, mercedem habeo gloriam æternam.

L M N

GAudete quia nomina veſtra ſcripta ſunt in cęlis. Lu.10. Sanctum Euangelium quo verba iſta ſunt ſcripta, legi ſolet de martyribus in eccleſia, & valde congrue. Nam perſecutores, nomina martyrũ omnino delere conati ſunt: ſed certe non potuerunt nomina illa delere in terra, quæ ſcripta ſunt in cœlis. Gaudete ait Dominus, quia nomina veſtra &c. Poſſemus aũt conſiderare quadruplicis gaudij commendationem, & ſecundum hoc quadruplicem nominis ſcriptionem. Circa primum. Nota quòd quatuor nomina, & quatuor notabilia gaudia, nobis in Euangelio commendantur, ſcilicet gaudiũ paſtorum, gaudium Magorum, gaudium angelorum, gaudium diſcipulorũ. Primum eſt de humanæ naturæ ſublimatione ſcdũm de gratiæ illuminatione tertium de culpæ remiſsione quartum de gloriæ expectatione. De primo. Luc.2. Euangelizo vobis gaudium magnum, quod e.o. populo, quia natus eſt &c. Mirabiliter natura humana, per natiuitatem Chriſti ſublimata eſt, in tãtum, quòd verbo eſt vnita, in vnitate perſonæ. Vnde angeli qui ſe ante incarnationẽ adorari ab hoĩe ſuſtinuerunt, poſtmodum naturam tãtum ſublimatã humiliari coram ſe refugiunt, ſicut pãtet in Ioanne volente angelũ adorare, cui idẽ angelus dixit, Apo.22. Vide ne feceris &c. Gre. Quos prius infirmos, abiectoſq; deſpexit, iã ſocios veretur Ecce hoc gaudium vere debet eſſe omni populo, quòd tantum ſublimata eſt humana natura in Chriſto. Sed heu tanto ſe priuant gaudio, nunc & in perpetuũ, qui naturã tam dignam faciunt vilem, & abominabilẽ per peccatũ. Hier. 2. Quomodo nimis facta es vilis, iterans vias tuas. Et Oſee.9. Facti ſunt abominabiles, ſicut ea quæ dilexerunt. Propter hoc Leo Papa exhortans ait. Agnoſce Chriſtiane dignitatẽ tuã, & diuinæ conſors factus naturæ, noli in veterẽ vilitatẽ degenerare, cõuerſatione recedere, De ſecundo. Matt.2. Videntes aũt ſtellam Magi, gauiſi ſunt,

O P Q

gaudio magno valde.¦Stella ducens ad Ieſum,ſignificat lu men gratiæ ducens ad ſalutem. Ieſus enim ſalus interpretatur. Sed certe ſtellam hanc ducem habere, ad ſaluatorem venire non poteris,niſi aurum, thus & myrrham tecum tuleris. Aurum ſignificat charitatem. Apoc.3. Suadeo tibi emere aurum & argentum &c. Thus ſignificatur orationem & deuotionem,quam angeli noſtri, libenter offerunt Deo. Apocali.8.¦Alius angelus venit,& ſtetit ante altare,habens aureum thuribulum, & data ſunt ei incenſa multa,vt daret de orationibus ſanctorum &c. Caue chariſsime diligenter,ne thuribulum angeli tui vacuum relinquas. Myrrha vero ſignificat pænitentiam. Can.5. Digiti tui pleni myrrha probatiſsima ideſt amariſsima. Amaritudo pœnitentiæ,eſt quaſi myrrha, probata in vera compunctione, probatior in compunctione,& vera confeſsione probatiſsima in condigna ſatisfactione. Heu quã rara eſt hæc myrrha. Amb. Facilius inuenies qui innocẽtiam ſeruauerit, quàm congruam pœnitentiam egerint.

R De 3. Lu. 15 Gaudium eſt angelis Dei, ſuper vno peccatore pœnitentiam agente. Notandum autem quòd conuerſio & pœnitentia peccatorum, gaudium eſt angelis, gaudium eſt Deo, gaudium eſt ſanctis in via, quanto magis in patria. 2. Corin.7. Nunc gaudeo,non quia contriſtati eſtis,ſed quia contriſtati eſtis ad pœnitentiam.¦Eſt gaudium angelis,ſicut hic dicitur. Gaudium eſt angelis &c. Gaudent vtique de pœnitente, tanquàm de vno conſorte. Augu. Qui per pœnitentiam peccata diluerit,angelicę fælicitatis conſors in ęternũ erit.¦Item gaudium eſt Deo. Vnde Luc.15. ¦Epulari autem & gaudere oportebat,quia

S frater¦tuus hic,mortuus fuerat & reuixit &c. De 4. Io. 20. Gauiſi ſunt diſcipuli,viſo domino. Vtique poſt reſurrectionem capitis noſtri Ieſu Chriſti,firmiter credimus. nam quod in capite noſtro completum non dubitamus, hoc etiam in membris fide veriſsima expectamus. O quo

T modo tunc gaudebimus viſo domino? Aug. Magnum aliquid videbimus,quoniam viſio eſt tota merces. Deum vtique videbis in cœlo,ſi tamen cor mundum habes in mũ

do

do. Mat. 5. Beati mundo corde &c. Secundum hoc quadruplex gaudium, inuenimus in Euangelio quadruplex nomen ſcriptum: videlicet in denario, in tabula, in cruce, in cœlo, De primo. Matt. 22. Cuius eſt imago hæc, & ſuperſcriptio hæc: De ſuperſcriptione dicitur nominis huius ſcriptura, ad primum gaudium pertinet: denarius humanam naturam, vel hominem ſignificat. Hæc eſt enim drachma Chriſti, per peccatum perdita. Imago autem ſummi regis, eſt filius Dei. Sap. 7. Candor eſt lucis æternæ, & ſpeculum ſine macula maieſtatis Dei, & imago bonitatis illius. Ecce magna dignitas humanæ naturæ, quòd talem imaginem in ſe habet per incarnationem filij Dei, & non ſolum imaginem, ſed etiam imaginis nomen. Nam a Chriſto dicitur Chriſtianus. De 2. i. de nomine ſcripto in tabula Dei. Lu. 2, Et poſtulans pugillarē &c. cuius nominis inſcriptio, ad ſecundum gaudium pertinet, quod eſt illuminatio gratiæ. Ioannes enim Dei gratia interpretatur. Tabula cor ſignificat, in qua gratia ſcribitur, per impreſsionem diuinorum prçceptorum, Prou. 3. Deſcribe in tabulis cordis tui, & inuenies gratiā. De 3. ideſt de nomine ſcripto in cruce dicitur. Ioan. 19. Erat autem ſcriptum: Ieſus Nazarenus, rex Iudçorum. Nominis Ieſu inſcriptio, ad tertium pertinet gaudium, quod eſt de remiſsione peccatorum. Ieſus enim interpretatur ſalus. Et certe ſalus vniuerſorum, conſiſtit in remiſsione peccatorum. Et quia ſalus remiſsionis, per pçnitentiam habetur: ideo bene hoc nomen in cruce ſcribitur. Crux enim potentiam ſignificat, quia caro crucifigitur. Gal. 5. Qui autem ſunt Chriſti, carnem ſuam crucifixerunt cum vitijs & concupiſcentijs. De quarto ideſt de nomine ſcripto in cœlo, dicitur hic. Gaudete quia nomina v. ſ. ſunt in cœlis. Iſta ſcripta ſunt cauſa quarti gaudij. Videat vnuſquiſque in ſemetipſo, ſi nomen ſuum ſcriptum eſt in ſeculo. Apoc. 3. Qui vicerit, ſic veſtietur veſtimentis albis, & non delebo nomen eius de libro vitç.

V X Y Z

De eiſdem. Thema IIII.

CLamauerunt iuſti &c. Quomodo clamandum ſit propter aquam,ignem &c. Requi. in Quadra.do. 2.in ſerm.Dimitte eum &c.

De eiſdem. Thema. V.

LAudabunt omnes recti corde. Quomodo laudabiles ſunt formoſi,victorioſi &c. Require in feſto omnium ſanctorum 3.ſer.Laudemus viros.

De eiſdem. Thema. VI.

PRecioſa in cōſpectu Domini, mors ſanctorum eius. De morte quadruplici.Requi.Dom. 17. poſt Trin. in ſer.Reſedit qui erat mortuus.fol.502.

De eiſdem. Thema. VII.

FOrtis eſt vt mors dilectio.Can.8.De quatuor effectibus & ſignis dilectionis,require in Domini. 19. poſt Trin.in ſerm.Diliges.fol.514.

De eiſdem. Thema. VIII.

ILli autem ſunt in pace. Sap. 3 De pace in mundo,in extremo,in iudicio,in cœlo: Require in ſermone feriȩ 3.Paſchæ.Pax vobis.fol.263.

De eiſdem. Thema. IX.

DEus tentauit illos,& inuenit illos dignos ſe.Sap. 3.Quomodo Deus inueniat , iuſtificandos,coronandos,dominandos: Require Dom.3.poſt Trin. ſerm.Inueni ouem.fol.410.

De eiſdem. Thema. X.

ACcipent regnum decoris &c. Sap. 5. Quomodo iuſti accipient crucem doloris,regnum decoris, Require in Domin.in alb. in ſerm. Accipite ſpiritum ſanctum. fol. 274.

De eiſdem. Thema. XI.

FRatres mei modico nunc dolore ſuſtentato,ſub teſtimonio vitæ ȩternœ effecti ſunt, ſecundi Machab.ſeptimo.

timo. De quatuor conditionibus fratrum. Require in Communi Apoſtolorum, in primo ſermone. Item de quatuor fratribus. Require in ſermone: Vade prius. fol. 437

De eiſdem. Thema. XII.

BEati qui nunc fletis, quia ridebitis. Lucæ 6. Quomodo flendum ſit, Require Dominica poſt Trin. in ſerm. Cum appropinquaret. fol. 459

De eiſdem. Thema. XIII.

BEati mundo corde, quoniam ipſi de 5. Mat. 5. Quomodo Deus videatur in mundo, in extremo &cætera, Require Dominica quarta poſt Paſcha, in ſer. Iterum modicum.

De eiſdem. Thema. XIIII.

MErces veſtra copioſa eſt in cœlis. Matt. 5. Quomodo merces cœleſtis cœlitus recipiatur, faciliter deſeruiatur &c. Require in Septuage. in ſer. Voca operarios.

De eiſdem. Themu. XV.

VEnite ad me, qui labor. &c. Mat. 11. Venite ad me in veritatem allicientem &c. Require in 4. fe. Paſchæ in ſerm. Nemo poteſt ve. fol. 380.

De eiſdem. Them a. XVI.

DIco vobis amicis meis, ne terrea. &cæt. Luc. 12. De amico quadruplici re. Domin, 8. poſt Trinita. In ſerm. Facite vobis amicos de mammone iniquitatis. fol. 457.

De eiſdem. Thema. XVII.

TRiſtitia veſtra vert. in gaudium. Ioan. 16. Triſtitia temporalis paſsionis martyribus verſa eſt in gaudium æternæ glorificationis. Hunc ſerm. totum require in Domin. 3. poſt Paſcha.

De eiſdem. Thema. XVI.

IN occiſione gladij, mor. ſunt. Hebr. 11. De gladio quadruplici requi. Dom. infr. Nat. Domini tuam ipſius.

De eiſdem Thema XVII.

PEr multas tribulationes oportet nos intrare in regnum cœlorum. Actu. 14. Quomodo electos oporteat tribulari, reformari &c. in decollatione S. Ioannis. Illum oportet.

De eiſdem. Thema. XVIII.

ABſterget Deus omnem lachrymam &c. Apoc. 12. De lachrymis contritionis, compaſsionis, &c. Require in feſto Magdalenę in ſermone: poſt lachrymationem & fletum, Item de lachrymis fundendis, per miſeria tranſgreſsionis, pro offenſa creatoris &c. Require ibidem. Hęc autem lachrymis.

DE QVOLIBET VNO DOCTORE.
Sermo Primus.

A POſuit os meum quaſi gladium acutum. Eſa. 49. Verba iſta, quilibet doctor ſanctus, ſed præcipue B. Aug. conuenientiſsime dicere potuit, eo quòd vere os tanquàm gladium habuit acutiſsimum, quo eccleſiam defendit. 1. Machab. 3. Protegebat caſtra gladio ſuo. Gladio in quam doctrinæ, mala vita extinguitur, vt bona vita reſuſcitetur. Hoc gladio moritur anima diabolo, vt viuificetur Deo. Hoc gladio doctores impugnant ſeptem genera hominum male viuentium, ſecundum, ſeptem vitia capitalia. Primo ergo nota, quòd gladio verbi, impugnantur

B ſuperbi. Prou 22. Arma & gladij in via ſuperbi. Arma ſunt exempla humilitatis Chriſti, & ſanctorum: quę valde pauenda ſunt cordibus ſuperborum, Gladij vero ſunt, verbum Dei & iudicium Dei. De gladio verbi Dei, dicitur Ephe. 6. Galeam ſalutis aſſumite, & gladium ſpiritus,

706
quod eſt verbum Dei. Iſto gladio ſapiens ille, ſuperbum percutit, qui ait. Eccl. 10. Odibilis coram Deo & homini bus eſt ſuperbia. Si angelus per ſuperbiam de tanta ſubli mitate cecidit, quomodo tu ad tantam celſitudinem aſcē des de imis? O ſuperbe, ſi nō humiliaris gladio verbi Dei, neceſſe eſt vt pereas. Iudicio gladij Dei, de quo Apoc. 1. De ore eius gladius ex vtraque parte acutus exhibat. C
Secundo. Nota, quòd gladio verbi Dei impugnantur in uidi. 2. Mach. 15. Accipe ſanctum gladium munus à Deo, in quæ deijcies aduerſarius populi mei. Qui ſunt aduer ſarij, niſi inuidi? Odibili enim inuidia, alij alijs aduerſan tur. Iſtis valde timendus eſt gladius ſanctæ doctrinæ dā nantis eos qui odiunt proximos. Iſto gladio. B. Io. Apoſt. odientem percutit, quum dicit 1. Ioan. 3. Qui odit fratrē ſuum, homicida eſt. Hoc etiam gladio B. Augu. inuidum percutit, quum ait. Vinum iudicium diaboli & inuidi eſt: ſolus vt diabolus ſi niteris eſſe ſublimis: gladio verbi Dei deijcieris damnabilis. Tertio. Nota quòd gladio ver- D
bi, impugnantur iracundi. Mat. 26. Omnes qui accepe rint gladiū gladio peribunt. Timendū eſt hoc iracundis, qđ cito accipiunt gladios: vel ſaltē gladio linguæ lædūt alios, Pſ. Lingua eorum gladius acutus, Timendum inquā eſt vis, quia vel damnabiliter peribūt gladio iudicij Dei: & quandoque gladio hominis inimici, vel peribunt ſalu briter gladio verbi Dei. Iſto gladio ipſe Dominus iracun dum percutit. Matt. 5. vbi ait. Omnis qui iraſcitur fratri ſuo, reus eſt iudicio. Hoc etiam gladio B. Auguſtinus, ira cundum qui verbis contra proximum furit percutit: ait enim. Quid de illis dicendum eſt, qui furore cæcitatis, vſque ad verba prorumpunt maledictionis, non aduer tentes quod Apoſtolus ait. Neque maledici regnum Dei poſſidebunt. Quarta gladio verbi Dei, impugnantur E
auari. Amos. 9. Auaritia enim in capite omnium, & nouiſ ſimum eorum in gladio interficiam. Timendum eſt hoc auaris oibus, res iniquis lucrantibus. Talis enim, ſi centū liberos haberet, eos omnes damnari opus, qui ſcienter bona patris iniuſta poſſident, immo & nouiſſimus eorū

interfi-

interficiendus erit, gladio verbi Dei ſalubriter, vel iudicio Dei damnabiliter. Iob. 27. Si multiplicati fuerint filij eius, in gladio erunt. Certe gladio doctrinæ ipſe Dominus auarum percutit, quum ait. Mat. 19. Facilius eſt camelum per foramen acus &c. Percutit etiam hoc gladio auarum. B. Aug. quum ait. Non dimittitur peccatum, niſi
F reſtituatur ablatum. Quinto. Nota quòd gladio verbi Dei impugnantur accidioſi, Ioſue 6. Aſinos in ore gladij percuſſerunt. Aſini ſignificant pigros, & ad bonum inuoluntarios. hi quandoque onera bonorum operum ferunt, ſed pigre. Hos percutit Dominus, quum ait. Matt. 25. Inutilem ſeruum eijcite in tenebras exteriores. Hoc etiã gladio. B. Aug. pigrum percutit, quum ait. Regnum cœlorũ, non tepidi, non molles, non deſides, ſed violenti, vimque facientes ſibimet rapiunt.
G Sexto. Nota quòd gladio verbi Dei impugnantur guloſi. Vnde & primorum parentum gulam ſecutus eſt gladius. Gen. 3. Collocauit ante paradiſum cherubin, & flammeum gladium. In quo bene oſtenditur, quòd guloſum opus, per flammeum gladium ideſt virtute eloquij diuini emendatum, in paradiſum tranſire. Vel per flammeum iudicij Dei gladium, a paradiſo excluſum perire. Certe gladio verbi ſui, ipſe Dominus guloſum percutit. Luc. 12. Vbi ponit parabolã de quodam diuite, cui dictum eſt, Hac nocte animam tuã repetent a te &c. Hoc etiam gladio. B. Auguſtinus, guloſum percutit, quum ait. Inter cætera ſua mala, propter
H ſaturitatem panis maxime, Sodoma perijt. Septimo. Nota quod gladio verbi Dei impugnantur luxurioſi. Vnde de fornicarijs dicitur Apoc. 2. Pugnabo cum illis, in gladio oris mei. Interli. Conuincam illos fornicarios peccaſſe docendo. Gladio ergo doctrinæ Dei, fornicarij impugnantur ad correctionẽ. Vel gladio æternæ ſententiæ impugnabuntur ad damnationem. Gladio doctrinæ ipſe Dominus luxurioſum percutit, quum ait. Mat. 5. Omnis qui viderit mulierẽ ad concupiſcendum &c. Hoc ẽt gladio percutit, B. Auguſtinus luxurioſum, quum ait. O quã parua eſt concubitus hora, qua perditur vita futura.

De

Legem requirent de ore eius, quia angelus Domini exercituum eſt. Mal, 2. Doctor iſte ſanctus. N. cuius hodie feſtum agitur, commendatur de duobus, videlicet de doctrina ſacra, & de angelica vita: docuit. n. verbo & exemplo. Propter primũ dicit Legem requirens de ore eius, pp ſcdum addit, quia angelus exercituũ eſt. Circa primũ attende chariſsime, quòd lex Dei non ſolũ de ore, immo certe lex de aure, lex de corde, lex de ore, lex de opere, ſiue de manu requiritur. Requiritur vtique vt lex aure audiatur, corde diligatur, ore doceatur, opere impleatur. De primo. Eſa. 1. Percipite auribus legem Dei veſtri, populus Gomorræ. Certe pœnã illã ignis & ſulphuris, bene poſsunt timere, qui nec legem Dei, nec aliquid boni de Deo, auribus curant percipere, tales. n. cum Deo partem non videntur habere. Ioan. 8. Propterea non auditis, quia ex Deo non eſtis. Iuſtum vtique iudiciũ non eſset, ſi Deus libenter audiret verba tua in oratione, quando tu non libenter audis verba eius in prædicatione. Prouerbiorũ 28. Qui declinat aurem ſuam ne audiat legem Dei, eius oratio erit execrabilis &c. Vnde B. Auguſtinus, nos multum terret ſic dicent. Non minus reus eſt, qui verbum Dei negligenter audit, quàm ille, qui negligẽtia ſua, corpus Chriſti in terram concidere permiſit. De ſecundo Pſ. Lex Dei eius, in corde ipſius. Lex Dei debet eſse in corde per dilectionem, vel iugem meditationem. Pſ. Quomodo dilexi legem tuã Domine. &c. Merito cordis noſtri dilectio, & meditatio, debet eſse in lege Domini: & ſpecialiter propter quatuor. Primo, quia per legẽ Dei, homo a peccatis reuocatur, vt Pſ. Lex Domini immaculata, conuertens animas. &c. Secuudo, quia per legẽ Dei, in veritate illuminatur. Pro. 6. Mandatũ lucerna eſt, & lex lux Vnde qui legem non ſeruat. in tenebris ambulat, donec in foueam inferni cadat. Tertio, quia per legem Dei multum pacificamur. Pſ. Pax multa diligẽtibus

K

L

legem

legem tuam ,&c. Vere pax multa , quia cum Deo,cum
angelis,cum hominibus , immo etiam cum alijs creatu-
ris.Quare eſt Daniel cum leonibus , & tres pueri cũ igne
pacem habuerunt,niſi quia legem Dei dilexerunt: Quar
to,quia per legem Dei,ad vitam æternam conſeruamur.
Prou.3.Cuſtodi legem meam ac conſilium,& erit vita a-
nimæ tuę. Si pro vita corporis , cuſtoditur lex Galeni ,
quare nõ magis pro vita animę,cuſtoditur lex Ieſu Chri
M ſti? De tertio Mala.2 Lex veritatis fuit in ore eius.Le-
gem docere debet os doctoris,ex duabus tabulis nouæ,&
veteris legis Exod 24. Dabo tibi duas tabulas & leges,ac
mandata,vt doceas fidem Iſrael. Vel duce tabulæ, ſunt
duo præcepta charitatis,in quibus continetur ſumma le
N gis. Auſculta chariſsime,ecce breuiter docebo te totam
legem nouam & veterem : ecce duobus verbis docebo te
omnem legem , qua ſaluandus es. Dilige Deum,& pro-
ximum.Deum ſupra te,& proximum ſicut teipſum. Mat.
22.In his duobus mandatis,vniuerſa lex pendet,& Pro-
phetæ. In his duabus tabulis legem legis, immo totam
legem facis,legem maxime decem mandatorum. Si tu
diligis Deum,nõ habebis Deum alienum.Si diligis Deũ,
non aſſumes nomen Dei in vanum,ſeruabis Dei ſabbatũ.
Item ſi diligis proximum tuum,diliges & honorabis pa
trem & matrem. Item ſi diligis proximum,non occides
eum. Sic diſcas de omnibus decem mandatis.Ecce chariſ-
ſime,talis debet eſse in ore doctorum , lex vtique verita-
tis,non falſitatis:lex æquitatis,non iniquitatis.O quàm
iniquæ leges ſunt,in quibuſdam ciuitatibus & terris. Po-
ne exemplum de quibuſdam.Sed væh eis qui ſeruãt: væh
eis qui condunt tales leges.Eſa.10. Væh qui condunt le-
ges iniquas &c.Si autem leges iſtæ iniquæ,ſunt contra li
bertatem eccleſiæ,tunc illarum ſtatutores & ſcriptores,
& omnes qui eas ſeruari faciũt, excommunicationem Pa
O pæ incurrunt. De quarto.Prou.7.Serua mandata mea,
& viues,& legem meam quaſi pupillam oculi tui,liga ea
in digitis tuis.In digitis manuum ſignificantur diſcretio-
nes operum. Lex vero in digitis debet ligari,quia lex &

bona opera diſcreta, non debent ab inuicem ſeparari, ſi homo per legem voluerit iuſtificari. Roma. 2. Non enim auditores legis, iuſti ſunt apud Deum, ſed factores legis iuſtificabuntur. Sed heu in multis longe eſt lex a digitis. Aug. Sunt qui tenent legem in memoria, ſed non implent in vita. Ligata ergo lex, debet eſſe indiſſolubilis, ita vt citius a corpore, quàm a lege ſoluaris. 2. Mach. 7. Parati ſumus mori, magis quàm patrias leges præuaricari, Vere periculoſa eſt præuaricatio. Vnde 1. Eſdræ 7. Omnis qui non fecerit legem Dei tui, & legem regis diligenter, iudicium erit de eo, ſiue in mortem, ſiue in exilium, ſiue in cõdemnationem ſubſtantiæ, vel certe in carcerem. Ecce charisſimi, qui non fecerit legem Dei, & maxime decem mandatorum, legem regis ideſt ſummi pontificis, eccleſiã regentis, vel etiam alterius rectoris, legem obligatoriam ſtatuentis: iudicium eſt de eo, ſiue in mortem æternam, ſiue in exilium peregrinationis, vel religionis, ſiue in cõdemnationem ſubſtantiæ reſtituendæ, vel melius hic reſtituendi, ſiue in carcere purgatorij. P

De eiſdem. Ser. III.

QVi fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cęlorum Matth. 5. Propter hoc doctor iſte, cuius hodie feſtum agimus magnus eſt, quia fecit & docuit. Fecit opere, docuit ore: exemplo Domini, de quo Actu. 1. Cœpit Ieſus facere & docere. Sed attendite Q charisſimi, quòd ſancti docent nos viui & mortui, ſcriptis & dictis. Viui docent dictis: mortui ſcriptis. Docent autem quæ bona agenda: quæ mala fugienda: quæ ſtipendia recipienda ſint a nobis. Circa primum nota, quòd R ſancti doctores docent credere fideliter: viuere ſalubriter: gratias agere alacriter. De primo. Actuum 5. Omni die non ceſſabant in templo, & circa domos docentes, & euangelizantes Chriſtum Ieſum. Docẽtes vtique de Chriſto, quæ de ipſo in Symbolo continentur. Hic expone

Symbo-

Symbolum. Ecce chariſsimi, hęc omnia in Chriſto, & omnes in Chriſto credere debetis. Omnibus enim doctrina fidei neceſsaria eſt, Matt. 28. Omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti. Cauete autẽ omnes, ne fidem veſtram infidelibus curationibus, & diuinationibus, & incantationibus corrumpatis: ne propter hoc fructum omnium bonorum operum veſtrorum perdatis. Hoc eſt contra illos, qui ſtatim accedunt ſortilegas mulieres, ſperantes inde malis ſuis remedium. Aug. Sicut rami ſine virtute radicis areſcunt: ita quælibet bona opera, licet videantur, nulla ſunt, ſi a fidei ſoliditate diſiungantur. De ſecundo. Nota, quòd Dominus dixit Moyſi, Deut. 5. Loquar tibi omnia mandata, & cęremonias, & iudicia, quæ docebis eos, vt faciant ea. Mandata quæ docemur, ſunt decem, ſine quibus non peruenimus ad ſalutem, quæ omnia in his verſibus continentur. Eſt Deus, eſt vnum, ſunt Sabbata, ſuntque parentes: Mors, mœchus, fur tum, teſtis falſus, domus, vxor. Item cæremoniæ ſunt ritus colendi Deum qui conſiſtunt in adorationibus, genu flexionibus, in oblationibus, & in ſequeſtrationibus, & frequentationibus diuinorum, & venerationibus ſanctorum, & in huiuſmodi. Item iudicia ſunt, quę in correptione propria, vel aliena ſunt. Iudicia itaque quæ homines in ſeipſis, quæ iudices in populis, quę prælati in ſubditis, quæ parentes in filijs, quæ magiſtri in diſcipulis, quę domini & dominę in ſeruis & ancillis, & omnes correctores in corrigendis ſeruare debent, ne participes fiant peccati alieni. Silere. n. cũ arguere poſsis, conſentire eſt: & ſcimus quia ſimilis pęna, facientes & conſentientes cõſtringit. De tertio. Deut. 31. Docete filios Iſrael canticum, vt memoriter teneant, & ore decantent. Eia chariſsimi, ſemper debemus Deo decantare, in omnium gratiarum actione, pro oĩbus beneficijs nobis præſtitis, & præſtãdis in ęternum. Ad Col. 4. & Epheſ. 5. Docentes & monentes voſmetipſos, in pſalmis & hymnis, canticis ſpiritualibus, in gratia cantantes in cordibus veſtris. Super quo ſciendum eſt quòd B. Ber. ait. Ingratitudo vias obſtruit gratię, &

& vbi nulla fuerit gratia,acceſsum non inuenit. Circa T
ſecundum. Nota,quòd ſancti doctores, docent nos mala
cauere per innocentiam: mala deplangere per pœniten-
tiã:mala fugere per patientiam.De primo.Leu.15.Doce
bitis filios Iſrael,vt caueant immunditias, & non moriã
tur in ſordibus ſuis.Sic charisſimi, omnes filios & filias
veſtras doceatis ab inſtantia,qño ſp maneant in innocen
tia,ſicut Tobias docuit filium ſuum Tob.1.quem ab inſtã
tia timere Deũ docuit,& abſtinere ab omni peccato.Sed
heu parentes,modo filios & filias docent contrarium , &
ideo ipſos ſecum trahunt ad interitum.Amos.7.Filij tui,
& filiæ tuæ,in gladio cadent. De ſecundo.Hier 9. Do- V
cete filias veſtras lamentum, & vnaquæq; proxima plan
ctũ:quia aſcendit mors per feneſtras veſtras Filiæ docto-
rũ ſunt animæ Deo genitæ,per doctrinam eorum.1.Co.4.
In Chriſto Ieſu per euangeliũ ego vos genui. Iſtæ filiæ
docentur lamentari per pœnitentiã: Vnaquæq; aĩa pro-
ximã ſuã i.carnem ſuam dẽt docere plangere pro pecca-
tis.Doceãt mẽbra ſua ſatisfacere, qui heu diu docuerũt
mala facere.Hie.9.Docuerunt linguam ſuã loqui menda
ciũ Docent ergo nos doctores lamentũ, & planctum pœni
tentiæ.2.Reg.1.Præcepit Dauid docere filios Iuda plan-
ctum. Sed quare lamentabimur,quare plangemus? certe
quia mors culpæ,aſcẽdit per feneſtras quinque ſenſuũ ve
ſtrorũ. De tertio.Iob 4. Docuiſti plurimos,& manus laſ-
ſas roboraſti.&c. Iob vtiq; plurimos eſſe fortes in aduer
ſis docuit,& ad pœnitentiã roborauit verbo & exẽplo Sic
certe Chriſtus crucifixus: ſic oẽs martyres : ſic doctores:
ſic ẽt oẽs ſancti aduerſa paſsi: ſic oĩs ſcriptura,doctrinam
patientię nobis tradidit.Roman.15. Quæcunque ſcripta
ſunt , ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt, ut per patien-
tiam.&c.Greg. Videas electos nil præſentis gloriæ liben-
ter quærere,inopiam ſuſtinere, mala mundi æquanimi-
ter perpeti, vt poſsint in fine coronari. Circa tertium X
nota quòd ſancti doctores docẽt qd in iudicio,quid in cę-
lo,quid in inferno recipiendũ ſit. Docẽt,quòd in iudicio
iuſtitia : in cœlo gloria : in inferno miſeria recipienda
ſit.

ſit. De primo. Oſeæ. 10. Tempus requirendi Dominum cum venerit, qui docebit nos iuſtitiam Dei. Quilibet do ctor docet nos, non ſolum iuſtitiam vitæ tenẽdam in mũ do, ſed etiam iuſtitiam ſententiæ recipiendæ in iudicio. De ſecundo. Mat. 5. Aperiens os ſuum, docebat eos dicẽs: Beati pauperes ſpiritu. &c. Ecce ipſe ſummus doctor, hic docet quæ præmia, & a quibus recipienda ſunt. Hic dic de octo beatitudinibus. De tertio. Iob 27. Docebo vos per manum Dei, quid omnipotens habeat, nec abſcondã. Ecce vos omnes noſtis, & quid ſine cauſa, vana loquimini? Hæc eſt pars hominis impij, & hęreditas violentorũ, quam ab omnipotente ſuſcipiat: ſi multiplicati fuerint filij eius, in gladio erunt. In gladio vtique damnationis æternæ. Pro his omnibus, merito docemur ſemper eſſe in timore. Pſal. Timorem Domini do. v. Eia chariſsime, ſi doctoribus non acquieſcis, dum bene potes, tu forte grauiter in hoc te reprehendes, dum iam parum poteris. Fac ergo miſer homo nunc, quod doceris, ne tandem ſero conqueraris, & dicas illud Prouer. 5. Cur deteſtatus ſum diſciplinam, & increpantibus non acquieuit cor meum, non audiui vocem docentem me?

De eiſdem. Thema. IIII.

Ecce examen apum erat in ore leonis, ac fauus mellis. Iudi. 14. Hunc ſer. quomodo ſanctus doctor, in ore habeat fauum mellis, ſtatherem. &c. Require in feſto Marci Euangeliſtæ.

De eiſdem. Thema V.

Iace ſagittam & iecit. 3 Reg. 13. Bonus ſagittarius fuit doctor iſte, qui multas ſagittas eiecit arcu ſcripturæ. Quomodo autem iaciantur tela prędicando, ſemina operando &c. Require in Dominica paſsionis: in ſermone: Tulerunt lapides. &c.

De eiſdem Thema VI.

Labia ſapientum, diſſeminabunt ſcientiam. Prouer. 15. De ſemine quadruplici, in ſermone. Exijt qui ſeminat fol. 141.

De eiſdem. Thema VII.

BOnis amici conſilijs, anima dulcoratur. Prouer. 27. Quilibet doctor ſanctus, eſt animæ cōſiliarius & amicus. Quomodo autem conſiliarius debet eſſe prudens, vt rationabiliter doceat: amicus, vt fideliter conſulat: Require in feſto Apoſtolorum Simonis & Iudæ: in ſermone, Ecce Simon.

De eiſdem. Thema. VIII.

DEdit illi ſcientiam ſanctorum. Sap. 10. Debet habere homo ſcientiam diuinæ pietatis, veritatis, bonitatis &c. Require in Dominica 4. poſt Paſc. in ſerm. Nunc ſcimus &c.

De eiſdem. Thema. IX.

IN medio eccleſiæ aperiet os eius &c. Eccl. 15. Quomodo aperiri debeant oculi, aures, os &c. Requi. in Dom. 13. poſt Trin. in ſer. Statim apertæ. fol. 473.

De eiſdem Thema X.

SI Dominus magnus voluerit, ſpiritū intelligentiæ replebit illum. Ecc. 39. Quomodo doctor ſanctus repleatur ſicut nubes humido, fornax foco. &c. Require feria tertia poſt Pent. in ſer. Repleti ſunt.

De eiſdem. Thema. XI.

TRanſi hoſpes & orna menſam, & quæ in manu habes ciba cæteros. Eccle. 29. Hoc competit doctori, qui de menſa ſcripturæ animas debet cibare. De menſa quadruplici, Require in Quadrage. in ſer. Catelli. fol. 182.

De eiſdem. Thema. XII.

POpulum meum docebunt, quid ſit inter ſanctum & pollutum: mundum & immundum: & oſtendent eis. Ezec. 44. Quomodo debeat homo oſtendere veritatem in prædicatione: iniquitatem in confeſsione &c. Require in Dominic. 24. poſt Trin. in ſerm. Oſtende mihi numiſma cenſus. fol. 543.

De eiſdem. Thema. XIII.

PRotegebat caſtra gladio ſuo. 1. Matt 3. Sanctus doctor cuius feſtum agimus, protegebat gladio verbi Dei caſtra eccleſiæ. De gladio tentationis, damnationis: Require in ſer. Tuam ipſius animam. fol. 71.

De eiſdem. Thema. XIIII.

NEmo accendit lucernam. &c. Luc. 8. Hunc ſermonem totum require in ſermone S. Antonij de Padua.

DE SANCTIS CONFESSORIBVS. Sermo Primus.

A DOmine præuenisti eum in benedictionibus dulcedinis. Pſ 20. Verba iſta conuenienter leguntur de ſancto confeſsore. N. cuius hodie ſolemnia celebramus, quem Dominus præuenit, & ſubſecutus eſt in dulcibus gratiæ & gloriæ benedictionibus. O quàm dulcibus, o quàm multis benedictionibns Dominus, tam ipſum quàm alios electos prçuenit. Eph. 1. Qui benedixit nos in oi benedictione ſpiritua li, in cœleſtibus, in Chriſto. Conſiderandum, quòd dulces ſunt benedictiones Domini in mundo, in extremo, in cœlo, in iudicio. In mundo eſt dulcis benedictio diuinæ propitiationis. dulcis in extremo benedictio ſecurę euolationis. Item in cęlo benedictio æternæ exultationis:, dulcis in iudicio benedictio iucundæ inuitationis. De 1. Iohe. 2. Conuertimini ad me in t. c. v. in ie. & f. & planctu &c. vſque quis ſcit ſi conuertatur, & agnoſcat Deus, & relinquat poſt ſe benedictionem. Magna eſt benedictio, diuina propitiatio: magna eſt benedictio aīæ, per ſpiritum

B ſanctū impinguatio. Gen. 27. In pinguedine terræ, & in rore cęli deſuper, erit benedictio tua. Pinguis terra eſt bona voluntas. Ros cœli, ſpiritus fœcundans. Aīa ergo fructi

fera,

ſera, eſt benedicta terra a Deo: immo eſt noſtra paradi-
ſus, benedictio per gratiã Dei. Ecc. 40. Gratia quaſi para-
diſus in benedictionibus in cęlis, quaſi fructificans diuer
ſas ſpecies virtutũ. O quàm benedicta eſt illa aĩa, quæ flo
res & fructus, & delitias paradiſiacas in ſe hẽt. Aug. Læti-
tia bonæ conſcientię paradiſus eſt. Sicut aũt aĩa virtuoſa,
benedicta terra ad habẽdũ paradiſum Dei eſt: ita heu a-
nima vitioſa eſt maledictæ nauis, maledicta ſentina dia-
boli. Sed benedictus Deus, qui per benedictã pęnitentiã,
& de ſentina paradisũ, & de maledicta aĩa, benedictã ani-
mam facere põt. Zach. 8. Sicut eratis maledictio, ſic ſanã
bo vos, & erit benedictio. De ſecũdo. Ecc. 1. Timenti Deũ, C
bene eſt in extremis, & in die defunctionis ſuæ benedice
tur. Spiritus ille in egreſſu de corpore, benedictus eſt, qui
tunc ab hoſtibus ſecurus eſt. Deu. 28 Benedictus es ingre
diens & egrediẽs. Dabit Deus inimicos tuos, qui conſur-
gent aduerſus te corruentes in conſpectu tuo: per vnã ve
ſtram venient contra te, & per ſeptẽ fugient a facie tua.
Hæc benedictio promittitur cuſtodienti oĩa mãdata, ſi- D
cut ibidẽ dicitur Si ergo talis fueris, benedictus eris: egre
diens quidẽ de corpore, & ingrediens in regnum gloriæ.
Et certe magna ſecuritatis benedictione tũc ingredieris,
quia inimici tui per viã vnã, i. vna concordi voluntate,
& malignitate, venient contra te. Greg. Maligni ſpiritus,
vndique aĩam in morte anguſtant, dũ ei non ſolũ operis,
verum ẽt locutionis, incuſationis, atq; inſuper cogitatio
nis iniquitates replicant. Sed Nota, ꝙ per ſeptẽ vias fu- E
giunt a te, dum plenè innocentẽ, vel bene pęnitentẽ inue
niunt te in oĩbus. Quicũq; de ſeptẽ vitijs ſe obiecerit cõ-
tra te. Oſtende hoc de ſingulis. De tertio. Pſ. Dabit eũ F
in benedictionibus in ſecu. ſeculi. Itẽ Pſ. Benedixiſti filijs
tuis in te. Quis aũt hanc benedictionem conſequatur, o- G
ſtenditur in Pſ. Innocens manibus, & mundo corde. &c.
vſq; Hic accipiet benedictionem a Dño. Nota ꝙ dicit in-
nocẽs manibus Hoc eſt cõtra illos, de quibus dicitur. Eſa.
1. Manus veſtræ ſanguine plenæ ſunt Quot manus ſunt
in mundo, quæ iam poſt ardere debent in inferno? No-

ta etiam,quòd dicit mundo corde.Matt.5. Beati mundo corde &c.Hoc eſt contra illud Prou.11.Abominabile domino cor prauum.Item dicit. Qui non ac.in va.a.ſ. Glo. i.in peccato aĩam ſuam.Hoc eſt contra illos de quibus dicitur Hier.2. Ambulauerunt poſt vanitatem,& vani facti
H ſunt.Nota inſuper,quòd dicit. Nec iurauit in dolo prox. ſuo. Certe nec iuramento,nec in aliquo verbo debet eſſe dolus.Pſ.Prohibe linguam tuã a malo,contra illud, Linguis ſuis doloſe agebant,iudica illos Deus. Si non libẽter habes cibum in ore,mortiferum corpori,quomodo accipis in ore verbum mortiferum animæ?Aug Maligne ſicut
I eligis quo veſcaris,ſic elige quod loquaris. De quarto. Matt.25.Venite benedicti patris mei.&c. Illos Dominus benedictos dicet in iudicio,qui in operibus miſericordię ſe exercent in mundo,quando dicit eis:Eſuriui &c.Sic de omnibus operibus miſericordię. Propter hoc bene ſequitur.Pro.22.Qui pronus eſt ad mĩam,benedicetur.ſic ecõtrario.Qui maleuolus eſt ad miam,maledicetur. Fac ergo quod tibi dicitur Ecc.7. Pauperi porrige manũ tuam, vt perficiatur propitiatio & benedictio tua.Gratia datur in conſpectu omnis viuentis. Gratia datur.i.pp dat ̃ per ficietur propitiatio tua in mũdo,& benedictio in iudicio. vbi in conſpectu omnis viuentis dicetur:Venite be.pa.m. &c.Nota chariſsime,ſi prædictas quatuor benedictiones habere vis, oportet te pro his cum Deo luctari ſpiritualiter,& in lucta perſeuerare finaliter.Gen.32.Non dimittam te niſi benedixeris mihi.&c.

De ſanctis Confeſs. Ser. II.

K EVge ſerue bone & fidelis.&c.Matt.25.Audi chariſsime,quomodo Dominus ſeruum ſuum. N. cuius hodie feſtum colimus,in die iudicij commendabit. Et tu ſis bonus in mundo,vt lauderis in iudicio. Virtuoſus debet eſse ſeruus Dei,contra ſeptem vitia ſeruorum diaboli:vt ſit humilis contra ſuperbiam: charitatiuus contra inuidiam:

diam:patiens contra iram: contentus præſentibus cōtrá auaritiam:operoſus contra accidiam:ſobrius contra gulam:caſtus contra luxuriam. De primo.Luc.17.Cum feceritis omnia quæ præcepta ſunt vobis,dicite,ſerui inutiles ſumus &c. Enumera hic decem præcepta pro quibus ſeruum Dei ſequitur retributio multa in cœlo.Pſ.Etenim ſer.t.c.e.&c.Et ſeruum diaboli,retributio multa in inferno.Seruus Dei ſemper humilis maneat, quia neſcit de oībus operibus ſuis,ſi nunc Deo placeant.Iob.9.Vere bar omnia opera mea.&c Iſidor.Omnis ſanctus veretur, ne forte bonum quod agit pro aliqua animi intentione, in oculis Dei reprobum ſit.Propter hoc ſeruus Dei,bene orat dicens: Ne intres in iudicium cum ſeruo tuo Domine.&c. De ſecundo.Pſ.Inueni Dauid ſeruum meū,o.&c. Oleum charitatem ſignificat, quo filij regni, ad regnum vnguntur,& qua ſolum prudentes a fatuis diſcernuntur. M
Aug. Hoc ſolum donum eſt,quod ſeparat inter filios regni,& filios perditionis. Talis autem debet eſſe charitas ſerui Dei,qui toto corde diligit Deum,ſicut charitas Dauid,qua plurimum dilexit inimicos: vt patet in Saule & & Abſalone,quorum mortem plurimum deplanxit.Hæc eſt gratia per quam homo maxime placet Deo in mūdo, & maxime ſuſcipitur in cęlum.Eſa.42.Seruus meus ſuſcipiam eum, electus meus complacuit ſibi in iilo aīa mea. Sed ſeruus nequam charitate carens ſuſcipitur in infernum.Matt.18.Serue nequam &c. De tertio.Iud,8.Fla- N
gella Domini quaſi ſerui, qui corripimur ad emendationem,non ad perditionem noſtram eueniſſe credamus.Sicut autem ſerui Domini,inter flagella Domini:ſic etiam inter grauamina proximorum patientes & pacifici, non contentioſi eſse debent.2.Timot.2.Seruum Domini non oportet litigare,ſed manſuetum eſse ad oēs. Litigioſi ergo non videntur eſſe ſerui Dei,ſed diaboli Itē ſerui Dei contra tentamenta & perſecutiones diaboli conſtantes eſse debent,ſicut ſeruus Dei Iob in omnibus.De quo ſeruo etiam Dominus gloriatur.Iob,1. Nūquid conſideraſti ſeruum meum Iob.&c.De his oībus ait Greg.Perfecte ad

uerſarius vincitur, quando mens noſtra inter tentamētā diaboli à delectatione atq; conſenſu, inter contumelias proximi ab odio : & inter flagella Dei a murmuratione cuſtoditur. De quarto. Dan. 3. Miſit Deus angelum ſuū, & eripuit ſeruos ſuos. Illos ſeruos eripuit, qui ſtatuam au ream non adorauerūt. Sed heu non ſolum auream, ſed ēt argenteam ſtatuam adorant, qui aurum & argentum pluſ quàm Deum amant. Oſeæ. 8. Argentum ſuum, & aurum ſuum, fecerunt ſibi idola. Ideo dicit Apoſtolus, quòd aua ritia eſt idolorum ſeruitus. Col, 13. Et Dñs: Non poteſtis Deo ſeruire & mammonæ &c. Mat. 6. De quinto dicitur hic. Euge ſerue bone. Sic Dñs ſeruum laudabit, qui in quinque talentis bene negociatus fuerit. Poſsunt autem per quinque talenta ſignificari, quinque donorum genera, quibus lucrari debemus cœleſtia. Primum talentum eſt donū naturæ, tam corporis quàm aīæ. Secundum eſt donum fortunę. ſ. temporalia. Tertium eſt potentiæ tam eccleſiaſticæ quàm mundanæ. Quartum eſt donum ſcientiæ. Quintum eſt donū gratiæ. Quæcunque de iſtis talentis acceperis in mundo, reddes rationem de illis in iudicio. Mat. 25. Venit Dominus ſeruorum illorum, & poſuit rationem cum eis. Vbi ait B Gre. Bene operantes, pro apportato lucro, Dominus remunerat. Seruum bonum a bono opere torpentem damnat. De ſexto. Eccl. 33. Cibaria & virga & onus aſino: panis & diſciplina & opus ſeruo, Seruus Dei eſt tanquàm aſinus Dei, portās ipſum: ita ſubiectus Deo, vt dicere poſsit: Vt iumentum factus ſū apud te. Iſti ſeruo Dei, aſino Dei, onus laborum & pœnitētiæ: virga diſciplinæ, cibaria neceſsaria vitæ, deeſſe non debent. Aſinus autem duris & vilibus vtitur cibarijs. Sic ſeruus Dei non voluptuoſa quærit, vel ſumptuoſa cibaria. Hic ſtudet Deo ſeruire in abſtinentia: ſicut Anna, de qua Luc. 2. quæ non diſcedebat de templo, ieiunijs, & obſecrationibus ſeruiens die ac nocte. Sed heu quidam ecōtrario, non Dei, ſed diaboli, & ventris ſui ſerui ſunt. Ad Roma. 16. Huiuſmodi enim Chriſto non ſeruiunt, ſed vētri ſuo. Væh talibus: quia de ſeruo ebrioſo dicitur Lu. 12.

Veniet

Veniet Dominus ſerui illius, in die qua non ſperat, & hora qua neſcit, & diuidet. &c. De ſeptimo. Luc. 12. Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes in &c. vſque. Beati ſerui illi. Ecce ſerui illi beati oſtenduntur, qui lumbis præcinctis per caſtitatem, & lucernis ardentibus per bonorum operum claritatem, vigilantes inueniuntur. Talibus ſeruis mundis per continentiam, ſancti angeli libenter, familiares ſunt. Patet hoc in Ioanne virgine. Ap. 1. Significauit Deus quæ oportet fieri cito, per angelum ſuum, ſeruo ſuo Ioanni. Et Apo. 22 Seruus tuus ſum. Sed heu luxurioſi, ſerui diabolicæ turpitudinis ſunt. Redite chariſsimi de ſeruitio diaboli, ad ſeruitium Dei. Ad Rō. 6. Sicut exhibuiſtis membra, veſtra ſeruire immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatem ita nunc exhibete membra veſtra ſeruire iuſtitiæ in ſantisfactionem. &c.

De eiſdem. Thema. III.

IOſaphat quæſiuit Dominum in toto corde ſuo. 2. Para: 22. Quærendus eſt multiplex. Require in Domin. infra octauam Epiphaniæ, in ſerm. Pater tuus. fol. 101.

De eiſdem. Thema. IIII.

MEmor fuit Dauid in toto corde ſuo. Tob. 1. Quomodo Deus exigat totum cor ad credendum, ad pœnitendum, ad bene viuendum. &c. Require in Dominic. 19. poſt Trinitat. in ſermon. Diliges Dominum Deum tuum. fol. 516.

De eiſdem. Thema, V.

LEx Dei in corde ipſius. Pſal. 36. Quomodo lex Dei debeat eſse in aure, in corde, in ore &c. Require paulo ante de vno Doctore, In ſermone: Legem requirent.

De eiſdem. Thema. VI.

INueni Dauid ſeruum meum. Pſal. 88. Quomodo Dominus inueniat iuſtificandos, damnandos &c. Require in Domin. 3 poſt Trin. Inueni ouem. fol. 410.

De eiſdem. Thema. VII.

HVmilem ſpiritum ſuſcipiet gloria. Pro. 22. De humiliationis neceſsitate, qualitate: Require Dom. 18, poſt Trinitatem: In ſermon. Qui ſe humiliat, exaltabitur: fol. 511.

De eiſdem. Thema. VIII.

IVſtum deduxit Dominus per vias rectas. Proue. 10. De via multiplici, Require in Aduentu: in ſerm. Dirigite viam Domini. fol. 35.

De eiſdem. Thema. IX.

OStendit illi regnum Dei. Sap. 10. Quomodo Dominus oſtenderat dolenda, agenda, ſuſtinenda. &c. Require in Tranſlatione ſancti Franciſci: in ſerm. Iuſtum deduxit Dominus per vias rectas.

De eiſdem. Thema. X.

IN multitudine electorum, habebit laudem. Ecc. 23. De multitudine impiorum in culpa, damnatorum in gehenna &c. Require Dom. 7. poſt Trin. in ſerm. Concluſerunt multitudi. piſcium. fol. 428.

De eiſdem. Thema. XI.

QVis eſt hic, & laudabimus eum. Eccle. 39. De quinque laudibus, require in feſto omnium ſanctorũ: in ſer. Laudemus viros glorioſos. Item de quatuor mirabilibus, require in feſto S. Nicolai: in ſerm. Quis eſt hic, & lau. eum.

De eiſdem. Thema. XII.

STatuit illis Dominus teſtamentum pacis. Eccle. 45. De pace habenda cum Dominis, cum angelis. &c. Require feria tertia Paſchæ, in ſer. Pax vobis.

714

De eiſdem. Thema XIII.

DE omni corde ſuo laudauit Dominum, & dilexit eum.&c.Ecc.47.Hunc ſermonem de quatuor pro uocationibus diuinę dilectionis, Require in feſto S. Franciſci.

De eiſdem. Thema. XIIII.

VNi dedit quinque talenta.Matt.25. Quomodo Deus dat abundanter, indubitanter &c.Require in ſecunda feria Rogationum, Petite.fol.308.

De eiſdem. Thema. XV.

VEnit Dominus ſeruorum illorum, & poſuit rationē cum eis. Matt. 25. Quomodo reddenda ſit ratio de commiſsione malorum, omiſsione bonorum: require in Dom.poſt Trin.in ſer.Redde rationem.fol.457.

De eiſdem. Thema. XVI.

ACcedens qui quinque talenta acceperat. Matt,25. Quomodo homo accipiat ſubſtātiam, animam, gratiam, curam, coronam: require in feſto ſancti Matthiæ in ſerm.Epiſcopatum eius.

De eiſdem. Thema. XVII.

DEdit ſeruis ſuis poteſtatem. De potente quadruplici.Require in feſto Cathedrę B.Petri: in ſerm. Dedit illi poteſtatem.

De eiſdem. Thema. XVIII.

BOnus homo, de bono theſauro cordis ſui profert bonum.Lu.6.De corde mundo, opulento, fructifero &c. Require in ſecunda feria poſt Paſcha. Nonne cor noſtrum ardens.fol.256.

De eiſdem. Thema. XIX.

PErfectus ſit homo Dei, ad omne opus bonum inſtructus 2.Timo.3.De perfectione pugilis, artificis, curſoris, &c.in feſto S.Antonij, in ſermone. Perfectus.

De eiſdem. Thema. XX.

BEatus vir qui ſuffert tentationem &c.Iaco. 1.In tentationibus noſtris habemus a Domino exemplum, quo inſtruamur &c.Require in Quadrag. in ſermone.Ductus eſt Ieſus.fol.169.

De eiſdem. Thema XXI.

QVis ſapiens,& diſciplinatus inter vos,oſtendat ex bona conuerſatione opera ſua. De oſtenſione veritatis,iniquitatis , imaginis : require in Dominica 24. poſt Trinitat, in ſermon. Oſtendite mihi numiſma. fol. 543.

De eiſdem. Thema. XXII.

ANte translationem , teſtimonium habuit placuiſſe Deo.Heb.11. Hunc ſermonem quomodo ſancti transferuntur de peccato, exilio &c. Require in translatione S.Franciſci.

DE SANCTIS VIRGINIBVS: Sermo Primus.

A ADducentur regi virgines poſt eam.Pſal. 44.Virgo iſta.N.cuius hodie feſtum agimus, & alię ſanctæ virgines adductę ſunt regi virginum,poſt reginam virginum.Ecce quomodo virgines honorantur. Conſiderandum quoque chariſſimi qualiter in mundo,in cælo,a quibus honorentur,& in quibus. Circa primum cōſiderandum quòd quatuor ſunt a quibus virginitas honoratur,ſ.a Deo,ab angelis,ab hominibus,a diabolo. De 1,Hie. 3. Dux virginitatis meæ
B tu es. Ecce Chriſtus non ſolum rex,ſed ēt dux virginum eſt.Eſt enim rex,virgines conducens in mundo. Vere forti duce ſe conductore,virgines indigent,quę fortes aduerſarios, & precioſiſsimum theſaurum habent. Virginitas eſt gemma precioſa: virginitas eſt theſaurus refertus auro

715

ro & margaritis.Sed ecce Chriſtus,non ſolum eſt dux virginitatis,ſed ét ſponſus. Ipſe.n.eſt ſummus pontifex, de quo Leu.21. Virginem ducet vxorem,aīam.ſ.& virginem eccleſiam.2.Cor.11.Deſpondi vos vni viro,virg.ca.exh. Chriſto.Item Chriſtus, nõ ſolũ eſt virginitatis ſponſus, ſed ét filius.Eſa.7.Ecce virgo concipiet &c. Aug. Vnius ſanctæ virginis filius,omniũ ſanctarum virginum eſt decus.Et ipſę cum Maria,matres Chriſti ſunt,ſi patris eius voluntatem faciunt.Væh ergo eis qui tantum ducẽ in cõductu ſuo, qui tantum filium in matre ſua inhonorant. C
De ſecundo Lu.1.Miſſus eſt angelus Gabriel &c.Angelus iſte mirabiliter virginem in ſalutatione reuerẽs: angelus ét Ioannem viginem honorans, non permiſit ſe adorari ab ipſo.Apoc.22.Vide ne feceris &c.Merito angeli angelos honorant. Angeli angelos vtiq; in carne, angeli ſine carne. Quid enim ſunt virgines,niſi angeli terreſtres,& hoĩes cæleſtes?Ber. Quid caſtitate decorius,quæ mundũ de immundo conceptum ſemine, de hoſte domeſticũ, de hoĩe angelum facit. Quõ angeli virgines honorent,patet in B.Agne,cui angelus locum præparauit. patet in B Cecilia,cui angelus de paradiſo coronas attulit. & in B.Agatha,cui angelus tabulã marmoreã ad caput in ſepulchro poſuit.patet quoque in B Catharina,cuius corpus angeli in monte Sinai collocauerunt. Notãdũ quòd ſicut angeli honoratores & amici ſunt cõtinentiũ; ſic ẽcõtrario ſunt, inimici incõtinẽtiũ. Vnde impudico ſeni dicitur. Dan.13. Ecce angelus Dñi acceptã ſñia ab eo ſcindet te mediũ. Et duo angeli veniẽtes Sodomã dixerũt.Gen.19. Delebimus locũ iſtũ &c.De tertio.Iudit.21.Virgines reſeruate: alię oẽs interficiebãtur. Similiter cũ oẽs Madianitæ iubentur interfici ſubiũgitur.Nu.13. Oẽs fœminas virgines reſeruati:quia oĩum ſalus fuit per virginẽ. Anſe.Nõ eſt ſalus,niſi quã tu virgo peperiſti.O fœlices virgines, quæ cũ Madianitis.i cũ luxurioſis,& iniquis nõ interficiuntur morte æterna. Notate virgines,notate quòd dicit virgines reſeruate. Si ergo vultis ſeruari,ſeruate virginitatem veſtrã, tam mente,quàm corpore: quia dicit Iſidor. Virgo carne

ne non mente, nullum præmium habet in repromiſsio-
F ne. Item ſeruate eam humiliter: quia dicit Ber. Sine humilitate virginitas Mariæ non placuit Deo. Et Aug. Non dubito præferre humilem mulierem, ſuperbæ virgini. Item ſeruate eam perſeueranter. Aug. Facite ne virginitatis bonum, a vobis pereat, cum facere ni! poſſetis vt re-
G deat. De 4. Legitur. Tob. 3 quòd dæmon nomine Aſmodeus, virginem Saram a ſeptem viris liberauit. Quis non amet, & non honoret virginitatem, cum etiam diabolus honorat. Patet etiam hoc in B. Virgine Agne, cum virginitatis inſidiatorem, videlicet filium perfecti, diabolus interfecit. Diabolus ergo velit nolit, honorat virginitatem, ſicut victus victores, & tanquàm angelorum ſorores. quos ipſi timent Bern. Fulgida virginitas, eſt gemma virtutum, gemma angelorum, lampas eccleſiarum, lux animorum. ipſa calcat libidinem, vincit diabolum, calcat ſeculum, deprimit omne periculum. Sicut autem diabolus ſæpe honorat continentes, ſic in honorat incontinen-
H tes, tanquàm de ſua poteſtate exiſtentes. To. 6. Qui coniugia ita ſuſcipiunt, vt Deum a ſe;, & a ſua mente excludunt, & ſuæ libidini ita vacent, ſicut equus & mulus, quibus non eſt intellectus, ſuper his poteſtatem habet dæmonium. Circa ſecundum conſiderandum quòd qua-
C tuor ſunt in quibus virginitas honoratur in cœlo: honoratur vtique intrandi ſecuritate: angelica ſocietate: Chriſti conformitate: gaudij ſingularitate. De 1. Matt. 25. quæ paratæ erant, intrauerunt cum eo ad nup. O quàm ſecum B. Agnes intrauit, quæ in fine dicit, Ecce quod cõ cupiui iam video &c. De 2, Iudi. 21. Inuentæ ſunt de labes quatuor centum virgines, quę neſciunt viri thorum, & adduxerunt eas ad caſtra in Silo. Caſtra ſunt angeli. Gen. 32. Caſtra Dei ſunt hæc. Silo interpretatur auulſio, ſiue ruinæ reſtitutio. Et certe auulſio facta per angelos cadentes, ſpecialem habebit reſtitutionem, per virgines ſtantes. De 3. Apo. 14. Virgines enim ſunt, hi ſequuntur agnum quocunque ierit. Virgines agnum Chriſtum ſequuntur, quia ei per incorruptionem ſpecialiſſime cõ-
formant-

formantur.Sap.5.Incorruptio facit proximum eſse Deo. O quomodo B.Agnes agnum ſequebatur,a cuius dextris agnus niue candidior videbatur. De 4.Apo.14. Nemo poterat dicere canticum,niſi illa 144000. Hoc eſt ſingulare prorſus canticum exaltationis & laudis, de incontaminatione virginitatis.

De virginibus. Ser. II.

O Quàm pulchra eſt caſta generatio, tum charitate.Sap.4. Benedicta ergo ſit caſtitas,quæ non ſo- K
lum ſanctam hãc.N. cuius hodie feſtum agimus, ſed etiam omnem generationem caſtam,pulchram facit. Iſido.Caſtitas eſt pulchritudo inuiolata ſanctorum. Caſta ergo anima, vel caſta vita, pulchra eſt quo ad ſe, & quo ad alios.Primo attendite chariſsimi, quòd caſta anima,eſt pulchra quo ad ſe in mundo,in extremo,in iudicio,& in cœlo.Caſtitas enim pulchra,conuerſatiouem in mundo,ſecuram euolationem in extremo, gratam approbationem iu judicio,dignam coronã in cœlo habet. De O
1,1.Timo:2.Obſecro primo omnium fieri obſecrationes, orationes,poſtulationes,gratiarum actiones, pro omnibus hominibus,pro regibus,& omnibus, qui in ſublimitate conſtituti ſunt,vt quietam, & tranquillam vitam agamus,in omni pietate & caſtitate. Apoſtolus bene coniun- E
git pietatem & caſtitatẽ, nullo enim modo ſufficit quòd homo in bonis operibus pius ſit,niſi etiam corpore & corde caſtus ſit. Sicut etiam nullo modo ſufficit caſtitas mẽbrorum,niſi adſit pietas bonorum operum. Anima.n.caſta,ſine tali pietate,eſt quaſi arbor viridis ſine fructu: ortus concluſus ſine germine:fons ſignatus ſine aqua:archa clauſa ſine theſauro: vas integrum, ſed vacuum: domus munda,ſed deſerta.Greg.Nec caſtitas bona eſt, ſine bono opere:nec bonum opus eſt aliquid,ſine caſtitate.Propter hoc bene de vtroque præcipitur.Luc.12, Sint lumbi ve- T
ſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus veſtris, &

vos

vos ſimiles hominibus expectantibus do. &c.] De ſecundo. Iud. 16. Erat etiam virtuti caſtitas adiuncta, ita vt nõ cognoſceret virum omnibus diebus vitæ ſuę, ex quo defunctus eſt Manaſses vir eius. Erat autem diebus feſtis procedens cum magna gloria. Dies feſtus, eſt dies reſurrectionis corporum reſurgentium ad glorificationem. Dies vero luctus, reſurgentibus ad damnationem. Amos 8. Cõuertam feſtiuitates veſtras in luctum, & omnia cantica veſtra in planctum &c. Et ſic feſto die procedit caro caſta, cũ magna gloria reſurrectionis. Pſal. Magna eſt gloria eius (quo ad animam) gloriam & magnum decorem im-
N po. ſuper eum (quo ad carnem.) De tertio. Actu. 24. dicitur, quòd diſputante Paulo de iuſtitia & de caſtitate & de iudicio futuro, tremefactus eſt Fęlix. Vere bene poteſt timere de iudicio futuro, quicunque iuſtitiam & caſtitatem nõ ſeruat in mundo. Ad Heb. 13. Fornicatores & adulteros iudicabit Deus. Non ſolum ergo iuſtitiam in cauſis & conſilijs, in rebus & in operibus, ſed etiam caſtitatem ſerues, ſi non vis in iudicio reprobari, ſi vis a iuſto iudice approbari. Bern. Nulla ſunt bona cætera, ſi ante iudicis
O oculos, caſtitatis teſtimonio non approbantur. De quarto dicitur hic. O quàm pulchra eſt caſta generatio, cum claritate. Immortalis eſt enim memoria illius, quoniam & apud Deum nota eſt, & apud homines. Cũ præſens eſt, imitantur illam, & deſiderant eam, cum ſe eduxerit, & in perpetuũ coronata triumphat. Ecce illa caſtitas, quę bonorum operum claritate ornatur, triumphali corona perpetua honoratur. Vnde anima caſta ad hãc coronam dulciter, inuitatur, Cant. 4. Veni de libano, veni coronaberis. Libanus interpretatur candidatio: quod bene conuenit caſtitati, debet enim anima per caſtitatem candida eſse in mundo, quæ coronari voluit in cœlo Mat. 19. Sunt eunuchi qui ſeipſos caſtrauerunt propter regnum cœlorum. O quàm magnum eſt hoc. Hier. Magnus pudicitię labor, ſed maius eſt præmium: temporalis eſt cuſtodia, ſed remune-
P ratio eſt ęterna. Secundo attendendum quòd caſta anima, vel caſtitas ipſa, eſt pulchra etiam quo ad alios: videlicet

delicet quo ad Deum, quo ad angelum, quo ad proximũ, quo ad diabolum. Caſtitas vtique pulchra eſt in connubio diuinæ deſponſationis, in priuileg io angelicę conformationis, in exemplo humanę ædificationis, in triumpho diabolicæ eiectionis. De primo. 2 Cori. 11. Deſpondi vos vni viro, virginem, caſtam exhibere Chriſto. Sponſæ igitur animę, ſunt neceſſariæ omnino, non ſolum corporis, ſed fidei virginitas, & vitæ caſtitas vt nec fides erroribus, nec vita malis moribus, vel operibus ſit corrupta. Talis enim corruptio, abominabilis eſt ſummo ſponſo. Pſalm. Corrupti ſunt, & abo. f. ſunt &c. Bene autem ait Apoſtolus, Deſpondi vos vni vero, non duobus. Si ergo alij viro, ideſt diabolo, vel mundo, ſponſa ſacra adhæreat, o quàm furibundus erit vir ille, de quo. Prouer. 6. Zelus & furor viri, non parcet in die vindictæ, nec acquieſcet cuiuſquàm precibus, nec ſuſcipiet pro redemptione dona plurima. Hieron. Sponſus tuus Deus zelans eſt. De 2. ait Chryſo. Virginitas eſt res angelica, per quam ſolum ſingulariter, homines angelis aſsimulantur. & quia caſti homines, angelis cõformes ſunt ſpecialiter, ideo angeli eis ſpecialiter obſequioſi, & familiares ſunt. patet in Helia, in Daniele, in Maria, Ioanne Euangeliſta, & in Paulo, & in multis ſanctis virginibus. Sed incontinentibus angeli ſpecialiter ſunt inimici. patet hoc in Sodomitis. Geneſis 19. Patet hoc in ſenibus adulteris. Danie. 13. O quàm magnum priuilegium caſtitatis, priuilegium certe angelicum: priuilegium vtique quod angelus tam fœliciter, homo vero tam vtiliter tenet: differunt inter ſe homo pudicus, & angelus, ſed fœlicitate, non virtute. Sed & ſi caſtitas illius fœlicior, huius tamen cognoſcitur eſſe fortior. De tertio. 1. Timoth. 4. Exemplum eſto fidelium in verbo, in conuerſatione, in charitate, in fide, in caſtitate. Ecce chariſsime non ſolum tibi per meritum, ſed etiam alijs per exemplum, valde vtilis es. In verbis cautus, in cõuerſatione honeſtus, in charitate pius, in fide fixus, in caſtitate mundus es. Caſtitas ergo in exemplo,

Q

R

plo, caſtitas in omni Dei ſeruitio neceſsaria eſt. 2. Cori. 6. In omnibus exhibeamus noſmetipſos, ſicut Dei miniſtros. &c. vſque in caſtitate, in ſcientia, in longanimitate, & in ſuauitate, in ſpirituſancto, in charitate non ficta, in verbo veritatis, in virtute Dei, De quarto. Iud. 15. Cōfortatum eſt cor tuum, eo quòd caſtitatem amaueris &c. Hic dicitur de illa caſta Iudith, quam Deus propter caſtitatem eius confortauit contra Holofernem. de qua etiā Hier. ait. Caſtitatis eius remunerator, virtutem ei talem tribuit, vt inuictum omnibus hominibus vinceret. Ecce chariſsime Holofernem ideſt diabolum nullus vincere poterit niſi caſtus fuerit.

De eiſdem. Thema. III.

OMnis gloria eius filiç regis ab intus, Pſal, 44. De triplici gloria: require in feſto S. Catharinæ ſub eodem themate: Omnis gloria. &c.

De eiſdem. Thema. IIII.

MVlier gratioſa, inueniet gloriam. Prou. 11. Quomodo inueniatur iuſtitia in iudice &c. Require in tertia feria Rogationum, in ſermon: Quærite & inuenietis. fol. 317.

De eiſdem. Thema, V.

MVlierem fortem quis inueniet. Pro. 31. Certe Dominus inuenit eam. Quomodo autem Dominus inueniat iuſtificandos, damnandos &c. Require Dom. 3. poſt Trin. in ſerm. Inueni, fol. 410.

De eiſdem. Thema. VI.

MVlier timens Deum, ipſa laudabitur. Prou. 31. Require in feſto omnium ſanctorū, in ſer. Laudemus.

De eiſdem. Thema. VII.

TRahe me poſt te Can. 1. Trahit Dominus, diabolus, proximus, homines &c. Require in 4. feria Pent. in ſerm. Nemo poteſt. fol. 180.

De eiſdem. Thema. VIII.

INueni quem diligit anima mea.Can. 3. Hodie ſancta. N.in cœlo inuenit,quem tam ardenter in mundo dilexit. Quomodo diligēdus ſit Deus: require in dominica. 14. poſt Trini.in ſer.Diliges Dominum.fo.482.Item duos ſermones de lectione, inuenies, in dominica decimanona poſt Trinitatem.fo. 514.

De eiſdem. Thema. IX.

EGredimini filiæ ſion &c. Canti. 3. De egreſsu multiplici: require in vigilia Natiuitatis Domini: in ſermo. Cras egrediemini.fo. 41.

De eiſdem. Thema. X.

MAcula non eſt in te.Can.4.De macula quadruplici:require in feſto Innocentium, in ſermo Sine macula.

De eiſdem. Thema. XI.

VEni de libano, veni coronaberis, Can. 4. De corona multiplici:requi.in Conuerſione. S. Pauli.In ſermone:Repoſita,&c.

De eiſdem Thema. XII.

ODor veſtimentorum tuorum, ſicut odor thuris: Can.4.De veſtimentis:require in do.21 poſt Trini. In ſermone. Amice quomodo huc intraſti,fo.526.

De eiſdem. Thema. XIII.

FElix ſterilis & incoinquinata,quæ neſciuit thorum in delicto, habebit fructum in reſpectione animarū ſanctarum.Sap. 3. De fructu multiplici: require in do.ix.poſt Trinit. In ſermo. Omnis arbor bona,fo.449.

De eiſdem. Thema. XIIII.

OQuam pulchra eſt caſta generatio cum claritate. Sap. 4. De claritate multiplici: require in feſto ſanctæ Claræ.

De eiſdem. Thema. XV.

OMnium Dominus dilexit illam. Sap. 8. Quomodo Dominus exhibeat omnibus dilectionem ſuam, Require in cœna Domini. Cum dilexiſset. fo. 212. Item quomodo dilectio Dei eſt mundiſsima, require in 2. fe. Pent. In ſermo. Sic Deus dilexit mundum.

De eiſdem. Thema. XVI.

Simile eſt regnum cœlorum homini quærenti bonas marga. Mat. 13. Quomodo requirere debeamus medicamentum, theſaurum &c. Require in Dominica. 16. poſt Trini. in ſermo. Quærite ergo primum. fo. 448.

De eiſdem. Thema: XVII.

SImile eſt regnū cœlorum ſagenæ miſsæ in mare, & ex omni genere piſ congreganti. Matthæi 13. De multitudine ſeu congregatione multiplici: require in Dominica vij. poſt Trini. in ſermo. Concluſerunt. fo. 428.

De eiſdem Thema. XVIII.

ELegerunt bonos in vaſa. Mat. 13. De electione multiplici, require Dominica. xxi. poſt Trinitatem: in ſer. Multi ſunt vocati. fo. 531.

De eiſdem. Thema. XIX.

PRudentes acceperunt oleum &c. Mat. 25. Quomodo accipiantur anima, ſubſtantia &c. Quære in feſto. S. Matthię, in ſermone Epiſcopatum eius &c.

De eiſdem. Thema. XX.

Quæ paratę erant, intrauerunt cum eo ad nup. &c. Mat. 25. De nuptijs, require in do. 1. poſt Ep. in ſer. Nuptiæ factæ ſunt.

DE DEDICATIONE ECCLESIAE Sermo Primus.

QVam terribilis eſt locus iſte. Gen. 28. Patriarcha Iacob locũ iſtum terribilem dicit, vbi Deũ & angelos Domini in ſcala vidit. Eſt certe locus Domini dedicatus, terribilis vtique, propter terribilẽ Domini præſentiam, & propter terribilem terribilium angelorum frequentiã. A
Conſiderare autẽ poſſumus quatuor terribilia Dei, videlicet terribile Dominium diuinæ potentiæ, terribile conſilium diuinæ ſapientiæ, terribile iudicium diuinæ iuſtitiæ terribile habitaculum diuinę præſentiæ. De 1. Pſa. B
Vouete & reddite &c. vſque terribilis & ei qui aufert ſpiritum prin. ter. apud d. re. terre. Ecce quam terribilis dominator, qui regibus & principibus tam potenter dominatur, quòd quãdo vult, & vbi vult, & quomodo vult, aufert ſpiritum eorum de corpore. Dic vbi ſunt Reges, vbi Imperatores, vbi potentes ſeculi, quaſi ſomnium euanuerunt &c. Ecce chariſsimi, tam terribili Domino audetis nõ reddere quod debetis. Debetis autem omnino reddere quæcunque licite vouetis. Si autem vouiſtis quæ ſine peccato reddere non poteſtis, nullomodo reddatis. Quia eiuſmodi vota, ſunt ſtulta, & iniqua. Exemplum de voto, repete Iudic. 11. & de illis qui voluerunt occidere Paulum. Actuum. 23. De ſecundo. Pſ. Terribilis in conſilijs ſuper C
filios hominum. Terribiliter enim quidam filij hominum pereunt temporaliter, & non ęternaliter. ſecundi Macchab. 7. Pereuntes ſeptem filios, ſub vnius diei tempore conſpiciens, bono animo ferebat. Terribilius quidam filij hominum pereunt æternaliter, & non temporaliter. Iob. vigeſimoprimo. Infantes eorum exultant luſibus. Aeternaliter certe ſępe filij cum parentibus pereunt cum iniuſtas poſseſsiones, & ſcelera eis relinquunt. Vnde ibidem videlicet Iob. vigeſimoprimo. dicitur. Deus ſerua-

bit filijs dolorem patris &c. Terribiliſſime vero quidam filij hominum, pereunt æternaliter, & temporaliter, quādo tam de temporali, quam de æternali gaudio ſeparantur. Iob 27. Si multiplicati ſunt, filij eius, in gladio erunt. Dicatur hic de filijs Gedeonis, qui fratricidio perierunt, ſicut dicitur Iudic. nono. Vere terribilis in conſilijs ſuper filios hominum eſt Deus. Sed heu parentes parum curāt, ſi filij pereunt æternaliter, dummodo non pereant temporaliter. Io. Chryſo. Deſiderant filios ſuos bene valere, in ſeculo iſto, & non curant quid paſſuri ſunt in illo. De
D 3. Heb. 10. Terribilis namque eſt quædam expectatio iudicij. Vere terribilis quia tunc nullus ſuſtinere poterit iram iudicis. Pſ. Terribilis es gloria in iudicio, & quis reſiſtet tibi. Ex tunc ira tua, ſed ex nunc miſericordia tua. Aug. Miſericordiæ tēpus nunc & nō poſt, terribilis Deus quis tunc reſiſtet tibi? certe tunc nullus, nunc autem multi. Deo enim offenſo pie reſiſtunt, qui nunc gemunt, nunc ſatisfacientes, ſibi, & rebus ſuis non parcunt: nunc plangunt. Vna enim compunctionis lachryma, nunc Deo reſi-
E ſtit, nunc Deum vincit. Bernardus. O humilis lachryma &c. vſque vincis inuincibilem, & ligas omnipotētem. Vna igitur vere pœnitentis lachryma, apud Deum offenſum, plus reſiſtere, plus præualere poteſt in mundo, quā omnes ſancti in iudicio. Prouerbiorum ſexto. zelus, & furor viri, non parcet in die vindictæ, non acquieſcet cuiuſquam precibus, nec ſuſcipiet pro redemptione dona plurima. Tu enim Domine ſeuerus es valde. Ex tunc enim ira tua. Hęc ira pro inuidia, pro re male acquiſita, pro luxuria etiam ſimplicis fornicationis, & pro quocunque mortali peccato, tam grauiter opprimet te, quod facilius ſuſtineres, quod mons opprimeret te. Apocalypſis ſexto. Dicent montibus & petris, cadite ſuper nos, & abſcondite
F nos a facie ſedentis ſuper thronū, & ab ira agni. Quarto dicitur hic, quod terribilis eſt locus, qui terribili nomini dedicatus eſt. Pſ. Sanctum & terribile nomen eius. Vere terribilis, in quo tam terribilis Deus ſemper præſens eſt. Gen. 28. Vere Deus in loco iſto. Et ſecundi Paralipo.

Sipp.2. Ego elegi & ſanctificaui locum iſtum, vt ſit nomen meum in ſempiternum, & permaneant oculi mei & cor meum ibi, cunctis diebus. De auribus quoque Dei ibi ſimiliter dicitur. Terribilis eſt locus iſte, in quo eſt terribile nomen Dei: terribilis auris Dei: terribile cor Dei. Nomē autē Dei eſt hic, vt deuotiſſime inuocetur, & honoretur. Oculi Dei ſunt, vt videant genuflexiones, lachrymas, deſideria, & omnia bona opera, quæ hic aguntur. Veh ergo eis, qui oculis Dei, in hoc loco, non bona, ſed mala ingerunt, in vanis orationibus, & vitioſis cordibus. Item aures Dei hic ſunt, vt audiant gemitus, orationes, tunſiones, & omnia bona, quæ hic proferuntur. Væh ergo eis, qui auribus Dei detractiones hic ingerunt, & alia verba mala, cum etiam cauenda ſint ocioſa. Item cor Dei hic eſt, vt ex corde diligat, quos hic dignos inuenit, & aduerſetur indignis: quales illi fuerunt, de quibus. Mat. 21. Eijciebat omnes vendentes &c. vſque vos autem feciſtis illam ſpeluncam latronum. Aug. Quid ſi inebrioſos templo inueniret, quid faceret Dominus?

De eadem Dedicatione Templi. Sermo. II.

QVam terribilis eſt locus iſte. Gene. 28. Locus iſte Deo conſecratus, terribilis eſt propter multa terribilia, quæ in ipſo inueniuntur. Terribilis eſt, enim maieſtas Dei, quæ in loco iſto adoratur: nomen Domini quod in loco iſto inuocatur: paſsio Dei, quæ in loco iſto præſentatur. Angelus Dei, qui in loco iſto æmulatur: populus Dei qui inſidiatur. Quam terribilia ſint omnia iſta videamus. De 1. Pſ. Quoniam Dominus excelſus terribilis &c. Terribilis certe eſt diuina maieſtas, tam imperatori, quam paſtori, tam epiſcopo quam pauperi clerico, tam habenti dare, quam non habenti. Deuteron. 10. Deus magnus, & potens, & terribilis, qui perſonam non accipit, nec munera: facit iudiciū pupillo, & viduæ: amat peregrinum, & dat ei victum atque veſtitum &c. Bernar- A B

C dus. Iudex porro ille, nec ſalletur verbis, nec donis. De 2. Pſ. Confiteantur nomini tuo magno, quoniam ſanctum & terribile. Caue ergo homo, ne nomen tā magnum parvipendas, vane iurando. Exo. 20. Non aſsumes nomen Dei tui in vanum &c. Item caue, ne nomen tam ſanctum polluas, male viuendo. Leui. 22. Cuſtodite mandata mea, & facite ea, ne polluatis nomen ſanctum meum. Eia chariſſime, gemens dico, flens dicere debeo, tu quantum in te eſt, nomen Chriſti polluis, quotiens contraria agis Chriſtiano nomini. immo horreo dicere tu heu non ſolum fædas nomen Chriſti, a quo Chriſtianus nominatus es, ſed etiam nomen patris & filij & ſpiritus ſancti, in quo baptizatus es. Caue inſuper, ne nomen Chriſti irrites blaſphemando. Leui. 24. Et qui maledixerit & blaſphemauerit nomen Domini, moriatur. Timeant incantatores, & maledici & impatientes, & omnes qui nomine Dei male vtuntur, qui ſpeciales aduerſarij nominis Dei ſunt. Pſ. Irritat ad-

D uerſarius nomen tuum in finem. De. 3. Pſ. Qui fecit magna in ægypto, mirabilia in terra cham, & in mari rubro. Dominus fecit magnalia in ſacris, quæ inſtituit: mirabilia in miraculis quæ exhibuit: terribilia in tormentis quæ ſuſtinuit. Mare rubrum enim ſignificat rubeam Chriſti paſſionem: in qua Dominus fecit terribilia, terribiles pœnas ſuſtinēdo, & terribiliter ægyptios. i. dæmones cōfundendo. Terribilis aūt Chriſti paſsio, in loco iſto cotidie repetantur, dum ſacramentum corporis & ſanguinis eius tractatur. Lu. 22. Hoc facite in meam commemorationē. Et. 1. Corin. 11. Quotieſcunque manducabitis panem hūc & calicem bibetis, mortem Domini annunciabitis donec veniat. &c. Vnde ſacerdos hoſtiam alte leuat, oſtendens quod Chriſtus alte pendebat. O quam terribilis adhuc eſt diabolo, iſta repræſentatio. Io. Chryſo. Vbicunque ſanguinem Domini viderint, fugiunt dæmones, accurrunt angeli. Terribilis autem eſt non ſolum dæmonibus, & fugientibus, ſed etiam hominibus indigne tractantibus. 1. Corint. 11. Qui manducat, & bibit indigne, iudicium

E ſibi manducat &c. De quarto Nota, quod cum Iacob

vidiſſet

721

vidiſſet angelos aſcendentes,& deſcendentes,dixit:Quam terribilis eſt locus iſte. Per ſcalam fides noſtra, vel pœnitentia ſignificatur: per quam angeli deſcendunt:& lachrymas, & orationes, & alia bona,quæ in loco iſto agitis,colligunt. Aſcendunt autem vt collecta omnia ad Deũ perferant,& miſericordiam expoſcant nobis.Deſcendunt etiam angeli, non ſolum vt bonis aſsiſtant,ſed vt malis reſiſtant.2.Macha.3.Apparuit illis quidam equus, terribilẽ habens ſeſsorem.Nota quomodo populo orante, angelus iſte terribilis,& duo angeli cum eo apparuerunt:& Heliodorum volentem ſpoliare ærarium templi,terribiliter afflixerunt.Vide hic quomodo angeli populo oranti ad conſolationem: Heliodoro vero ſpolianti, ad confuſionẽ deſcenderunt.Væh ergo eis qui in loco ſacro rapinas,& violentias,& furta,& alia mala committunt, quia terribiles angelorum inimicitias incurrunt: De.5.Cant.6.Terribilis vt caſtrorum acies ordinata.Ecce chariſsimi quam terribilis eſt eccleſia, in loco iſto hodie pie congregata. Quid mirum ſi multorum iuſtorum congregatio, acies terribilis eſt in loco iſto diabolico: cum acies cuiuslibet animę virtuoſæ,quę tot ſtipata eſt militibus quot virtutibus,tam diabolis eſt terribilis?Impugnantur enim terribilib⁹ gemitibus,orationibus,lachrymis & huiuſmodi.Aug. Bella contra diabolum, verba Dei ſunt ſpes tua, opera tua:gladij ſunt interficientes inimicum:Notandum autẽ, quod ſicut boni bene,& terribiles in bonum ſunt: ſic mali male terribiles ſunt.Eſa.58. Ite angeli veloces ad gentem conuulſam & dilaceratam, ad populum terribilem. Conuulſam in conſcientia:dilaceratam in vita: terribilẽ in fama. Item conuulſam per mala opera: terribilem per mala ſcandala. Vere enim pluſquam leones, & ſerpentes, terribiles ſunt, qui ſcandalizando aliquos,ad peccatum trahunt: & hoc non ſolũ factis, ſed etiam linguis terribilib⁹. Eccl.9.Terribilis eſt in ciuitate ſua,homo linguoſus, & temerarius in verbo ſuo odibilis erit. De.6.Dan.7. Ecce beſtia quarta terribilis, atque mirabilis, & fortis nimis. Dentes ferreos habebat

magnos, comedens atque comminuẽs, & reliqua pedibus ſuis conculcans, &c. Ibi deſcribitur beſtia terribilis in tribus: videlicet, in ferreis dentibus: in conculcantibus pedibus: in decem cornibus. Beſtia eſt quilibet diabolus. Pſal. Netra. beſt. ani. con. t. &c. O quam terribilis eſt iſta beſtia infernalis. Iob. 16. Hoſtis meus terribilibus oculis me intuitus eſt. Si beſtia iſta tam terribilis eſt oculis, quanto magis dentibus & cornibus. Beſtiæ oculis circumſpicere: im ingere cornibus, dentibus lacerare, pedibus conculcare ſolent. Sic diabolus circumſpicit obſeruando, impingit tentando, lacerat ſuperando, conculcat ſubpeditando animam per conſuetudinem malam O quam terribiles, oculi diaboli in loco iſto circuiunt, quam diligenter colligunt omnia mala, & negligentias, quæ hic fiunt. Hic etiã, de terribilibus cornibus, dentibus, & pedibus diaboli, multa dicere potes.

De Throno ſeu Templo. Sermo generalis. II.

H DIxit qui ſedebat in throno: Ecce noua facio omnia. Apoca. 21. Inuenimus in ſcripturis thronum ſapphirium, thronum nubeum, eburneum, igneũ, & thronum Solarem. Significantur autem in his, quinq; myſtici throni Dei, videlicet, thronus virginalis: thronus vniuerſalis, mentalis: iudicialis: æternalis. In ſingulis autem thronis, Deus ſingula noua facit. Primus thronus
I eſt vterus virginalis. Eze. 1. Super firmamentum quod erat imminens capiti eorũ, quaſi aſpectus lapidis ſapphiri &c. Sapphirus cęleſtem habet colorem: ſic Maria conuerſationem. Ipſa enim pluſquam Paulus dixit illud ad Philip. 3. Noſtra conuerſatio in cęlis eſt. Non vidi ſed legi in quadam ſcriptura, quod aliquis ſapphirus inuenitur, qui carbunculum intra ſe quaſi in cortice, incluſum contineat. Sic certe Maria precioſiſsimum carbunculum Ieſum Chriſtum. O quam nobilis carbunculus, & quam bene habetur in auro charitatis. Eccleſia. 32. Gemmula car-

bunculi

bunculi, in ornamento auri. O vere fælix, in cuius corona talis carbunculus lucebit. Pſal. Poſuiſti in capite eius coronam de lapide precioſo. Prius autem portari oportet carbunculum hunc in annulo fidei, quã in corona regni. Lucæ 15. Date annulum in manu eius. In iſto throno multa noua fecit Deus, quorum vnum maximnm eſt, quod Deus homo factus eſt. Hierc. 31. Creauit Dominus nouum ſuper terram. Secundus thronus eſt eccleſia vniuerſalis. Eccleſia. 24. Ego in altiſſimis habitaui, & thronus meus in columna nubis: ſic Eccleſia, & Eccleſiæ filij, in alto habitare debent. Ad Coloſs. 3. Quæ ſurſum ſunt quærite, nõ quæ ſuper terram. In hac nube Dominus libenter habitat in altis: libentius in altioribus: libentiſsime in altiſſimis. Alti ſunt, qui in coniugali: altiores, qui in viduali: altiſsimi, qui in virginali ſtatu bene ſe habent. Auguſtinus. Bonum Suſannæ in caſtitate coniugali laudamus, ſed tamen ei bonum viduæ Annæ, ac multo magis virginis Mariæ anteponimus. In iſto throno Dominus multa bona facit, quorum vnũ eſt nouus cibus corporis ſui. Leuit. 26. Comeditis vetuſtiſsima veterum, & vetera nouis ſuperuenientibus proijcietis. Veterimum, & nouum eſt euchariſtiæ ſacramentum: nouum in re & in gratia, vetuſtiſsimum in figura. Vetus enim ille Melchiſedech diu ante legem, obtulit panem, & vinum. His ergo nouis in ſacrificio eccleſiæ ſuperuenientibus, agnus paſchalis, & omnia vetera veteris legis ſacrificia proijcienda ſunt. Tertius thronus eſt anima, vel mens fidelis. 3. Regum. 10. Rex Salomon, thronum de ebore grandem fecit, & veſtiuit eum auro. &c Grandis vtique eſt omnis anima illum capiens, quem cœli capere non poſſunt. Nulla autem anima niſi caſta, & charitatiua ipſum capit. Et ideo bene iſte thronus eburneus & aureus fuit. In ebore enim quod frigidum & mundum eſt, ſignificatur caſtitas: cuius ſunt ſex gradus: quia corpore, corde, ore, tactu, viſu, auditu, debet eſse homo caſtus. Vnde Pſal. ſecundum aliam translationem. Myrrha & gutta & caſ. a. v. t. a. gradibus eburneis. In auro autem ſignificatur charitas, ſine qua, nec thus orationis, ne

K

L

myrrha

myrrha compunctionis digne offerri poteſt. In iſto throno noua multa fecit & facit Deus, quorum vnum eſt nouum cor.Eze.36.Dabo vobis cor nouum. Quartus thronus eſt poteſtas iudicialis. Dan.7.Thronus eius flammæ ignis, thronus terribilis, in quo iuſtiſsime iudicabitur totus orbis. Pſ.9. Parauit in iudicio thronum ſuum, & ipſe iudicabit orbẽ terræ in æquitate: iudicabit populos in iuſtitia. Nota ꝙ bis dr̃, iudicabit, aĩam .ſ.& corpus: mares: & fœminas: bonos & malos, potentes & impotentes, magnos & paruos. Apoc.20.Vidi mortuos magnos & puſillos, ſtantes in cõſpectu throni. O q̃ difficile erit iudicium illud. Iudicium huius temporis, nunc eſt de paruis & pauperibus, non de magnis & diuitibus excedentibus; in futuro autẽ iudicio, nec Papæ, nec cuiquam parcetur. Sap.6.Potentes potenter tormenta patientur. Non enim ſubtrahet perſonam cuiuſquã Dominus, qui eſt omnium dominator: nec verebitur cuiuſquam magnitudinem, quia puſillum & magnum ipſe fecit. In iſto throno multa noua facit Dominus, quorum vnum eſt, omnium cordium & occultorũ illuminatio. Heſt. 8. Noua lux oriri viſa eſt. Noua vtique lux, de qua ait Apoſt. 1. Corinth.4. Qui illuminabit abſcõdita tenebrarũ, & manifeſtabit conſilia cordium. Quintus thronus eſt, lucidiſsima illa ſedes cœleſtis. Pſ. Thronus eius ſicut Sol in in conſpectu m & ſicut Luna perfecta in ę. Sicut Sol, quo ad claritatem aĩarum: ſicut Luna, quo ad claritatẽ corporũ, ſicut exponit Glo. Oĩum iuſtorum corpora ſicut Sol erũt clara. Mat.13 Tunc iuſti fulgebunt ſicut Sol in regno patris eorum. In comparatione Solis ergo & Lunæ, hic oſtenditur, quòd ſicut Sol excedit Lunã, ſic claritas animæ claritatem corporis excedit, & multo amplius. Bernar. Quantus putatis tunc erit ſplendor animarum: ſplendorem Lunæ, lumen habebit corpotis. Si delectat vos ſedere in iſto throno, oportet vos omnia vitia vincere in mundo. Apocal. 3. Qui vicerit, dabo ei ſedere in throno meo.&c. In iſto throno Dominus noua facit, in alijs quidem noua facit multa: in iſto autem noua facit omnia.

DE

De eadem Dedicatione templi. Thema. III.

VEre Dominus eſt in loco iſto. Gen. 28. Quomodo vere mundi vana fragilitas, diaboli importunitas, magna ſit: Require Dominica, Lætare, in ſer. Hic vere eſt. folio. 195.

De eadem Thema. IIII.

ELegi & ſanctificaui locum iſtum, vt ſit nomen meum in ſempiternum. 2. Paral. 7. Quomodo in hoc nomine conſequantur veniam, gratiam, victoriam, gloriam: Require in Circuncißione Domini, in ſermone: Vocatum eſt. fo. 81. & ſermone: Beati oculi. fo. 480.

De eadem. Thema. V.

BEati qui habitant in domo tua. Require in ſer. de feſto omnim Sanctorum.

De eadem. Thema. VI.

VIdi ciuitatem. &c. vſque a Deo paratam. Quę a Deo parata ſint, Require Dominica ſecunda poſt Trinitatem folio. 408.

De eadem. Thema. VII.

ECce noua facio omnia. Apoca. 21. Quomodo Dominus facit per potentiam, omnia innouat &c. Require in Dominica. xiij. poſt Trinitate in ſer. Bene omnia fecit. folio 487.

De eadem. Thema. VIII.

QVærebat Videre Ieſum. Lucæ. 19. Videtur Ieſus multipliciter: vt patet in Dominica tertia poſt Paſcha. in ſermone: Iterum modicum. fo. 286.

De eadem. Thema. IX.

PRæcurrens aſcendit in arborem ſicomorum. Lu. 19. Quomodo, & ad quid aſcendendum ſit: Require in Dominica. 18. poſt Trinita. in ſermone: Amice aſcende. &c. fo. 109.

De eadem. Thema. X.

SVſpiciens Ieſus vidit illum. Luc. 19 Quomodo Deus videat bonos & malos: Require in ſermone: Iterum autem videbitis me. &c. folio. 289.

De eadem. Thema. XI.

ZAchæe feſtinans deſcende. Luc. 19. De deſcenſu multiplici, Require in Dominica. 12. poſt Trinita. in ſermone: Deſcendit hic. fo. 471.

De eadem. Thema. XII.

HOdie in domo tua oportet me manere. Lucæ. 19. Apud quos Dominus libenter maneat: Require in ſecunda feria Paſchæ. Mane nobiſcũ Dñe. fo. 254.

De eadem. Thema. XIII.

STans autem Zachæus, &c. Luc. 19. Quomodo & ad quid ſtandum ſit: Require in Dominica. 12. poſt Trinitatem: in ſermone, Publicanus autem a longe ſtans. folio. 465.

De eadem Thema. XIIII.

SI quid autem aliquẽ defraudaui, reddo quadruplum. Lucæ 19. De reddendis in iudicio: Require in Dominica. 24. in ſermone: Reddite. folio. 545.

De eadem. Thema. XV.

HOdie ſalus Domui huic facta eſt Lucæ. 19. Quõ hodie de ſex articulis ſolicitus eſſe debeas, videto in proximo ſequenti ſermone: Memor eſto.

De eadem. Thema. XVI.

VEnit filius hominis quærere, &c. Lucæ. 19. Quomodo Dominus venit: Require in Dominica prima Aduentus, in ſermone: Ecce rex tuus v. fo. 9. & in ſequẽti: Bene-

Benedictus. Quomodo venit vincere, inſtruere, &c. Require in ſecunda Dominica Aduentus, in ſermone: Excita potentiam tuam & veni. fo. 14.

De eadem. Thema. XVII.

SI offers munus tuum ad altare. Matth. 5. Hunc ſermonem require in Dominica. 7. poſt Trinitatem. fo. 435.

D E M O R T V I S.

Sermo Primus.

MEmor eſto iudicij mei, ſic enim erit & tuum, mihi heri, tibi hodie. Eccl. 38. Verba iſta ſic ſonare videntur, acſi homo heri defunctus, hodie vnicuique noſtrũ dicat: Memor eſto. &c. Nota quod dicit, mihi heri, tibi hodie. Iudicium enim mortis ipſi heri ſuſtinendum, tibi hodie timendum eſt. Iuxta hoc conſiderandũ eſt, quod ſex ſunt quæ hodie, & omni die, veritas tibi timenda dicit, quæ hodie & omni die tecum recogitare debes: ſic: hodie a Domino paſci liberaliter, hodie peccare mortaliter, hodie emendare ſalubriter: hodie mori corporaliter: hodie ſaluari æternaliter: hodie damnari finaliter potes. Hodie ergo quæras iuſtum victum: hodie caueas mortale peccatũ: hodie emendes tuum ſtatum: hodie expectes mortis iudicium: hodie paratus ſis ad regnum: hodie vere horreas infernum. De primo Lucæ. 11. Panem noſtrum quotidianum, da nobis hodie. Panem vtique iuſtæ ſuſtentationis. Panem dicit, & hodie dicit. Panem vtique, non alia fercula dedicata petis, hoc eſt contra gulam. Hodie dicit, non vt cras victurus, vel panẽ manducaturus ſis. Propter hoc bene ait Aug. O ſapientia vera, & diuina prudentia, quæ docuit panem ſolum petere, & hodie nominare: hoc dicto, & auiditas a natura tollitur, & humanæ vitę incertũ, inſinuatur. Sed ecce a Deo panem ore petis, & heu a diabolo manu vel alijs membris, panem quæris. Quando de

A (margin, at "Memor eſto"); B (margin, at "nobis hodie")

iuſto

725

forum quæ ſuper terrã, & de terra ſunt. Quis enim vnicam viam mortis euadere potuit: Pſ. Quis eſt homo qui viuet &c Ber. Mors non miſeretur inopiam, non diuitias reueretur non generi, non moribus, non ætati parcit. Tertia cauſa eſt, quia homo talis iudicatur, qualis in morte inuenitur: ſiue ad dexteram, ſiue ad ſiniſtram tunc ceciderit. Eccl. 11. Si ceciderit lignum ad auſtrum, aut aquilonẽ, in quocunque loco cæciderit, ibi erit. Ecce chariſsime, iſtud mortis iudicium hodie & omni die expecta', quantumcunque fortem & ſanum te ſentias. Bernar. Certum eſt, quod morieris, & incertum quando, aut vbi, aut quomodo. Et quoniam vbique te mors expectat, tu quoque ſi ſapiens fueris, vbique eam expectabis. De quinto. 4. Regum. 2. Nunquid noſti quod hodie Dominus tollet Dominum tuam a te. De Helia dicitur hoc, quem Dominus in illo die tulit in paradiſum. O qui hodie in paradiſum cœleſtem deberent ire, paratum iam igneum currum deberent habere. Currus igneus eſt ignea charitas, cuius quatuor rotæ ſunt. amor Dei, amor tui, amor amici, amor inimici. Eia chariſsime, adhuc hodie mori, adhuc hodie paradiſum intrare poſses. Nec de hoc peccator debet deſperare, cum Dominus latroni dixeris. Lu. 23. Hodie mecum eris in paradiſo. De ſexto. Lu. 12. Stulte hac nocte animam tuam repetent a te. &c. Ecce miſer homo, non ſolũ an hodie moriturus es ignoras, ſed etiam vtrum hodie in infernum ire debeas. Iob. 21. Ducunt in bonis dies ſuos, & in puncto ad infernum deſcendunt. F

De eiſdem Mortuis. Ser. II.

Vnuſquiſque onus ſuum portabit. Gala 6. Vos chariſsimi onus corporis huius defuncti portatis ad ſepulchrum: ſed ipſe animæ ſuę onus portabit ad iudicium. Sed tempore deportationis, attendite quid homo, quid diabolus, quid angelus, quid anima portet. Portant corpus homines lugentes: portant malam animam dæmones perſequentes: portant bonam animam angeli offerentes: G

H offerentes: portant opera ſua animę egredientes. De. 1. Lu.7. Hi autem qui portabant, ſteterunt &c. Portatur corpus diuitis ad ſepulchrum, ſed de omnibus rebus ſuis, vix vel parum portat ſecum. Quid prodeſt tunc propter hoc corpus animam periſſe? Mat. 16. Quid prodeſt homini ſi vniuerſum mun.lu.&c. Vnde infælices animæ, dicunt in inferno, ſicut homines: Sapien.5. Quid nobis profuit ſuperbia, aut diuitiarum iactantia; quid contulit nobis? Trāſierunt omnia illa tanquam vmbra &c. Quid profuit Ananiæ & Saphiræ, res fraudulenta ad mundum, dum propter hoc portaretur ad ſepulchrum? Act.5. Ecce pedes eorum qui ſepelierunt virum ad oſtium, & efferent te. Narra hiſtoriam. Nota ſi ſic damnati ſunt, qui fraude & mendacio, retinuerunt propria, quid eſt de his, qui fraudibus & mendacijs retinent aut requirunt aliena? Bernar. Vtinam ſaperes miſer, & intelligeres, cum theſauro pecuniæ

I theſaurum iræ pariter cumulari. De.2. Eſa.22 Ecce Dominus āſportari te faciet, ſicut aſportatur gallus gallinacius. Gallus fructum non facit, ſed impinguatur vt comedatur. Sic peccator. Vnde Ambroſius. Sic amat diabolus filios ſuos, vt perdat, ſicut amat gluto porcellum, vt comedat. Gallus iſte portari ſolet per pedes, verſo deorſum capite: ſic peccator ad infernum. Vnde ad vaccas pingues dicitur. Amos 4. Leuabunt vos in contis, & reliquias veſtras in ollis feruentibus. Interli. Vt gehennæ ignibus exuramini. Vaccæ pingues dæmonum, ſunt carnalium animæ, & malorum diuitum. Pingues quidem ſunt, propter opulentiam rerum temporalium. Vaccæ autem ſunt, propter immunditiam voluptatum carnalium. Pingues autem vaccæ excoriatæ, in contis portantur ad macellū, vel ad coquinam. Caput habent deorſum. Vaccæ pingues excoriātur, quando animæ carnales, a corporibus ſeparantur. In contis autem a dęmonibus leuantur, quando eis ſuis, poteſtatibus traditis gloriantur, & ſic ad coquinam inferni portantur: vbi etiam reliquiæ eorum in ollis feruentibus, .i. in pęnis bullientibus coquuntur. Reliquiæ autem ſunt opera mala, quę ſola eis relinquuntur poſt hanc vitam e

ſicut

λ26

ſicut bonis bona. Apocal. 14. Opera enim illorum ſequuntur illos. Caput autem animæ, mens eſt, quærens quæ ſurſum ſunt, &c. Sapiens eſt anima, ergo inſipiens, quæ habet caput deorſum. Videtis ergo chariſsimi, quomodo vacca diaboli, quomodo gallus gallinacius diaboli, portantur ad coquinam in infernum. Gallus vtique portari ſolet ligatis pedibus: ſic peccator. Matth. 22. Ligatis manibus & pedibus. &c. De tertio. Lucæ. 16. Factum eſt autem vt K
moreretur mendicus, & portaretur ab angelis in ſinum Abrahæ. O quam diſsimiles ſunt portitores corporis regalis, & animæ fidelis. Si enim reges & principes, corpus portarent ad tumulũ, quid ipſi eſsent in operatione principum, qui animam portant ad cęlum? Et o quam diſsimilis eſt etiam modus portandi. Nam corpus cum magna triſtitia: anima vero magna lætitia portatur. Io. Chry. Non ſuffecerat ad portandum pauperi vnus angelus, ſed propterea plures veniunt, vt chorum lætitiæ faciant. Bene autem dicitur, quod iuſti in ſinum Abrahæ portantur. In ſinum accipi ſolent paruuli, non adulti. Item non fœdati, ſed mundi. Item plorando ſæpe pueri, ſinum obtinent: ſic in ſinum quietis æternæ, non veniunt gloriantes per elationem: ſed paruuli per humilitatem. Matthæi. 18. Niſi conuerſi fueritis, & efficiamini ſicut paruuli, non intrabitis in regnum cœlorum. Item non fœdati per peccatum, ſed mundi per innocentiam, & purgati per pœnitentiam recipiuntur in ſinũ. Pſal. Qui ingreditur ſine macula. &c. Auguſtinus. Animæ ſanctę, quæ in hoc ſeculo per vitę innocentiam puræ ſunt, aut pœnitentiæ ſatisfactione purgãtur: a ſaluatore noſtro recipiuntur. Item lachrymis cõpunctionis & deuotionis, ſinũ obtinere poteris. Matthæi. 5. Beati qui lugent. &c. Et ſicut paruulus cum in ſinum venit, lachrymæ abſterguntur: ſic Apoca. 21. Abſterget Deus omnem lachrymam ab ocu. &c. De quarto dicitur hic. L
Vnuſquiſque onus ſuum portabit. &c. Vnuſquiſque ſecundum gloſſam: bonus, & malus. Bonus quidem portat ſecum Deo pias lachrymas, eleemoſynas, orationes, abſtinentias, miſſas auditas, & huiuſmodi. Pſal. Portantes ma-

nipulos ſuos. Portat quidem, ſed non grauiter, ſicut aquila portat pennas, vt aquilę. Malus autem omnis portat ſecum omnes ſuperbias, inuidias &c. huiuſmodi. Eze. 32. Portabunt confuſionem ſuam, cum his qui deſcendunt, in lacum, ſcilicet inferni. Portat anima peccatrix confuſionem, non honores, non res, non voluptates, in quibus, & per quæ peccauit. 1. Timo. 6. Nihil intulimus in hunc mũdum. &c. Aug. Nihil intuliſti, nihil auferes, quid te inflas contra pauperem?

De eiſdem Mortuis. Sermo. III.

M ANimas pauperum tuorum, ne obliuiſcaris in finem. Pſ. 73. His verbis eccleſia cũ multo gemitu orat pro pauperibus animabus in purgatorio, quarum pœnę intolerabiles, tam durabiles ſunt, quaſi Dominns obliuioni eas tradiderit, in quem tamen obliuio non cadit, ſed certe finaliter non obliuiſcetur: quia poſt diem iudicij, nulla anima in purgatorio relinquetur. Orat ergo eccleſia dicens: Animas pauperum t. &. Animæ vtique quæ in ore leonis ſunt, indigent ereptione: quæ in tenebris ſunt, indigent illuminatione: quæ in igne ſunt, indigent refrigeratione.
N De primo. Pſ. 56. Eripuit animam meam, de me. ca. leonum. Hoc dicere poteſt eccleſia, de anima quæ iam de purgatorio eſt erepta. Leo eſt animal terribile & ſeuũ. Vnde per leones, ſæuiſsimæ illæ pœnæ purgatorij ſignificãtur, quæ omnibus leonibus terribiliores ſunt. Sed quaſi catuli leonum, ſunt pœnæ illæ terribiles in purgatorio. Grandes autem leones, ſunt pœnæ illæ terribiles in inferno. De grandibus leonibus, nunquam animæ liberantur: de catulis autem, quotidie liberantur. Legitur Dan. 14. quòd Dominus liberauit Danielem de lacu leonum. Per ſeptem leones, ſignificantur ſeptem vitiorum capitalium pœnæ intolerabiles in purgatorio. Illorum autem vitiorum, de quibus confeſſus eſt homo vere & contritus, ſed

non plene ſatisfecit in hac vita. Sed heu pauci ſunt, qui ſufficiẽter in hac vita pœnitentiam agant. Ambr. Facilius inueni, qui innocẽtiam ſeruauerunt, quã qui congrue egerunt pœnitentiam. Ideo pœnitentes quanto minus hic puniuntur, tanto a leonibus purgatorij acrius roduntur. Quicunque ergo per ſuperbiam, facto vel verbo, vel animo, mortaliter peccauit, & de hoc vere contritus fuit, & non plene in hac vita ſatisfecit: anima eius in os primi leonis intrabit. Sic procede de alijs peccatis. Pro his orat eccleſia. Libera eas de ore leonis. De ſecundo. Eſaiæ. 58. Requiem dabit tibi Deus tuus, & implebit ſplendoribus animam tuam. Poſt tenebras purgatorij, implet Dominus animam ſplendoribus Dei. Hoc etiam Eccleſia petit dicens: Requiem æternam dona eis Domine. &c. vſq; Luceat eis: Lux vtique de qua Eſai. 30. Erit lux Lunę, ſicut lux Solis: & lux Solis erit ſeptempliciter, ſicut lux ſeptem dierum. Lux Lunæ fit ſicut lux Solis, quando anima de claritate fidei, tranſit ad claritatem ſpei. Bene autem dicitur ſeptempliciter, & ſeptem dierum Septem enim ſunt ſplendores animarum beatarum. Primus erit in ſplẽdida viſione, & cognitione ſummę Trinitatis. Secundus ſplendor eſt in ſumma viſione humanitatis Chriſti. Tertius ſplendor in viſione & cognitione reginę cœli ſanctæ Mariæ. Quartus in viſione & cognitione omnium angelorum. Quintus in cognitione & viſione omnium animarũ beatarum. Sextus eſt in viſione & cognitione eorum qui adhuc ſunt in mundo: immo omniũ temporalium creaturarum in cœlo, in terra, in mari, in omnibus abyſsis. In quibus animæ beatæ omnia vident, quę eis in clariſsimo ęternitatis ſpeculo, ad maiorem ipſorum beatitudinem relucent. Grego. Animæ quę intus omnipotentis Dei claritatem vident, nullo modo certe credendum eſt, quòd ſit foris aliquid quod ignorent. Vnde eſt in ſplendida viſione omnium damnatorum, ſiue dæmonum ſiue hominũ. Grego. Iuſti in tormentis ſemper intuentur iniuſtos, vt hinc eorum gaudium creſcat: quia malum conſpiciunt, quod miſericorditer euaſerunt. De tertio. P

Hiere.6.Interrogate de ſemitis antiquis,quæ ſit via bona, & ambulate in ea: & inuenietis refrigerium animabus veſtris.Refrigerium vtique contra ardorem purgatorij:ſicut refrigerium inuenerunt tres pueri in fornace ſeptuplũ ſuccenſa; ſicut legitur Daniel.3. Fornax iſta, purgatoriũ ſignificat,quæ ſeptuplum,ideſt,vniuerſaliter acrius vrit, quam aliquis ignis,vel aliqua pœna præſentis vitę. Auguſtinus. Ignis purgatorius,& ſi æternus non ſit,miro modo grauis eſt.Excellit enim omnem pœnam, quam vnquam paſſus eſt aliquis in hac vita. Sed attendendum, quòd animæ purgandæ contra ſeptuplum in tormentis,habere poſſunt ſeptuplum in remedijs. Septem enim ſunt remedia,per quę animæ purgandæ refrigerium inueniunt. Primum eſt,quòd pœnitentia ad quam tenebantur ſiue abſtinentiæ, ſiue ieiunia, ſiue peregrinationes,& huiuſmodi, exſoluantur pro eis. Secundum eſt quòd debita eorũ creditoribus & damnificatis perſoluantur.Tertium eſt,quòd teſtamẽta & quæ pro animabus ſuis legauerit citius exſoluantur.Prou.13. Redemptio animæ viri diuitiæ ſuæ. Quartum eſt, quòd operibus miſericordiæ pro eis ſtudioſius attendatur.Eccle.3. Ignem ardentem extinguit aqua, & eleemoſyna reſiſtit peccatis. Quintum quòd pœnalitates aliquæ,vt puta flagellationum,genuflexionum, huiuſmodi,pro eis ſuſcipiantur.Sextum eſt,quod pro eis frequenter oretur,& aliorum orationibus commendetur. Septimum eſt efficaciſsimum, quòd ſacra altaris hoſtia pro eis offeratur. exemplum de captiuo cuius vincula totiens ſoluebantur,quotiens pro ipſo tanquam pro defuncto ſacra hoſtia offerebatur; ſicut beatus Gregorius ſcribit in Homilijs.

De eiſdem. Thema. IIII.

MIſeremini mei,miſeremini mei,ſaltẽ v.a.mei. Io. 19.De miſericordia:require in Dominica. 4. poſt Trinit. in ſermo. Eſtote ergo miſericordes. Adde

quòd miſericordia vtilis eſt in purgatorio. Vnde qui ibi ſunt ad charos ſuos clamant. Miſeremini mei &c. De triplici amico qui ſubuenire poteſt animæ in purgatorio: require in Dominica x. poſt Trinitatẽ: in ſermo. Facite vobis amicos. fo. 475.

De eiſdem. Thema. V.

SImul in puluere dormient, & vermes operiẽt. Iob. 21. Vbi & quo modo homines ſunt ſimul: require in quarta feria Paſchæ: in ſermone Erant autẽ ſimul. fo. 268.

De eiſdem. Thema. VI.

QVæ vtilitas in ſanguine meo, dum deſcendo in corruptionem. Pſal 29. De deſcenſu vide in Do. 10. poſt Trini. in ſer. Deſcendit hic. fo. 471.

De eiſdem. Thema. VII.

HVmiliata eſt in puluuere anima noſtra &c. Pſ. 43. De humiliatione, vide in Dominica decima octaua poſt Trinitatem in ſermone. Qui ſe humiliat. fo. 511

De eiſdem. Thema. VIII.

TEmpus flendi, tempus ridendi. Eccleſi. tertio Flendi in morte, ridendi in reſurrectione. Prouerbiorũ. 31. Ridebit in die nouiſſimo. De fletu, require. Cum appropinquaſſet &c. folio. 205.

De eiſdem. Thema. IX.

ECce ego aperiam tumulos veſtros, & educam vos de ſepulchris veſtris &c. Eze. 37. De apertione multiplici: Require in quarta feria Rogationum: in ſermone. Pulſate & aperietur. fol. 324.

De eiſdem. Thema. X.

ECce defunctus efferebatur. Lu. ſeptimo Hunc ſermonem: require in do. 17. poſt Trinita. fo. 500.

De eiſdem. Thema. XI.

SCio quia reſurget in reſurrectione in nouiſsimo die. Io. 11. De reſurrectione duplici: require in die Paſcæ, in ſermone. Ego ſum reſurrectio: in ſecundo & in tertio membro. folio. 307.

De eiſdem Thema. XII.

BEati mortui qui in Domino moriuntur. Apocaly. 14. De morte: require in Dominica xvii. in ſermone. Reſedit qui erat mortuus folio. 253.

De eiſdem Thema. XIII.

AModo iam dicit ſpiritus, vt re. a. la. ſuis. Apocal. 14. De multiplici reſurrectione: reqre in vigilia Paſchę In ſermone: Requieuit Deus die ſeptimo. ſed ſeptimus dies &c. folio. 240.

DE ECCLESIASTI. GENERALIS Sermo. Primus.

TOllent ſacerdotes ſeptem iubileorum buccinas, & pręcedent arcam fœderis. Ioſ. 6. Arca eſt eccleſia, quam ſacerdotes & rectores pręcedere debent, vita & doctrina. Per buccinas, clangores prædicationũ accipiuntur quę bene. 7. ſunt quia contra. 7. vitia clangunt. Bene autem dicitur præcedent. Præcedere enim ſacerdotes populum ad tria debent, videlicet ad propugnandum pro ſubditis, ne vincantur: ad demonſtrandum eis iter, ne ſeducantur: ad animandum eos, ne puſillanimes efficiantur.

B De primo. Deutero 3. Expediti præcedite fratres veſtros, omnes viri robuſti, abſque vxoribus paruulis, ac iumentis. Viri robuſti debent eſse prælati, qui alios pręcedere & defendere, & aliorum impedimenta ab eis remouere debent: propterea que ipſi & ſpiritu robuſti, & virtutibus armati eſse debent. Ioſue. 1. Tranſite armati ante fratres veſtros &c. Tria autem ſunt a quibus præceſsores noſtri ꝑlati, expediti eſse debent. Videlicet ab vxoribus, paruulis & iumentis. Per vxores affectus carnales. Per paruulos affectus corporales, vel naturales. Per iumẽta, affectus tẽporales, ſiue temporalium, ſignificãtur. Primo ergo quòd

vxores

vxores [ſunt carnales affectus & concupiſcentiȩ, quæ multos faciunt infelices. Vnde vxor Adam, de paradiſo eiecit, a cœna excluſit, vt Lu. 14. Vxorem duxi, & ideo non poſsum venire. Sic vtique carnales copulæ eijciunt hominem de paradiſo gratiæ, & excludunt a cœna gloriæ. Ber. Periurant auctori, impuro corde, & corpore miniſtrantes: non verentur ſtare ante angelum Dei, qui ſedet inter eos, vt medios diſperdat. Secundo. Nota quòd paruuli ſignificant affectus carnales, quia naturale eſt parentibus diligere paruulos. Ab his etiam, rector eccleſiæ expeditus eſse debet. Pſa. 136. Beatus qui tenebit, & allidet paruulos ſuos ad petram ideſt ad Chriſtum, vel ad duram pœnitentiam. Non dico quòd rectores conſanguineos ſuos diligere non debeant, ſed dico quòd ipſos non debēt contra Deum diligere, contra Deum fouere, & ad beneficia promouere: ne eis obijciat Dominus illud Mich. 3. Qui ædificatis ſion in ſanguinibus ideſt eccleſiam in cōſanguineis. Ipſos quoque contra Deum, & contra animas ſuas, de rebus eccleſiæ extollere non debet. Ber. Non extollet de facultatibus eccleſiȩ conſanguineos & nepotes, ne filios dixerim. Tertio. Nota quòd iumenta, ſignificant affectus temporales, qui rebus temporalibus onerantur. Eſa. 30. Portantes ſuper humeros iumentorum, diuitias ſuas. Iumenta non ſibi, ſed alijs portāt diuitias, & quāto plus portant, tāto plus grauātur. Sic & miſeri affectus auarorū clericorū. Væh ergo p̄latis & ſacerdotibus, qui iumentorū ſarcinas, pluſquā ſubditorū aīas quærūt. Væh miſeris, q pl⁹ q̄ſtū q̄ Chriſtū diligūt, & oīa quæ Chriſtus ꝓ aīabus eſt paſsus, pro nihilo ducunt. Ber. Qui aīas regere ſuſceperūt, Chriſti opprobria, ſputa, flagella, clauos, lanceā, crucē & mortē, hæc oīa in fornace auaritiæ conflant, & ꝑmutant in acquiſitione turpis q̄ſtus. Secundo attendite chariſsimi, quòd rectores animarum, p̄cedere debent verbo & exemplo, ad oſtendendam ſubditis viam ſalutis vnde ſacerdotibus dicitur. Ioſue. 3. Tollite archā fœderis. Domini. & pręcedite populum. Populo autem dr̄ ibidē, Sequimini p̄cedentes. Et cauſa ſubiungit, vt videre

poſsitis,& noſse,[per quam viam ingrediamini &c.] Legitur ibi,quòd populus Dei,tranſire debuit Iordanem : vbi diuiſo flumine,aquæ ſuperiores,ad inſtar montis intumeſcebant: Aquæ vero inferiores, in mare mortuum deſcendebant.Quid per fluuium,niſi fluida decurrens vita ſignificatur.2.Reg.14.Omnes morimur, & quaſi aquæ dilabimur in terram .Hic ſacerdotes,& prælati præcedere debent,& vadum quęrere,& viam oſtendere, qua per hanc vitam ſecurij tranſeamus. Prouideant ergo tam præcedentes,quam ſequentes, vt ita per directum incedant, vt non ſubmergantur in aquis aſcendentibus,vel in aquis effluentibus, ſicut ſubmergebantur Aegyptij perſequentes Iſrael. Quicunque per proſperitatem eleuantur, vel
F ad quodlibet peccatum inducuntur, ipſi quaſi in aquis ſuperioribus ſubmerguntur. Caue ergo præceſsor,ne hac parte a recto declines , etſi enim iuberis præcedere, non debes tamen in proſperis excedere . Bernar. Conceditur tibi ſi bene deſeruis,vt de altario viuas: non autem de altario luxurieris,de altario ſuperbias:vt compares tibi frena aurea,ſellas depictas,calcaria deaurata. Item quicunque aduerſitate deuincuntur: qui metu , vel paupertate, vel alio incommodo,ad peccandum inducuntur, ipſi q.in aquis inferioribus ſubmerguntur, deſcēduntque in mare mortuum ideſt infernum,in quo etiam heu deſcribuntur malorum animæ ſacerdotum. Gre.Cui rei, ſimiles dixerim ſacerdotes malos, niſi aquæ baptizantis, quæ peccata baptizatorum diluens, illos ad regnum cœleſte mittit,& ipſa in cloacas deſcendit.Item quicunque ex malignitate prælatos vel ſubditos perſequuntur, ipſi quaſi peſsimi ægyptij ſunt, & aquis confluentibus ſubmerguntur.Et nota quod ægyptij per eandem viam incedebant, per quam Iſrahelitæ præcedebant:tamen ſubmergebantur,quia illos perſequebantur. Sic recta via illos non ſaluat,qui aliter recte ambulant,ſi alios perſequi non ceſsāt Greg.Diſcordes, & ſi boni operis fructus , in ſuis actionibus perferunt, perfecti nulli ſunt, quia non ex vnitate
G charitatis oriuntur. Tertio.attendendū, quod rectores
anima-

animarum præcedere debent vita, & doctrina, ad animandum ſubditos. Multum enim in periculis animantur ſequentes, quando vident maiores conſtanter præcedentes. Propter hoc bene legitur. 2. Macha. 11. Apparuit præcedens eos eques in veſte candida, armis aureis, haſtam vibrans. Tunc omnes ſimul benedixerunt miſericordē Dominum, & conculcauerunt animis, non ſolum homines, ſed etiam beſtias ferociſsimas, & muros ferreos penetrare parati. Præcedens eſt prælatus, cuius equus eſt ſubditus. Huius veſtis candida, eſt innocens vita. Huius arma aurea ſunt virtutum momenta. Huius haſta, eſt auctoritas iuſta. Hanc vibrat comminando: hac ferit iudicando. Quā do talem præceſsorem habent ſubditi, tunc animantur, tunc animis conualeſcunt cōtra homines, contra beſtias, contra murum ferreum. In hominibus, importunitatem humanam. In beſtijs, diabolicam crudelitatem. In muro ferreo, cuiuſque grauis obſtaculi difficultatem intellige. Animandi ergo ſunt ſubditi, contra homines importunos, quos etiam Apoſtolus exhorruit. ſecundi Theſ. tertio. Orate vt liberemur ab importunis, & malis hominibus. Et Pſ. Ab homine iniquo, & doloſo, erue me. Item animandi ſunt ſubditi, contra beſtias illas infernales, de quibus. Pſ. Ne tradas beſtijs animam meam. Hæ enim beſtiæ, mirabiliter lacerabunt in gehenna, quos miſerabiliter in hoc mundo lacerant in culpa. Deuterono. 32. Dentes beſtiarum immittam in eos &c. Item animandi ſunt ſubditi, contra murum ferreum cuiuslibet obſtaculi animarū. Pſ. In Deo meo tranſgrediar murum. Ecce chariſsimi ꝑlati, & ſecerdotes, audiſtis quomodo populum Dei præcedere debetis: vt animas defenſetis: vt viam animabus demonſtretis: vt animas animetis & confortetis. Hæc tria ſignificata ſunt Exo. 13. Vbi legitur, quod Dominus ſiue angelus, præcedebat Iſrael in columna ignis, & nubis, ad oſtēdendam viam. Angelus eſt bonus prælatus, qui populum Dei præcedit in nube: populum Dei ab æſtu aduerſariorum protegendo: præcedit in igne populo Dei, per illuminationem viam oſtendendo: præcedit in columna, H

mentes

mentes populi Dei roborando. Columna enim Domus roboratur.

De eiſdem Prælatis Eccleſiæ Sermo. II.

QVi maior eſt veſtrum.e.mi. Mat.23. Saluator noſter in his verbis commendat perfectionem eandem,ad quam.ſſ.hortatur, Eccleſi.3. Quãto magnus es,humilia te in omnibus.Ecce charisſimi qualis debet eſse p̄latus eccleſię. qui enim veſtrum erit maior,ſit
I miniſter veſter. Eia chariſsimi prælati & ſaderdotes, attendatis ad quid maiores ſitis. Maiorum eſt minores ſubiugare,informare,adiuuare. Subiugare rebelles, infor-
K mare ignorantes,adiuuare impotentes. Primo ergo attendite chariſsimi,quòd maiorum eſt ſubiugare.Vnde de Ruben.dicitur Gen.49. Prior in donis,maior in imperio. Imperantis eſt ſubiugare. Penſa ergo ex his verbis, quòd nullus debet fieri maior imperio p̄lationis ſuis, niſi prior ſit in donis.ſſ. & bonarũ conditionũ,quę exiguntur ad p̄latum.De hoc imperio,quo maior debet eſſe p̄latus ſubiugãdo & imperãdo peruerſis, dicitur ad Titum.3. Argue cũ oĩ imperio.Imperiũ autẽ authẽticũ,tẽperatum iuſtum debet eſse. Authẽticum vt ei firmiter obediatur.Tẽperatum vt ſchiſma caueatur.Iuſtum vt perſona non accipia-
L tur, & incorrigibili non parcatur. De primo. Nota ꝙ de Ioſeph, qui typũ prælati gerit dicitur, Gen.41. Abſq; tuo imperio,nõ mouebit quiſquã,vel manũ, vel pedẽ &c. Qùid per manũ niſi operatio? quid per pedẽ niſi affectus vel voluntas ſignificatur? O quã fęlix eſset ſubditus: qui nec mannũ, nec pedẽ,nec opere, nec voluntate moueret abſque imperio prælati.in his duntaxat quæ nõ ſunt contra Deum.Greg Nunquã propter obedientiã,debet malũ fieri:aliquando aũt debet propter obedientiã,bonũ quod agitur, intermitti. De ſecundo. 3.Regum.12. Imminue paululum de imperio patris tui duriſsimo, & de iugo grauiſsimo, & ſeruiemus tibi. Certe Roboam

cui

cui populis verba iſta dicit, durũ patris imperiũ mitigare noluit. Ideo regnum eius ſciſsum fuit. Si adhuc nunc nimis dura imperia faciunt ſępe ſchiſmata, & alia multa mala. Eze. 33. Cũ auſteritate imperabitis eis &c. Poſt ea. Et diſperſæ ſunt oues meę &c. Propter hoc cum vino auſteritatis, infundẽdũ eſt oleũ lenitatis. Vnde de p̃lato Beatus Bern. ait. Nec p̃ceps & infenſa, nec vehemens vindicta, nec in corrigẽndo ſeuerior. De tertio. Deute. 21. Si genuerit homo filium contumacem & proteruum, qui nõ audiat patris aut matris imperiũ: & coercitus obedire cõtempſerit, appręhendent eum, & ducent ad ſeniores ciuitatis, & ad portam iudicij, dicentq; ad eos. Filius noſter iſte proteruus & contumax eſt, & monita noſtra audire contemnit: comeſsationibus vacat & luxuriæ, atque conuiuijs: lapidibus eum obruet populus ciuitatis &c. Pater eſt pręlatus. Mater eccleſia, Filius ſubditus, Seniores ciuitatis ſunt diſcretiores capituli, vel religionis. Lapides sũt durę obiurgationes. Populus ergo debet contumacem filium lapidibus opprimere: quia nõ tantũ pater, non tantũ ſeniores, ſed etiã totus cõuentus debet aliquando contra ſubditum incorrigibilem inſurgere, & ipſum lapidibus obiurgatione opprimere, vt mutire non audeat. Vnde ſuper illũ locũ. Mat. 18. Dic eccleſiæ, dicit Gloſ. Vt obiurgatio plurimorũ ipſum corrigat. Sed heu inſanus populus, nec filium inſolentem, ſed patrem corrigentẽ, quandoq; obiurgationibus & detractionibus ſic lapidat, vt contra peruerſum filiũ vix audeat loqui. Sed væh talibus, quia dicit. B. Grego. Qui ſe contra ſuos præpoſitos erigunt, profecto oſtendunt quòd ſerui Dei eſse contemnunt. Secundo. Attendite chariſsimi, quòd maiorum eſt minores informare. Deutero. 32. Interroga patrẽ tuũ, & annunciabit ibi, maiores tuos & dicent tibi. Væh maioribus ſi non dixerint dicenda minoribus. Iſido. Sacerdotes populorum, iniquitate damnantur, ſi eos aut ignorantes non erudiunt, aut peccantes non arguunt. Sed certe beatus Gregorius ait. Cuius vita deſpicitur, reſtat vt eius prædicatio contemnatur. Ideo M

quicun-

quicunque maior, minores efficaciter voluerit informare debet eis non ſolum ore, ſed etiam opere ſimiliiudinē maioris exprimere. Gen. 27. Filoſæ manus ſimilitudinem maioris expræſſerant. Iacob de quo dicitur: ſimilitudinē maioris exp̄ſſerat in tribus. Videlicet in manibus, in collo, in veſtimentis In manu operatio, In collo prædicatio, In fragrantia veſtium, bonę vitę opinio ſignificatur. Collum autem & manus Iacob, pellibus tegebantur, quia prę latorum inſtructio & operatio, munita debet eſse per ſacram ſcripturam, quæ pellibus continetur. Quicunque in fragrantia bonæ opinionis, & in manibus iuſtę operationis, & in collo probatæ inſtructionis, ſimilitudinem maioris exprimit, ille benedictionem primogenituræ ideſt prælaturæ merito accipit. Sed heu primogenitura prælationis, habenda magis eſt maledictio, quam benedictio: qui ſicut primi in dignitate, primi ſunt in crudelitate. Ber. Heu heu Domine Deus, quia ipſi ſunt in perſecutione tua primi, qui videntur in eccleſia tua primatum diligere, regere principatum. Tertio. Attendite chariſsimi quòd

N maioris eſt, minores adiuuare. Gen. 49. Maior ſeruiet minori. Seruire autē debent maiores minoribus, ſuperiores inferioribus tripliciter. Videlicet cuſtodiendo, portando, diſpenſando. Cuſtodiendo diligenter. Portando patiēter. Diſpenſando prudenter. De primo. Numeri. 3. Cuſtodiant vaſa tabernaculi, ſeruientes miniſterio eius. Quid per vaſa tabernaculi, niſi fideles eccleſiæ, vel credentium animæ ſignificantur: ſecundi Timo. 2. In magna autem domo non ſolum ſunt vaſa aurea, &c. Horum vaſorum, non fures, non raptores: ſed diligentiſsimi cuſtodes debent eſſe prælati, & ſacerdotes. Sed heu Beatus Bernardus de p̄latis ait. Fures ſunt & latrones non cuſtodes, non electores in vineis. De ſecundo Nota quod de filijs Caath di

O citur, Num. 7. In ſanctuario ſeruiunt mihi, & onera proprijs portant humeris. Caathite interpretantur dolentes vel dolantes, & bene ſignificant rectores qui debent eſse dolentes compaſsione, & dolantes correctione. Hi nō vicarijs, ſed proprijs humeris, portare debent onera multitudinis.

titudinis. Prælatus enim non Dominus, ſed quaſi aſinus ſubditorum debet eſse. Gen. 49. Yſachar aſinus fortis, vſque : ſuppoſuit humerum ſuum ad portandum. Sed heu, prælati iam non proprijs, ſed ſubditorum humeris onus onerant. Matthæi. 23. Alligant onera grauia & importabilia, & imponunt in humeros hominum, digito autem ſuo nolunt ea mouere! Bernardus. O prælati, quare iugũ veſtrum ſuperaggrauatis, quorum onera potius portare P
debeatis. De tertio. Matthei 24. Quiſputas eſt fidelis ſeruus & prudens, quem conſtituit Dominus ſuper filios ſuos, vt det illis cibum in tempore: Cibum vtique. Cibus eſt verbum Dei, cibus boni exempli, cibus temporalis ſubſidij. Propter quod bene dicitur. Io. 16. Paſce oues meas. Væ tibi, ſi non paſcis etiam corporaliter indigentes. Bernardus. Res eccleſiæ pauperum ſunt: eis crudeliter ſubtrahitur, quicquid inaniter expenditur. Ecce chariſsimi audiſtis, quomodo maiorum eſt malitioſos ſubiugare, ignaros informare, infirmos adiuuare: vt ſemper maiorũ bonas conſuetudines valeant obſeruare. ſecundi Machabeorum 11. Vt agerent ſecundum maiorum ſuorum conſuetudinem. Hoc ſcripſit Antiochus de Iudæis. Iudæorũ autem maiores fuerunt reges & ſacerdotes & prophetæ, Rectores autem debent eſse reges ſubiugando, prophetæ informando, ſacerdotes adiuuando. Sacerdotis enim eſt populum oratione & oblatione & huiuſmodi adiuuare.

DE RECTORIBVS.

Sermo. Primus.

QVi bene preſunt præsbyteri, duplici honore digni habeantur primæ Timo. 5. A
In verbis Apoſtoli præpoſitis, commẽdatur rectorum circa ſubditos diligentia: cum dicitur, qui bene præſunt. Cõmendatur ſubditorum circa rectores reuerentia, quando ſubiungitur, duplici honore digni habeantur. Honorandi enim ſunt rectores

a ſubditis. Circa primũ. Nota quòd bene præſunt ſubditis, qui eis prçſunt exemplis, ſacramentis, doctrinis, iudicijs; Præeſse ergo debent rectores exemplis bonæ conuerſationis, ſacramentis humanæ reſtaurationis doctrinis rectæ prædicationis, iudicijs debitæ correctionis:

B Primo ergo. Attendite chariſsimi, quòd presbyteri & prælati ſubditis præeſse debent, exemplis bone conuerſationis. Vnde hic dicitur. Qui bene præſunt. Gloſsa: Vita & doctrina. Quod etiam pulchre ſignificatum eſt, Gen. 1. vbi dicitur. Faciamus ho. ad imaginem &c. vt prçſit piſcibus maris, & volatilibus cœli, & beſtijs terræ. Piſces ſignificant eos, qui natant in aquis terrenæ voluptatis, per concupiſcentiam. Volatilia ſunt qui ad alta volant, per ſuperbiam. Beſtiæ terræ ſunt, qui terrenis inhiant, per auaritiam: Talibus rector prçeſse debet, Vnde talis eſse non debet. Si enim ipſe rector, piſcis, vel volatile vel beſtia eſset, quomodo ergo talibus prçeſset? Bernardus. Si inſtar ouium paſtor, & ipſe curuus graditur, in quo diſcernimur? Qualis ergo debet eſse, qui alijs prçeſse vult? Vtiq; ad imaginem & ſimilitudinem dei. Ad imaginem auctoritate: ad ſimilitudinem ſanctitate. Sed heu qui præſunt, ſimilitudinem non attendunt, cum imagine auctoritate, vſque ad mortem tranſeunt. Pſalm. In imagine pertranſibit homo. Secundo Attendite cha

C riſsimi, quòd preſbyteri, & prçlati, populis prçeſse debent ſacramentis humanç reſtaurationis. Sacramenta miniſtrare debent populis, Quoniam vero præcioſiſsimam ſacramentorum gloriæ ſuppellectilem, indigne tractant ſæpe qui præſunt: ideo eis per conminationem dicitur Eze. 27. Nautç tui, & gubernatores tui, qui tenebant ſupellectilem tuam, & prçerant populo tuo, cadent in corde maris. Nautæ & gubernatores, præsbyteri ſunt & prælati. Sed ex quo nauta vix vnam nauem gubernare ſufficit, quo ſimul plures gubernabit? Plures autẽ naues, plures eccleſiæ ſunt. Item quo alios gubernare poſsunt, qui ſeipſos ſubmergunt? Merguntur .n. homines ſceleribus ſuis, in perditione, ſicut ſpecialiter de auaris dicitur. 1. Timo. 6. Qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem & in

laqueum diaboli: & deſideria multa inutilia & nociua, quæ mergunt homines in interitum,& perditionem. Heu Domine Deus, quæ eſt cauſa quare tot animæ modo ſubmerguntur & perduntur? Beatus Gregorius reſpondet dicens. Cauſa ruinę populi, ſunt ſacerdotes mali. Per ſupellectilẽ ſignificari poſſunt eccleſiæ ſacramenta. Vnde de miniſtris tabernaculi Dei. Nu. 4. Oĩa vaſa & ſupellectilẽ ad numerũ accipiẽt, ſicq; portabunt. Omnia vaſa & animas ſubditorũ: ſupellectilẽ ſacramentorũ, ad numerũ accipient miniſtri eccleſiæ tabernaculi, preſbyteri ſcilcet, & prælati: nã & aĩæ eis cõmiſſæ,& celebratæ ab eis miſſæ cõputantur certo numero apud Deũ. Væh ergo gubernatoribus eccleſiæ, væh prælatis, & preſbyteris, ſi vaſa animarũ neglexerint: ſi ſupellectilẽ ſacramẽtorũ,& maxime eucharistiæ, indigne tractauerint: quia in cor maris, D ideſt in profundũ inferni cadunt. Tertio Attẽdite chariſsimi, quòd præſbyteri & prælati, populis præeſſe debent, doctrinis ſanæ prędicationis. Vnde Deute. 18. Facietis quęcunq; dixerint, qui præſunt in loco, quẽ elegit Dominus,& docuerint iuxta legẽ eius. Locus, quẽ elegit Dominus, eccleſia eſt, de quo Iacob, quũ angelos p̄ ſcalã aſcẽdẽtes & deſcẽdẽtes vidiſſet. Gen. 28 dixit. Vere Dñs eſt in loco iſto. Per ſcalã eminẽtia eccleſiaſticę dignitatis, vel auctoritatis ſignificatur: in qua tot sũt gradus ordinũ, quot differẽtię dignitatũ. Aſcẽſores hui⁹ ſcale, sũt rectores eccleſię, qui nõ debẽt eſſe hoĩes peccãdo, nõ dęmones p̄ſeuerãdo: ſed angeli debẽt eſſe vita & officio: pura vita quo ad ſeipſos: officij cura, quo ad ſubditos. Rectores enim cuſtodes eſſe debent ſubditorũ ſicut angeli hoĩm Pſ. Angelis ſuis mandauit de te &c. In hac ſcala multi libẽter aſcẽdũt, ſed pauci patiẽter deſcẽdũt, & multi quanto in ea altius aſcendunt, tanto periculoſius cadunt. Ber. Eia age. &c. Vnde heu iam paucos angelos,& multos dęmones, in ſcala eccleſiaſticę dignitatis videmus. heu quomodo ſcalam iſtam aſcendere p̄ſumũt Dęmones & hoĩes, quã ipſi angeli reuerentur. Ber. Reuerenda ipſis ſpiritib⁹ angelicis miniſteria, hoĩes apprehẽdunt ſine reuerentia. Quando autem angeli ſunt in ſcala, tunc vere Dñs per

abundãtem gratiam eſt in loco eccleſiæ. Quam autẽ prę-ſbyteri noſtri, vt alios quo melius debent docere, debeant eſse angeli, dicitur aperte Mala. 2. Labia ſacerdotis, cuſtodiunt ſcientiam, & legem requirent ex ore eius: quia angelus Domini exercituum eſt. Qui ergo loco eccleſiæ pſunt, docere tenentur populum legem Domini. Vnde dicitur populo. Facite quæcunque dixerint qui præſunt loco, non quæcunque fecerint. Mat. 24. Dicunt enim, & non
E faciunt. Quarto. Attendite charisſimi, quòd præsbyteri & prelati, ſubditis præeſse debent iudicijs debitę correctionis. Eſa. 32. Ecce in iuſtitia regnabit rex: & principes in iudicio præerunt. Rex ideſt Chriſtus. Principes ſunt pJati. Pſ. Conſtitues i. e. principes ſ. o. t. i. ſuper omnes terre nos. Sed quis eos conſtituet? nunquid munera? nunquid conſanguinei? non vtique, ſed tu do. conſti. eos prin. ſ. o. terram. Sed heu quam dolendum eſt, quòd dicitur Eſa. 1. Principes tui infideles, ſocij furum: omnes diligunt munera, ſequuntur retributiones: pupillo non iudicant: cauſa viduæ non ingreditur ad eos. Tales iudicio iuſto non præſunt: qui nec errata corrigere, nec iniuriam patientibus curant iudicare. Et hoc quandoque timore, quandoque fauore, quandoque amore pecuniæ. Eſa. 5. Væh qui iuſtificatis impium pro muneribus, & iuſtitiam aufertis ab eo. Et quia qui taliter præſunt, iuſtum iudicium negligunt: ideo iuſtum iudicium Dei ſuſtinebunt. Vnde Sapientiæ ſexto. Iudicium duriſsimum, in his qui prę ſunt fiet. Exiguo enim conceditur miſericordia: potentes autem potenter tormenta patientur. O infælices mali rectores, quam graues ſibi habebunt accuſatores. Bernardus. Veni, & ante tribunal Chriſti audietur populorum quærela grauis, accuſatio dura, quorum vixere ſtipẽdijs: nec diluere peccata: quibus facti ſunt duces cæci, mediatores frau-
F dulenti. Videtis modo Chariſsimi presbyteri & rectores, quomodo ſubditis veſtris præeſse debetis, exemplis ædificantibus, ſacramentis reſtaurantibus, doctrinis illuminantibus, iudicijs corrigentibus. Qui ergo bene præſunt,
G &c. Poſtquam vidimus de debita rectorum circa ſubditos

ros diligentia: videamus nunc de debita ſubditorum erga rectores reuerentia: quę innuitur cum dicitur. Duplici honore di. habeantur. Glo. á ſubditis, vt ſpiritualiter eis obediant, & temporalia miniſtrent. Duplici ait Apoſtolus honore digni habeantur, immo certe quadruplici honore. Primus honor eſt dignitatis naturalis. ſecundus claritatis ſpiritualis. tertius auctoritatis paſtoralis. quartus ſublimitatis æternalis. Primus ergo honor eſt dignitatis naturalis: de quo. Pſ. Homo cum in hono. eſset non intellexit, comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis. Magnus vtique honor, quòd ad imaginem Dei in naturalibus, & ad ſimilitudinem in gratuitis conditus eſt. O vere dolenda inſenſibilitas, qua homo qui ſimilis deberet eſse ſapienti Deo, ſit ſimilis inſipienti beſtiæ, vel iumento, in mundo: dum immundam & carnalem vitam ducit, & in ſtercorem peccatorum ſuorum, vt iumentum, quieſcit. Ioel. 1. Cōputruerūt iumenta in ſtercore ſuo. Greg. Iumenta in ſtercore computreſcere, eſt carnales homines in luxuria vitā finire: & ideo luxurioſi, tanquam putrida iumentorum cadauera, canibus infernalibus & dæmonibus projjcientur. H
Secundus honor eſt claritatis ſpiritualis: quo homo claram vitam & famam habet Si enim honor eſt hominis claritas vaſis ſui: quantomagis claritas vitæ & animæ ſuæ, quæ ſunt vaſa Dei. De hoc homine dicitur. 1. Theſ. 4. Hæc eſt voluntas Dei ſanctificatio veſtra, vt abſtineatis vos a fornicatione, vt ſciat vnuſquiſque veſtrum, vas ſuum poſſidere in ſanctificatione & honore non in paſsione deſiderij &c. Vas animæ eſt corpus: vas gratiæ & vas Dei, eſt anima. Vtrumque in ſanctificatione & immunditia poſsidere debemus. Vas de quo tu bibis, mundum eſt: & quomodo vas Dei audes ſordidare: & de vaſe honoris vas contumeliæ facere 2 Timo. 2. In magna domo, non ſolum ſunt vaſa aurea & argentea, ſed & lignea, & fictilia: quædam autem in contumelia &c. I
Tertius honor eſt auctoritatis paſtoralis, de quo hic dicitur, duplici hono. &c. Honor iſte a ſubditis exhibendus prelatis, ſecundum gloſ- K

ſam ſuperius tactam,in duobus conſiſtit:In ſubiectione videlicet,& in ſubuentione. vt ſubijciantur prælatorũ obedientiæ,& ſubueniant eorum indigentiæ. Sed heu Domine Deus, quę indignis ſæpe paſtoralis honor confertur: in quo vtique grauiter peccant conferentes. Vnde Prou. 26.Sicut qui mittit lapidem in aceruum Mercurij, ita qui tribuit inſipienti honorem.Scitis quam periculoſum
L idololatriæ vitium eſſet,mittere cauſa venerationis, lapidem in aceruum, de quo Mercurio debet fieri templum: ita vtique periculoſum lapidem mittit, qui inſipienti lapidem prælationis tribuit, per ipſum enim non Chriſto ſed diabolo templum ſtruitur, & de cuius inſipientia &
M peruerſitate ſubditi corrũpuntur. Quartus honor eſt ſublimitatis æternalis de quo Ioan. 12.Si quis mihi miniſtrauerit, honorificabit eum pater meus: &c. Si ergo o preſbyteri & pręlati ad hunc honorem venire vultis, in officijs veſtris ſolicite miniſtretis. Dicitur Sapi. 6. Data eſt a Domino poteſtas vobis,& virtus ab altiſsimo, qui interrogabit opera veſtra,& cogitationes ſcrutabitur: quoniam cum eſsetis miniſtri regni illius, non recte iudicaſtis. Hoc ergo quadruplici honore, videlicet naturæ, gratiæ,potentię,glorię,digni ſunt qui bene preſunt. Vobis ergo bene preeſse concedat. &c.

De eiſdem Rectoribus Sermo. II.

OMnia honeſtè & ſecundum ordinem fiant in vobis 2.Corint. 14. Ad hoc chariſsimi vos Deus ad ordinem vocauit,vt ſecundum ordinem viuatis: ſecundum ordinem omnia faciatis Eſt autem quadruplex or-
N do,ſecundum quem omnia fieri debent. Eſt inquam ordo ſupra nos:infra nos:intra nos:extra nos. Supra nos eſt ordo ordinatæ contemplationis.Infra nos eſt ordo ordinatæ colluctationis.Intra nos eſt ordo ordinatę dilectionis. Extra nos eſt ordo ordinatæ conuerſationis. De. 1. Heſt vlt.Ingreſsa eſt Heſter cũcta,per ordiné oſtia,ſtetitq; contra

tra regem. Hector interpretatur abſcondita, & ſignificat animam contemplatiuam, quam abſcondit Deus in abſcondito faciei ſuæ, a conturbatione hominum. Huiuſmodi ingreſsus ad regem Chriſtum, eſt per contemplationē. Debet autem intrare cuncta per ordinem oſtia. ſunt autē tria. Primum eſt oſtium ſenſus exterioris. Secundum imaginationis. Tertium rationis. De primo 2. Reg. 3. Eijce hanc a me, & oſtium poſt eam claude. Hæc dicit Amon de Thamar. Amon animam cuiuslibet fidelis ſignificat & ſpiritum. interpræetatur enim fidelis. Thamar interpræetatur amara; & ſignificat concupiſcentiam ſenſualitatis, quæ amara eſt viuenti ſpiritualiter. Hæc debes eijci, iuxta illud Ad Gal. 4. Eijce ancillam, & filium eius, ideſt concupiſcentiam, & motum eius. Claudendum eſt quoq; oſtiū de quo Eccl. 21. Stultitia hominis auſcultare per oſtium. hominis vtique interioris. Secundum oſtium eſt imaginationis. Exe. 8. Cum perfodiſsem parietem, apparuit oſtiū: & ecce omnis ſimilitudo reptilium & animalium abominatio, & vniuerſa idola domus Iſrael depicta erant in pariete &c. Per parietem. 5. ſenſus corporis ſignificantur. Qui iſti parieti manum immittunt, a diabolo mordentur Amos. 5. Si innitatur manu ſua ſuper parietem, & mordeat eum coluber. Parietem fodit, qui ſenſus corporis tranſit, vt ibi occurrat oſtium imaginationis. Imaginationes autem noſtræ, quandoque ſunt vanæ & curioſæ: tunc eſt ſimilitudo reptilium. Quandoque carnales & luxurioſæ, & tunc abominatio eſt animalium. Quandoque falſæ & ſupſtitioſæ. (Qńq; p imaginationē volumus comprehēdere diuinitatē vbi ſolæ ſpecies corporū cōprehēdunt) & tūc quaſi idola fingimus: & tūc eſt quaſi pictura idolorū. Tertiū oſtiū eſt virtutis intellectiuæ. ſ. rationis, large ſumēdo rationē. Gen. 18. Apparuit Dñs Abrahæ ſedenti in oſtio tabernaculi ſui. Abrahā quilibet pfect⁹ eſt, & tabernaculū: anima perfecti eſt virtus intellictiua. Apoc. 3. Ecce oſtium apertum video &c. Hęc cœli viſio intellectualis poteſt intelligi. 2. Corinth. 12. ſcio hominem raptum vſque ad tertium cœlum. Primum cœlum viſio cor-

 poralis.

poralis.& hæc eſt in primo oſtio. Secundum eſt viſio ſpiritualis. & hæc eſt in ſecundo oſtio. Tertium eſt intellectualis viſio, & hæc eſt in tertio oſtio. Hic apparebit Dominus ſedenti in quiete contemplationis. Threno. 3. Sedebat ſolitarius & tacebat. Debet ergo anima contemplatiua ingredi, & tranſire exterius, per oſtium ſenſitiuę: interius per oſtium imaginatiuæ: ſuperius per oſtium intellectiuæ, & ſic inueniet Aſsuerum Chriſtum. Hic ergo eſt ordo ordinatæ contemplationis. Auguſtinus. Natus eſt homo ab exterioribus ad interiora redire, & ab inferioribus ad ſuperiora aſcendere. Tantæ enim dignitatis eſt hu-
P mana conditio, vt nullum bonum ei præter ſummum ſufficere poſsit. Secūdus ordo eſt colluctationis infra nos, contra carnem, mundum, & diabolum. Iudicum. 5. Stellæ manentes in ordine & curſu ſuo, aduerſus Syſaram pugnauerunt. Syſara excluſio gaudij interpretatur: & ſignificat diabolum a gaudio æterno excluſum: vel quemlibet boni aduerſarium. Contra hos pugnandum eſt in ordine manendo, non extra. Notabiliter autem tria inueni hunc Syſaram impugnantia. Stellas in ordine: Barach cum decem millibus: Iahel cum clauo. Tria enim ſunt quibus optime diabolum vincimus. Ardens meditatio. hæc per ſtellas manentes in ordine ſignificatur. Stellæ enim in hoc loco dicuntur coruſcationes, & fulgura facta de cœlo. Coruſcationes ſunt ardentes meditationes. Pſ. In meditatione mea exardeſcet ignis. Iſtis coruſcationibus fugatur diabolus. Pſ. Fulgura cor & diſ. e. Maxime autem ſi ſint de paſsione Chriſti meditationes 1. Mach. 6. Oſtēderunt elephantis ſanguinem vuæ & mori &c. Eia etiam contra terrentem nos diabolum, valde vtiles ſunt, meditationes paſsionū infernalium. Ber. Vigilias ames & ieiunia, manuumque labores: ſed hæc leuia ſunt me-
Q ditanti flammas perpetuas. Secundum eſt carnis mortificatio. hæc per Barach ſignificatur, qui percuſsor interpretatur. Quilibet carnem mortificando, eſt eam percutiens. De hac percuſsione dicitur Exo. 7. Eleuans Moyſes virgam, percuſsit aquam fluminis: quę verſa eſt in ſanguinem

nem:& piſces qui erant in flumine mortui ſunt. Aqua ca-
ro noſtra, vel vita carnalis, propter fluxibilitatem. 2.Reg.
14. Omnes morimur, & quaſi aquæ dilabimur. Item vir
ga eſt afflictio corporalis. Eccl.33. Cibaria & virga, & onus
aſino &c. ideſt corpori noſtro virga eſt afflictio: onus la-
bor & operatio. Hac ergo virga, aqua naturæ mortalis
percutitur, per mortificationem. In ſanguinem autem ver
titur per paſsionis Chriſti confortationem. Piſces ſunt
carnalia deſideria. Num 11. Recordamur piſcium &c. Pi-
ſces ergo tunc moriuntur, quando carnalia deſideria, per R
carnis mortificationem pereunt. Barach autem pugnauit
cum decem millibus. Per 10. millia intellige 10. mandato
rum opera. Lu. 14. Quis rex iturus ad bellum contra aliũ
regem &c. vſque, qui poſsit cum decem millibus occurre
re illi, qui cum viginti millibus venit ad ſe: Glo. Cum de-
cem millibus occurrit Deo, qui offert opera decem man-
datorum, quæ exterius geſsit. Sed Deus quaſi cum dupli-
cato numero, quum ſimul contra venit, de opere & cogi-
tatione hominem diſcutit. Deficit ergo in pugna carnis
mortificatio, niſi adſit decem mandatorum impletio.
Tertium, acuta oratio, quæ ſignificatur per Iael cum cla- S
uo. Iael interpretatur aſcendens. Orationis eſt aſcendere
ad Deum. Eccl.31. Oratio humiliantis ſe, nubes penetrat.
Iael ergo cum clauo, acutum ſignificat orationis deſide-
rium: Hunc clauum aliqui pręſumptuoſi credunt ſe habe
re: ſed certe niſi videro in manibus eorum fixuram clauo
rum, non credam. Per manus, opera ſignificantur. Niſi er-
go videam ſignum in feruentibus eorum operibus, non
credam in aliquo clauum acuti deſiderij. Iael cum clauo,
oratio cum acuto deſiderio, caput Syſaræ ideſt diaboli
ſuggeſtionem perforat. Hæc ergo tria ſunt quaſi tres
acies, quibus diabolum vincimus. Et figuratur. Iudi. 7.
per 300. qui pugnauerunt cum Gedeone, qui lampades te
nent per ardentem meditationem: lagenas frangunt per
carnis mortificationem: tubis ſonant, per ſonoram ora-
tionem. Hæc ergo tria pertinent ad ordinem pugnandi.
1. Macha. 5. Vidit Iudas quia cœpit bellum, & venit cum

tribus ordinibus poſt eos:& clamauerunt in oratione, & fugierunt caſtra Timothei &c. Omnia ergo honeſte &c.
T Tertius eſt ordo dilectionis inter nos. Cantico. 2. Introduxit me rex in cellam vinariam: ordinauit in me charitatem. Cella eſt ecclеſia, vel anima ſancta. Vinum charitas eſt. Pſ. Vinum lætificat cor hominis. Hoc eſt vinum quod de tribus propaginibus colligitur: ſicut legitur Gen 4. de pincerna, qui vitem corã ſe vidit, in qua erant tres propagines, & in his vuas matureſcere: & expreſſit vinum in calicem, deditque Pharaoni. Per vitem iſtam, anima ſignificatur. Oſee. 10. Vitis frondoſa Iſrael Tres propagines, tres animæ vires ſunt: rationalis, concupiſcibilis, iraſcibilis. Iſtæ propagines mirabiliter per diabolum corruptæ ſunt. Naum. 2. Vaſtatores diſsipauerunt eos, propagines corrumpunt. Vua incipit matureſcere, quando ad ordinationem charitatis incipiunt vires proficere. Vua vero exprimitur, quando ordinata iam charitas opere impletur. Dico autem de ordinatione illa, de qua monet Beatus Bernar. vt ſcilicet diligamus prudenter. (Et hoc de propagine rationalis) dulciter, (& hoc de propagine, concupiſcibilis) fortiter (& hoc de propagine iraſcibilis) exprimiť. Nõ prudenter diligũt, qui diligendo varias ſtultitias committunt. Non dulciter diligunt, quibus dilectio
V nis labores nimis oneroſi ſunt. Non fortiter diligunt, qui occaſione vnius verbi, vel facti tepeſcunt: Cum tamen non ſolum pro diuina, ſed etiam pro fraterna charitate teneamur, animas in mortem tradere. Vnde bene dicitur, vuas in calicem Pharaonis expreſsit. Calix enim paſsionem ſignificat. Mat. 20. Poteſtis bibere calicem. &c. In calice ergo ſic expreſsit, quando vſque ad ſuſtinendam mortem ſit charitatis dilatatio: & ſic optime regi noſtro propinamus. Sed quia hoc difficile eſt, ideo dicitur. Ioan.
X vlt. quod cũ interrogaret Dominus Petrum ſi ipſum diligeret: in tertia interrogatione, cõtriſtatus eſt Petrus Diligere enim in ſe, vel in proximo prudẽter; vel etiã dulciter recipit homo. Sed in tertio cõtriſtatur humana infirmitas. Fortiter debet diligere, vt pro nulla læſione, vel. in-

iuria

iuria liceat non diligere, vt etiam ad mortem debemus ponere animas. Diligamus ergo prudenter, dulciter, fortiter: vt vere dicamus, Ordinauit in me charitatem. Omnia ergo honeſte & ſecundum ordinem fiant. Quartus ordo eſt conuerſationis extra nos de quo 3. Reg. 10. quod regina Saba admirata eſt ordinem miniſtrantium. Hic eſt ordo ſanctæ conuerſationis: hunc miratur eccleſia, vel quælibet ſancta anima. Eſt autem triplex miniſterium: videlicet, iudiciale, ſacramentale, morale. Primum eſt miniſterium prælationis. 2. Timo. 4. Tu vero vigila. &c. Vbi quinque notantur ad miniſterium prælati neceſsaria. Sagacitas in circumſpectione. Ibi. Tu vero vigila. Strenuitas in operatione. Ibi In omnibus labora. Veritas in inſtructione. Ibi Opus fac Euangeliſtæ. Auctoritas in correctione. Ibi. Miniſterium tuum imple. Sobrietas. Ibi. Sobrius eſto. Secundum eſt miniſterium ſacramentale, quod eſt in ſacerdotibus maxime, & in alijs ordinatis. Nu. 18. Excubate in cuſtodia ſanctuarij, & miniſterio altaris, ne oriatur indignatio ſuper filios Iſrael. Quia in miniſterio altaris ſunt præcipue ſacerdotes, quibus optime indicitur cuſtodia ſanctuarij. Sanctuarium eſt anima vel cor humanum, quod maxime ſeruari debet in ſacerdote. De hac autem cuſtodia dicitur, Prouer. 4. Omni cuſtodia ſerua cor tuum &c. Per hoc autem quod dicitur: Ne oriatur indignatio ſuper filios Iſrael: videtur, quòd indignitas ſacerdotum maxime ſit cauſa indignationis ſuper filios Iſrael, id eſt ſuper filios eccleſiæ. Gregorius. Cauſa ruinę populi, ſunt mali ſacerdotes. Tertium eſt miniſterium morale: ſcilicet, quod cuilibet alteri charitate debet miniſtrare. Lucæ 10. Martha ſatagebat circa frequens miniſterium &c. Sed ne ad mutuam ſeruitutem velit quis nimis magnus eſse, dicitur Matthæi. 20 Quicunque voluerit inter vos maior fieri, ſit veſter miniſter. Miniſterium igitur iudiciale, eſt in æquo iudicio: ſacramentale, in diuino officio: morale, in mutuo ſeruitio. In primo iuſtitię veritas; in ſecundo, conſcientiæ puritas; in tertio mutua charitas; debet

eſse.& ſic miniſterium noſtrum memoriale. &c. Gen 40. Tres adhuc dies ſunt, poſt quos recordabitur Pharao miniſterij tui. &c. In miniſterio iudiciali dies eſt veritas in ſacramentali puritas: in morali charitas. Hic eſt ergo ordo in miniſterio conuerſationis. Omnia ergo honeſte &c. De his quatuor ordinibus poteſt intelligi quod præceptum eſt. Exo. 20 quod in rationali iudicio debeant poni. 4. ordines lapidum, & in quolibet ordine tres lapides. Omnia ergo honeſt. & ſecundum ordinem fiant in vobis.

De eiſdem. Sermo. III.

Merito hæc patimur, quia peccauimus in fratrem noſtrum Gen. 42. Quanta aduerſa, eccleſiam iſto tempore premant, manifeſtum eſt. Sed quia exigentibus peccatis noſtris ſic affligimur: ideo gementes di-
A cere poſsumus: Merito hæc p. &c. Conſiderandum autem, quis ſit frater in quem peccatis quæ ſint p. ccata, quæ in ipſum committis: quæ ſint paſsiones, quas pro peccatis ſuſtinetis. Primo attendendum chariſsimi, quòd frater noſter eſt Chriſtus. Heb. 2. Non confunditur fratres vocare eos &c. Fratres autem vniti ſunt in affectu dilectionis: ſimiles in aſpectu. cohæredes in effectu. Sic fratres Chriſti debent eſse vniti in affectu dilectionis: ſimiles in aſpectu conuerſationis: cohæredes in effectu remunerationis.
B De primo. Pſ. Ecce quam bonum & quam io. h. ſ in v. Sed conſidera hic triplicem vnitatem: videlicet, eſsentialem, perſonalem, mentalem. Eſsentialis eſt vnitas trium perſonarum Io. 10. Ego & pater, vnum ſumus. Et 1. Io. 5. Hi tres vnum ſunt. Item perſonalis eſt vnitas duarum in Chriſto naturarum. Pſ Simul in vnum diues & pauper, Diues diuina, pauper vero, humana natura dici poteſt. 2. Corint. 8. Propter vos factus eſt egenus, cum eſset diues. vt illius inopia, vos diuites eſsetis. Item mentalis eſt vnitas, qua animæ Deum diligentes, Deo per amorem veniuntur. 1. Corint. 6. Qui adhęret Deo, vnus ſpiritus eſt.

Hæc

Hæc tertia vero vnitas,facit nos fratres Chriſti, De ſecundo nota,quod cum Gedeon intertogaret Zebee & Salmana,quales fuerunt viri quos occiderunt. Iudi.8.Reſpõderunt,ſimiles tui erant. Quibus ille reſpondit. Fratres mei fuerunt. Gedeon Chriſtum ſignificat, cuius fratres ſimiles ei eſſe debent,triplici ſimilitudine,naturæ. Dicitur.Gen.1.Faciamus hominem ad imaginem & ſi.no. Sed heu quem Deus ad ſimilitudinem ſui fecit,ipſe ad ſimilitudinem beſtiæ ſe reducit. Pſ. Comparatus eſt iumentis. &c.Erubeſce anima,propter malitiam peccati,ſic commutare ſimilitudinem. Item de ſimilitudine gratiæ. Mat. 8. Omnis qui audit verba mea hæc,& facit ea,aſsimilabitur viro ſapienti,id eſt Chriſto. Item de ſimilitudine gloriæ dicitur 1.Io.3. Scimus quoniam cum apparuerit, ſimiles ei erimus. In hac ſimilitudine futura,noſtra conſummatur. De tertio.Lu.12.Magiſter dic fratri meo, vt diuidat mecum hæreditatem.Dic Domine tibiipſi, & diuide tuipſe nobiſcum hæreditatem: frater enim noſter es, & nos filij patris tui.Rom.8.Si filij,& hæredes &c.Hæreditatem autem æternam fratres Chriſti conſequentur, propter tria,videlicet,per munditiam in corde.Pſ.Nouit Dominus dies immaculatorum,& hæreditas eorum in æternum erit. Item per dilectionem in ore. Pſ. Benedicentes Dominum, ipſi hæreditabunt terram,ſcilicet viuentium. Item per iuſtitiam in opere.Eſa.60.Populus tuus Domine,omnes iuſti in perpetuum hæreditabunt terram. Per omnia ergo fratres conſummati fiemus,dum hanc cum ipſo Chriſto hęreditatem percipiemus. Secundo attendite chariſsimi, quę ſunt peccata quæ in fratrem iſtum committuntur,& ad præſens videamus de tribus, quę in fratribus Ioſeph ſignificata ſunt.Ipſi enim fratrem ſuum nudauerunt: in ciſternam miſerunt. Hiſmaelit.vendiderunt.Sic heu Chriſto faciunt mali fratres ſui,& præcipue mali clerici. De primo ergo nota,quod triplex eſt veſtimentum,quo Chriſtus nudatur. Eſt inquam veſtimentum Dominicę incarnationis.Hoc veſtimento,eum nudat qui eum verum hominem non putat,vel negat. Item eſt

C D E F

veſtimentum eccleſiaſticę congregationis. Eſa. 49. Omnibus his velut veſtimento orneris. Hoc eſt veſtimentum, quod tam candidum apparuit in transfiguratione, ad ſignificandum gloriam, quam electi habebunt in reſurrectione. Iſto veſtimento Chriſtum nudant, qui fideles ſuos ab ipſo ſeparant: quod maxime ſacerdotes & prælati faciunt, per negligentias & ſcandala, quæ committunt. Item eſt veſtimentum temporalis poſſeſſionis. Hoc dico patrimonium Ieſu Chriſti. Prou. 31. Omnes domeſtici eius, veſtiti ſunt duplicibus. Domeſtici eccleſiæ, ſunt prælati. Sed heu. Mat. 10. dicitur. Inimici hominis, domeſtici eius. Eccleſiæ autem domeſtici, veſtiti ſunt duplicibus, ſcilicet ſpiritualibus & temporalibus. 1. Timo 5. Preſbyteri, dupli ci honore digni habeantur. Hac veſte Chriſtum nudant, qui bona eccleſiæ dilapidant: qui patrimonium Chriſti, turpiter expendunt. Ber. Res eccleſiæ, pauperum ſunt. eis crudeliter ſubtrahitur, quicquid inaniter expenditur. Prima ergo veſte Chriſtum nudant hæretici non credentes: ſecunda autem prælati negligentes tertia vero clerici pa
G trimonium Chriſti inaniter expendentes. De ſecundo nota, quòd Chriſtum in ciſternam veterem mittimus, quando corpus eius indigne percipimus. Inuenimus autem in ſcriptura ciſternam diſsipatam, antiquam, apertam. Diſsipata eſt conſcientia diſsoluta, vel vita diſsoluta Hiere. 2. Duo mala fecit populus meus. me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt ſibi ciſternas diſsipatas, quæ continere non valent aquas. Heu quam diſsipata eſt hodie ciſterna multorum ſacerdotum, qui vtique tam diſsoluti & negligentes ſunt, quod continere non valent aquas gratiarum. Eccl. 21. Cor fatui, quaſi vas confractũ,
H omnem ſapientiam non tenebit. Item ciſterna vetus, eſt conſcientia, vel vita malis veterata. De hac dicitur, quòd miſerunt Ioſeph in ciſternam veterem. Non ſufficit heu miſeris, quòd ſint ad tempus inſolentes & diſſoluti, niſi etiam ſint inſolentijs diuturnis inueterati. Item ciſterna
I aperta & patula, eſt vita per ſcandalum manifeſta. Exo. 21. Si quis aperuerit ciſternã, & foderit, & non operuerit

eam, cecideritque bos, vel aſinus, in eam, Dominus ciſter nę reddet præcium iumentorum. Ciſterna aperitur, & nõ operitur, quando vita prælati, vel ſacerdotis, mala, ita eſt patula ac patefacta, quòd nulla tergiuerſatione tegitur. Bos vel aſinus, in hanc ciſternam cadit, dum ſubditus, in vita mala ſuperioris offendit. Sed certe Dominus ciſternæ, reddet Deo præcium iumenti. Animam vtique propriam pro anima ſubditi. 3. Reg 20. Cuſtodi virum iuſtũ, qui ſi lapſus fuerit &c. Anima tua pro anima eius. Ecce in qualem ciſternam, ſacerdotes noſtri, fratrem ſuum mittunt, dum in vita male diſſoluta, male inueterata, male manifeſtata, cotidie ſacramentum eccleſiæ Chriſti recipiunt. Ber. Audent agni immaculati ſacras carnes contingere, in ſanguinem ſaluatoris manus nepharias mittere, quibus paulo ante prohdolor carnes meretricias tractauerunt. De 3. Nota, quod Chriſtus frater noſter venditur per ſimoniam. Inuenimus autem venditorem infectũ, venditorem eiectum, venditorem ſuſpenſum. Venditores enim ſpiritualium, inficiuntur in culpa 4 Reg. 5. Lepra Naamam adhærebit tibi &c. Item eijciuntur a gratia. Mat. 21. Eijciebat omnes ven. & emen. d. t &c. Item ſuſpenduntur in gehennam, tanquam ſocij Iudę peſsimi venditoris. Merito ergo hęc pat. &c. Tertio attendite chariſsimi, quæ ſunt paſsiones, quas peccatores huiuſmodi patiuntur. Sunt autem paſsiones temporales, ſpirituales, æternales. De temporalibus. Roma. 8. Non ſunt condignæ paſsiones huius temporis. Et cum ſic patiuntur quidam ad ſui emendationem vt Maria ſoror Moyſi: Nu. 12. Maria apparuit candens lepra quaſi nix. Iob ad meriti cumulationem. Paulus ad ſui humiliationem: Cæcus ad Dei glorificationem: Antiochus ad pœnæ æternæ tribulationem. 2. Macha. 9. & Herodes. Actu. 12. Confeſtim percuſsit eum angelus Domini, & conſumptus a vermibus expirauit. De ſpiritualibus paſsionibus. Eccl. 38. Super mortuum produc lachrymas, & quaſi dira paſsus incipe plorare. Dira vtique paſsus eſt, cuius ſpiritus, per peccatum mortuus eſt. Patiuntur autem quidam mortem

K

L

M

anima-

animarum,in igne ſuperbię.Nu.21. Ignis egreſsus a Domino,interfecit omnes viros, qui offerebant incenſum: Timeant ergo offerentes thus ideſt ſacerdotes & rectores, ignem elationis; cuius natura eſt ſuperaſcendere. Aſcendat ſuperbia tua, ſequere regem tuum. &c.

Item patiuntur quidam in aquis cõcupiſcẽtię.Exo.20. Submerſi ſunt quaſi plumbum, in aquis vehementibus Iſtæ ſunt aquæ,quibus porci, in quos intrauerunt dæmonia,ſubmerſi ſunt.Mar.5 Et ſignificantur per eos ſacerdotes immundi,qui vt porci diaboli audent tangere, immo comedere agnum Dei, Ber. Quid communicabit porcus cum agno:Item patiuntur quidam in terra per terrenas
O auaritias.Pſ.Aperta eſt terra &c. De æternalibus paſſionibus dicitur, Sap.7. Potentes potenter tormenta patientur. Tormenta vtique, de quibus Apocal.18.Quantum glorificauit ſe,& in delicijs fuit, tantum date ei tormentum & luctum. Quantum glorificauit, tantum date. Et reuera pœna reſpondet culpæ.& hæc triplex,videlicet in membro, in modo, in quantitate.De membro patet; de lingua diuitis in inferno cruciati: ſicut legitur.Lu.16. Et.B.Ber.ait.In quo membro, Chriſtus plus offenditur, peccator grauius torquæbitur. Iuxta illud Sap.11. Per quæ peccat quis, per hæc & punietur. Item de modo, patet in Sodomitis: quia enim ardore fœtidiſsimo peccati exceſserunt,ideo ardore ignis,& fœtore ſulphuris, me-
Q rito puniti ſunt.vt legitur Gen.19. De quantitate patet Iſa.27. In menſura contra menſuram, cum adiecta fuerit, iudicabit eam. Menſura enim pœnæ, reſpondet menſuræ culpæ. Ecce quanta mala pati ſpiritualiter, temporaliter, & æternaliter prelati digni ſunt, qui fratem ſuum Ieſum Chriſtum offenderunt. Merito ergo hæc pa. &c.

FINIS.



BRIXIAE,

Apud Polycretum Turlinum.

M D XCVII.

Seusaan patte

RESTAURO del LIBRO ANTICO
Cav. G. DI GIACOMO
PESCARA

- NOV. 1909